


102



Handwritten notes at the top of the page, possibly including a date or reference number.



Biblioteca Universitaria	
GRAN	A
NUM.	30
CLAS.	B
PROV.	B



3

26 - 13

111521701

del Colegio de la Compania de Jesus de Granada

n. 103043a

COMPLUTIVVM

OPINIONVM

SYNTAGMA,

S I V E,

RECEPTARVM I. V.

SENTENTIARVM



TOMVS QVARTVS.

Jurisperitorum nomina, ex quibus decerptus est hic Tomus, sequens pagina docebit.



L V G D V N I,

M. D. LXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



IVRISCONSULTORVM NOMINA,

È QVORVM SCRIPTIS

QVARTVS HIC TOMVS
collectus est.

Stephanus Ranchinus.	fol.1
Iodocus Damhouderius Brugensis.	163
Antonius Maria Coratius.	231
Macagnanus Azzoguidus.	288
Io. Neuizanus.	333

VIRVM AMPLISSIMVM

PETRVMA PAVISSO PRIMVM

PRAESIDEM IN SVPRAMA GENERALIVM CVRIA

Monspessuli, Stephanus Ranchinus, Senator in ea Curia, & Legum publicus
Professor in Academia illius ciuitatis, salutat.



VM tot tantaque sint Dei optimi beneficia, quae nobis omnibus conferuntur, vt ea non dicam à nobis comprehendi posse, sed neque satis dignè admirari licet. Tanta est enim nobis in reb. ip-
sis admirandis stupiditas, vt plane caecutiatur humanum iudicium, & tum, vel maximè in hoc vno
licet illius summi Dei omnipotentiam admirari: quòd quidam mortalium, ita inter se sunt nescio
quo naturæ instinctu ad omne odium prouocati, vt mutuo odio sese laceant atque prouocent: &
inuicem mordeant: Ita vt alter alteri insidietur & noceat: cum e contrario, alios videas ita inter se
animo beneuolo, studiisque ac morib. similib. vt natura quadam suadente perpetuò sese ament, foueant & mutua
benevolentia prosequantur, etiam si inter eos cesset consuetudo, quae certè ad ipsam amicitiam fouendam non
parum momenti ac ponderis videtur habere. Quod verissimum esse, vsus, & rerum experientia satis superque at-
testantur: & quod non solum hominibus, sed & brutis ipsis solet contingere. Cuius rei exemplum in promptu est
Delphini erga hominem, quem mira quadam benevolentia prosequitur: cum e contrario videas odium apertissi-
mum basilici erga hominem, vt primo visu & intuitu alter alterum enecet & occidat. In hominibus quidem ita ef-
fe ex quadam harmonia & complexionum consonantia quae inest inter aliquos quidam existimant: sicuti & odiu
ex inaequali proportione & complexionum dissimilitudine. Astrologorum autem ea est sententia, eam scilicet reci-
procam amicitiam morum & studiorum similitudinem: atque eam quae inter aliquos est sympathiam, fidei be-
neficio hoc procedere, quod in eorum natiuitate correspondeat: & sic ex similitudine & proportione signorum
caelestium, & planetarum, quae in eorum natiuitate concurrebat, procedere ex eorum sententia expeditum est. Quae
quidem aequalis proportio ita eos coniungit, vt eos beneuolos efficiat sicuti & planetarum & signorum caelestium
dissimilitudo improportionabilis, quosdam ita reddit dissimiles, atque disjungit, vt nusquam beneuolè sese inter-
uideant. quorum sententiae ad stipulantur verba discipuli ad Socratem praecceptorem apud Persium.

Non equidem hoc dubites, auctorum fœdere certo

Consentire dies, & ab vno sidere duci:

Nostra vel aequali suspendit tempora libra

Parcatenax veri, seu nulla fidelibus hora:

Diuidit in geminos concordia fata duorum:

Saturnumq; grauem nostro loue frangimus vna.

Nescio quod certe est, quod me tibi temperat astrum.

Vnde colligilicet, ex fidei beneficio, aut odio, nos iungi, aut odio separari, sed huiusce tantae rei certa ratio mini-
mè reddi potest. Quare puto, haec & cetera alia ad Dei optimi maximi prouidentiam referenda. Haec tamen non citra
rem adduxi, Praeses dignissime, si quidem ab eo tempore quo licuit uti tua praesentia & familiaritate, ita erga te fui
affectus, vt nihil mihi magis curae fuerit quam tibi inferuire, & neque spe me deceptum cognoui: me enim semper
hilari vultu, & domi tuae & vbique accepisti, vt neque me comite dedignatus fueris, & subinde tua in me beneuo-
lentia ita creuit, vt tuo beneficio & tuis persuasione hac dignitate senatoria donatus fuerim: & nusquam cessasti
me magis ac magis deuincire, quare & ego nusquam cessabo, tibi in omnibus inferuire. Fateborque ingenuè, me
tibi ita deuinctum, vt nullis officijs me liberari possim, & me totum tibi dedo, solum pulsu dignoscere cantus quid
solidum crepet. Et cum nihil aliud sit quod tibi pro tantis beneficijs offerre possim, tibi offero gratum ac memo-
rem animum tuorum beneficiorum: & cum nihil aliud adsit, grato animo accipies hunc libellum, primitias labo-
rum nostrorum, quem tibi à principio dedicandum putavi in pignus & memoriam eorum quae tibi debeo, quae tu pro
tua humanitate non reijcies, sed pro tua auctoritate illi addes robur: & hoc nomine vitium ingratitude si non
in totum retundam, saltem diminuam, aequi bonique si placet, quod potui consules, & Vale.

AD LECTOREM, RANCHINVS.

SAmetsi, Lector beneuole, tam multa & varia à varijs auctoribus circa ius nostrum Civile & Canonicum scri-
ptis mandata sint, vt tantum absit amplius circa ipsorum iurium interpretationem desiderari: vt certe uti-
lissimum foret, multa restringi ex his quae scripta sunt, & rescari: & ea vel ad insulas relegare. Effecit siqui-
dè varietas & numerus scribentium, & eorum mutua contradictio, ac digladiatio, vt multa confusa ac tu-
multuaria in ipsis iuribus videantur. Quae quauis verissima sint, non tamen ab officio me distraxerunt, quin
hoc qualequale sit opusculum in medium, & in lucem mittendum curare, & quod spero, Lector beneuole, utilita-
te illud repletum reperies. Si quidè, cum videre tam immensa, & varia opera à multis edita fuisse circa ipsum ius, in illisq; permi-
xtim varias decisiones & eas utiles intermixtas fuisse, & in varijs locis, & quae citra negotium reperiri minime possunt: & po-
tius

cuius casu quam labore sese offerunt. Videbam praterea ipsa opera in manu omnium non esse. Et quantumvis aliqui auctorum veritate donati essent, impliciti tamen vnde negotiorum, non facile illis licet libros euoluere: adeo ut tunc illis necessaria sit perquisitio, cum in promptu habendum esset quod efflagitant. Quare utilissimum duxi capita quedam Decisionum & Resolutionum, quasi in syluam quandam congerere ac reducere, & ex earum collectione, hoc opusculum conficere: ut scilicet culibet liceat depromere, quod desiderat & citra negotium. Collegi etenim ex nostris auctoribus, & ex magis approbatis, quasdam decisiones, & eas que magis facere videntur ad usum forensem & ad praxim, & que magis approbatae sunt ex communi doctorum opinione. Et quas operpretium esset prae oculis semper habere: cum sint veluti capita nostrarum legum. Et quod in omni arte, obseruandum est: & hoc ex Quintiliani sententia admonendo operam dandam esse, ut in qualibet arte memoria commendemus copiam & sententiarum & verborum: ut sint nobis in promptu cum opus fuerit. Quod nobis qui versamur in hoc iure, quod videtur, ut mare magnum, maxime necessarium est: ut scilicet habeamus decisionum cogerim, ut cum res & negotium expostulauerit, accommodare illis uti valeamus. Scio certe quam laboriosum sit huic nostro iuri operam dare ob molem librorum, & factorum diuersitatem, ita ut multi retrahantur ab illius lectione: & multoties in locis vel remotissimis, optimae decisiones reperiantur. Eas autem decisiones simpliciter reduxi, sepositis & argumentis, & facti narrationibus: locosque adduxi atque apposui, unde illa adducta & collecta fuerunt. Hoc plane & ingenue fatebor, ex meo cerebro prater inuentionem & dispositionem nihil aliud adduxisse: & ita credam hunc nostrum laborem gratiorem esse, & maxime cum citra omnem celestiam, quilibet vel vltro quod desiderat compertum habeat: & neque auctores euoluendi erunt, ex quibus iam collegi atque reduxi que magis in usu videbantur: non quod hic libellus omnia contineat, ut alterum Cornucopia videatur: sed haberi poterit pro quodam promptuario. Et neque propterea iniustus erit hic noster labor quod alij perantea, decisiones & elocupletatas ediderint: ut sunt decisiones Guidonis Papae, & aliorum, & nouissime sunt Boerij decisiones. nam vidimus eas refertas varijs argumentis & facti narratione: ita ut etiam in hoc la' or sit colligere quid tandem sentiant, & quid decidatur. Nos autem nuda capita & nudas eas decisiones adduximus, nudas quidem a facti narratione, ab argumentis & dubitandi rationibus: sed non nudis adduximus a rationibus & auctoritatibus quibus fulciuntur, & neque auctores celari a quibus dissumpta fuerunt: ut si quis de illarum veritate dubitet, poterit eos auctores euoluere, & opusculum hoc gratum (ut credo) omnibus erit, cum ad ea tempora deuenum sit, ut non ad leges, sed ad decisiones statim recurratur: tum quia iudicatur & consuitur iuxta communem opinionem ad quam semper recursus habetur. Ad hoc autem negotium conficiendum in ximum induxi meum, eo tempore quo Monspelluli plane ociofus eram, in anno Domini, 1562, circa mensem Iulium: quod ocium rerum necessitas, non voluntas, adduxerat. Quo tempore omnia confusa, & inordinata videbantur, ob factum & religionis controuersiam, que quibusdam ansam praeberat omnia tentandi, & audendi, & vti nam prater factum religionis, nihil aliud tentatum fuisset: res profecto facilius & felicius successisset. At sub religionis pallio multa inuidie commissi fuisse exitus demonstrauit. Inciderat profecto hac nostra ciuitas, & illius est publica, in manus quorundam, qui ut omnia agebant, & penes plebecula summa erum omnium erat, que & ipsi magistratibus imperitabat, & penes eam summa rerum omnium erat: magistratum autem maiestas sine civibus, & iam oppressa silebat, & contempta tacebat: plebs autem ad summum illud licentiae peruenerat, ut audaci quadam temeritate omnia tentaret, publicitus arma deferebantur, affluebant ex omni parte milites qui plebem ipsam audacitatem reddebant: & tunc plane cognouimus illud verissimum esse, plebem aut humiliter inserruire, aut superbe admodum imperare. Nullus dabatur locus causis agendis, leges inter arma silebant, iustitiam erat in ciuitate, & maxima pars plebis intenta erat, & domibus & temporibus & canonijs & publicis aedificijs diruendis & demoliendis: & eo tempore & scholae nostrae legales, quae extra ciuitatem erant diuinae & sacrae, & insimul turris ea vniuersitatis nostrae (opus certe magni laboris & artificij) affabre aedificata, ubi aderat campana vniuersitatis, dirupta fuit & solo adaequata, & adhuc vestigia videntur. Inter tanta discrimina, secreto domi latitabamus, dando operam nutriendis nostris militibus, quos ad nos mandabant nutriendos: & ibi persequeremur ocium, quale vis & temporum iniquitas veluti hostis quidam immanissimus nobis offerebat: & vi armorum a negotijs publicis & forensibus, & a nostris publicis lectionibus prohibiti, hoc nostrum institutum perfecimus, & circa illud eo tempore deploratissimo, lusimus operam, & neque eam ciuitatem deserui, sed & neque me languoribus dedi, & neque permisit summus ille rerum omnium artifex in tanto malorum discrimine, me doloribus diuimpi ac frangi: & tandem ab illis iantis malis nos pro sua bonitate liberauit. Non enim poterat tanta vis malorum diutius stare: vix enim sua sponte vis expers consilijs: hoc quidem plane fateor, cum maximo meroe & luctu me audiuisset ruinam & demolitionem scholae nostrarum humiliter vniuersitatis, quarum primus instaurator fuit Petrus Placentinus, in anno Domini 1100. circa annum sexagesimum, a quo tempore illa schola erecta fuit, usque ad illud tempus defunctusque fuit ipse Placentinus. In ea ciuitate Monspelluli & conditus terra in cimiterio beati Bartholomaei, anno 1598. & ibi aderat illius epitaphium, quod tamen illis diebus ablatum fuit: sum tamen memor horum versuum qui ibi erant, quorum primus hic erat.

Petra Placentini, corpus tenet hic tumulatum:

Sed petra, quae est Christus, animam tenet in Paradiso.

Infesto Eulalia tollitur nobis vir iste anno 1200. minus octo, fuitque primus omnium iura interpretatus in ea vniuersitate, & post eum Azo, Iacobus Rebuffus Vines, cuius meminit Boer. super Dynum in principio de reg. iur. in reg. ij. & hi & alij permulti eas scholas rexerunt ibidem iura publice profitendo. Quo tempore floruit profecto hac vniuersitas in ea ciuitate: & stant adhuc monumenta & argumenta quibus hoc facile deprehenditur: maxime ea tria scepra argentea quae adhuc videntur, & quae gerunt tres bideli ante Rectorem dictae vniuersitatis. At vi & iniuria temporum hac omnia cessarunt, seu potius intermissa sunt, quae tamen omnia renasci speramus, quod fiet aliquando summo Deo ita volente & ordinante. Tu ergo, Lector beneuole, cum conceptum animi acceperis, quos, ut hunc nostrum laborem aequi & boni consulas: Vale.

STEPHANI RANCHINI I. C.

CLARISSIMI AC SENATORIS APVD MON-

TEMPESSVLANVM IN SVPREMA GENERALIVM

Curia, Miscellaneorum Decisionum, seu Conclusio-
num ac Resolutionum vtriusque Iuris,

Pars prima.



Conclusio I.

OMMVNIS est haec decisio, per oblationem pecuniae debitorum a debitore, & consignationem illius factam loco congruo & tempore, debitorem a debito liberari: ita ut per ea consignatio facta loco congruo & tpe cursus vsura non impediatur, & faciat transire periculum casus fortuiti ad creditorem accipere recusantem. I. acceptam. C. de vsuris. l. ob signatione. C. de solu. & l. si solutus. ff. de solu. quod procedit vbi debitum est integre depositum. dic. l. ob signatione. Si tamen debitor consignatam & depositam pecuniam acceperit, & illam in proprios vsus conuertat, talis consignatio habere pro non facta. dic. l. acceptam. Bal. in dic. l. ob signatione. verbalis autem oblatio debitorem non liberat nisi in casibus sequentibus. Primus casus est, vbi debitum non est liquidum: ut est in eo qui est obligatus rationem reddere, cui sufficit offerre verbaliter, si vellet rationem reddere. l. statu liber. & l. seruus. ff. de statu libe. & in hoc casu si aliqua pars sit liquida, eam debitor offerre debet realiter: in reliquo autem quod non est liquidum, sufficit verbalis oblatio cum oblatione fideiusforis de soluendo, vbi summa liquida erit. Ang. & Alex. in l. si mora. ff. solu. matri. Item in expensis quae non sunt taxatae sufficit eas verbaliter offerre cum promissione de dando fideiusfori ad eas expensas soluendas vbi liquidae erunt. Bal. in l. vnica. nu. 5. C. ne liceat in vna. & c. Secundus casus in quo sufficit verbalis oblatio est, quando post oblationem verbalem a reo facta creditor ipse creditor recusaret, & dicat se nolle accipere: eo casu sola verbalis oblatio tantum operaretur quantum realis: & ea sola verbalis sufficeret. Pau. de Cast. & Ale. in l. qui Romae, in prin. ff. de ver. obl. Bal. in d. l. vnica. nu. 5. C. ne liceat vna cad. cauf. vbi tenet verbalis oblationem sufficere quae creditor declarat se nolle accipere quod sibi verbaliter offertur. l. si residuum C. de distract. pign. Idem Bal. in d. l. accepta. l. in dic. l. qui Romae. & ibi asserit hanc communem esse opinionem. & Nico. Boer. dec. 124. nu. 16. & 28. que tamen verbalis oblatio tollit vbi creditor se diceret paratum accipere quod sibi verbaliter offertur. Ale. in dic. l. si mora. Tertius casus est quando ea verbalis oblatio fieret in iudicio: nam verbalis oblatio in iudicio facta tantum operatur quantum consignatio extra iudicium. Bar. in d. l. si rem. §. si ff. de pign. ad. Bal. in l. si reus paratus. ff. de procur. Ale. in d. l. si mora. Boer. in ea. deci. nu. 29. Et hoc procedit quando illa verbalis oblatio fieret ante litem contestatam: secus si post, ut per Boer. in eo loco. Quartus casus erit quae quis esset debitor rei alicuius immobilis: quae tunc sufficeret verbaliter offerre rem immobilis absque vlla reali oblatione. l. ij. C. quan. & quibus quart. pars debet. Alex. in d. l. si mora. Sal. in d. l. acceptam. nu. 16. & l. in d. l. qui Romae. in prin. nu. 11. Idem in eo qui debet animal: cum in animalibus sufficiat verbalis oblatio cum animalis depositione in aliquo loco. Roma. & Alex. in d. l. si mora. & Sali. in d. l. accepta. vbi vult animal deponi debere in aliquo loco. quod si demum deperdat, peribit periculo recusantis accipere. & securius est ut hoc fiat in illis ergo casibus tantum operabitur verbalis oblatio quantum realis consignatio, ita ut post eam verbalis oblationem debitor liberatus erit a debito: & si sit debitor pecuniae & post verbalis oblationem dicat nolle accipere creditorem, si demum ea pecunia perdat, vel debitor efficiatur non soluendo, liberabit debitor ope exceptionis. Sali. in d. l. acceptam. nu. 18. & neque demum ad vsuras tenebitur, & neque ad poenae commissionem, & neque de interitu tenebitur. & plenè Chassa. consilio 41.

Conclusio II.

Vestes festiue & preciose quas maritus vxori curauit conficere post mortem mariti haeredibus suis sunt restitue de: cum ita censeantur magis vxori accommodate propter honorem mariti quam donate propterea ad haeredes mariti

debet pertinere. l. si ut certo. §. interdum ff. commo. l. ornamentorum ff. de aur. & arg. leg. vestes autem quotidianae & parui precij debent penes vxorem remanere, & ad eam pertinere. l. ex annuo. ff. de dona. inter vir. & vxor. nam sicuti constante matrimonio maritus vxorem suam tenetur alere. l. si cum dote. §. si autem. ff. sol. matri. Ita etiam tenetur vestire, cum victus nomine & vestis contineatur. l. verbo victus. ff. de verbo. sign. ergo presumendum erit illas vestes quotidianas vxori traditas ut essent suae. Roma. Pau. Cast. & alij in l. in his. §. seruus. ff. solu. matri. Roma. consil. 146. dec. Cape. Tholosa 336. & ibi Aufre. & haec vera est & communis decisio quam tenet Corne. consil. 31. nu. 10. in j. volu. Chassa. in comment. in consil. Burg. in tractatu, des enfans de plusie. r. s. l. iij. nu. 3. in verbo, pour l'empporter nu. 2. post mortem vero mariti & pendente anno luctus vidua debet vestiri vestibus lugubribus, & velis, expensis heredu mariti secundum qualitate personarum ac patrimonij quantitatem. Bal. & Ang. in l. decreto C. in quib. causis. & Aufre. in ea. decisio. 336. & Alex. consil. 42. in quinto volu. inquit vestes & anulos quae sunt in vsu quotidiano ad viduam soluto matrimonio pertinere.

Conclusio III.

Vidua intra annum luctus, & quando non habet unde se alere, debet ali ab haeredibus mariti, qui adhuc detinet dotem ipsius viduae. gl. in l. diuortio. in verbo, facto. ff. solu. matri. & quam approbant ibi Roma. Pau. Cast. Alex. & l. af. & ibi dicunt eam glofam obseruari. & l. af. ibi inquit in iudicando non esse recedendum a glofa opinione. & quam de consuetudine receptam esse asserit Ioan. Fabri. in l. vnica. C. de rei vxor. actione. & tenentur haeredes mariti viduae alimenta praestare secundum dotis quantitatem ipsius viduae. Alberic. de Rosat. in l. cum vnus. §. si. ff. de ali. & ciba. lega. q. si pendente anno luctus haeredes mariti recusarent viduam alere, ad dotem reddendam teneretur ipsi viduae, cum alias non habeat unde se alere, si des in pecunia consistat. Alex. in d. l. diuortio. est tamen in potestate haeredum mariti post mortem illius, reddere viduae dotem in pecunia consistentem, & viduam non alere durante anno viduitatis, aut eam alere eo anno durante & dote non reddere quando in pecunia consistit. l. vnica §. exactio C. de rei vxor. actio. Alex. in d. l. diuortio. l. af. in l. stipulatio ista. §. inter certam. ff. de verbo. oblig. haeredes autem mariti eo anno durante non tenentur eam viduam alere, nec dotem restituere in pecunia consistentem, quando ea vidua habet unde se alere. gl. & Alex. in d. l. diuortio. & Fabri in d. l. vnica. de rei vxor. actio. si tamen vidua diceret se pregnantem, & quamvis tunc haberet unde se aleret, deberet tunc ali ab haeredibus viri propter ventrem & quousque pepererit. l. curator. ff. si mulier ventris nomine. q. si vidua non petierit se alimentari ab haeredibus mariti pendente anno luctus non poterit demum petere alimenta preteriti temporis postea quam iam alimentata fuerit, nisi ea alimenta petierit, & haeredes fuissent in mora. l. af. in d. l. diuortio. nu. 21. ff. solu. matri.

Conclusio IIII.

Soluto matrimonio exactio quidem dotis in pecunia consistens non competit viduae nisi post annum luctus a haeredes mariti. l. vnica §. exactio. C. de rei vxor. actio. dotis autem exactio, quae consistit in rebus immobilibus competit viduae statim post mortem mariti, & quae bona immobilia statim illi viduae reddi debent. dicto §. exactio. verum ea dos etiam quae consistit in rebus immobilibus non illi viduae reddi debet, si pendente anno luctus ipsa vidua alatur in domo ipsorum haeredum. Na tunc est copensatio fructuum cum dictis alimentis. & si plus est in fructibus quam ascendunt alimenta, illud plus ipsi viduae reddendum erit. Bal. in l. diuortio. in prin. versic. sed quare quid. ff. solu. matri. quod si vidua rem immobilem datam in dote voluerit statim habere, sicuti potest post mortem mariti, ut dictum

est, tunc non esset alienda ab ipsis hereditibus. Ias. expressè in d.l. diuortio. nu. 13. & potest dos constitui & ante matrimonium, & eo constante. l. cum multa. C. de dona. ante nup. & per confessionem numerationis sicuti & per veram numerationem, nisi opponatur exceptio dotis non soluta intra certa tempora: aliàs elapso tempore non posset opponi. de Ancharano consi. 307.

Conclusio V.

Debitor ex contractu mutui reddendo rem debitam ante moram eiusdem bonitatis & qualitatis, liberatur: nec queritur an aestimatio creuerit an decreuerit, vt in debitorum vini, frumenti, olei, aut pecuniarum. nam tamen aestimatio vini, frumenti, aut olei vel pecuniarum sit maior tempore quo redditur, quam esset tempore contractus, non tamen ad plus tenebitur debitor, sed tradendo vinum aut aliam quantitatem acceptam mutuo, eiusdem bonitatis & qualitatis liberabitur. l. cum quid. ff. si cert. pet. operatur autem mora debitoris, vt ultra rem debitam ad quam reddenda teneatur debitor, veniat etiam vini aestimatio, vel frumenti. Bar. in l. 3. § in hac. ff. commo. idem & in mora actoris dicemus, qui si non accipiat vinum oblatum, & demum vinum pluris vendatur, poterit debitor defalcare aestimationem quanti plurimum nunc venditur. Bar. in d. § in hac. & Ias. in l. vinum. num. 8. ff. si cert. pet.

Conclusio VI.

Debitor in diem vel sub conditione, pendente die vel conditione capi non potest. l. cedere diem. ff. de verb. signi. si tam ipse debitor esset de fuga suspectus, posset tunc capi etiam die pendente & conditione. Bar. & Doct. in l. quæsitum. ff. de pignor. per illum text. Bal. in l. ad finem. C. de condi. ex leg. non requiritur autem quod debitor sit in actu fugiendi ad hoc vt dicatur de fuga suspectus, vel qd actualiter fugiat, sed satis erit qd sit suspectus, vel qd se preparat ad fugam. doct. in illis locis, & glo. in verbo, interit in d.l. quæsitum. vel etiam sufficit qd timeatur de fuga ex coinecturis licet aliàs vere non probetur. Bald. in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. Ias. in l. vinum. nu. 345. & 6. ff. si cert. petat.

Conclusio VII.

Desolutionis appositus in instrumeto interpellat p homine absque alia interpellatione. l. magnam. C. de contra. & committen. stipula. l. vinum, & ibi docto. ff. si cert. pet. quod procedit etiam si post diem certam appositam essent in instrō hæc verba, promissit soluere in tali die, & ab inde ad beneplacitum creditoris. quæ verba non auferunt vim & effectum diei expressi & nihil operantur. l. cum stipulatus sum mihi à Proculo. ff. de verbo. oblig. Bal. in l. penul. C. quæ dies leg. cedit. & ea regula etiam procedit quamuis appositam essent ea verba, promissit soluere ad festum Paschæ, & quæ docunq; interpellatus fuerit, quæ verba etiam non auferunt vim & effectum diei appositam & expressam. Bal. in c. fin. de eo qui interfecit fratrem sui domini. in vlt. feud. & hæc regula etiam procedit in die tacita à lege interposita. l. ij. C. de iure emphy. & ibi doct. & Ias. in l. vinum. ff. si cert. pet. nu. 9. & procedunt superiora in debitorum qui est certus de eodem die, & qui scit se eo die debitorem: secus in eo qui potest probabiliter ignorare, vt est hæres debitoris qui ducitur iusta ignorantiam, cum succedat in locum alterius, per regulam, qui in ius de reg. iur. & tunc in eo hæredes requireretur interpellatio, per Bar. & Pau. Cast. in l. si quis inficiatus. ff. de posi. Ias. in d. l. vinum. incerta autem dies nunquam constituit debitorem in mora. Ias. in d. l. vinum.

Conclusio VIII.

Mulier secundò nubens et extantibus liberis primi matrimonij non tenetur prestare cautionem pro dotis restitutione filiis primi matrimonij, propterea qd nec filij primi matrimonij, nec alij habent aliquod ius in dote matris ea viuente: & nec secundus maritus cogetur se obligare ad dotis restitutionem alij quam ipsi vxori. Bal. cons. 19. incipien. factum tale. Boeri. deci. 200. per rub. C. ne fideiussores dotium dentur.

Conclusio IX.

Sumptus testibus fieri debent ab eo qui eos produxit in iudicio, & qui sunt eundo, stando, & redeundo. l. quonia. C. de testib. & debent sibi solui expensæ quas testis facit pro suo equo si qualitas personarum testis hoc patiat. l. idemque. §. Labeo. & ibi gl. ff. mandati. & in c. statutum. §. seredq. de re scriptis in 6. quos sumptus iudex ex suo officio competentes debet taxare vt dentur ipsi testi, non autem salarii, nisi esset vnus rusticus, aut alius qd quotidie lucratur suas dietas: quæ tunc ultra suas expensæ & salarii esset constituta. Guid. Papæ Deci. 68. & tales expensæ sunt dandæ antequam testis veniat. Bar. in d. l. qm. qd si illimet testes à parte aduersa produ-

cuntur, tunc ab eo tempore quo à parte aduersa essent producti, cogetur soluere expensæ ipsi testibus: & neque primus producens ad eas expensæ amplius tenebitur à tempore productionis ipsorum testium à parte aduersa. Bald. in l. Lucius. ff. famil. ercisc. Sali. in d. l. qm. idem Sali. in l. nimis graue. C. de testi. & ibi tenet qd si quis testem producat quem ego produxi, quod ille testis pro me examinabitur meis expensis, & pro parte aduersa suis expensis.

Conclusio X.

Si duo fratres aut duo focij habeant rem communem, seu domum, fundum, aut quid aliud pro indiuiso, & alter eorum domum ipsam inhabitauerit, & alter non: ille qd inhabitauerit, non tenetur alteri consocio soluere aliquam pensionem pro sua parte, cum ille iam vsus sit re communi ad vsum destinatum. Lucas de Penn. in l. in his. de prædiis & omnib. reb. nauicular. lib. 1. r. C. Ias. in l. serui electione. n. 17. ff. de leg. i. per l. Sabinus. ff. com. diui. Et si duo sint focij habentes sylvam cædua, & alter voluerit cedere arbores pro suo vsu, & alter non, hoc poterit facere inuito socio cum ea re vtatur ad vsum destinatum ipsius syluæ. l. arboribus. §. nauis. ff. de vsufr. Ias. in l. iuris gentium. §. hodie. nu. 7. ff. de pact.

Conclusio XI.

Emens rem aliquam alteri obligatam, & quam meliorauit, & pretiosorem & maioris valoris reddidit, contra creditorem agentem in eam rem audietur soluendo iuxta ipsius rei aestimationem. l. ij. de prædiis & omnib. reb. nauicular. lib. 1. r. C. & ibi Bar. & Io. de Platea. & hoc procedit vbi ille emens fecit ea melioramenta: secus si debitor qui eam obligauerat, quæ tunc ea melioramenta cum ipsa re essent obligata. l. si fundus. §. si rem ff. de pig. Ias. in l. creditor. ff. si cert. pet. qd si ille qui emit, & qui fecit ea melioramenta voluerit rem ipsam tradere creditori, essent tunc illi emptori exsoluenda sua melioramenta. Io. de Platea, in d. l. ij. de præd. & omnib. reb. nauicular. lib. xj. C.

Conclusio XII.

Emptor qui emit rem à tertio, & cuius bona sunt pro talliis & tributis obligata, non tenebitur pro talliis & tributis debitis ex aliis rebus ipsius venditoris: sed solum pro talliis & tributis ipsius rei emptæ. non enim talis emptio afficit totum patrimonium emptoris, vt scilicet fucus possit illam rem emptam pro omnibus talliis debitis ex aliis bonis venditoris distrahere: tenebitur tamē emptor pro tallis ex ea re quæ emit, & pro modo rei emptæ soluere. l. hi q. de præd. & aliis rebus. l. si. C. de debit. ciuitatū. li. 10. Io. de Platea in d. l. in his. Bal. in l. ij. C. sine censu vel reli. & de Platea in d. l. si. de debito. ciui. nu. 3. lib. 10. C.

Conclusio XIII.

Pensio quæ semel alicui domui vel loco fuit imposta iuxta aestimationem illius, non debet augeri quamuis domus ista amplietur vel augeatur, & solum tenebitur possidens soluere iuxta pensionem veterem, & iuxta valorem veterem, & non tenebitur ad illud quod adiuuctum fuit. Bart. & Lucas de Pen. in l. in his. de prædiis & omnib. reb. nauicular. lib. 1. r. C.

Conclusio XIII.

Communitas habens priuilegium exigendi vectigal ex venditione frumenti, aut vini ab aliquo emente frumentum, vinum aut saleem, aut quid aliud, aut habens ius exigendi gabellam salis, vini aut frumenti ab emente vinum, saleem, aut frumentum, vendens ius illud exigendi alicui tertio, aut si illud ius exigendi in firmam dederit, non poterit ille emptor, aut conductor petere ab ipsa communitate quæ emit saleem, vinum, aut frumentum aliquam gabellam, quia communitas vendendo vendit ius illud quod habet exigendi vectigal ab aliis: nihil autem se petebat, neque à se habebat: ergo talis emptor aut conductor non consequetur aliquam gabellam ab ipsa communitate quæ vendidit saleem, vinum, aut frumentum, cum aliis ipse emptor ab aliis vectigat aut gabellam consequi possit. Bal. & Salic. in l. emptor. C. de hered. vel act. vend. Boer. deci. 213.

Conclusio XV.

Si concessum sit hominibus alicuius castri vel ciuitatis vt possint capere, vel scindere ligna in aliquo nemore, quibus demum multi alij eo denenerint, & eum loco inhabitauerint, poterunt tamē omnes lignum capere. l. forma. §. quæ q. ff. de censibus. Boer. deci. 213. nu. 12. facit. l. j. & quæ ibi notat Io. de Platea, de priuileg. corporator. vrb. Romæ. lib. 1. r. C.

Conclusio XVI.

Bastardi in regno Franciæ etiam si patrem eorum naturalem habeant, possunt de eorum bonis disponere & inter viuos, & in vltima eorum voluntate, cum non sint in patris naturalis potestate. & hoc ex consuetudine generali regni Franciæ: cum inter bastardos esset legitima

successio: secundum Benedic. in repe. ca. Rainutius. in verb. & vxorem. nu. 147. & 151. in v. decif.

Conclusio XVII.

Incarceratus vel arrestatus in carcere, vel in arresto non debet recedere absque licentia superioris. l. si captiuus. ff. de capt. quod procedit etiam si ostium esset apertum. gloss. & ibi Bald. in l. succurritur. ff. ex quibus causis maiores. immo effugiens apertio ostii puniendus esset arbitrio iudicis. Boer. deci. 215. nu. 13. non qd effugiens apertio ostii habeatur pro confesso, & conuictio, nec quod teneatur poena effracti carceris. Ias. in l. admonendi. n. 172. ff. de iureiur. sed solum arbitrio iudicis. Boe. in ea decisione nu. 15. & 30. arrestatus ergo non debet recedere sine licentia: cum paria sint non comparere vel comparere & demum recedere sine licentia. Bar. in l. consentaneum. C. quæ, & quando iudex. si tamē qd propter timorem ignis, pestis, aut aquæ recederet à carcere, non propterea esset puniendus. Boe. ibi. n. 22. & 30. & incarcerationum pro debito ciuili ad instantiam creditoris non debet commentariensis relaxare absque iudicis mandato: qd si fecerit ille commentariensis punietur, sed non debitor qui soluit. Boer. deci. 27. in fin.

Conclusio XVIII.

Debitor speciei ante moram percepta specie liberatur. l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & ita liberatur vt illi satis sit mortem probare, licet non probet casum. sufficit enim qd testes deponant vidisse animalia mortua absque eo quod dicant mortua fuisse casu. Cor. consi. 103. nu. 6. in j. v. aduersario autem seu ipsi creditoribus incumbit onus probandi culpam, vel moram ipsius debitoris. Cor. ibi: is tamē qui tenetur ad custodiam rei alicuius ratione officij publici, vt est commentariensis, & custos carceris, vel ratione officij priuati, vt in caprario, tenetur docere non solum de morte, sed & de casu propterea non sufficeret caprarium, aut custodem carceris docere de morte, nisi etiam doceat & de casu: & sic non liberaretur caprarius portado pelles animalium nisi etiam doceat de casu, & eum probet. Bal. in l. cum ita. §. species. ff. de leg. ij. Ias. in l. quod te nume. 11. ff. si cert. pet. Alex. consil. 158. vol. 2. Boer. deci. 216. & per cōsequens qui habet officium aut publicum aut priuatum, ratione cuius tenetur ad custodiam, quatumcumque probaret interitum rei cuius habeat custodiam, non liberaretur nisi etiam probaret casum mortalitatis. Boer. ibi. Cor. consil. 136. in j. vol. & consil. 28. vol. 9.

Conclusio XIX.

Socius expendens pro aliqua dignitate habenda pro suo filio, seu pro expensis quas facit eius filius in studiis, non debet expensæ adscribere societati, sed suæ portioni talis expensæ adscribi debet. Et sic de communitatis expensæ fieri non debet. Ro. consi. 145. quia talis expensæ non respicit vtilitatem societatis. quod procedit etiam si inter se essent focij omnium bonorum, vt ibi per Roma.

Conclusio XX.

Eximens captum pro debito ciuili ad instantiam creditoris tenetur illud debitum pro quo ille debitor erat captus, exoluere. l. si per alium. §. in eum. ff. ne quis eum qui. l. quoties. de exacto. tribu. lib. 10. C. quæ lex procedit tam in eo qui eximit captum pro debito publico, quam priuato. Ias. in l. j. hoc edictum. ff. ne quis eum. Et procedit in eo qui eximit captum tam à manibus familiarum, quam à carcere, vt ibi per Ias. & neque necesse erit creditoribus probare de debito, sed solum sufficere probare eum qui exemptus est, fuisse captum ad mandatum se asserentis creditorem esse: & neque audietur eximens si vellet probare eum qui fuit exemptus non esse debitorem. l. sed eximendi. §. j. ff. ne quis eum. ita capella. cons. 14. versi. quia ad hoc. Ang. in d. l. sed eximendi. Boer. deci. 217. nu. 13.

Conclusio XXII.

Eximens captum de carceribus, vel de manu familiarum pro debito ciuili, si eum exemptum remisit, aut remitti fecerit in carcerem, liberatus erit à debito, ad quod alius tenebatur. Boer. deci. 217. nu. 14. & 15. nihil enim creditori deperit ex quo captus in carcerem est remissus. l. si. C. de custodia. reorū. contra sententiam Sali. quem Ias. sequutus fuit in l. j. §. quod prætor. ff. ne quis eum. tñ propter talem temeritatem quæ ille eximens vsus fuit, tenetur creditori pro suo interesse quod ipse creditor fuit passus eo tempore quo debitor fuit absens. ita Boe. loco quo supra.

Conclusio XXIII.

Vis ad mortem condænatus non liberatur ad petitionem puellæ etiā meretricis, quod & de iure & consuetudine

obseruari asserit Guliel. Benedic. in rep. c. Rainutius. in verb. mortuo. l. j. nu. 269. & Boer. deci. 27. num. 20. licet Maffueri. teneat contrarium in titulo de penis.

Conclusio XXIII.

Mercator qui vendidit suas merces alteri creditori qui promissit soluere in certis terminis, & ante sententiam aufugit, non præferendus erit aliis creditoribus ipsius debitoris etiam respectu ipsarum mercium extantium. Qui creditor si sint anteriores tempore, audientur, & poterit executionem facere in illis mercibus extantium, in quibus ille vendens nullum habet priuilegium prælationis, vt præferatur aliis creditoribus prioribus tempore. l. quidam fundum. ff. de in rem ver. Ias. in l. creditor. ff. si cert. pet. mutans autem pecuniam expressè ad merces comparandas, & ex qua pecunia apparet merces fuisse comparatas, habet talis mutans priuilegium prælationis. d. l. creditor. & ibi Ias. & tunc præferetur aliis creditoribus habentibus expressam hypothecam. Ias. in l. qui Romæ. §. j. nu. 2. ff. de verb. oblig.

Conclusio XXIII.

Res empta ex pecunia mea mutuo data, non est propter cam mihi hypothecata, nisi hoc expressè conuentum esset inter partes vt ea res remaneret hypothecata: & eo casu ille mutans habens in eam expressam hypothecam præferetur ceteris creditoribus etiam priorem hypothecam habentibus. l. licet. C. qui potior. in pig. habe. Ias. in l. qui Romæ. §. j. nu. 2. ff. de verb. oblig.

Conclusio XXV.

Ciuitas puniri non potest ex delicto commisso per aliquos de ciuitate, etiam si commissum esset presentibus omnibus de ciuitate, nisi consilium committendi illud delictum præcederet, quare si homines alicuius ciuitatis facerent aliquam rebellionem, ciuitas ex hoc non deberet puniri, nisi appareret collegialis deliberatio super ea rebellionem: aliàs factes delictum & talem rebellionem deberent puniri. Bar. in l. aut facta. §. si. ff. de pœnis. & ciuitas tunc puniri debet quando commissa omnes de ciuitate consilio communicato deliquisse. Ias. ibi. & Deci. consi. 221.

Conclusio XXVI.

Administrator ciuitatis vel alicuius collegij accipiens pecuniam mutuo nomine ciuitatis, aut collegij, & cum expresso mandato à ciuitate aut à collegio obligat bona ciuitatis aut collegij, licet non doceat cam pecuniam veram fuisse in vtilitate ciuitatis aut collegij. l. habebat. in pr. ff. de inst. Bar. in l. ciuitas. & ibi Ias. n. 12. ff. si cert. pet. administrator aut ciuitatis sine speciali mandato ciuium accipiens pecuniam mutuo non obligat ciuitatem nisi imprimis doceat pecuniam fuisse versam in vtilitate ciuium. quod ipse administrator tenetur probare quando sine mandato accipit pecuniam. d. l. ciuitas. & ibi amplè doctores, & in hoc casu hæc praxis obseruatur, vt mutuas pecunias faciat conuenire administratori res ciuitatis qui nunc sunt, & nihilominus conuenietur is qui pecuniam accepit vt causæ assistat: qui si doceat se exposuisse eam pecuniam quæ mutuo accepit vt administrator, in rem ciuitatis, erit liberatus, & noui administratores qui pecuniam non acceperant, condēnabuntur. Bar. in d. l. ciuitas. qd si administrator accipiat pecuniam mutuo nomine ciuitatis præsentem consilio ipsius ciuitatis non tenebitur & ciuitas indistinctè obligatur. Bar. & Ias. in d. l. ciuitas. & hæc quæ dicta sunt in administratore accipiente pecunias mutuo locum habent & in aliis administratoribus capituli, collegij aut ecclesiæ. doct. ibi. & Hippolytus de Marsi. in rep. l. de vnoquoq; ff. de re iud. nu. 65.

Conclusio XXVII.

Attentata post appellationem à diffinitiuâ etiam ante inhibitiones debet reparari per iudicem ad quem appellatum est. iusta. de appella. l. 6. quod procedit vbi appellatio esset iusta. quod si esset deserta vel manifestè friuola, attentata non esset reparanda. Rebu. in consil. reg. in tractatu de appella. arti. 19. in glo. 2. num. 19. & 20. Guid. Papæ quæst. 213. in fine. idem Guid. Papæ consi. 4. num. 3. & consi. 69. nume. 12. & domini de rota decisione j. in nouis. attentata verò facta à diffinitiuâ post inhibitiones debent indistinctè reparari. de Ancha. in eo capit. non solum. vers. si vero. attentata autem post appellationem ab interlocutoria, & post inhibitiones factas reparari debet. d. c. non solum. facta autem ante inhibitiones post appellationem ab interlocutoria tunc debet reparari vbi appellatio esset iusta: quia si iniusta, non esset reparanda ea attentata Rebu. in illis cōmēt. arti. pri. nu. 103. & in tractatu de euoca. Panor. in cap. super quæstionum. §. fin. num. 26. de offi. & potest deleg. quare ea attentata quæ facta

sunt ante inhibitiones ab interlocutoria an sint reparanda an non, pendet a futuro euentu: quia si appellatio est iusta, reuocabuntur: si vero iniusta non reuocabuntur. Ita Pan. ibi. Conclusio XXVIII.

At tentata post appellationem altero de duobus modis possunt reparari per iudicem ad quem: vno modo prosequendo appellationem vna cum attentatorum reparatione: & hæc est via ordinaria, cum i libello appellatorio simul concluditur malè iudicatum & ad reparationem attentatorum. Domin. de S. Gemi. in d. cap. non solui. in prin. n. 3. de appella. in 6. & eo casu sicuti in simul conclusum fuit, ita & in simul omnia terminari debent, nisi in libello dicatur & petatur quod ante oia petitis sibi fieri super attentatis. Io. And. & de sanct. Gemi. in d. c. nō solui. tutius tñ est vt separatim petatur attentatorum reparatione antequam ad vltiora procedatur: alioquin vtrūque vna sententia terminandū erit. Phi. Decius in c. cōsultu. de appella. Altero modo petitur fieri reparatione attentatorum prosequendo solum per implorationem officij iudicis reuocationem ipsorum attentatorum. & hæc est via extraordinaria qua facilius expeditur & facilius appellati suc curritur. Gemi. loco quo supra. Pan. in ca. ex parte. ij. nu. 9. de resc. & licet ad iudicem appellacionis pertineat cognoscere de viribus appellacionis, tamen ratione accessiorij ad ipsum eam pertinet cognoscere de attentatis qua post appellacionem superueniunt. d. c. non solum. per l. cum ex causa. ff. de appella. Inn. in c. dilecta. vers. solue. de excep. & hoc modo procedendo non discussio articulo appellati fieri debet attentatorum reparatione. Gemin. in d. c. non solum. Decius in d. c. consulti. & quando proceditur per implorationem officij iudicis, qui petit reparationem attentatorum a diffinitua debet probare intentam diffinitiuam & appellacionem a diffinitiuam, & attentata. Bald. in l. appellacione. in prin. C. de appella. & neque requiritur quod deducatur iustitia appellacionis. Ioan. And. & Gemi. in d. c. non solum. & his tribus probatis obtinebit si ille appellans veniat per implorationem officij iudicis. Gemi. ibi in prin.

Conclusio XXIX.

Debitor ex pluribus causis, & in diuersis summis soluens aliquid summam potest in solutioe declarare ex qua causa soluit: aliàs datur facultas creditori declarandi in qua causam accepit eam pecuniam, dum tamen in continenti ille creditor hoc declarat. l. j. C. de solu. l. j. ij. & iij. ff. de solut. & dummodo etiam eam summam accipiat in duriorum seu causam grauiorem. dict. l. j. quod si nihil dictum fuerit, in duriorum causam censetur esse facta solutio a debitore. Et si vtraque aequè dura & grauis est, tunc in causam antiquiorem. l. cum ex pluribus. ff. de solu. durior autem causa est causa famosa quam ciuili: hypothecaria quam personalis. d. l. cum ex pluribus, & ea superiora sunt intelligenda in eo qui est debitor ex pluribus causis aequè principalibus: fecus in eo qui est debitor ex vna causa principali, & altera causa accessoria vsurarum: quia tunc solutio facta cedit in causam vsurarum. d. l. j. C. de solutio. & ibi Bar. & Bald. & Sali. & Bar. in d. l. cum ex pluribus. de solu. Paul. Castren. in d. l. j. ff. de solu. & Corn. consil. 295 in 3. vol.

Conclusio XXX.

Apellans in causa criminali non potest sue appellationi renunciare vbi est questio de morte naturali vel ciuili, vel de membri mutilatione, & hoc siue appellatio ab ipso condemnato interposita sit, siue a tertio pro ipso condemnato. Ang. in tract. malef. vers. presente dicto Caio. Rebuff. in cōmen. in constitut. regias, in tract. de appell. art. 15. in glo. j. n. 23. contra Bart. in l. qui vltimo. in si. ff. de pœnis. per l. non rātū. ff. de appella. non enim auditur perire volens. d. l. non rātū. in ciuili autem causa ante decem dies potest appellans sue appellationi renunciare, etiam inuito appellato cum appellatus de regni consuetudine nō iuuetur appellatione appellantis. Rebuff. loco quo supra in gloss. 2. nu. 17. post verò decem dies non potest renunciare inuito appellato.

Conclusio XXXI.

In alternatiuis summarum vel rerum debitoris est electio quam rem vel summam velit soluere. l. plerūque. ff. de iur. doti. reg. in alternatiuis. de reg. iur. quod procedit quando vtraque res debita est in rerum natura: verum si cum culpa vel dolo debitoris vna ex rebus debitis periret, eo casu ea res quæ superesset, præcisè deberetur & esset in obligatioe. Sed si sine dolo vel culpa debitoris altera res deberet, possit debitor liberari soluendo vel æstimationem rei, quæ periit, vel tradere rem tantam. l. cum res. ff. de si Stichus. ff. de leg. j. l. in l. non vti que. numero 3. ff. de eo quod certo loco.

In alternatiuis autem locorum electio est creditoris, quare si debitor promiserit soluere Romæ, vel Tholosæ, erit electioe creditoris debitorum conuenire in altero eorum locorum. l. iij. ff. de eo quod certo loco. aliàs talis obligatio esset inutilis, cum semper debitor vellet fugere, & reus conuentus in vno locorum possit creditorem eludere. verum reus conuentus in vno loco poterit in altero soluere de dictis locis: & non poterit compelli soluere vbi conuenitur. Et sic poterit eligere vbi velit soluere in vno ex illis locis, dummodo eligat ante litem contestationem ita vt electio loci quo ad petitionem sit creditoris in quo loco velit debitorum: venire: electio vero erit debitoris in quo loco velit soluere. & poterit eligere vsque ad litem contestationem: post verò nō. Bar. in l. non vti que. ff. de eo quod certo loco. quod si reus ante litem contestationem elegerit & obtulerit se soluturū in vno ex locis alternatiuis expressis, & actor vellet sibi solui in loco iudicij, tunc haberetur ratio interesse ipsius rei soluentis in loco iudicij, cum in sua potestate esset soluere in alio loco, & hoc casu ea actio possit dici arbitraria respectu rei, & nō respectu actoris. Socinus in ca. dilecti. vers. quartò. de foro compe.

Conclusio XXXII.

Promittens soluere Tholosæ, Nemausi, & sic in pluribus locis expressis copulatiue, in quolibet loco pro parte poterit conueniri, & contra eum pro parte agi potest, ita vt si duo loca copulatiue sint posita in contractu, in quolibet p dimidia poterit reus soluere: & si tria loca posita sint, pro tertia parte in quolibet loco agi poterit. l. iij. §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco. quod si reus in vno loco ex locis expressis, cum tria essent loca adposita, fuerit conuentus, & soluerit pro tertia parte actio non erit arbitraria, sed bene pro duobus aliis partibus quando ibi in solidum conuenitur. Si autem in alio loco non expresso reus conueniatur, & neque opponeretur a reo fori declinatoria, tunc habebitur ratio totius interesse. Soci. in eo. c. dilecti. de foro comp. vers. j. principaliter.

Conclusio XXXIII.

Rector vniuersitatis debet esse clericus, & vniuersitas quoties conuenitur vt vniuersitas debet conueniri coram iudice seculari siue illa constet ex solis clericis, siue mixtim ex clericis & laicis: quia tunc vt vnum corpus consideratur, & non considerantur vt singulares: quia si vt singulares, tunc essent conueniendi coram proprio iudice. Dec. in ca. si quis clericus. vers. decima quarta. de foro compe.

Conclusio XXXIII.

Colonus coputatur inter testes domesticos. l. presenti. §. si. C. de his qui ad eccl. consu. quod procedit impropiisimè, quia proprie pater & filius, maritus & vxor sunt inter se domestici, impropiè autem familiares sunt inter se domestici: impropiissimè coloni & mercenarij. non tamen quod per hoc coloni repellantur in totum a testimonio ferendo pro his a quibus tenent, & habent res eorum: vt coloni qui tamen non sunt testes idonei: & illis res colonis minus creditur. glo. & doct. in c. in literis. de testi. Alex. consil. 32 in j. volu. & consil. 47 in 6. vol. & Dec. con. 100. nu. 7.

Conclusio XXXV.

Vbi aliàs veritas non potest apparere, iudex remouetur ab officio iudicandi propter necessitatem officij testificandi: & hoc si a parte petatur ante litem contestationem: quia si post, non remoueretur. Et ad hoc vt iudex remouetur ab officio iudicandi propter officij testificandi, requiritur summaria cognitio, & verisimilis coniectura per quã præsumatur quod iudex sit testis necessarius, & qui sciat veritatem de ea re super qua interrogandus est. Soci. in tracta. de testi. c. expe dita. tertia parte. vers. conclusio prima. Post didicita verò testificata, vel post latam sententiam non potest iudex produci in testem. Sali. in l. ne in arbitris. §. si autem. C. de arbi. Aufr. in deci. Cape. Tholo. deci. 142.

Conclusio XXXVI.

Vnus testis deponens aliquid quod sit remotū a natura alicuius contractus, non facit simplicem probationem ad hoc vt parti possit deferri iuramentū in defectū vberioris probationis. Bal. in tit. de consue. recti feudi. §. sacramētū. nu. 13. pacta etiā extranea non præsumuntur, & neque super eis iuramentum in supplementum est deferendum. Bal. in tit. quid sit inuestitura. §. si nu. 3. l. in repe. admonendi. num. 186. vers. octauo prædicta. ff. de iure iur. & est additio in verbo, idem tenet super Panor. in c. si. de iure iur.

Com

Conclusio XXXVII.

Index aequitate præ oculis debet habere. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod certo loco. c. fin. de tran. placet. C. de iudi. quod procedit in aequitate iure informata: & sic non omnè aequitatem iudex debet habere præ oculis, sed solum æquitate iure informatam. c. ex parte. de offi. & potest. deleg. quia iudex ipsa lege non debet esse clementior. §. oportet. in auth. de iudi. quod facit contra illos qui dicunt se amplecti æquitatem spreta forma iuris: quia non dicitur æquitas, sed potius iniquitas. Panor. in d. cap. ex parte. num. 3. is enim qui ex æquitate procedit, non potest decidere contra casum alicuius legis, etiam si illa lex rigorem contineat, cum debeat non secundum æquitatem sui capitis decidere, sed secundum eam quæ reperitur scripta lege. Rom. consil. 149.

Conclusio XXXVIII.

Sola presentia & taciturnitas alicuius in aliquo actu non inducit illius consentum quando illius presentia contradicendo non potest actum impedire quin fieret, & sic eo casu presentia illius non potest sibi præiudicare. Vnde dato quod fuisset præfens fideicommissarius in alienatione fundi legati, nō hoc sibi præiudicaret. quin eum fundū posset vendicare adueniente conditione, & die fideicommissi. l. in l. si fundum per fideicommissum. nu. 6. ff. de leg. ij. per eam legem. vel si quis fuerit præfens venditioni suæ rei, quam vendit quidam tertius, talis enim presentia non sibi noceret: quia res aliena vendi potest. l. rem alienam. ff. de contra. emp. sola autem presentia in aliquo actu alicuius tunc demū inducit consentum, & sibi præiudicat quando potest contradicendo actum impedire. Bar. in l. Caius. ff. de pig. actio. l. in loco quo supra, & in l. quæ dotis. ff. solu. matr. nu. 76. & 95. quare testis descriptus in instrumento sibi in futurum præiudicat, & nocet, quando poterat contradicendo impedire ne esset testis, vel si res alicuius daretur in pignus ipso presente, sua presentia sibi præiudicaret: quia demonstrando rem suam esse, impediret talem pignorum dationem. Panor. in c. ex literis. de tranfact. quare si quis esset testis quando res sua datur pignori, sibi nocet: quia demonstrando rem suam esse, impediret res sua daretur in pignus. Si quis autem esset testis quando res sua venditur, sua presentia non sibi noceret, cum contradicendo non posset impedire, quia res aliena vendi possit.

Conclusio XXXIX.

Patronus seipsum presentare non potest, cum debeat esse differentia inter presentatum & presentatorem. c. fin. de instit. poterit tamen pater patronum filium suum presentare. ca. consiluit. vbi glo. & Panor. de iure patro. & neque obstabit quod dicitur patrem & filium esse vnā personam. l. si. C. de impube. quia illud procedit fictione iuris: in rei aut veritate sunt due personæ. Panor. in d. c. consiluit. Gulielm. Bene. in repe. cap. Rainutius. in verb. mortuo itaque. ij. nu. 58. de testa. Chaf. consil. 17. num. 12. & episcopus pater filio suo legitimo & naturali potest beneficium conferre dummodo sit idoneus.

Conclusio XL.

Narrata in rescripto probant contra impetrandem etiā si rescriptum esset subreptitum. Felin. in ca. capitulum. circa fin. de rescript. & in cap. examinata. de iudi. l. in l. j. C. de instit. & substi. & resti. sub condi. Chaffan. consilio 46. num. 8.

Conclusio XLI.

Ad hoc vt aliquis de aliquo crimine teneatur tanquā opem præbens & auxilium illi qui vulnus aliquod alteri intulit, debet contra illum probari quod ille ibi aderat ex proposito, nam si casu superuenisset, sicuti in dubio præsumitur, non esset praeniendus vt ferēs opem. Felin. in c. sicut dignum. num. 6. de homi. Chaf. consil. 57. num. 11.

Conclusio XLII.

Vulneratus ex vulnere mortali si moriatur, præsumendum erit eum ex vulnere decessisse, & vulneras de occiso tenebitur non habita ratione temporis, siue statim moriatur, siue post certū tempus dummodo constet illud vulnus fuisse mortale. Vulneratus autem ex vulnere nō letali si moriatur non præsumendum erit ex vulnere decessisse: propterea vulnerans non tenebitur de occiso, quod si incertum sit an vulnus sit letale vel non, & tunc si intra paucos dies vulneratus decesserit, præsumendum erit vulneratum ex vulnere decessisse, si semper vulnus in peius abierit. si verò post multum tempus mortuus fuerit ille vulneratus, & neque conualuerit, vulnerans semper tenebitur. Si vero conualuerit per tempus & demum vulnus recruduerit, eo casu nō

ex vulnere, sed potius ex malo regimine præsumendum erit vulneratum decessisse, & neque vulnerans de occiso tenebitur. Felin. in c. presbyterum. de hom. Sali. in l. j. C. de emed. seruo. Bce. deci. 323. Decius consil. 415. Corn. consil. 273. par. 3.

Conclusio XLIII.

Notarius pendente falsi accusatione non debet interim priuari sui officij possessione. Panor. post alios in capit. fraternitatis. de hereti. honestius tamen erit quod pendente accusatione falsi contra notarium vt interim ille abstineat ab instrumentorum receptione. Fran. Marc. Deci. 299. par. 2. & si quis producat instrumentum, & pars aduersa neget eum qui confecit illud instrumentum, fuisse notarium, tunc illi qui tale instrumentum produxit, incumbet onus probandi eum qui illud instrumentum recepit, fuisse notarium, nisi in antiquis, in quibus pro instrumentum præsumeretur. de Anchara. consil. 213.

Conclusio XLIII.

In his que sunt mere facultatis non currit præscriptio: quare si a longissimo tempore turris steterit collapsa, nulla opponi poterit præscriptio reficiendi eam turrim collapsam: & neque facultas turrim reficiendi per lapsum temporis tollitur. illud enim ius reficiendi est, & dependet ex mera facultate que non potest præscribi. Felin. in capit. consiluit. de iud. plenè Chaffa. consil. 11. num. 16. & consil. 4. & sic in his que sunt mere facultatis, vel in his que gratiosè conceduntur nulla currit præscriptio. l. in l. quominus. n. 28. ff. de fluminib.

Conclusio XLV.

Habentes villam & iurisdictionem in illis sunt immunes a collectis, & exempti a talliis: & ita multoties iudicatum asserit Chaffa. consil. 64. nu. 6.

Conclusio XLVI.

Nobiles exercentes officium villæ quam primum cessant ab exercitio eorum officiorum incipiunt gaudere priuilegiis nobilium quæ perdidit per exercitium eorum villæ officiorum a quibus vilibus officiis si desistit, gaudebit eorum antiqua nobilitate: quia exercitium eorum officiorum villium non potest nocere nisi pro tempore quo illa officia ab ipsis nobilibus exercentur. Chaffa. consil. 64. n. 34. 35. & 36.

Conclusio XLVII.

Procuratoris officium est vile: tamen procuratores exercentes officij procuracionis in curiis supremis, & in curiis senescalium in Francia, & procuratores etiam principis dicuntur exercere officium nobile. Chaffa. consil. 64. nu. 34. Nō possunt autem procuratores testes esse contra eorum clientulos nisi in defectum. l. si. de testi. Franc. Marc. Deci. 383. in 2. par.

Conclusio XLVIII.

Hodie vix reperiantur pacta nuda cum semper in contractibus & in instrumentis solent notarij pro partibus stipulari: ita vt ea pacta per stipulationem notariorum vestiuntur. & licet dubium sit an scilicet pacta apposta in aliquo contractu valeant in fauorem absentis, etiam si non sint in rerum natura, tamen propter stipulationem notariorum validabuntur, qui semper stipulantur pro absentibus. Bened. in rep. cap. Rainutius. in verbo, si absque liberis. in materia de fideic. substitutione, nu. 3. Chaffa. consil. 93. nu. 57.

Conclusio XLIX.

Fideicommissum relicum sub conditione vel in diem, si fideicommissarius ante euentum diei vel conditionis moriatur, non transmittitur ad quoscunque hæredes nec ad suos. l. j. §. si autem sub conditione. C. de cadu. toll. Bald. in l. j. C. de his qui ante apert. tabulas. l. in l. cum secundū. C. de fideicom. n. 3. Chaffa. con. 63. numer. 5. Bened. in ead. rep. c. Rainutius, in verbo, & vxorem. nume. 624. non enim transfertur fideicommissum vniuersale herede mortuo ante euentum conditionis vel diei, & neque ad suos transferretur, vt iam dictum est, & licet in fideicommissum filio relicto de restituenda hereditate cum morietur, subintelligatur ea clausula, si decedat sine liberis, l. cum auus. ff. de condi. & demort. l. cum acutissimi. C. de fideicō. tamen vbi filius grauetur sub alia conditione quam sub conditione mortis, vel post mortem suā, tunc non intelligitur ea clausula, si decedat sine liberis, quæ clausula solum subintelligitur, vbi filius post mortem suā est grauatus hereditatem restituere, sed non vbi sub alia conditione: vel si vnus grauatus esset hereditatem restituere. Alex. cōf. 93. n. 3. lib. 3. Chaffa. consil. 67. nume. 18. ergo in illis casibus vbi filius grauatus esset hereditatem restituere sub alia conditione, quæ sub conditione

Comm. opin. Tom. 4.

AAAA 3

mortis, conditio pritis esse adimplenda ante qua fideicommissum transmitteretur, ita vt nec liberorum habenda esset ratio. Ias. in d. l. cum secundum. C. de fideicommissis. Salic. in d. l. cum acutissimi. nu. 2. & hac clausula. si decedat sine liberis, non habet locum, neque subintelligitur in vulgari substitutione facta filio. vt Curtius Iunior testatur consilio 33. in princi. & solum locum habet in descendentes testatoris, qui sunt grauari post mortem, vt ibi per Curtium, & non in alijs grauatis, ita vt nec extendatur ead. l. cum auis. ad trasuersales grauatos. Alex. consil. 185. num. 23. in ij. vol.

Conclusio L.

Fideicommissum pure relicto transmittitur ad quoscunque haeredes etiam non agniti. l. cum filio. ff. de legat. j. & ibi Iaso. qui asserit hanc communem esse opinionem: propterea fideicommissarius moriens ante fideicommissi restitutionem transmittit illud ad quoscunque haeredes, ita vt haeres pure grauatus teneatur illud restituere haeredi ipsius fideicommissarii, qui iam mortuus est. l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. Bened. in rep. c. Rainutius. in verbo, si absque liberis. in materia fideicommissi. nu. 62. & Ias. in ea. l. cum filio.

Conclusio LI.

Fiscus non tenetur cauere cum semper ille sit soluendo, & sic idoneus. l. ij. ff. de fundo dotali. propterea non tenetur cauere nec satisficere. l. ij. ff. vt lega. vel fidei. nomine caueatur. sed nec nuda cautione. Bar. ibi. Ciuitas autem seu respublica non tenetur satisficere per rebus publicis. Soler enim in illis casibus remitti satisficere. tenetur tamen promittere, id est, debet promittere nuda cautione. l. si quando. §. pia. ff. vt in poss. legato. & sic notandum est qd priuatus satisficat, ciuitas re promittit, f. scus autem nihil facit. d. l. si quando. Ias. in l. inter oēs. ff. qui satisfada. cogan. nu. 7.

Conclusio LII.

Pater dotando filiam suam simpliciter cessetur in dubio de suo proprio ipsius patris dotare, & non de bonis filiae etiam si ea filia propria bona habeat. l. si. C. de dotis promissis. est enim patris officium filias dotare. l. qui filios. ff. de ritu nupt. nisi expressè dictum esset patrem tam de suo proprio, quam de bonis filiae dotare ipsam filiam: quia talis expressio de bonis filiae faciat cessare casum dubium. Soc. con filio 100. volum. 3. numer. 8. Iaso. in l. ff. solut. matri. & qua uis pater promiserit dotem filiae tam de bonis suis, quam de bonis matris ipsius, nihilominus intelligitur dotem de suo proprio patrem promississe. Ias. in d. l. i. nume. 24. d. l. si.

Conclusio LIII.

Quoties competunt duae viae & duae actiones ad aliquid consequendum, vna electa altera tollitur. l. quod in haeredem. §. eligere. ff. de tribu. & sic non licebit ad alteram conuolare cum semel vna fuerit electa: tamē quando quis potest agere & per viam executionis & per viam actionis, & sic vbi competunt duae viae, vna per actionē & altera per executionem, quamuis quis viam actionis elegerit, poterit tamen eam relinquere, & illi actioni mota renunciare facta restitutione expensarum alteri parti: & demum poterit ab exequendo incipere. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud. l. liij. §. si ex conuentione. eod. Rebuff. in cōmen. in const. regias in tractatu de literis obligati. arti. 6. in glo. iij. nu. 7.

Conclusio LIII.

Executio literarum pro hypotheca non potest fieri in bonis haeredis qui est haeres sub beneficio inuentarij pro debito defuncti debitoris, sed inquiri debet bona defuncti & sup illis fieri debet executio. qd si ille talis esset haeres simpliciter, tunc etiam in suis bonis fieri posset executio cum per additionem haereditatis bona defuncti & haeredis sint eō fusa. Rebu. in tracta. de literis obligati. arti. 9. in glo. 2. nu. 8. in const. regias. quod procedit vbi non sunt alia bona defuncti quia illis extantibus super illis imprimis fieri debet executio. Rebu. in eo. tract. de lit. obli. arti. 3. in glo. ij. nu. 3. Et ibi inquit quod antequam fiat executio in bonis haeredis pro debito defuncti certū debere esse an bona defuncti sufficiat: qd tamen iretur ad bona haeredis si bona defuncti sufficiunt. bona enim haeredis non reperiuntur obligata creditori: quare super illis bonis non potest fieri executio, nisi in defectū bonorum defuncti obligati. Ioan. faber in §. sed olim. Inst. de lega. & Rebu. loco supra.

Conclusio LV.

Locans equum qui aestimatus est, sibi prauidicat. facit enim talis estimatio vt periculum ipsius equi traseat in conducentem, ita vt teneatur non solum de casu fortuito, sed & de culpa etiam leuissima. Bar. in l. si vt certo. §. nunc vi-

dendum. ff. commod. Ias. in l. actio. nume. 5. ff. de aestima. act. Conclusio LVI.

Si quis vt haeres sub beneficio inuentarij, poterit in executione sententiae opponere quod est haeres cum beneficio inuentarij contra talem sententiam: & si talis haeres cum beneficio inuentarij soluerit, & demū cōstat bona defuncti non sufficere pro exsoluendis omnibus creditoribus, poterit contra eum agere cui integrè soluit, vt sibi pro rata satisfaciatur. Ioan. Faber in §. extraneus. numero 7. Institut. de haere. quali.

Conclusio LVII.

In instrumento publico locus generalis apponi debet vbi cōtractus celebratus est, vt actum Tholosae, Nemausi, vel in alio loco, qui sit locus generalis. c. abbate fanē. de re iudi. in 6. Boc. deci. 33. nu. 27. neque tamen sufficeret locus indeterminate, & nimium generalem apponere, vt actum in dioecesi Nemausen. talis enim loci mentio cum sit nimium locus indeterminate, vitiaret contractum. Aufre. deci. 49. i. in decis. capel. Tholo. specialis autem loci insertio in instrumento non est necessaria pro validitate ipsius contractus. Boer. in ea. deci. 33. num. 27. & ibi asserit hanc communem esse opinionem, nisi de consuetudine requisitum esset, vt locus loci, & sic locus specialis apponeretur & exprimeretur. Aufre. in d. decisio. Ioan. de Platea in l. generali. de anno. & tribu. li. 10. C. Est quidem verum, quod licet locus specialis non exprimat in instrumento, non propterea corrumpit instrumentum, neque per hoc instrumentum vitiaretur, sed solum redderetur suspectum propter talem defectum loci specialis, & incumberet producenti illud instrumentum declarare locum speciale vbi factum fuit, quod procedit si a parte hoc peteretur. Aufre. loco quo supra. Ioan. Fabr. in §. item verborum. de inutilib. si ipu. in hoc casu tenet ibi contrarium, quod scilicet requiratur insertio loci specialis in instrumento: sed Boeri. loco quo supra, tenet regulam superiorem, quod locus loci non requiratur. quam inquit ibi esse magis veram & communem. scripturam autem priuatam loci defectus etiam non vitiaret. & neque locus est ibi de necessitate apponendus. docto. in illis locis.

Conclusio LVIII.

Cum auctoritate iudicis quis potest ingredi domum alterius ad perquirendas res furto subtractas, quod tamē sine iudicis licentia non liceret. §. conceptum. Inst. de obl. qua ex deli. na. & ibi Fab. & neque propterea is cuius domū iudex ingreditur ad partis requisitionem ad res furto subtractas perquirendas poterit agere actione iniuriarum contra ingredientem. Et hoc seruari asserit Boeri. deci. 174. contra opinionem Fabri in eo loco, qui ibi videtur vti aliqua diuisione super his, que tamē non seruatur, vt ibi per Boeri.

Conclusio LIX.

Omnia pacta de sui natura sunt realia, & ad haeredes tam actiue quam passiuē transferuntur. l. tale pactum. ff. de pactis. Guliel. Bened. in reperit. c. Rainutius. de testa. in verbo, duas habens. nu. 279.

Conclusio LX.

Barstardi in regno Francia non succedunt suis parētibus, sed & neque parētes eis succedunt, cum cesset legitima successio inter ipsos bastardos, & eorum parentes. Bened. in verbo, & vxorem. num. 713. in rep. cap. Rainutius. Sed fiscus eis bastardis succedet ac si nullos habeant parentes: vel domini temporales quibus illi bastardi sunt subditi, tribus tamen concurrentibus. Primò qd sint nati in terra eiusdem domini. Secundò quod ibi moram & residentiam faciant. Tertiò quod ibi moriantur, aliàs fiscus omnia occuparet. Bened. in eo. loco. ius enim agnationis tantum residet in legitimis, & non comperit illis qui illegitimè nati sunt. Deci. cōsilio 461. possunt tamen bastardi de eorum bonis testari etiā patre eorum naturali viuente. vt ibi per Benedicē.

Conclusio LXI.

Dos a patre naturali filiae naturali constituta, & filia demum mortua est sine liberis, debet ad patrem naturalem dotē constituentem, seu ad eius haeredes redire. Panor. consil. 115. volum. 2. & est additio super Bar. in l. i. in verbo, conditio. ff. solu. matri. quia sicut alimenta quae a patre naturali suae filiae naturali debentur, cessant per mortem ipsius filiae, ita & pater per hoc remanet liberatus a talibus alimentis, sic vt dos iam constituta per mortem ipsius filiae naturalis, ad ipsum patrem constituentem, vel eius haeredes redire debet. cum ea dos succedat in locum alimentorum. cap. cum haberet. de eo qui duxit in vxorem.

Conclusio LXII.

Omnēs contractus fieri possunt inter virum & vxorem excepto contractu donationis, qui inter ipsos coniuges prohibitus est. l. iij. ff. de dona. inter vi. & vxor. Boer. deci. 183. nu. 10. quare, licet fundus dotalis alienari non possit per eum titulum de fundo dotali non alienand. ff. & C. potest tamen cum viro permutari. Lucas de Penna in l. i. de fid. inst. lib. 10. C. Matueri. in tit. de dote. §. item maritus. & si maritus bona sua vxoris alienauerit, poterit demum eam compensare cum alijs suis bonis, & super illis cum ipsa vxore poterit contrahere illi alia bona remittendo. Papon idem tenet in suo recollector. des. vressis in titulo, du drou & est, arrefst der m. & Bal. in authen. si qua mulier. nu. 5. C. ad Velle. Bal. in l. i. ver. si item fallit. ff. solu. matri.

Conclusio LXIII.

Mulier vxorata non est in potestate mariti nisi quo ad obsequia. debitum carnis, & quo ad operas: in alijs vero non. l. vxorem. C. de condit. insert. propterea potest vxor conuenire & conueniri sine mariti sui auctoritate in patria quae scripto iure regitur. Papon in suo recueil, in tit. du droit est, arrefst 15. Bald. in authen. si qua mulier. nu. 5. C. ad Velleian.

Conclusio LXIII.

Testis ab aliquo productus si a parte aduersa fuerit demum reproductus non poterit reprobari neque reici. l. si quis testibus. C. de testi. nisi causa de nouo superuenerit, vel si sit alia causa quae nunc de nouo peruenerit ad notitiā. docto. in d. l. si quis testibus. In alia tamen causa poterit ille qui primò produxit eum testem ipsum reprobare. Papon in suo recueil in tit. des reproches de tesmoins arrefst 3.

Conclusio LXV.

Obiectus generaliter proponi possunt cōtra omnes testes a parte auersa productos: & neque requiritur quod singulariter contra quoslibet et producuntur, sed sufficit in summa cōtra omnes iunctim et auditis eos obiectus proponere: & ita productos recipiendos esse asserit ipse Papon. in eod. tit. des reproches, arrefst. 9.

Conclusio LXVI.

Locator potest suum conductorem expellere a domo conducta, si ibi pro suo vsu velit inhabitare, & dummodo illi conductori exoluat ipse locator damna & interesse quae ille conductor patitur. l. adem. C. locat. tamē si locator presus necessitate cogere tur domum suam alteri conductā recuperare, non cogere tur aliqua dāna aut interesse exolvere. Papon in suo recollector. in tit. du louage arrefst 3. est etiam sic currendum ei qui actum facit ex necessitate. l. si fideiusor. §. j. ff. qui satisfada. cogan.

Conclusio LXVII.

Filius in dubio praesumitur esse in potestate patris. l. si emancipati. C. de colla. & ibi Ias. post alios, ita vt asserenti contrarium incumbar onus probandi. & ibi per docto. quod tamen limitatur non procedere vbi filius per decennium scorsum a patre inhabitasset. tunc enim praesumeretur emancipatus. Ias. in d. l. si emancipati. Soci. consil. 23. num. 23. 14. in 4. vol. & Chassa. in consuetud. Burg. in titulo, des enfans. §. 3. in verbo, est reputē emancipi. Et hoc procedit vbi filius hoc allegaret, vt ibi per docto. in illis locis.

Conclusio LXVIII.

Mulier agenti hypothecaria etiam ad excludendos tertios possessores mariti sufficere ostendere instrumentum confessionis dotis, quod fidem faciat ac si instrumentum contineret veram numerationem ipsius dotis. Nam per confessionem factam a marito, probatur vera numeratio ac si verè pecunia ad dos fuisset numerata, dum tamen elapsum sit tempus intra quod exceptio dotis non numeratae opponi possit. ita Alex. consil. 25. nume. 6. 2. volu. & consil. 90. in 3. vol. Ias. in l. duobus in prin. ff. de iurciur. n. 8. mulier enim habens instrumentum confessionis super dote habet omnia priuilegia dotis: quia per eam confessionem dotis recepta factam a marito probatur pecuniae numeratio. l. pecuniar. C. de solu. Alex. ibi nu. 17.

Conclusio LXIX.

Filius potest donare causa mortis patre consentiente. l. rā is. §. ff. de dona. causa mortis. verum si filius voluerit facere donationem causa mortis suo patri, id facere debet iudice auctore. patre enim auctore hoc non posset in patris ipsius utilitate. non enim potest pater ad sui commodum eam donationem authorari. Bal. in l. j. C. vnde vir & vxor. & in l. si furiosus. in fi. C. de nup. & ibi habetur qd quis in suo fa-

cto non potest auctoritatem praestare. l. ff. de autho. praest. quare eo casu patris consensus & illius auctoritas non sufficeret, vbi filius vellet patri donationē causa mortis facere: quare per iudicis auctoritatem hoc supplendum esset. Bal. in d. l. si furiosus. Soci. consil. 23. num. 15. in 4. vol. Ias. tamen in l. j. quaesitum. ff. ad Treb. inquit patre filio consensum posse praebere vt donet causa mortis simpliciter: & tunc filius habito tali consensu poterit & ipsi patri donare causa mortis. & hanc opinionem inquit ibi teneri communiter: & quam tenuit Guliel. Benedicē. in repe. cap. Raynutius in verbo, matrem. num. 46. Et sic pater poterit simpliciter praebere consensum filio suo vt donet causa mortis, & demum filius habito tali consensu poterit ipsi patri donare causa mortis: sed non poterit ipse pater praebere consensum filio suo, vt ibi donet. Et hoc tenet Stephan. Bertrand. consil. 166. nume. 10. in j. volum. Soc. consil. 112. in j. vol. Decius superiorē & priorem tenet opinionem consil. 241. num. 6. & Cor. consil. 294. quam dicit communem. quod scilicet filius patri suo non possit donare causa mortis sine iudicis auctoritate.

Conclusio LXX.

Endum datur gratis & pro feudo, & ex natura feudi debetur seruitium personale: pro emphyteusi autem debetur census annuus vel quantitas annua. Bal. in l. liberti. num. 36. C. de op. liber. Bal. in additionibus ad Speculum in titulo de emphyteu. §. nunc aliqua. Barto. & alij in l. j. C. de iure emphyteu. qd si dicatur in instrumento, tale castrum concessum fuisse pro annua quantitate frumenti, illud non esset propriè feudum, sed potius emphyteusis. Non enim propriè feudum dum praestatur seruitium reale quod akerat naturam feudi. idem Chassa. in consil. Burgund. in tit. les jefs in rubrica, nu. 9. cum sequentibus & Deci. consil. 138.

Conclusio LXXI.

Ex diuisione facta inter fratres vel inter cohæredes nullū debetur laudimium. Bald. in l. & ideo. ff. de condi. furti. Guid. papa. q. 4. r. i. Boc. in commen. in consue. Bituri. in titulo, de consuetudine feu. §. viij. in glo. & lice. r. ex quibus. talis enim diuisione dicitur necessaria ex qua nullū debetur laudimium. Boeri. ibi.

Conclusio LXXII.

Licet nullus inuitus cogatur vendere, nec emere. l. nec emere. C. de iure deli. tempore tamen caritatis potest qd cogi ad vendendum res destinatas ad communē vsum, & ad annonam vendendum. Barto. in l. j. §. cura carnis. ff. de offic. pres. vt. & adhuc viliori pretio propterea quis cogi potest ad carnes vendendas, ad frumentum vendendum etiam minus iusto pretio. Bart. in l. annonam. ff. de extraordi. crimi. Felin. in ca. j. de iudicis. Ias. in d. l. nec emere. quod procedit etiam si frumentum non esset venum expositum. Aufre. in deci. cap. Tholosan. decis. 446. Alia autem victualia si exposita sunt venum quis cogi potest ad ea vendenda, aliàs non per d. l. j. §. cura carnis. & sicut in casibus illis quis cogitur vendere, ita & fauore reipublicae quis potest cogi emere, nempe si ciuitas habeat magnam quantitatem frumenti. potest ciuitas cogere ciues ad emendum frumentum pro prouisione ipsorum ciuium. Aufre. loco quo supra per l. j. vt nemini liceat in emp. speci. se excusare. libr. x. C. Felin. in cod. capitul. j. de iudicis. & in ead. l. j. illud decimum est quod per ciues illud statui potest vt quilibet ex ciuitate teneatur intra certum tempus emere certam frumenti quantitatem. Idem tenet Sali. in l. j. numer. 3. C. de episc. op. audi. alias autem res quis non potest cogi emere nec vendere. d. l. nec emere.

Conclusio LXXIII.

Licet contractus emptionis sit de contractibus permissis, tamen prohiberi potest, ne quis ultra indigentiam emat: & hoc ne alias res cariores reddat, & ne per hoc inducat incommoditatem eas res habendi. l. j. C. de episc. op. audi. & propter hoc hi qui habent curam fori, licitè possunt statuere vt nullus emat in foro ultra certam quantitatem, quae statuta erit. Salic. in d. l. j. de episc. audi.

Conclusio LXXIII.

Depositarius pro expensis factis in custodiendo equum, aut aliud animal, habet ius retentionis illius animalis depositi quo ad vsque de expensis sibi sit satisfactum. l. actione. C. de positi. l. in rebus. §. possunt. ff. commodat. Bald. & Salice. in l. si quis. C. de po. & ibi Placentinus hoc tenet, cuius opinio in glossatore approbatur in d. l. si quis.

Conclusio LXXV.

Receptans furem punitur sicut & ipse fur. l. ff. de recepta. dum tamen quis sciens eius conditionem receptet. fecus si quis ignorans conditionem illius eum in domo retineat.

Conclusio CI.

Mandatum procuratoris per testes probari potest, & hæc est opinio quam communem & receptam asserit Iaf. in l. j. C. de procura. quia in re aliqua pbanda parè vim habent testes & instrumenta. l. in exercitibus. C. de fid. instr. hæc tamen superior regula non procedit in probando mandatu ad pecuniam recipiendam. nam cum ille teneatur facere securitatem solventi, debet imprimis ostendere suum mandatum per instrumentum publicum. Bal. in l. falsus. num. 27. C. de fur. & per Cor. & Iaf. in dict. l. j. & Boer. deci. 281. nu. 2.

Conclusio CII.

Licet forma mandati debeat in forma sua adimpleri ita vt omne illud quod fit præter formam mandati sit ipso iure nullu. c. cum dilecta. de referi. l. illud. §. si ita, & ibi Bart. ff. quod quisque iuris. tamen quando mandatum pinguius ad impletur, quam sit illius tenor, non propterea censetur minus adimpletum illud mandatum. l. si quis mihi bona. §. penulti. vbi Alex. & Iaf. in l. si procurator. nu. 5. C. de procura. & satis est etiam qd in effectu tenor illius seruetur, licet non in sua forma superficiali Iaf. in d. §. penul. num. 4. & in l. qui quartam. ff. de leg. j.

Conclusio CIII.

Coniuncta persona admittitur in iudicio ad agendum sine mandato. l. sed & hæc personæ. ff. de procur. & appellatur in hoc casu coniunctæ persone vsque ad quartum gradum: & etiam transfuersales dicuntur vsque ad eum gradû. Alex. consil. 4. nu. 9. vol. 2. per l. petitionem. §. egredientem. C. de aduo. diuer. iudi. Bal. & Sali. in l. exigendi. C. de procu. coniuncta tamen persona non admittitur in his in quibus requiritur mandatum speciale. l. patri pro filio. & l. illud. §. j. ff. de minor. Iaf. in d. l. exigendi. nu. 9. C. de pc. quare coniunctæ personæ solui non potest, cum ad solutionem recipiendam requiratur speciale mandatu. l. vero procuratori. ff. de sol. Ale. in eo consil. non poterit etiam deserte iuramentum coniuncta persona, cum in delatione iuramenti requiratur mandatum speciale. l. nec filius. C. de reb. cred. & ibi Bal. & Iaf. in d. l. exigendi.

Conclusio CIIII.

Sententia per testes probari potest, vt est decisio domino Strum de Rota deci. 409. in nouis, per c. Albericus. de testibus. quando scilicet allegatur sententiam latam fuisse, & instrumentum sententiæ deperditum: & sunt duo probanda nempe tenor sententiæ, & illius amissio. & licet sententia sine scriptura ferri non possit per eum titulum, de senten. ex breu. recitan. tñ nõ oia in quibus requiritur scriptura p scripturam sunt probanda. Comp. in c. j. de elec. in 6. & de rota in ca. deci. alioquin sententia per testes probari non possit. acta enim iudiciaria in quibus scriptura est de substantia iudicij per testes non possunt probari, nisi probetur qd scriptura facta fuit deperdita. Cor. consil. 69. nu. 13. j. vol. Alex. consil. 59. num. 2. in 7. vol. & consil. 7. in 3. vol.

Conclusio CV.

In actis scriptis per notarium in curiis nõ requiritur testiu præsentia, gl. & Bar. in l. gesta. Cod. de re iudic. & consuetudo obseruat qd in actis iudiciariis non requirantur testes nisi in sententiis diffinitiuis & interlocutoriis. Feli. in ca. quoniã contra falsam. nu. 12. de proba. possunt tamen acta iudicij per testes probari. l. emancipatus. C. de fide instr. Pet. de Ancha. consil. 276. verum quamuis scripturis iudicum fides sit adhibenda non tamen tãta quin possint per duos testes reprobari. c. cum à nobis, & ibi de Imola. de testib. & plene Salic. in l. quoties. C. de hæreticis.

Conclusio CVI.

Doctores per testes probari potest: & per quos quis potest probare qd est doctor. Bal. in l. si solennibus. C. de fid. instr. additio super Bald. in l. falsus. ver. scias tamen. C. de fur. & seruo conu.

Conclusio CVII.

Quoties pater dissipat bona filiorum officio iudicis aufertur sibi administratio. l. si. C. de senten. passis. quoties enim pater dissipat bona filij subiecta restitutioni in vitilatem filioru post patris mortem, auferenda tunc est patri administratio, & possessio, & ea filijs danda est: vt tamen pater hinc alatur. l. imperator. ff. ad Trebel. si autem pater sua propria bona dissiparet, poterit tunc filij petere vt illis aliquid assignetur vnde viuere possint, cū pater eos alere teneatur. Bal. in l. defuncto. nu. 3. C. si in frau. patro. hanc opinionem veriorẽ & equiorẽ asserit Iaf. in l. si constante. ff. solut. matri. contra Salicetum ibi contrarium tenentem, & contra Bal. qui sibi videtur contrarius, in l. non potest. ff. de adop. &

opinionem ipsius Bal. in d. l. defuncto. sustinet Boer. deci. 7. nu. 17. & 18.

Conclusio CVIII.

De iure fur non debet mori sed solum fustigari de iure nouo. aurent. sed nouo iure. C. de fur. verum de consuetudine generali, fur qui conuictus est furari, & qui tria furta comisit furca suspendi debet Chaf. in consuetud. Burgund. in rubric. des iustices. §. quinto. in gloss. super verbo, pour la premiere fois. nu. 19.

Conclusio CIX.

Vnum furtu dicitur quando de vno loco vno contextu res plures furto subtrahuntur. l. eum qui. §. Idem respõ det. ff. de fur. Bal. in aurent. sed nouo iure. C. de fur. Item & vnum furtum dicitur si plures res diuerforum infimul furatæ sint. Alex. in l. si familia. ff. de iurisd. omn. iudicum. Item & vnum furtum est si quis plurib⁹ vicibus ex dolio aliquo, vnum abstulerit continuo tempore. l. vulgaris est quæstio. ff. de fur. Chaf. in commentar. in consuet. Burg. in rub. des iustices. §. v. in verbo, simple larrecin. nu. 10. Boer. deci. 219. & ad hoc vt dicantur plura furta, requiritur temporis intervallum, vt ibi per Boer. probatur autem furtum per coniecturas, seu probationes verisimiles aliàs nõ possent dici sufficientes probationes: vt probando qd ostium fuit ruptum, aut quia famulus aufugit, & similia. Alex. consil. 53. in 2. vol.

Conclusio CX.

Delicta alibi commissa aggrauant delictum nunc commissum. Bart. in l. sic ut §. ff. de accusa quare cum pro tribus furtis quis furca sit suspẽdendus. si quis alibi duo furta commiserit, & nunc tertium furtum fecerit, propter furta alibi commissa propter hoc quod nunc commisit, ille suspẽdi deberet: quia furta alibi commissa qualificat furtum nunc commissum, quod procedit etiam si de alijs duobus furtis commissis alibi ille fuisset punitus: quia hoc fit propter frequentiam ratione cuius acrius est puniendus. Chaf. in consuet. Burgund. in rubrica, des iustices. §. quinto. in verbo, simple larrecin. num. 17.

Conclusio CXI.

Filia nubens sine consensu sui patris etiam indigno non propterea potest exheredari. nõ est enim illud iusta causa exheredationis, vt que non numeratur inter causas exheredationis quæ descriptæ sunt in eo. §. causas. vt cum de appel. cogno. Chaf. in rub. des iustices. §. iiii. in gl. marriage. nu. 19. & poterit pater cogi ad dotem filia assignandũ iudicis officio, vt ibi per Chaf.

Conclusio CXII.

Vdex ponens indebitẽ aliquem ad torturam, si ibi moriatur, tenebitur, & debet iudex puniri pœna capitis. l. lege Cornelia. in prin. & ibi Bart. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. Iaf. in l. j. quod quisque iuris.

Conclusio CXIII.

Promissio ita facta inter aliquos contententes sibi inuicem de centum, si Rex sit mortuus, vel si tale quid fiat, valet: quia conditio ibi ponitur pro iusta causa, & valet ea conuentio quæ fit inter aliquos, si nauis in portum venerit salua, quæ est in mari onusta mercibus, dabis centu. & ego tibi promitto domum si periclitata fuerit. Pan. Castr. in l. in naue Saupheli. per illum textum. ff. loca. Iaf. in l. eum ad præfens. num. 2. ff. si cert. petat.

Conclusio CXIIII.

Bona debitoris pro tributis & tallijs sunt fisco tacitè hypothecata. l. ij. ff. in quib. causis. l. ii. C. eodem. tamen bona debitoris qui aliquid debet alicui ciuitati, non sunt tacitè obligata ipsi ciuitati: quia nulla ciuitas habet tacitam hypothecam nisi à principe hoc illi concessum sit. l. simile priuilegium. ff. ad muni. Bart. in rub. de iure fisci. lib. x. C.

Conclusio CXV.

Promittens indemnitate alicui creditori tenetur quẽadmodum fideiussor. Bald. in l. si pro ea. C. man. versicul. 12. num. 13. & ille qui promittit indemnitate, & sic aliquid indemnem conseruare, non tamen poterit conueniri ante principalem, & quem oportet excusum esse. Barto. in l. j. de conuen. fisci debito. lib. x. C. Iaf. in l. si stipulatus fuerit. §. j. ff. de verbo. obligat. num. 3. & promittens alicui pro tali, habeat vt fideiussor. Alex. consil. 159. vol. 2.

Conclusio CXVI.

Res empta ab vxore alicuius efficitur illius & non viri. l. & si instrumenta. & ibi Barto. C. de fid. instrumen. & iure hæstæ fise. lib. x. & non obstant leges quod quicquid acquirit vxor, censetur acquisiuisse de bonis viri. l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. quod quidem verum est: sed illud

Iud non impedit contractu gestum ab ipsa vxore. præsumitur tamen mulierem exoluisset ex pecunia viri: quare ad eam pecuniam restituendam viro tenetur. Decius consil. 237. nisi aliunde vxor probet se eam pecuniam habuisse: & interim id quod ab vxore emptum erit, ad ipsam, & non ad virum pertinebit. l. j. & l. multu. C. si quis alteri vel sibi. Bar. in d. l. j. Si tamen in eo instrumento emptionis quam facit vxor, dicatur vxorem de sua pecunia exsoluisse, & emisse viro præfente & consentiente, talis tacita viri confessio sibi præiudicaret, vt non præsumatur eam pecuniam exolutam fuisse ex re mariti Salice. in l. eum propria. per cam. l. C. de dona. inter vir. & vxor. Io. de Platea in l. j. C. de iure fisci. & Soci. consil. 61. in 4. vol. & Boer. deci. 81. nu. 5.

Conclusio CXVII.

Clam dicitur aliquid fieri quod fit sine præfentia illius sine quo actus ille fieri non potest. l. fiant omnes. C. de his qui ex publicis rationibus pecu. mutuam acceperint. lib. 10. C. vel quando aliquid fit solemnitate omiffa per consuetudine introducta. Luc. de Penna in l. j. de iure fisci, propterea in actibus in quibus iudicis auctoritas requiritur, si talis actus fieret sine iudice, talis actus diceretur fieri clã. & cum matrimonia fiant de consuetudine in præfentia parentu, & coram multitudine, si illa fiant in eorum absentia, dicuntur clam facta. Barto. & de Platea, in d. l. fiant. Manifestum autẽ illud appellatur quando de eo per instrumentum apparet. l. non intelligitur. §. tacita. ff. de iure fisci. quod procedit vbi conficitur instrumentum de rebus, in quibus nõ requiritur præfentia iudicis de Platea ibi.

Conclusio CXVIII.

Vbi quis seruire potest per substitutu semper debet subfistitue periculo suarum facultatum. Bar. in l. nullus. de decuri. lib. 10. C.

Conclusio CXIX.

Venditio facta per decretum iudicis & publicè, non impedit quin quis venire possit per remedium. l. j. Cod. de resc. vendi. contra Bar. opinionem in l. j. de præ. decurio. sine decreto non alie. Panor. in ca. cum causa. de emp. & vendi. & ibi additio in verbo, pro qua opinione. Io. de Platea & alij in d. l. j. de prædijs decur.

Conclusio CXX.

Is qui vult fieri doctor, debet examinari: verum quamuis in examine non fuerit repertus sufficiens, si tamen spes est qd possit proficere, debet in doctorem recipi. Inno. in c. cum in cunctis. de electio. Bar. in l. magistros. & ibi additio, de profess. & medi.

Conclusio CXXI.

Debitor in præiudicium & detrimentum creditorum nihil de debito poterit disponere. l. debitorum. Cod. de pactis.

Conclusio CXXII.

Quoties quis patitur aliquem casum amissionis merciu, vel eorum conductorum, vel alium casum in partibus remouit, debet illic facere examinare testes de eo casu coram indice illius loci vbi talis casus euenit: & illæ probationes ita factæ fidem facient coram indice competenti nõ obstante qd pars de cuius iudicio agitur, non fuerit citata. l. j. de naufr. lib. 11. C. & ibi Bar. & Ioan. de Platea.

Conclusio CXXIII.

In his quæ sunt domi, vel in collegio, vel in nauis, testes etiam domestici, coniuncti, & familiares admittuntur ad ea quæ facta sunt in eo loco probanda. l. consensu. C. de repu. Bart. in l. quoties. de naufr. lib. 11. C. quod procedit vbi agitur de ea re probanda quæ facta fuit domi, vel in collegio, vel in nauis, vbi extranei comuniter non interfunt. Si verò sit talis actus, qui extra domum, collegium aut nauim fieri poterit, & qui per extraneos potuerit præiuderi, tunc talis actus per extraneos probandus esset, vt si fiat contractus venditio nis, qui aliunde fieri poterat. Ioan. de Platea in d. l. quoties. de naufr. & sic testes domestici & familiares in eo casu admittuntur. & illi dicuntur testes domestici, qui viuunt ad eundẽ panem & vinum. Deci. consil. 133. vel etiam dicuntur domestici respectu in habitationis cum infimul cohabitant. Soci. consil. 17. j. vol.

Conclusio CXXIIII.

Custos animalium quando vnum animal aut duo moriuntur, quæ non pascebantur in grege, debet clarè mortem probare. l. si creditor. C. de pigno. actio. Si autem sit custos animalium quæ gregatim, vel in grege pascentur, tunc sufficit mortem probare eorum animalium per præfumptionẽ, quod scilicet eo anno mortua sunt tot animalia, vel qd dimi-

dia pars aut tertia pars animaliu quæ pascebatur in eo loco, vel in ea regione mortua est. durum enim esset de qualibet oue quæ sit mortua, habere testes de visu. quare sufficere pbare quod sic communiter accidit in ea regione. l. quo ad præfens. de murilegul. lib. 11. C. & ibi Bar. & Ioan. de Platea, vbi idem decidunt cum est quæstio de probanda morte alicuius qui erat in exercitu & in bello: quæ mors satis pbatur si probetur eum in aliquo conflictu fuisse, vel exercitu vbi decessit multitudo: & quod ab eo tempore non fuit visus. qd si de supelletilibus probandum esset, tunc sufficeret probare quod à tanto tempore illa supellex & res ipse potuerunt corrumpi verisimiliter. ita Bar. ibi.

Conclusio CXXV.

Confessio facta coram iudicibus non tamen in forma iudicij, sed coram ipsis iudicibus non sedentibus pro tribunali, & sic facta illis vt priuatis, non habet vim semiplenæ probationis. l. iubemus. & ibi glo. & docto. C. de lib. causa. faciet tamen fidem ad quæstionem habendam. Ro. consil. 8.

Conclusio CXXVI.

Confessio facta coram notario seu tabellione causarum nocet confidenti, nisi ille tabellio ex commissione iudicis iuramenta, confessiones, & similia reciperet. Io. de Platea in l. cum scimus. de agri. & censu. lib. 11. C. & ibi etiam Bar.

Conclusio CXXVII.

Confessio quæ facta est in forma & figura iudicij præiudicat. Bar. in l. cum scimus. de agri. & censu. lib. 11. C. ea tamen quæ non est facta in forma iudicij nõ quidem præiudicat, nisi bis illa emanauerit. nam tunc planè præiudicaret. Iaf. in rubrica, de verbo. oblig. nu. 10. quod procedit vbi illæ duæ confessiones separatim factæ fuissent, & ex intervallo, & non infimul. Iaf. in l. qui bis idem. nu. 3. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CXXVIII.

Vdex interesse luci cessantis ex suo officio debet aestimare. Bar. in l. j. de cois. llytan. li. 1. Cod. & refert Iaf. in l. iij. §. 5. nu. 8. ff. de eo quod cer. loco.

Conclusio CXXIX.

Quantus sit valor frumenti, vel aliarum rerum venaliu, incipit debet locus publici fori, & quanti ibi res venduntur. l. septem. de eroga. milita. annonæ. lib. 12. C. vnde si in alio loco, & extra forum illæ res plus vel minus venditæ sint, tale pretium non debet venire in consideratione, sed solum venditio secundum locum publici fori est consideranda. Bar. in dict. l. septem. & Iaf. in §. plus autem. nu. 7. de actio.

Conclusio CXXX.

Executio bonorum debitoris facta per vnum ex creditoribus cum ea legitime facta est, & per iudicem dictu fuit, legitime factam fuisse, & ipsum debitorem non esse soluedo, talis executio prodest & alijs creditoribus. Iaf. in §. itẽ si quis. nu. 82. de actio.

Conclusio CXXXI.

Bona tutorum vel curatorum qui tutelam vel curam alicuius administrant, sunt pro tali administratione tacitè hypothecata ipsi pupillo vel adulto absque eo quod aliquid factum eorum pupillorum vel adultorum interuenierit. l. pro officio. C. de admi. tuto. Iaf. in §. item Seruiana. num. 76. de actio.

Conclusio CXXXII.

Agens hypothecaria super re hypothecata quæ à debitore derinetur, debet probare contra ipsum debitorem solum possessionem ipsius debitoris. glo. in l. cum res. Cod. si res aliena pignori data sit. Agens autem hypothecaria contra tertium possessorem omnino extraneum, & nullam causam habentem ab ipso principali debitore, tenetur probare de dominio principalis debitoris, vel saltem de titulo & bona fide iuncta possessione. l. ante omnia. ff. de proba. gloss. in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. Agens autem hypothecaria contra tertium possessorem qui habuit causam ab ipso debitore & qui se tuetur solum adminiculo sui authoris, & tunc illi sufficeret probare solum possessionem sui authoris, si autem ille vellet referre quæstionem domini, & quod eam rem habuerit titulo lucratiuo, teneatur solum probare authoris possessionẽ. quod si rem habuerit titulo oneroso, & tunc teneatur probare ipsius debitoris dominium.

Conclusio CXXXIII.

Actio de constituta pecunia quando oritur ex pacto nõ, do dicitur esse contra ius commune: cum verò oritur ex stipulatione non dicitur contra ius commune. Iaf. in §. in personam. nume. 22. de actio. Verum quando constitutu sit per stipulationem non datur actio de constituta, sed ex sti-

pulatu. & hanc communem opinionem esse asserit Ias. in eo loco, nu. 23.

Conclusio CXXXIII.

Lex vel statum quantumvis loquatur generaliter, recipit tamen restrictionem de habilitate, & de idoneitate. l. vt gradatum. §. si lege. ff. de munc. & hono. doct. in l. j. C. de sacro. eccle. vnde quantumvis statuto cautum sit, vt quilibet probatio sufficiat, intelligitur de solemnibus probatione & legitima. Bald. in l. j. C. de fide instr. Ias. in §. in personam. nu. 26. de adio. verum vbi tractatur de favore publico verba generalia non restringuntur ad personas habiles. nam & ad inhabiles referuntur. Ias. in l. si filius. ff. si cert. pet.

Conclusio CXXXV.

Contra creditorem mutuantem pecuniam filiosfamilias competit exceptio Macedoniana & patri & filio. gl. in l. si filiusfamilias. in verbo, exceptio. ff. si cert. pet. Ias. in §. actiones. nu. 37 de adio. cessat tamen hæc exceptio in filio familias mercatore. Bart. in l. macedoniani. C. ad macedo. qui non potest eam exceptionem opponere, nec etiam quado pecunia mutuata est filiosfamilias studiorum causa: poterit enim tunc ea pecunia repeti sine ea exceptione. dict. l. Macedoniani.

Conclusio CXXXVI.

Publicatis bonis filij qui habet peculium aduentitium, erit quidem publicatum & illud peculium aduentitium quo ad proprietatem, sed non quo ad vsumfructum, quo pater gaudebit vita sua durante. l. iij. C. de bonis proscript. & ibi Bald. & si bona paterna publicentur, etiam vsumfructus quem ille pater habet in bonis aduentitiis ipsius filij publicaretur quandiu pater viuet. Ias. in §. actiones autem. nume. 62. de act. Papo in suo recuile des arrefts, titulo, d'usuffruict, arrest 8. & Boer. deci. 172. num. 34. & ita multis arrestis decum fuisse refert idem Boer. deci. 7. in fine, quamuis contrariam partem veram esse ibi asserat: nempe qd publicatis bonis filij tamen proprietates nec vsumfructus peculij aduentitij & profectitij non debet publicari: sed aliter iudicatur.

Conclusio CXXXVII.

Pater pro condemnatione filij sui non tenetur soluere, nec illi tradere suam legitimam, nec eam fisco etiã dare: quia legitima filijs non debetur nisi post mortem patris. l. j. §. sed nec impuberis. ff. de colla. bono. & neque fiscus potest contra patrem agere pro filij condemnatione. docto. in l. si qua poena. ff. de his qui sunt sui. Bar. in d. l. j. §. sed nec impuberis. Ias. in §. actiones. nu. 9. 1. de actio. & ideo filio pro maleficio condemnato pater non debet molestari pro legitima filij. Deci. consi. 43. §. nu. 12.

Conclusio CXXXVIII.

Substitutio sub his verbis facta, Titium instituo, & post mortem eius substituo Caium, dicitur talis substitutio compẽ diosa. glo. in l. in testamento. C. de testa. mili. in glo. magna. Lancelotus Galiaul. in repet. l. centurio. numero 181. de vulga. ff.

Conclusio CXXXIX.

In publicatione testamenti nuncupatiui debent à petente publicationẽ formari capita, & interrogatoria, & testes debent deponere totũ renorẽ testamẽti. l. heredes palã. in princ. ff. de testa. Bald. in l. publicati. nu. 4. C. de testa. & debet fieri examen testium citatis omnibus quorum interest: & expedit facere articulum quod testes toti instrũ interfuerunt. ita Ioannes Dilcetus in suo libello de arte testand. lib. 2. cautel. 7. qd si quidam ex testibus mortui fuerint, remediũ erit qd saltem duo testes ex his qui interfuerint in eo testamento, examinentur super tenore testamenti, & super numero testium, & fiet etiã articulus super numero testium & super morte eorum testium qui interfuerunt in testamẽto: & hoc probato saltem per duos testes testamentũ ipsum validabitur. ita Ioan. dilectus, loco quo supra. & in titulo. 2. cautel. 2.

Conclusio CXL.

Registrum de aliquo instrumento producto in iudicio & quod demum fuit registratum de verbo ad verbum mandato iudicis, facit fidem sicut originalis scriptura. l. ij. & ibi Pau. Castr. per illum textum. C. de testa. ordinandis.

Conclusio CXXI.

Potentia adeundi hereditatem appellatur ius, & non facultas. l. si mater. in verbo, ius adeundi. C. de insti. & subst. & vitilis in hoc est, quia si esset facultas, nullo tẽpore prescriberetur: cum ea quæ sunt facultatis nõ possunt prescribi. l. viam publicam. ff. de via publi. Omne autẽ ius tollitur prescriptione temporis. l. sicut. C. de prescrip. trigin. vel quadra. anno. Pau. Castr. in d. l. si mater.

Conclusio CXLII.

Si quis uxorem suam hæredem fecerit quousque honeste & castè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & post mortem suam Titium hæredem fecerit, muliere secundo nubente perdetur hereditas quæ ad Titium substitutum debet peruenire, & non ad alios succedentes ab intestato ipsi testatori, vel ipsi mulieri. arg. l. si mater. Cod. de insti. & substi. sub condi. & ibi Pau. Castr. Alex. & Ias. qui ibi asserit eam opinionem communem esse, & in practica seruari, cõtra Soci. cini opinionem, consil. 5. in 3. vol. vbi tenet contrarium. per l. vxori. iij. ff. de vstif. lega. quæ intelligi debet vbi ad certum tempus vsumfructus alicui legatus fuisse, nempe vsque ad quinquennium, vel ad aliud certum tempus. Nam eo casu quoties ad certum tempus legatus est vsumfructus, & post illud tempus voluit testator vsumfructum ad aliũ pertinere, tunc mortuo vsumfructuario pendente eo tempore non veniret vsumfructus ad substitutum, nisi post tẽpus elapsum. Sed quando tempus non est limitatum, vt in questione proposta, & tunc procedit prior decisio. ita Ias. ibi, qui in iudicando & consulendo asserit à tali opinionione non esse recedendum.

Conclusio CXLIII.

Inter partes contrahentes per instrumentum locationis probatur possessio. Phil. Deci. i. c. inter dilectos. de fid. instr. per l. si quis conductionis titulo. C. de loca. & non solum inter ipsos contrahentes ea possessio probatur, sed & inter successores eorum etiam singulares. Soci. consil. 11. in iij. vol. n. 5. & generaliter inquit ibi instrumenta probare etiam cõtra singulares successores, n. j. & ibi etiam inquit per instrumenta locationis cum aliis indicijs dominium rei alicuius probari etiam cõtra alios. Bar. in l. ad probationem. C. locati. per l. indicia. C. de rei vend. licet aliàs per solum instrumentũ locationis non probetur dominium, vt per eam l. ad probationem. probatur, quia possessio per locationem contra conductores, & contra tertium probabitur per receptionẽ mercedis sibi factæ à suo conductore. Soci. consi. 106. in 3. vol.

Conclusio CXLIII.

Ex consuetudine generali regni Franciæ bastardi retinẽt nobilitatem generis, & illius retinent nomen & arma, cum tamen aliqua armorum differentia: quia non portant arma plana, sed in transfuerum portant barram in scuto armorum: vt per Guliel. Bened. in rep. cap. Rainutius. in verbo, Rainutius. nu. 3. 1. de testa. & asserit ibi eos bastardos portare arma ac si essent legitimi: super ad l. ut tamen eam barram per trãfuerum quæ incipit à sinistra, & ducit ad dextram: & habẽtur pro nobilibus. & hoc obseruari asserit ibi & in Gallia, Britania, & in aliis partibus regni: verum quamuis bastardi illi nobilitatem generis retineant, non tamen parentibus succedere possunt: quia tunc in successione non habentur vt nobiles: & iura communia seruari debent. Boer. deci. 127. num. 2. 1. cõ bastardi non sint ex domo nec familia seu agnatione patris. Bar. in l. si. Cod. de verbo. signi. & Benedi. loco quo supra.

Conclusio CXLV.

Liect impuberes in criminalibus non ſunt teſtes idonei ad

Conclusio CCXC.

Inſtrumenti appellatione venit teſtamentum & codicilli.

Conclusio CCXCI.

In teſtamenti imperfecit nūquam intelligitur ea clauſu-

Conclusio CCXCII.

Vbi alimenta debentur ex diſpoſitione teſtatoris alicui

Conclusio CCXCIII.

Vbi legatarius cui ſunt legata alimenta in domo heredi

malos mores, fœuitiâ eius, aut propter honoris suspitione tunc illi debent dari alimenta in alia domo. Bal. & Iaf. in l. j. C. de leg. spectat autem onus probandi fœuitiam, aut aliâ causam ad legatarium, quod scilicet cum hæredem non potest stare. Iaf. ibi. Vbi autem non esset dictum qd alimenta in domo præstarentur, sed illud legatum simpliciter relictum fuisset, tunc extra domum possent peti alimenta. Et hanc opinionem tenet Bar. & alij in l. libertus. §. i. ff. de alim. & ciba. leg. Bertrandi consi. 183 in 2. vol. & ibi inquit hanc opinionem communem esse. & Iaf. in l. diuortio, in prin. nu. 24. ff. sol. matri.

Conclusio CCXCIII.

Vir uxorem tenetur in domo alere etiam nulla dote constituta. l. si cum dote. §. si autem. ff. solu. matri. Guid. Papæ deci. 439. in prin. Sitamen vxor propter viri fœuitiam aut aliâ propter aliquam iustam causam aufugerit, tenebitur etiam maritus ei præstare alimenta & extra domum sumptibus ipsius mariti. quod si mulier sua culpa discederet a viro, non tenetur maritus ad aliqua alimenta. Iaf. in l. j. C. de leg. Panor. in ca. per tuas. de resti. spoliato. Guid. Papæ. deci. 439. quod procedit etiam si dos soluta fuerit: quia si mulier & vxor sua temeritate a domo viri recedat, tunc ei seorsum habitanti nulla alimenta essent præstanda. Soci. consi. 286. & eo casu quo vxor a viro discedit, propter factum mariti, si pater, aut alius vxori alimenta præstiterit, poterit ea a marito repetere etiam nulla facta protestatione, nam quoties vni præstatur alimenta, & onus alimentandi ad aliû pertinet, repeti poterunt contra eum quia ea alimenta tenebatur. Soci. consi. 64. in 4. vol.

Conclusio CCXCV.

Alimenta relicta vxori & viduæ in testamento, si cum filiis morabitur, nec aliter expresserit, qd stet in habitu viduali, statim & simulatque mulier secundo nupsit, cessabunt ea alimenta & neque amplius debebuntur, & poterunt liberi eorum matrem & viduam vnâ cum eius secundo marito a domo expellere: quia iam perdidit legatum alimentorum secundo nubendo. docto. & præcipue Iaf. in l. j. C. de leg. quos sequitur de Ripa in l. fœminâ in 2. dubio. C. de secud. nup. nu. 41. glo. in l. qui concubinâ. §. vxori. ff. de leg. iij. quod procedit etiam si vellet cum filiis morari: & quauis ille secundus vir esset honestissimus, & ipse enim mater esse suspecta filiis primi matrimonij secundo nubendo. l. lex qua tutores. C. de administ. tuto. relictum enim tale factum a marito suæ vxori donec steterit in domo cum suis filiis intelligitur si steterit in habitu viduali, aliâs secus. Iaf. ibi. Si autem legatum vfructum simpliciter vxori relictus esset, per transfirum ad secunda vota non perderetur. authen. quod locum. C. si secundo nupsit. & de Ripa loco quo supra. Iaf. in l. am biguitates. nu. 2. C. de indi. vidui. tollie. quod verû est si post annum luctus transeat ad secunda vota: quia si pendente anno luctus secundo nubere, tunc omnino priuaretur. Iaf. ibi. Si tamen adiecta essent ea verba, quousque thorum viduæ seruauerit, vel manserit in viduitate & eo casu statim priuata esset secundo nubendo. docto. in illis locis & vide infra deci. 131. par. 2.

Conclusio CCXCVI.

Testator pignorando rem legatam non intelligitur per hoc legatum reuocare, & eo casu hæres cogetur rem ipsam luere, & eam legatario restituere. §. si quis rem: in l. de leg. l. qui post. C. de leg. q. si testator rem legatam vendidisset, legatum conferret reuocatum. l. rem legatam. ff. de adi. lega. quia testator vendendo videtur velle vt res ipsa sit perpetuo penes emptorem, quod secus est in pignorando eum pignus fiat ad tempus. docto. in illis locis, quod procedit vbi testatur voluntate rem ipsam alienare: secus si ex necessitate. vt infra deci. 282. parte. 3.

Conclusio CCXCVII.

Familia appellatio continentur filij qui cum patre habitant, quod si sint aliqui ex filiis qui seorsum habitarent, non venient familiae appellatione: quia proprie illi sunt de familia qui insimul habitant. l. tria onera. ff. de excus. tuto. vnde promittens coquerere vel molere pro se & sua familia non teneretur coquerere pro filiis seorsum habitantibus: in relicto tamen quod quis facit alicui & suæ familiae bene comprehendentur & filij seorsum habitantes, quia in testamentis familia largius capitur quam in contractibus vbi strictius sumi debet. l. si ibi Iaf. C. de verbo. signi.

Conclusio CCXCVIII.

Legatum factum virgini si non nupsit, talis conditio reuocatur & legatum remanebit purum, & debebitur illi

virgini siue nubat, siue non nubat. legatû verò factû viduæ si nō nupsit valer, & nubedo perdit legatû. & intelligitur prima conclusio quando ea conditio si non nupsit, est perpetua, quia si ad certum tempus appositâ fuisset, tunc teneret: vel si legatû factum fuisset virgini si non nupsit certæ personæ, quia ex quo aliis nubere potest, si contrarium fecerit, perderet legatum. l. cui relictum. C. de indi. vidui. tollen.

Conclusio CCXCIX.

Licet dare pecuniam mutuo ad vsuram peccatum sit, tamen ex parte accipientis non est semper peccatum, quâdo scilicet hoc facit ex causa necessitatis: quia in hoc est diuersa ratio inter dantem & accipientem. Anchar. in cle. j. de vsuris. in cle. Iaf. in l. vlti. nu. 2. l. C. de indi. vidui. tollend.

Conclusio CCC.

Debitor petendo minorem summam ex maiore summa que sibi debetur, & sic petens minus quam sibi debitum sit, non impeditur quin residuum petere possit quauis debitor eam minorem summam petitam exoluerit. Nō enim sibi præiudicat creditor, qui minus petit, cum plus sibi debitum esset. Ioan. Fab. in §. si minus. in l. de actio. Guid. Papæ. deci. 177. nisi creditor petendo eam summam apposuerit dictionem taxatiuam tantum, vel eam summam petierit pro resto, seu pro residuo maioris summe. Iaf. in l. si quidē. num. 4. C. de tranfact. Guid. Pap. in ea deci. Bal. & Saice. in ea l. si quidem. Franciscus marc. deci. 911. in 2. par.

Conclusio CCCI.

Si res aliqua pluribus legata fuerit, vel si plures hæredes sint instituti, & eos grauauit testator, ne possint alienare, vel ex causa alienationem prohibuerit adiciendo vt pars illius qui alienauerit accrescat aliis, qui non alienauerint, tunc si omnes alienarent, vel si ij quibus pars alienantis deberet accrescere consentiant, valebit ea alienatio. l. quoties, & ibi Iaf. C. de fideicom.

Conclusio CCCII.

Dictio plus, a teste prolata nihil releuat, & hanc opinionem vt communem approbat Iaf. in l. etsi post. ff. si quis cautio. nu. 7. & idem in dictione, & vltra, a teste prolata, quæ etiam nihil operatur. Iaf. ibi. quod procedit vbi aliquid certi esset probandum, quod si aliquid incerti probandum esset, illud posset plus operari. Iaf. ibi. vt si in interdicto vti possidetis testes essent vtrinque pares, vt testes alterius partis dicerent de eodem tempore eû dictione & plus, melius probarent. Iaf. in l. j. n. 5. ff. solu. matri. Iaf. in d. l. & si post tres. Felin in c. pastoralis. vers. sed aduerte. de refc.

Conclusio CCCIII.

In fideicommissio vniuersali facto verbis generalibus hæredem instituto & cui facta fuerint prælegata si sint appositâ verba collectiua, quicquid ad hæredem peruenerit ex bonis meis, vel ex mea hæreditate, volo vt ea restituat: vel si testator hæredem rogauerit restituere omnia sua bona, & tunc hæres rogatus non solum hæreditatem ipsam sed & prælegata omnia cogetur restituere. l. cum virum. C. de fidei. & ibi Iaf. post alios doctores, quod si fideicommissum indefinitè factum esset vt quia testator dixit, rogo vt restituas bona, & tunc prælegata non essent restituenda sed solum hæreditas. Boer. deci. 26. in prin. quod si non appositâ essent verba vniuersalia, & tunc aut primo rogauit, & postea prælegauit, & eo casu prælegata nō debentur. l. Titio. ff. ad l. falci. & Boer. loco quo supra nu. 8. quod si primo ipse testator prælegauit & postea rogauit de restituenda portione suæ hæreditatis & prælegata non debentur fideicommissario: quia aliud est hæreditas & aliud est prælegatum. Si verò simpliciter hæres grauatus sit restituere portionem cui iam prælegata facta fuerant, & debebantur prælegata. gloss. in dict. l. cum virum. Boer. eo loco num. 8. & num. 9. nisi adiectum esset signum vniuersale, quicquid, quia tunc totum venire restituendû, vel si hæres esset grauatus filio testatoris restituere, vel si talia essent prælegata quæ totam hæreditatem absorberent, & his casibus tota hæreditas cum ipsi prælegatis esset restituenda. Iaf. in d. l. cum virum.

Conclu

Conclusio CCCIII.

Substitutus vulgaris hæredi instituto non accipiet prælegata relicta hæredi instituto, & cui datus erat ille substitutus vulgaris, quoniam prælegata in substitutione vulgari nō veniunt. l. miles. §. pro parte. ff. de lega. 2. Ioan. Fabri & Iaf. in ea l. cum virum. C. de fidei. Boer. deci. 280. nu. 6. l.

Conclusio CCCV.

In restitutione fideicommissi non veniunt bona hæredis, sed nec bona testatoris quæ ad hæredem ex contractu inter viuos, & aliâs quàm ex vltima voluntate peruenerunt, si aliquid ad hæredem peruenerit ex donatione quæ non statim valet, sed morte donantis confirmata fuit. l. sequens questio. ff. de leg. i. Boer. deci. 280. nu. 7. testator enim rogâdo hæredem generaliter de restituenda hæreditate, censendum est rogasse ipsum hæredem vt restitueret alias res, & non donatas & quas res hæres capit non in vim testamenti.

Conclusio CCCVI.

Liberatio rationis reddendæ de administratione præterita à testatore fieri potest. l. cum necessitatē. C. de fidei. vn. de testator possit tutoribus & curatoribus minorum relinquere liberationem reddendæ rationis à tutela vel cura iam præterita in suo testamento, licet adultus habens curatorē non potuisset inter viuos de ea re disponere, in vltima tamē voluntate hoc posset, cum solus de omnibus suis bonis testari possit. l. Aurelius. §. Caio. ff. de lib. leg. liberatio tamē reddendæ rationis à futura tutela non potest fieri, & talis remissio à patre facta tutoribus & curatoribus nō valet: quia per eam inuitarentur ipsi tutores & curatores ad delinquendû contra l. conuenire. ff. de pact. dotal. & neque dicitur esse facta remissio si pater testator ita dixerit, facio seu lego remissionem reddendæ rationis à futura tutela: & si apparuerit in futurum eum tutorem aliquid debere, illud totum illi lego, adhuc per hæc verba non esset tutor liberatus. Salicet. in d. l. cum necessitatem. Operabuntur tamen ea verba vt per ea videatur esse remissa inquisitio scrupulosa rationis reddendæ. glo. in l. quidam decedens. ff. de administ. tuto. Iaf. in d. l. cum necessitatem, sed non qd propterea illi tutores liberati sint quin ad reddendam rationem teneantur. Soci. consi. 21. par. 2.

Conclusio CCCVII.

Licet expressè à futura administratione non possit fieri neque legari liberatio, vt dictum est in præcedenti decisione, tamen fieri poterit vt testator tutori remittat inuentarij confessionem quod facere potest. l. i. C. arbitr. tuto. tñ licet hoc mandauerit testator, iudex nihilominus pro vtilitate pupilli cogere potest tutorem ad inuentarij confessionem pro pupillorum vtilitate. docto. in d. l. i. & Iaf. in ea l. cū necessitatem.

Conclusio CCCVIII.

Promittens debitori reddere instrumentû debiti cæcella tum qñ exoluet quod debet, vel promittens reddere literas excambij cum exoluerit pecuniam debitam, si demum instrumentû debiti non reperitur, vel si literæ excambij nō reperiantur, vel quia deperditæ sint, vel instrû deperditum sit, cogetur ipse debitor pecunia exoluere, & sufficere ipsi debitori qd sibi fiat instrû cautionis, aut liberationis à creditore pro sua securitate. l. instrumenta. & ibi plenè Iaf. C. de fidei. & est rex. in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de leg. j.

Conclusio CCCIX.

Licet mulier adulterâdo dotem perdat, per c. plerumque. de dona. inter vir. & vxor. l. consensu. C. de repud. tamen vidua propter stuprum commissum in viduitate non perdit dotem: cum in pœnis non sit facienda extensio, & hæc opinio à Paul. Castren. sustinetur in l. fororem. C. de his qui. vt indi. & ibi Alex. & Iaf. in l. j. ff. solu. matri. & eam opinionem sustinet Boer. deci. 338. ex sententia Decij in ca. pastoralis. de iudicijs. per l. si vxor. §. j. ff. de adult. & ita fuisse iudicatum asserit Boer. in ea deci. in fine, quod procedit vbi vidua stuprum commiserit post annum luctus: secus si pendente anno luctus: quia tunc perderet dotem, & vide infra deci. 414. par. 2.

Conclusio CCCX.

Hæredes mariti non possunt obijcere dotem repetenti viduæ, adulterium commissum viuente marito. Specu. in titu de dote post diuort. §. j. vers. qd si mulier agit. Bar. in l. rei iudicata. ff. solu. matri. & hanc Speculatoris opinionem, & Bartoli communem esse asserit Boer. deci. 338. nu. 7. arg. l. vir vsuras. ff. de dona. inter vir. & vxor. quia sicut maritus moriens potest vsuras remittere, ita & pœnâ adulterij, quod procedit nisi maritus ita repente decesserit vt illi non liceat vxorē de adulterio accusare. tunc enim hæres possit obijcere de adulterio. Boer. eo loco. vel nisi maritus viuus fuisset

set conquestus, licet eam vxorem non accusauerit, vel si maritus improbasset delictum vxoris, ita vt eam a domo expulisset, Alex. in d. l. rei iudicata. per tex. in l. j. in fi. vers. conquestus. ad Silleianum, & superiora procedunt in suis hæredibus, quia si essent extranei, vel si qd esset singularis successor non posset vxori seu viduæ adulterium quod commisit viuente marito obijcere. Boer. in ea deci. nu. 8. Alex. 2l. 189. in 6. vol.

Conclusio CCCXI.

Hæres vniuersalis detrahit quartam Trebellianicâ, per eum titulum ad senatuf. Trebel. secundus autē fideicommissarius aduersus alterum fideicommissariû potest detrahere eum nō sit hæres directus: nec alius eam Trebellianicâ detrahere potest qui non sit hæres directus. l. j. §. denique. & §. inde Neratius. & gl. in illis locis. ff. ad Trebel. sed & neque legatarius qui grauatus est alteri legatario restituere, aduersus alterum legatariû detrahere potest: quia non est hæres directus, cui soli illa detractio competit. l. lex Falcidia. §. nūquam. ff. ad leg. Falci. Iaf. in l. cum filio. nu. 2. ff. de leg. j.

Conclusio CCCXII.

Fideicommissum relictum post mortem grauati, cœsetur esse conditionale si fideicommissarius superuuiat ipsi grauato. vnde si fideicommissarius præcedat, extinguit fideicommissum deficiente conditione. l. cum filio. & ibi Iaf. nu. 24. ff. de leg. j. l. hæres meus. in prin. ff. de condi. & demonstr. nō enim transmittitur fideicommissum vniuersale conditionale, si fideicommissarius pendente conditione moriatur. l. vni. §. si autem. C. de cadu. tollend.

Conclusio CCCXIII.

Faciens aliquid quod mihi prodest & alij nocet non debet impediri, sed si facio id quod mihi nō prodest & alij nocet, tunc debet impediri. l. j. §. denique. ff. de legat. j. & ibi Iaf. nu. 18.

Conclusio CCCXIII.

Legans testator vxori suæ domum, aut quid aliud hoc adiecto qd si domus valeat minus ducentarum librarû, hæres suppleat vsque ad eam summam, ita vt sit mens testatoris qd vxor habeat eam domum illius valoris: si forte reperitur eam domum pluris valere, nō tenebitur mulier ad illud plus restituendû: quia inducta ad augmentû non debent operari diminutione. l. legata. & ibi Iaf. per eum tex. ff. de legat. j.

Conclusio CCCXV.

Testator in suo testamento reliquerit alicui quindecim salmas vini aut aliam quantitatem certam, & hæres mortuo testatore velit ex bonis testatoris dare legatario vnâ vineâ ex qua legatarius accipiat vnû legatû relinquendo illi curam dictæ vineæ audiendus erit ipse hæres: & hoc fauore exercentis munificentiam. l. si quis argentum. §. si vero. C. de dona. & ibi Bal. per eum tex. quem valde quotidianû ad hoc asserit Iaf. in l. non amplius. §. cum bonorum. num. 3. ff. de legat. j.

Conclusio CCCXVI.

In legato quotæ bonorum estimatio est in solutione. l. generali. §. vfructum. ff. de vsu. legato. l. non amplius. §. cû bonorum. ff. de lega. j. quare si testator in suo testamento legauerit Titio tertiam partem bonorum suorum, poterit hæres in distinctè soluere illius tertie partis Titio legatario etiâ inuito quamuis bona possint recipere commodam diuisio nem. Ita Iaf. in d. §. cum bonorum, quod procedit si legatum quotæ bonorû extraneo factû sit, secus si filio. ita Iaf. ibi. n. 5.

Conclusio CCCXVII.

Confessio erronea potest reuocari non solum per eum qui errauit sed & per eius hæredem. l. non iccirco. C. de iuris & fact. igno. Iaf. in l. si quis à filio. §. si quis plures. nu. 6. ff. de leg. j. Iaf. in l. inter stipulantē. §. si Stichum. ff. de ver. obl.

Conclusio CCCXVIII.

Licet permissum sit parti in iudicio declarare suum libellû obscurum & ambiguum, per l. si quis intentione ambigua. ff. de indi. tamen eius hæredi hoc non liceret, neque eû hoc hæredi permissum est, tametsi potuisset defunctus declarasse obscurum libellum. gl. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obl. Iaf. in l. si quis à filio. §. si quis plures. nu. 4. ff. de le. j.

Conclusio CCCXIX.

Illud quod non potest expediri sine licetia principis, cœset & est ita difficile, quod reputatur impossibile. l. apud Iulianû. §. constat. ff. de leg. j. verum vbi ea essent impetranda quæ per principem solita essent concedi, & tunc ea non censerentur impossibilia. d. §. constat. vers. cum distrahi non solent, quia beneficium & officium quod consuetum est à principe cœcedi, censetur possibile atque impetrabile. l. j. §. permittitur. ff. de aqua cotidi. & æstiuâ. Iaf. in d. §. constat. nu. 13. & 14.

Commu. opi. To. 4.

CCCC

Conclusio CCCXX.

Qvis nō tenetur soluere gabellam, nec pedagiū aliquod pro rebus quas quis portat ad suum propriū vsum. l. vniuersi. C. de vecti. & commis. propterea nec scholares pro libris quos secum portant, non tenentur ad gabellam soluendam nec pedagiū. Iaf. in §. si quis ad opus. nu. 9. l. cetera. ff. de leg. j. & statuerunt iuramento ipsius casus res portantis quod eas res portat pro suo vsu. gl. in clem. si. in verbo, negotiandi. de decimis. Bal. in l. cum proponas. C. de nauti. foenore. Iaf. in d. §. si quis. & vbi gabella est soluenda, debet solui ab emptore, & non a venditore, nisi aliter statutum sit. l. debet. ff. de adil. edic. deci. Capel. Tholof. 4. 5. 1.

Conclusio CCCXXI.

Pro debito & publico & priuato affixa adibus non debent euelli: quinimo lex prohibet ipsa affixa euelli. l. apud Iul. §. hoc senatusconsultum. ff. de leg. j. vnde infertur domos eorum qui non soluent gabellas, tributa, aut condemnationes publicas non debere destrui: item & officiales publici non debent facere executionem, nec accipere p executione tegulas de testis, vel trabes, aut ostia, aut alia domib' affixa, vt vē dantur pro debito vel publico vel priuato. Item & iniuncta domibus separari & vendi non debent pro debito etiam publico nec pro solutione debiti publici. d. §. hoc senatusconsultum. & ibi Iaf. nu. 2. & 3.

Conclusio CCCXXII.

Si filius familias intestatus moriatur sine liberis, omnia quae in castris filius adquisiuerat vsque retro a tempore acquisitionis finguntur fuisse patris. l. seruum filij. ff. de leg. j. l. hereditas. in prin. & l. si in princ. ff. de castren. pecu. nam quamuis filius familias sit miles, non tamen propterea liberatur a patria potestate. l. 3. ff. de castren. pecu. quare mortuo filio ab intestato pater iure proprio poterit accipere omnia eius bona, quae ipso iure ipsi patri sunt quaesita: cū quicquid acquirit filius patri acquirat. verum ex priuilegio militari ea erant ipsius filij quo priuilegio cū filius non fuit vsus testādo sicut poterat testari, ergo omnia eius bona patri debent remanere. d. l. seruum filij. vnde infertur qd si filius familias miles propter delictum deportetur, peculium eius castrēse nō publicabitur, sed patri remanebit. l. 3. C. de bonis q' lib. quē text. Bal. ibi notauit in hoc singularem. & Iaf. in d. l. seruum filij. in prin. filius enim familias miles licet ille possit testari tam in bonis castrensis quam in bonis quasi castrensibus, tamē si non testatus sit, non habet hereditē ab intestato, sed pater iure quodam omnia occupat. Iaf. in l. post dotem. nu. 9. l. ff. solu. matri.

Conclusio CCCXXIII.

Res prohibita alienari in vltimis voluntatibus per testamentum, poterit tñ ex causa dotis aut donationis propter nuptias alienari. Anto. Rub. Alex. in auth. res. qua. C. commu. de lega. & hoc procedit non solum in tacita prohibitione quae resultat ex causa fideicommissi, sed etiā quando expressē testator prohibuisset in testamento alienationē. nam adhuc ex causa dotis posset fieri ea alienatio. Bart. in l. filius familias §. diui. ff. de leg. j. Secus autem dicendū esset si in dōtibus alienatio prohibita esset, tunc enim nec ex causa dotis posset fieri ea alienatio. Iaf. in l. quae de legato. ff. de lega. j. qñ talis esset prohibitio quae impediret translationem dominij vt ibi per Iaso. & hanc communem opinionem dicit esse, & durū ab ea recedere in iudiciō. Iaf. in d. l. filius §. diui. nu. 6. 5.

Conclusio CCCXXIII.

Si vendam rem aliquā cum termino vnius anni ad soluen dū pretium conuentū cursus illius anni incipiet currere à tempore traditionis ipsius rei, à quo tempore p̄ctus habet suā perfectionē. l. tali. in prin. ff. de iure dotiū. Bart. & Iaf. in l. si cui legetur. ff. de leg. j. vbi reputat hoc singulare.

Conclusio CCCXXV.

Interest quidem creditoris habere debitorē locupletē, tñ creditor in causa sui debitoris potest esse testis, & adferre pro eo & in eius fauorem testimoniuū. Iaf. in l. si quis nec cau sam. nu. 14. ff. si cert. pet. & in l. si cui leget §. si Titio. ff. de le. j.

Conclusio CCCXXVI.

Haeres expendens in re subiecta restitutioni, nō videtur expendere animo donandi, sed potius animo repetendi expensas factas in ea re quae est subiecta restitutioni. & hoc adueniente die restitutionis, quāuis interim res sit sua quousque dies restitutionis aduenierit. & ideo tūc eas expensas repetere & deducere poterit, & neq; cogetur cōpensare fructus quos ex ea re percepit cū illis expēis: qa eos fructus p̄cepit tanquā heres, & ex ea re q̄ interim erat sua. l. domos. & ibi Pau. Cast. & Iaf. ff. de leg. j. quod p̄cedit vbi illē expēse est.

sent necessariē facte ad ppetuā rei vtilitatē, aut vtilēs. vbi viderē esset expēsa mediocris, cōpensaretur cū fructib. Boer. de. c. 44. nu. 22. Conclusio CCCXXVII.

Aestimatio refectionis adificiorum quam refectionē fecit heres grauatus in adificijs subiectis restitutioni, debet fieri talis aestimatio habito respectu ad valorem adificio rum, vt est de presenti, & in eo tempore in quo restituito fieri debet, & non debet haberi ratio ipsius refectionis sicuti facta fuit, & illius temporis quo facta fuit. Nā si haeres expendit centum in domo reficiēda, & postea superuixit tantū tempus ira vt adificiū illud penē attritum fuit, fieri debet aestimatio quantum nunc valet non habita ratione quantum haeres expendit: quia interim vsus fuit ea re. l. domos. & ibi Iaf. ff. de leg. j. qui textus in hoc est singularis ex sententia Pau. Cast. ibi propterea nō habetur ratio expēsarum quas fecit haeres grauatus in rebus subiectis restitutioni sed habetur ratio valoris ipsius rei prout est tempore restitutionis q̄ fieri debet.

Conclusio CCCXXVIII.

Testator si in suo testamēto relinquat vxori suę victū & vestitum, & grauet haeredes ne vxorem molestant & si eam molestauerint priuat eos haeredes haereditate sua & nō dixit cui eius haereditas sit applicanda: tunc adueniente casu qd sit locus priuationi ea haereditas non vxori applicanda erit, licet eius cōtemplatione sit facta priuatio, sed vadet ea haereditas ad alios haeredes non grauatos vel ad substitutum. Barto. in l. vxorem §. haeres. per illum textum. ff. de legat. 3. & Iaf. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat. 3.

Conclusio CCCXXIX.

Testator legans simpliciter centum corbes frumenti, vel certam vini quantitatem, in dubio intelligitur legare de eo vino quod erat in suo patrimonio ita vt haeres inuito legatario de alio dare non possit. Bar. in l. 3. ff. de vino oleo tritico legato. & Iaf. in l. si domus. ff. de leg. j.

Conclusio CCCXXX.

Testator legans vxori habitationem domus si solū vnam domum testator habeat, illius domus habitationē cēset legare: si autē plures domos testator habuerit, tunc haeres vnam domū eliget quam dabit viduae pro sua habitatione. l. si domus. ff. de lega. j. dū tamen sit in eo loco vbi debebat defunctus: quia si alia domus esset in alio loco, non posset haeres eligere. Iaf. in d. l. si domus, nō qd debeatur domus in qua testator faciebat suam habitationem, sed haeres eligat quam daturus sit, non qd cogatur haeres ad pensionem aliam domum conducere: sed sufficet qd tradat vnam ex illis quae ad defunctum pertinebant. Iaf. in d. l. si domus.

Conclusio CCCXXXI.

Per sententiam non nouatur prima actio quae ab initio cōpetebat. Non enim nouat sententia primam actionem, leuidenter. ff. de excep. rei iudic. & conditio eorum qui litē contestantur, non solet effici deterior. l. nō solet. de reg. iur. sicuti & per promissionē non nouatur actio ex sententiā, nisi hoc actum sit. l. 4. §. si ex cōuentione. ff. de re iudi. & hoc certum est, qd per sententiā accumulatur noua actio nō autē extinguitur vetus, cum ea sententia habeat vim nouationis ac cumulatiuē, & non extinctiuē gl. in l. vbi doctō. C. de iudic. Iaf. in l. si domus §. de euictione. nu. 1. 8. ff. de leg. j.

Conclusio CCCXXXII.

Si quis fundum vendiderit plenū fructibus saluo tñ iure scolarum, & demum nullus reperiat colon' prater eummet venditorem qui suis manibus fundum ipsum laborauerat, non poterit ille vendens aliquā partē detrahare ex ipsis fructibus, qui communiter colon'o sunt dandi. fuit enim facta talis exceptio ppter colonū, qui cū nō reperiat, nullus ergo ius illi debetur: & dominus non potuit esse dominus & colonus sui fundi, licet eum coluerit suis manibus. l. si qs legauerit. & ibi Iaf. post alios. ff. de leg. j. per l. si mercedē §. si. ff. de actio. emp. & ibi Bar. qui inquit ibi qd si rusticus vendiderit fundum saluo iure coloni, & demum nullus reperiat colonus ppter dñm, qd nihil illi dño ex illis fructib. debebit.

Conclusio CCCXXXIII.

Presumptio legis nō est p̄sumptio iuris & de iure: quare qd cā admittit p̄batio in p̄rium per aliam coniecturā. licet Imperator. & ibi Iaf. ff. de leg. j. sed qd p̄sumptionem iuris & de iure nō admittitur p̄batio in p̄rium. gl. in l. si. ff. quod metus causa. nisi p̄ partis confessionē, vt per doctores in illis locis.

Conclusio CCCXXXIII.

Voluntas testatoris est ex cōiecturis colligēda. l. si plures. in ff. de vulg. tñ illē cōiecturē ex ipsomet testō colligi debent, & ex verbis ipsius testatoris positis in testamēto. Iaf. in l. licet Imperator. nu. 14. ff. de leg. j. Dec. conf. 4. 17. nu. 4.

Conclusio

Conclusio CCCXXXV.

Si testator legauit vxori suę vestimenta & iocalia quae est imauit valere decenta, si demum appareat non tanti valere, & quantumuis minus valeant, nō poterit vxor petere vt suppleatur quod min' valet, & id quod deest aestimatiōni facta per testatorē, quasi voluerit testator decenta legare: ad quod nō est aduertendū. sicuti est rō si ea iocalia vel vestimēta pluris valeāt nō poterit haeres illud plus petere, nec aliqd diminuerē ex eo legato: sed vestes & iocalia vti sunt debent vxori dari nō autēta aestimatiōne testatoris, cū ea aestimatio testatoris nō sit attendēda. l. si fundū sub cōditione §. si liber tus. ff. de leg. j. & l. cū pater §. qui filio. ff. de legat. ij. & ibi Bart. per eos textus. Cuius opinio approbata est à Iaf. in d. l. si fundum §. si liber tus. qd si testator mandaret rem suam vēdi pro tali pretio, tñ tali aestimatiōni stādū esset: quia quāuis ea res plus valeat, testator videtur illud plus donare, ita vt nec in eo casu locum habeat remedium. l. 2. C. de resc. vend.

Conclusio CCCXXXVI.

Testator filiū suū impuberē haeredē fecit, & si in aetate pupillari moriatur, Titiuū substituit, si in eo testō vir simpliciter reliquerit vxorē suā dominā, & vsufructuariā: & pupillus in etate pupillari moriatur tātūmodo aimenta ipsi vī due debebuntur a filio haerde instituto: quia vnū legatum est, & nō variatur per tempora: & cum legatū inceperit vim habere in persona filij, & sic substitutus non poterit in plus teneri. Si autē testator dixerit filio suo haerde instituto, & cui ea pupillaris substitutio facta est, relinquo vxorem meā dominā & vsufructuariā donec castē vixerit, vel vitā vidua lem seruauerit, mortuo filio vidua habebit totum vsufructum, & quem habitura esset extraneo haerde instituto, qa propter particulā, donec, legatū ceperit esse annuū: & sic primo anno legatum est purū, pro sequentibus vero annis erit conditionale. l. cū in annos. ff. de annu. lega. & per cōsequēs pupillo mortuo incipit tūc legatum deberi ex persona substituti qui cū sit extraneus accipiet vidua totū vsufructū. ita Bar. in l. si fundum §. si pater. ff. de leg. j. & ibi Iaf. qui asserit hoc verum esse.

Conclusio CCCXXXVII.

Creditor debitori soluenti tenetur reddere instrumentū debiti cācellatū, per l. dissolute. C. de condi. ex lege. tenetur etiā instrumentum liberationis facere. l. huiusmodi §. si ita. & ibi Iaf. post alios. ff. de leg. j. & tutius semper est habere instrumentum liberationis, vt est ibi text.

Conclusio CCCXXXVIII.

Stipulatio facta sine causa non valet in effectu: quia petēti obstat exceptio doli. l. 2. §. circa. ff. de doli except. si tñ facta cōditionaliter valebit, qa dditio habet p̄ causa. l. à Titio. in prin. & ibi Bar. ff. de ver. ob. Iaf. in l. filius §. diui. nu. 7. ff. de le. j.

Conclusio CCCXXXIX.

Est differentia inter liberos, & posteros: quia liberi vocantur vsque ad trinepotem, abhinc vero ceteri vocantur posteri. l. iurisconsultus §. parentes. ff. de grad. Bar. in l. libero rum. ff. de verbo. signif.

Conclusio CCCXL.

Emptor, & sic singularis successor in re aliqua quā emit, non tenetur stare colono & locationi factae per venditorē rem. l. emptorē. C. locati. verū, est vnus casus in quo tenet stare, si in ipso contractu locationis appositum esset pactum qd res conducta non possit in aliu alienari: & si contra fiat qd alienatio sit nulla cum obligatione rei conductae expressē pro praedictorū obseruantia: & tunc nō posset transferri dominuū in aliu in praedictiū coloni non consentiens. lmo. & Roma. in l. qui absentis §. j. ff. de acquir. posses. & hanc praeticam bonam & vtilem inquit Iaf. in d. l. filius §. diui. num. 92. ff. de leg. j. & Soc. conf. 90. in 4. volu. tenet qd colonus ratione hypothecae quam habet in re conducta non poterit expelli etiam si illi ab emptore offerretur interesse. & hanc opinionem communem esse, & esse de mente doctorū asserit ibi, quando scilicet colonus habeat obligata bona locata.

Conclusio CCCXLI.

Prohibitio alienationis facta à testatore nuda à persona & causa non impedit dominij translationem. l. filius §. diui. ff. de leg. j. quod p̄cedit vbi talis prohibitio fieret dispositiuē: secus si cum conditione, quia tunc valerēt talis prohibitio etiam sine expressione causae vel personae. l. iiii §. j. & ibi Bald. ff. de condit. insti. tunc enim conditio habetur pro causa. l. à Titio. ff. de verbo. oblig. & ibi Bart. simplex autem prohibitio alienationis habet vim consilij, quod quis nō tenetur sequi. l. 2. §. si. ff. mand. & ad hoc vt valeat talis prohibitio, fieri debet cum causa vel intuitu certae personae. d. §. diui.

Conclusio CCCXLII.

Valet prohibitio alienationis facta à testatore in testamēto cū causae infertione per haec verba, vel similia, nolo talem domū meā alienari, quia fuit mihi ab amico meo donata, vel quia fuit maiorum meorum, in qua re consistit affectio. l. si in emptione. ff. de minor. vel si dixerit, nolo alienari extra familiam. gl. in l. filius §. diui. ff. de leg. j. & talis prohibitio facta cum causa impedit dominij translationem. d. §. diui. & talis prohibitio facta cum causa infertione extra familiam non inducit fideicommissum, nisi secuta contrauentio ne. qd si vltra prohibitionem alienationis verba principaliter dispositiua reperiuntur, vel si ratio prohibitionis praecise al legatur, quia semper voluit testator bona sua remanere in familia, & tūc inter eos qui sunt de familia absolūtē fideicommissum nascitur etiam absque vlla contrauentione. Dec. 26. 2. 3. nu. 5. & impedit alienationem voluntariam, non qd per eā creditoribus praedictetur, quia ea prohibitionem non obstante poterunt creditores autoritate iudicis in illis bonis executionem facere. l. peto §. praedicti. ff. de leg. j. & ibi Bart. & pro legitima filiorum exoluenda ille res capi poterunt & alienari. & illa est cautela seu remedium per quod res prohibite alienari etiam cum causa poterunt alienari. talis enim prohibitio creditoribus non nocet. Iaf. in d. l. filius §. diui. nu. 27.

Conclusio CCCXLIII.

Prohibitio alienationis facta à testatore respectu alicui' personae, vel cum adiectione certae personae quae posset agere de contemptu, vel fieret ea alienatio, & quae respiciat fauorem alicuius, impedit ipsius rei alienationem, & ea reddit nullam. l. filius §. diui. ff. de leg. j. l. peto. ff. de leg. ij. vt si testator dixerit, prohibeo talem rem alienari, & si contra fiat, volo vt ad talem perueniat, quae tamen prohibitio creditoribus nō nocet quin possint agere, & neque impedit quin pro dote alienari possint. vt iam dictum fuit in decisione superiori.

Conclusio CCCXLIII.

Si pecunia aliena detur mutuo sine consensu domini, & sper recipientem ea pecunia consumatur bona fide, tunc consumpta pecunia acquiritur actio domino ignoranti ex eo mutuo poterit tamen dominus eam pecuniam vindicare si stet: qd si cōsumpta sit, agatur ex mutuo. l. rogasti §. si feruus. ff. si cer. petat. reconciliatur enim mutuum per consumptionem, & ea consumptio pecuniae tantū operatur quātū a principio datio mutui, per cum §. & Iaf. in l. si a furioso. ff. si cert. petat. qd si quis mutuo dedisset pecuniam cōmūne quo ad partē socij inuiti per cōsumptionē nō reconciliaret mutui. §. si. l. si a furioso. ff. si cert. pet. Iaf. in d. l. si a furioso. nu. 2.

Conclusio CCCXLV.

Debitor quantitatis vel generis nō liberatur per casum fortuitum. l. incendium. C. de rebus credi. tamen debitor quantitatis vel generis liberatur quando res pro qua debitor erat obligatus periret culpa creditoris. l. sine haereditaria. ff. de neg. gest. per quam ea lex incendium limitatur. Bal. in ea l. incendium.

Conclusio CCCXLVI.

Tempore belli nō licet ad hostes deferre merces licitas, nec illicitas, quod seruare inter reges asserit Boeri. dec. 178. num. 2. r. & hoc ne alieni regni scrutentur arcana: quia per talem modum daretur occasio explorandi secreta sui inimici: & si tunc tales merces apportarentur, confiscari deberent, licet aliās cessante bello hoc liceret.

Conclusio CCCXLVII.

Si merces prohibite portentur cum illicitis & prohibitis, omnes merces tam prohibita, quam non prohibita confiscari debent tam portatis quam alterius, si ille fuerit scies & consentiens: alias merces illius qui non est consentiens non essent confiscandae. l. cotem ferro §. dominus. ff. de publi. & vecti. & hanc opinionem communē esse asserit Boer. deci. 178. nu. 2. Bar. & Salic. in l. cum proponas. C. de nauti. foenore. Guid. Papae. decif. 172.

Conclusio CCCXLVIII.

Merces illius qui trāsit per locum vbi debetur pedagiū, si pedagiū non soluerit, confiscantur tam merces, p quibus debetur pedagiū, quā aliae pro quibus non debetur pedagiū. Boer. dec. 178. nu. 26. vnā cum animalibus eas merces deferentibus. quae opinio per ordinationes regias approbatur vt ibi per Boeri. Si tamen animal illud esset alicuius ignorantis, non confiscaretur. l. cotem ferro §. dominus. ff. de publi. & ibi glossi. & Boeri. in ea decisione. nu. 28.

Conclusio CCCXLIX.

Vidua intra annum luctus nubens cui facta fuerant multa legata à suo marito liberis non stantibus ex eo matri. Commu. opi. Tom. 4. CCCC 2

monio non perdit ea legata. Corn. conf. 308. quod de consuetudine obseruari aasserit Boeri. decif. 186. nume. 3.

Conclusio CCCL.

SI lite inter aliquos pendente reus soluerit creditorum summa petitam, vel si actor & creditor cum debitor conuenierit ut sibi solueretur, vel si aliter creditor soluta sit pecunia, vel res petita, quamuis de expensis nihil dictum sit, poterit creditor expensas petere. Deci. cap. Tholosa. quinta. & ita de facto obseruari ibi aasserit Aufre. & Guid. Pap. deci. 55. inquit curiam parlamentaria obseruare. in poenis tamen creditor recipiendo sortem principalem sibi praeiudicat: quia per sortis receptionem poena censetur remissa. Soci. conf. 8. j. vol. nisi & de poena fuisset protestatum.

Conclusio CCCLI.

SERUO vel filiofamilias qui fecit contractum, solui potest. SI. quod seruus ff. de depos. & ibi Bart. l. seruus. ff. de solut. tamen seruus non potest dare dilationem ad soluendum sicut nec procurator, nec filius qui etiam non possunt facere pactum de non soluendo. Ias. in l. seruus. C. de pact.

Conclusio CCCLII.

SI alter litigantium renuntiet vel cedat liti, in expensis erit condemnandus. Bald. in l. postquam liti. C. de pact. quod procedit nisi ex causa renuntiet, quae de nouo superuenit. quia tunc ab expensis excusandus esset. Bald. vbi (supra) Aufre. in deci. Cape. Thol. dec. 5. vt quia videt reus instrumentum a parte aduersa productum: quo viso statim cedit liti: tunc enim ab expensis est excusandus. docto. in l. si quis inficiatus. ff. de depos.

Conclusio CCCLIII.

NON solum in donationibus sed & in conuentionibus heritoriis, & in pactis de non petendo, in finuatio requiritur, & hoc tenetur ex sententia Ias. in l. creditori tuo. C. de pact.

Conclusio CCCLIII.

SI post haec verba, sub ea conditione sequatur particula, vt tunc ea verba non facient conditionem sed modum. I. ea conditione & ibi Bald. C. de rescin. vendi. unde infertur quod si quis fundum in emphyteusim recipiat sub ea conditione, vt eum fundum teneat vt Titius tenebat, tunc ea verba, sub ea conditione, nullam denotant conditionem: sed intelliguntur ea verba, id est sub eo modo vel sub eiusmodi modis & pactis sub quibus Titius solebat tenere. d. l. ea conditione. C. de rescin. vendi. & ibi Bald. & Salice. & Ias. in l. debitori. C. de pact.

Conclusio CCCLV.

QVANDO plures confitentur se pecuniam recepisse, & eo stat ad vnum solum pecuniam peruenisse, illi qui nihil receperunt, in nihilo tenebuntur, nisi reos debendi in solidum se confutissent, vel quod inuicem fideiussissent. Bald. in l. si non singuli. C. si cert. petat. Soc. conf. 71. in 3. vol.

Conclusio CCCLVI.

AESTIMATIO rei alicuius fit duobus modis: aliquando vt faciat emptionem, aliquando vero vt demonstrat va lor ipsius rei. vt docet Bald. in l. quoties. C. de iure deliber. in dubio autem aestimatio rei dotalis facit emptionem. I. ex co uentione. C. de pact. l. j. & ibi gl. C. de iure dot. & vbi cum que fit mentio pretii, talis aestimatio fit vt faciat emptionem. gl. in l. si inter virum. C. de iure dotium. & ibi Bald. secus autem si appareat eam aestimationem solum fieri ad cognoscendum rei valorem, vt in posterum de eo valore possit constare & probari, si res damnificetur. vt per docto. in l. si aestimatis. C. de iure dotium. & hoc etiam procedit si aestimatio in princi pio fieret in illa rei traditione: secus si post. quia tunc non fa ceret emptionem. Bald. & Salicetus in d. l. ex conuentione. & haec regula in animalibus non procedit, quae dantur in so cidam, quae licet aestimentur, tamen talis aestimatio non facit emptionem, ex quo emolumentum non in totum spectat ad pastorem. Bald. in l. si pascenda. C. de pact. Item & ea regu la quae aestimatio facit emptionem procedit in re dotali qua do maritus est soluendo: aliam non. Bald. & Salic. in l. interest. C. de vfusu.

Conclusio CCCLVII.

QVOTIES animal datur a domino pastori in socidam si do minus illius dominum retinuerit, eius erit periculum si animal deperdat. l. pignus. C. de pignor. actio. nisi dolus aut culpa pastoris interueniat. Quae animal aestimatum datu fit non quidem ea aestimatione quae facit emptionem, tunc si pereat animal, periculum commune erit. I. cum duobus s. damna. ff. pro socio, & sic talis deperditio respicit domini & pastoris periculum. nam cum utilitas communis sit & domi

ni & pastoris, ergo & periculum comune erit. Quae animalia ve dita fuissent, totum periculum ad ipsum pastorem pertine ret. Bald. in d. l. si pascenda. & ibi Salicet. & Paul. Castren.

Conclusio CCCLVIII.

SI quis in suo testamento de rebus Titij disposuerit, eo Ti tio praesente, & tacente, nihil sibi ex hoc praerudicaret nisi illi testatori in hoc consentisset expressè. aliàs sola illius praesentia non induceret consentum ad hoc vt sibi praerudicaret. Ias. in l. cum proponas. C. de pact.

Conclusio CCCLIX.

VEndens rem subiectam restitutioni praesente & tacente fideicommissario, non sibi praerudicat ille fideicom missarius, & neque sibi nocet sua praesentia: quia praesentia illius qui contradicendo non potest impedire actum qui fiat, non sibi nocet. l. Casus. cum gloss. ibi. ff. de pignor. actio. Bald. in l. j. C. de bonis mater. & hanc communem opinionem esse aasserit Ias. in l. cum proponas. C. de pact. reprobando ibi glossam quae contrarium tenebat. quia certum est res restitu tioni subiectas alienari posse pendente conditione: sed ea co ditione adueniente reuo cabitur talis alienatio. l. iij. §. pen. C. commu. de leg. & fidei. quare ne interim ea res alienetur, non potest impedire fideicommissarius: ergo illius praesentia in tali alienatione non debet sibi nocere. & hec decisio procedit siue ille fuerit sciens, siue ignorans eam rem quae venditur fuit restituioni sibi subiectam. Ias. in l. cum proponas. C. de fidei. quod tamen non procedit vbi ille vendens affirmaret rem quae venditur nulli fideicommissario subiecta eo fideicommissario praesente & tacente: tunc enim illius praesentia illi noceret in eam rem vendicando. arg. l. si sine. C. ad Velleia. & non procedit etiam vbi ille fideicommissarius praesens consentiret, vel vbi ille de euictione fideiuberet ipsi emptori de ea re quae venditur quam sciebat restitutioni subiectam. his enim casibus ille fideicommissarius sibi praerudicaret, aliàs sola sui praesentia & tacitura: non sibi noceret in venditione rei sub iectae restitutioni. Ias. in l. cum proponas. C. de pact. vbi tamen fideicommissarius consentiret tali alienationi rei subiectae: restituitio in sui utilitatem, adueniente conditione possit tunc ad pretium agere. Bar. in l. si fundum. ff. de leg. j. Curt. Iun. conf. 4. nu. 22. & Cor. conf. 339. in i. vol. & conf. 3. nu. 7. vol. 3.

Conclusio CCCLX.

SI sint plures rei debendi in solidum, & creditor ab vno ipsorum recipiat partem suam cum tangentem, & recipiat eum soluentem suo nomine & ex summa principali his interuenientibus creditor eam partem accipiendo videtur suum debitum diuissimè inter eos debitores pro rata, ita vt non possit nisi a quolibet partem petere. l. si creditores. C. de pac. nisi creditor eam partem accipiendo saluo iure quod non intendit sibi per hoc praerudicare. aliam autem si partem aliquam accipiat non quae quemlibet tangeat, non induceretur diuissio debiti. gl. in l. inter eos. §. verbo, soluit. ff. de fideiuss. vel si simpliciter creditor accipiat vnam partem ex debito, non sibi praerudicat: quia ea solutio ita simpliciter facta, videtur esse facta ad diminuendum cumulum debiti, & non ad inducendam debiti diuisionem. Ias. in d. l. si creditor. Inducitur et diuissio debiti per petitionem virilis portionis factam a creditore contra vnum ex debitoribus & correis debendum. libe rum. C. de fideiuss. Ias. in l. si ex toto. §. si ita scriptum. ff. de leg. j. diuissio etiam inducitur si creditor omnes debitores simpliciter conueniat. Alex. in d. §. si ita scriptum.

Conclusio CCCLXI.

IVS offerendi quod quis habet in re aliqua, non potest praerudicari. I. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de praescript. trigint. anno. Anto. Rubens Alexandr. conf. 3. nu. 3. quod procedit in eo iure offerendi quod quis habet per modum cuiusdam facultatis: nam ea quae sunt facultatis sunt imprescriptibilia. Bart. in d. §. sed cum. in l. cum notissimi. est autem duplex ius offerendi: vnum est quod competit per modum iuris vt est illud quod habet secundus creditor quod praerudicatur spatio triginta annorum: alterum est quod competit per modum facultatis quod non praerudicatur. Chassa. conf. 11. nu. 17.

Conclusio CCCLXII.

PACTUM de retrouendendo factum quacumque soluat pretium ad voluntatem venditoris praerudicatur spatio triginta anno. non obstantibus verbis illis, quacumque. Ias. in l. petens. C. de pact. nu. 10. & pactum de retro vendendo factum sub his verbis, quoties pretium reddatur, et spatio triginta annorum praerudicatur. Io. Fabri & docto. in l. cum notissimi. C. de praescript. trigint. ann. Illa enim particula, quacumque, vel ea verba, quoties quoties, recipiunt interpretationem, a iure: & praesumendum est contraheutes se velle conformare cum dispositione iuris commu

communis vt est iuris praesumptio. in l. si duo. ff. de acquirere. haered. & ibi Paul. Castren. illa autem est iuris communis dispositio vt omnes actiones praerudicantur spatio triginta annorum. l. omnes. & l. sicut. C. de praescript. vel quadra. ann. Ergo inter partes ita videtur esse actum tum vt ea infinitas euiretur. ita Antho. Rub. Alexandr. conf. 13. Ias. in d. l. petens. C. de pact. Boer. dec. 182. in prin. & ibi inquit quod pacta de retrouenden. in perpetuum vel ad certum tempus non possunt praerudicari minori spatio quam triginta annorum. & Chassaneus idem tenet conf. 11. in prin.

Conclusio CCCLXIII.

AD hoc vt confessio dicatur geminata & vt operetur effectum geminatae confessionis, debet esse facta pluries & diuersis temporibus, alioquin non sufficeret sapius fuisse reiterata vnomet & eodem tempore. Bald. in l. j. & Ias. in l. si certis annis. C. de pact.

Conclusio CCCLXIII.

SOCIETAS omnium bonorum non contrahitur nisi expresse & specialiter dicatur inter contrahentes, quod contrahitur societas omnium bonorum. l. 3. §. j. & l. si societatem vniuersorum. ff. pro socio. Guid. Pap. conf. 28. numer. 10. in 4. col. tacite etiam contrahi posse aasserit Corn. conf. 61. in j. vol. & neque inducitur societas omnium bonorum per ea verba, quod debent viuere communiter. Deci. confilio 442. tenet etiam Dec. conf. 66. societatem omnium bonorum tacite contrahi posse. & intelligitur tacite societatem omnium bonorum fuisse contractam, quando aliqui simul inhabitant & communiter fructus omnes in comuni reponunt, & insimul sunt participes lucris & quaevis & damni. vt ibi per Decium, & conf. 68.

Conclusio CCCLXV.

IN societate omnium bonorum omnia praesentia ipsorum contrahentium efficiuntur communia ipso iure, & in illis nulla desideratur traditio, cum ex eo contractu societatis omnium bonorum nulla traditio desideretur. transferunt enim & possessio & dominium ex eo contractu inter ipsos socios: & ea quae acquiruntur, sunt communicanda, & in illis traditio desideratur. l. j. §. ff. pro socio. & ibi Bald. & ita in vim huius societatis omnium bonorum quae est expresse facta, omnes res proprio ipsorum contrahentium efficiuntur communes inter ipsos. Corne. conf. 310. num. 3. 4. vol. & Guid. Pap. conf. 20. nume. 10. & inter ipsos socios omnia sunt conferenda. l. si fratres. §. si socium. ff. pro socio. Ias. in l. si socius. ff. si cert. petat. Corn. conf. 187. nu. 2. vol. 3. in ea tamen societate quantumuis generali bona emphyteutica acquirata ab vno ex sociis non veniunt communicanda, ne dominus habeat aliam emphyteutam, aut vasallum de quo non cogitauerit. ita Dec. conf. 435. num. 6. & Alex. conf. 48. in 2. volu.

Conclusio CCCLXVI.

IN societate quae inter aliquos tacite contrahitur, id est non expresse, & sit societatis omnium bonorum, & sic in societate tacita seu simpliciter vel generaliter coepta, ea solua sunt coepta, quae ex qtu eorum veniunt, & sic lucra in persona lia veniunt communicanda. l. coiri societatem & ibi Bal. ff. pro soc. & in l. si patrus. C. commu. vtriusque iud. l. socii. §. j. ff. pro socio. Guid. Pap. conf. 20. num. 10. Corn. conf. 319. nu. 7. & 8. volu. 4. & in tali societate contracta tacite non venit haereditas quae alicui obuenit pendente societate: quae tamen haereditas bene veniret communicanda in societate omnium bonorum expresse. Alex. conf. 76. nu. 9. in 4. volu.

Conclusio CCCLXVII.

SI fratres insimul habitant communicantes inuicem fructus eorum bonorum, & lucra eorum negotiationum & operationum, inter eos praesumetur tacitam societatem esse contractam respectu quaevis communis prouenientis ex dictis negotiationibus inter eos: & eorum lucra veniunt inter eos communicanda non quae ex dictis actibus socialibus colligatur ipsos fratres voluisse communicare eorum bona propria, sed solum lucra & damna ex eorum negotiationibus. Guid. Pap. conf. 20. nu. 10. & 11.

Conclusio CCCLXVIII.

SI vnus ex sociis inter quos non erat contracta expressa societas omnium bonorum, sed erat quaedam societas sed non omnium bonorum cum pacto expresse, quae emptiones fierent communiter, rem aliquam emerit, ille eam rem emptam alijs teneat sociis communicare. l. actio. §. si in rem. ff. pro socio. & eo pacto cessante teneretur solum pecunia communicare pro qua communicanda datur actio ad pretium: res tamen empti remanet ipsius socij emeritis. l. si vnus. §. j. ff.

pro socio. Guid. Pap. conf. 29. num. 12. Si autem essent socij omnium bonorum, & sic in societate omnium bonorum vniuersali vnus ex socijs aliquid emens etiam proprio nomine, illud teneretur socijs omnibus communicare. Iaso. in l. si socius. ff. si cert. petat. Bal. in l. si vt proponis. C. de rei vendic. & hoc in societate vniuersali contracta expresse vel tacite. Bald. in d. l. si vt proponis. in fi. Corn. conf. 61. in fin. j. volu. & Ias. in ea. l. si socius.

Conclusio CCCLXIX.

QVAESITA per filium sine patris substantia, & ex solo labore ipsius filij non sunt patri quae sita, nisi quo ad vfum fructum, exceptis tamen his, quae filius acquiruit ex contractu vel quali, quae in totum filio quaruntur. l. cum oportet. C. de bonis quae liberis. Alia autem per filium quaesita sine patris substantia censetur aduentitia: in quibus pater habet vfum fructum, filius autem proprietatem. d. l. cum oportet. C. de bonis quae libe. Soci. conf. 192. vol. 2.

Conclusio CCCLXX.

QVAESITUM ex pecunia patris a filio est ipsius patris, excepto eo quod laboribus, & filij industriae esset tribuendum. Bald. & docto. in l. cum oportet. C. de bonis quae libe. Soci. conf. 62. & 192. volu. 2. Ita vt solet dici in hac conclusionem, quae si filius ex pecunia paterna cum suo labore aliquid fuerit lucratus, medietas illius lucris quiritur patri tanquam profectitium, & cum fratribus illud esse communicandum. Altera vero medietas censetur tanquam aduentitium, & industriae filij attribuetur, & per consequens non esse communicandum, neque veniret in collationem cum alijs fratribus sicuti nec alia aduentitia. l. vlti. C. de colla. ita Bar. in l. j. §. nec castrense. nu. 5. ff. de colla. bonor. & in d. l. cum oportet. quem ibi sequitur Castren. & Salice. Bart. in l. j. C. pro socio. Bal. in d. l. cum oportet. dicit iudicio iudicis relinquendum. quae in effectu conuenit cum opinione Bart. & Ias. in l. illud. C. de colla. nu. 7. & hoc procedit siue filius simpliciter negotietur, siue suo nomine. Chassa. in consuetud. Burgu. in titu. des enfans de plusieurs liez. §. j. nu. 10. & hanc opinionem communem esse aasserit Soci. conf. 162. & 192. & eam obseruari aasserit Chassa. in suis consuet. Burg. in titu. des enfans de plusieurs liez. §. 2. nu. 7. & 8. & Cor. conf. 151. vol. 3. §. si filius ex pecunia patris negotietur, & patris nomine, totum lucrum ad patrem pertinere. Roma. in d. authen. ex testamen. to. & Ias. in d. l. illud.

Conclusio CCCLXXI.

SI filius lucratus aliquid fuerit cum pecunia paterna sine aliquo suo labore, & opera, totum illud iudicium erit profectitium & totum in collationem veniet. Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bonor. vt quia pecuniam apud campfore tenebat. Ias. in l. illud. C. de collation.

Conclusio CCCLXXII.

RES empti a filio ex pecunia paterna nomine ipsius filij erit ipsius filij, tenebitur tamen fratribus eam pecuniam pro rata cuiusque communicare vel restituere. Paul. Castren. in l. cum oportet. nu. 7. C. de bonis quae libe. quia res empti ex pecunia mea, mea non est, sed emeritis. I. si ex ea pecunia. C. de rei vendi. Soc. conf. 61. in 4. vol. idem in fratre acquirente qui si de pecunia communi rem aliquam proprio nomine emerit, talis res erit sua: pecuniam autem tenetur restituere. Soci. co. conf. 61.

Conclusio CCCLXXIII.

QVOTIES filius aliquid acquirit, & non constat an ex pecunia paterna, an ex sua industria id adquisitum fuerit, illud ex coniecturis decidendum erit. quia si pater & filius insimul habitant, & pater esset diues, & industriosus, filius vero non, & tunc ex substantia paterna illud censetur adquisitum. Si vero filius esset industriosus, & diligens, pater vero pauper, & aliàs ociofus, & eo casu ex industria filij illud censetur adquisitum. Bald. & docto. in l. cum oportet. C. de bonis quae libe. quae omnia iudicis arbitrio sunt relinquenda. Soci. conf. 192. in j. vol.

Conclusio CCCLXXIII.

QVANDO testator in suo testamento facit mentionem de filiis eos instituendo, substituendo, permittendo, vel relinquendo, tunc appellatione filiorum & nepotes includuntur. l. Lucius vili. ff. de haeredi. insti. Bar. in l. Gallus. §. institutioes. ff. de libe. & posthu. & Dec. conf. 391. vnde infertur quod relictu factu alicui, vel substitutio alicui facta, si decedat sine liberis, et si additu sit, suis liberis ex suo corpore natis, exspirabit ea substitutio, vel legatum nepotibus suscepiis, & relictis. Bart. Com. opin. Tom. 4. CCCC

in l. liberorum. ff. de verbo. signi. & hanc communē opinionem asserit Soci. conf. 17. vol. 4. & hoc procedit ubi ea profusio fieret ab ascendentibus in utilitatem ipsorum descendendum: scilicet si fieret ab aliquo extraneo. Socin. consil. 13. part. j. q. si à coniuñto fieret mentio, tunc & nepotes venient appellatione liberorum. Alex. consil. 9. in 3. vol. quando verò testator prouidet dando tutores filiis suis, tunc filiorū appellatione nepotes non continentur. l. q. si nepotes. ff. de testa. tutela. & Soc. consil. 14. par. j.

Conclusio CCCLXXV.

Verba ambigua prolata ab vno ex litigantibus in quibus iudicium sustinetur, semper pro eo sunt interpretanda, siue sit actor siue reus, qui ea verba protulit, & cui permissum est ea verba interpretari. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Dyn. in reg. contra eum. de reg. iur. li. vj. l. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. nu. 8. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CCCLXXVI.

Ex confessione rei in causa criminali iudex potest procedere ad condemnationem contra ipsum reum etiam ex inordinato processu. gl. in l. si confessus. ff. de custo. reorum. in notoriis non requiritur iuris ordo. cap. ad nostram. ii. de iureiur. sed confessio facit notorium. ca. si de cohab. cleri. ergo ex tali notorio quod resultat ex ea confessione quis poterit condemnari. l. in l. inter. §. si Stichum. nu. 1. ff. de verb. obliga. quod procedit ubi principaliter delictum confiteretur ut per Bart. ibi. dum tamen talis confessio fuerit facta coram iudice competenti, aliis non sufficeret. Nam tunc si nullas processus procederet ex defectu iurisdictionis quis ex talis confessione facta coram iudice incompetente non posset condemnari. Hippoly. de marf. in sua practica causarum criminalium in verbo, postquam. nu. 12. & 13. & hoc etiam procedit ubi ultra confessionem constaret de crimine. & cum Bartoli opinionem sustinet Iaso. in l. inter. §. si Stichum. ff. de verbor. obliga. & Panorm. in ca. at si clerici. de iudic. & l. in l. iurandam. §. procurator. numero 20. ff. de iureiurando.

Conclusio CCCLXXVII.

Confessio in iudicio facta per accusatum liberè & absq; formidine tormentorum, facit plenam probationem ita ut absque alia perseveratione sit sufficiens ad condemnandum. l. si confessus. & in l. si. C. de custo. reorum. & hanc opinionem communem esse asserit Guid. Pap. dec. 339. Bald. in l. si quis in hoc. C. de episcop. & cleric. Bart. in l. j. C. de confe. quod procedit dummodo constet de casu. Guid. Pap. in ea decisione in si. l. in l. iurandam. §. procurator. nu. 23. ff. de iureiur. aliis soli confessioni ab accusato facta non statuitur nisi constet de delicto, & de casu de quo quis accusatur. Franciscus Marc. deci. 92. in 2. par.

Conclusio CCCLXXVIII.

Confessio in iudicio facta metu tormentorum non sufficit ad condemnandum, nec standum est tali confessioni sine perseveratione. sed si post tormenta perseveret in ea confessione, teneat talis confessio repetita, aliis non. l. j. §. si quis ultro. & ibi Bartol. ff. de quaestio. Guido Pap. quaestio. ne. 339.

Conclusio CCCLXXIX.

Confessio facta in causa civili in iudicio minus legitime instituto sufficit ad condemnandum, ita ut sententia ita lata in confessum super libello inepto teneat. & hoc observari asserit Guid. Pap. de cif. 120. per notata per gl. & Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reorum.

Conclusio CCCLXXX.

Si testator in suo testamento uxori suae vsum fructum omnium bonorum suorum legauerit donec castè vixerit, habebit vsum fructum, si secundo anno non vixerit castè nullum vsum fructum habebit, quem non recuperabit licet ad castitatem redierit. non enim reassumit vsum fructum quem iam perdidit. Bald. in l. penult. ff. de excu. tutor. per cum text. & Iaso. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligat. semel extincta non reuiuiscit, quamuis demum impedimentum cesset.

Conclusio CCCLXXXI.

Legatum factum alicui loco pio, vel hospitali, aut ecclesiae pro pauperibus alimentandis, eo loco pio destructo legatum illud non amplius debebitur. Gemini. in ca. licet. de electio. in 6. Iaso. in l. inter stipulantem. §. sacram. nu. 30. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CCCLXXXII.

Maritus uxori suae se potest ad poenam certam obligare, si concubinam teneat, vel si repetierit consuetudinem concubinam. l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verbo. oblig. quia interest vxoris q. maritus non teneat concubinam, ne fraudetur debito carnali. & hoc tendit ad bonos mores conseruandos. Nam exasperant vxores quantumvis caste per retentionem concubinarum. §. mulieres. in authentica de nupt. Iason in d. §. mulier. l. ex ea parte. ff. de verborum obligationibus.

Conclusio CCCLXXXIII.

Maritus quamvis concubinam teneat, & quamuis ille adulterium committeret cum vxore alterius, non tamen à sua vxore adulterij posset accusari. l. j. & ibi gl. & doct. C. de adult. Angel. & Paul. Castren. in l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verbo. oblig. Maritus autem vxorem suam adulterij accusare potest. & ratio datur in vtroque casu, quia maius praedictum proli ex vxoris adulterio, quam vxori ex adulterio mariti. Abbas in c. tua. de procurato. & l. in d. §. mulier. preter autem maritum actio de adulterio non datur extraneis, per l. j. C. ad leg. Iuliam de adulter. & hodie soli marito competit accusatio adulterij contra suam vxorem, vt per Papon in suo recueil des arrets, in titulo, qui sont receuables à accuser. arret dernier.

Conclusio CCCLXXXIII.

Quamuis mulier non possit maritum tenentem concubinam de adulterio accusare, potest tamen mulier implorare officium iudicis ad hoc vt iudex etiam secularis compellat eum maritum remedijs secularibus ad eam dimittendam: cum ad officium iudicis pertineat vt homines honestè viuant. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. puniitio autem ad iudicem ecclesiasticum spectaret & non ad iudicem secularem. Iaso. plenè in §. mulier. l. ex ea parte. ff. de verbo. oblig. & l. in l. iustitia. nu. 11. de iusti. & iure. potest etiam vxor agere ad thori separationem, & etiam ad dotis repetitionem, & lucrum dotationis propter in iustitiam, si maritus concubinam teneat. Dec. conf. 530. vbi etiam tenet quod vxoris instantiam, & co iunctorum posset maritus compelli concubinam relinquere.

Conclusio CCCLXXXV.

Promissio illa valet per quam quis alteri promittit non ludere: & casu quo ludet, promittit pecunia nomine poenae: quae promissio est iusta ad bonos mores conseruandos, nam vbiunque aliquid sit contra bonos mores, potest q. ab eo abduci poena indicta. l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verbo. oblig. per quem text. probatur quod valet stipulatio poenalis interposita ex honesta causa quamuis nullum contineat peculiare interesse, vt ibi per Iaso.

Conclusio CCCLXXXVI.

Appellatione mortis proprie venit mors naturalis, non autem mors ciuili, nisi in casibus à iure expressis. gloss. in cap. susceptum. de rescript. in 6. l. ex ea parte. §. in insulam. ff. de verbor. obligat. & sic mors naturalis non aequiparatur morti ciuili, nisi vbi habet eundem effectum quem habet & ipsa mors naturalis: vt plenè per Iaso. in eo. §. in insulam. & Ol dradus consil. 284. & ibi additio.

Conclusio CCCLXXXVII.

Is qui habet facultatem rem aliquam eligendi, si ille predecedat priusquam eligat, talis facultas eligendi peruenit ad eius haeredes, & ad eos haeredes ea facultas eligendi transmittitur, qui poterunt eligere, sicuti poterat eorum praedecessor. l. si stipulatus fuero illud. ff. de verbor. oblig. & l. in l. quidquid. ff. de verbor. obligat. facultas autem declarandi ad haeredes non transmittitur. l. in l. cum stipulatus sum mihi. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CCCLXXXVIII.

In casibus in quibus variatio admittitur, solum licet semel variare. l. si quis iurandam. C. de rebus credi.

Conclusio CCCLXXXIX.

Si citatus vt compareat infra octo dies, dicat & respondeat se nolle venire, iudex nihilominus debet expectare lapsum illius dilationis, & quod terminus octo dierum elaboratur, pendente quo termino contumacia non debet accusari nec dari: quia interim ille potest voluntatem mutare. Bald. in l. deberi. per eum text. C. de fideicom. liber. Iason in l. cum stipulatus sum. ff. de verborum obligationibus. & talis citatus

citatus qui dicit se nolle venire, non est ulterius citandus. c. i. de dol. & q. in 6. gl. magna in l. si & ibi Bar. ff. de integ. res. min. Chaffa consil. 4. nu. 2. quauis aliàs citandus esset. Alex. consil. 8. in iij. vol. dummodo per verba futuri temporis, & quae respiciant futurum tempus ille citatus respondeat. Alex. ibi.

Conclusio CCCXC.

Facultas arbitrari non transit ad haeredes. l. cum stipulatus sum. & l. si quis arbitratus. ff. de ver. ob. l. in d. l. cum stipulatus.

Conclusio CCCXCI.

Fideiusor potest renunciare authentica, praesente. C. de fideius. & si renunciauerit, poterit conueniri ante principalem. Bal. & Sal. in d. authen. praesente. Aufre. in dec. Capel. Tholosa. dec. 196. & Pano. in c. peruenit. de fideius.

Conclusio CCCXCII.

Per librum. compesij, siue cadastrum non probatur dominium quo ad plenam probationem, sed solum quo ad praesumptionem, quae transfert onus probandi in volentem dicere colonarium. l. in d. l. decem. ff. de ver. obl.

Conclusio CCCXCIII.

Debitor in mora non potest constitui quando stipulatio est omnino pura, nisi ille interpelletur, p. l. quod te. ff. si cer. pct. l. si ex legati causa. ff. de ver. obl. quod procedit et si dictum fuisset quod solueret hodie. Bal. in l. si mihi & tibi. §. j. per illum textum. ff. de leg. j. l. in l. liber homo. §. decem. nu. 5. ff. de ver. obl.

Conclusio CCCXCIII.

Si partes in compromisso facto in arbitrium alicuius promiserint stare laudo, & sententia arbitri, & non petere reductionem ad boni viri arbitrium sub certa poena, si ille arbiter inique fuerit arbitratus, poterunt partes nihilominus reductionem petere: quia semper intelligitur tacite ea clausula, si arbiter laudum aequum tulerit. Ergo si inique fuerit arbitratus, reductio semper peti poterit, ne detur materia delinquendi. Bar. & doct. in l. si societate. §. arbitrorum. ff. pro socio. & neque partes possent expresse compromittere, q. non liceat redire ad arbitrium boni viri, & neque cum iuramento renunciari posset vt non liceat redire ad boni viri arbitrium. l. si libertus. ff. de ope. liber. & hanc opinionem communem esse asserit Iaso. in l. quidam cum filium. nu. 22. ff. de verbo. obl. quod procedit ubi esset enormis laesio: aliàs bene licet cum iuramento illi reductioni renunciare. Bal. ibi.

Conclusio CCCXCIV.

Appellationi per partem renunciari potest. l. si. in fi. C. de tempo. appella. & hoc, quia bene praesumitur de iudicibus, cum illi à superioribus deputentur ad administrandū iustitiam partibus: & iurant illi iudices se bene iudicare. l. j. ff. de offi. praef. vrbis. propterea partes confidentes in eorum iudicio illud poterunt approbare: & si appellauerint, poterunt illi appellationi renunciare. l. in l. quidam cum filium. nu. 23. ff. de ver. obl.

Conclusio CCCXCV.

Regulariter contractus omnes, & omnes obligationes ad haeredes transeunt, licet de haeredibus non sit facta mentio. l. veteris. C. de contra. & committ. stipu. Bald. in l. j. C. de consil. pecunia. vnde infertur clausulam illam notarium esse superfluum, cum in instrumentis faciant mentionem non solum de contrahentibus, sed de haeredibus eorum. l. eū qui. & ibi Pau. Cast. ff. de ver. obl. quaelibet enim cōuentio in dubio censetur realis, & per consequens ad haeredes transitoria, dato q. persona acquirentis sit in cōuentione. inserta est enim ea contrahentium intentio, vt & haeredibus prouideatur. l. si pactum. ff. de proba. quod procedit in his rebus q. ad haeredes sunt transitorie. l. in l. quidam cum filium. nu. 13. ff. de verbo. obliga. vel nisi factū cohaereret personae promissoris, vel quia esset electa industria personae. tunc enim obligatio ad haeredes promissoris non transiret. l. in eo loco. nu. 19.

Conclusio CCCXCVI.

Emphyteuta quis praesumitur si pensionem alicui persoluerit per decennium, ita vt ille dominus recipiens & qui iam recepit talem pensionem non poterit eum soluentem reicere. satis enim pbatur q. sit emphyteuta ex tali solutione. & habet ille soluens praesumptionem q. sit emphyteuta ex tali solutione. Iaso. in lege, si certis annis. C. de pac. & si ipse emphyteuta nollet amplius soluere, & qui iam diutius soluit, contra eum esset praesumptio q. sit emphyteuta, ita vt sufficiat ad pbandum directum dominium probare eā tam longam possessionem ipsius pensionis seu canonis. l. i. titibus.

de agri. & cens. lib. 1. r. C. Bal. & Pau. de Cast. in l. iudicia. C. de rei vendi. Alex. consil. 8. in 7. vol.

Conclusio CCCXCVIII.

Promittens rem reuendere pro eodem pretio infra certum terminum eo termino elapso non tenetur amplius reuouendere, nec ad id promittens compelli potest. l. 2. & l. cōmissoriae. de pactis inter emp. & vendito. pendente quidem termino promittens compelli potest, sed eo termino elapso ad id non potest teneri, alioquin frustratoria esset ea adiectio temporis, & nihil operaretur, quod planè absurdum esset. per l. si quando. ff. de leg. 3. l. in si ita quis. §. ca. nu. 10. ff. de verb. obliga.

Conclusio CCCXCIX.

Si quis in vno met instrumento, & in eodemmet contractu alicui duo praedia locauerit, vel duas domos, & conductor in vna male versetur, poterit ille expelli ab vtraque, sicuti si vna solum locata esset, & male versaretur in parte, nam in totum posset expelli. l. adem. & ibi Albe. de Rosa. C. de locato. Iaso. in l. si ita quis. §. ea lege. nu. 5. ff. de verborum obliga.

Conclusio CCCC.

Hodie & olim debitor modicae quantitatis, non prohibetur quin possit esse tutor alicuius pupilli, vel curator adulti. debitor verò magna quantitatis non potest esse tutor nec curator per eum titulum, vt hi qui obligatas se perhibet habere res minorum. in authenticis. quae autem sit magna vel parua quantitas id iudicis arbitrio relinquatur, non qd requiratur q. sit de media parte bonorū sicuti olim gl. post litrem. ff. de excusa. tuto. quae corrigitur vt per Ang. in princ. in eo titulo, vt hi qui. nu. 5. mater autem aut auia quauis sit debetrix, potest esse tutrix. authen. vt matri & auia. Ange. in d. authen. vt hi qui.

Conclusio CCCC.

Si quis tanquam emphyteuta re semel recognouerit, demum cogi poterit adhuc recognoscere, quamuis specialiter ad id non fuerit obligatus. §. emptoribus. in authent. de non alie. & ita in iudicando seruati asserit Guid. Pap. dec. 47.

Conclusio CCCCII.

Si duo sint correi debendi, & renunciauerint diuisioni, tunc contra quemlibet eorum executio insoluidum fieri poterit. authen. hoc ita. C. de duo. reis. Rebuffus in tractatu, de literis obligatorijs. arti. 2. in glo. prima. nu. 33. quod si non renuntiarēt, quilibet solum pro sua parte teneretur. d. authen. hoc ita. & Rebuffus in eo loco.

Conclusio CCCCIII.

Sententia quae transfuit in rem iudicatam, non potest retractari, nec contra eam aliquid probari poterit in contrarium. tamen si pars pro qua fuit lata ea sententia, fateatur eā inquam & iniustam, propter talem partem confessionem posset ea sententia retractari, ita vt amplius non mereatur executionem. Imola in c. plerumque. de immu. eccles. Pano. in c. is qui fidem. de sponsa. Iaso. in l. cum te. numero 8. C. de transa.

Conclusio CCCCIII.

Confessio de credulitate facta per partem aequè prauidetur sicuti ea quae fit de veritate. gloss. in capitulo ex literis. de iureiuran. Iaso. in l. cum te transegit. C. de transa. & responsio facta per verbum credit, idē prauidetur prout confessio de veritate. Cor. consil. 108. j. volumine, numero 5. debet autem confessio per duos testes probari. Cor. consil. 100. nu. 9. in 2. vol.

Conclusio CCCCIV.

Quoties in contractibus innominatis interponitur stipulatio, tunc propter stipulationem contractus ille redetur firmior. Regulatur tamen stipulatio secundum naturam contractus super quo interponitur: contractum quidē innominatum reddit firmiorem. hanc communem opinionem asserit Iaso. in l. cum mota. nu. 12. C. de transa. & in rubr. de verborum obliga. nu. 20. & cum notarij in omnibus contractibus solent apponere stipulationem, propter eam stipulationem tales contractus amplius redduntur firmiores. Bar. ibi. & Bal. in l. explicito. C. de rer. perm. & l. in d. cum mota. de transa. & l. in d. l. cum mota.

Conclusio CCCCVI.

In contractibus innominatis locus est poenitentiae. l. si pecuniam. ff. de condi. ob causam. cessat tamen poenitentia ubi adest stipulatio per quam ille firmatur. Bal. in l. quamuis. C. de transa. & l. in d. l. cum mota.

Conclusio CCCCVII.

In contractibus innominatis locum habet conditio ob causam. l. si. C. de condi. ob causam. si tamen stipulatio apposita sit in eo contractu cessabit conditio ob causam. l. cum precibus. C. de rer. permu. l. in ea. l. cum mota. C. de transactio.

Conclusio CCCCVIII.

Stipulatio interposita in aliquo contractu regulatur secundum naturam contractus super quo interponitur non solum in hoc ut detur efficacius, sed ut detur in plus vel in minus quam non competebar actio ex illo contractu. Bal. in l. si fideiussor. §. qui in iurium. ff. si quis cautio. Alexand. in l. j. ff. de pactis. l. in d. l. cum mota. nu. 10. de trans. & idem l. in rub. de ver. obl. nu. 20.

Conclusio CCCCIX.

Si filius in potestate sit prateritus in testamento patris, & moriatur priusquam dixerit testamentum illud nullum, ius dicendi testamentum nullum quamuis non agnatum quod sibi competebar, transit ad suos liberos solum, & hoc beneficio legis vnicæ, de his qui ante apertas tabulas. sed quo ad extraneos tale ius dicendi nullum ad extraneos non transmittitur. ita l. in l. cum mota. nu. 16. C. de transact.

Conclusio CCCCX.

Reuocatio donationis quæ fieri potest ex causa ingratitudinis ipsius donatarii non transmittit ad hæredes donatoris nisi donator in vita litem inchoauerit. l. j. & fi. C. de reu. donatio. c. fi. de dona. & ibi Pano. quod procedit nisi donans ignorasset talē causam: quia tunc donanti nihil poterat imputari vnde hæres eam causam ingratitudinis contra donarium poterit proponere. Pano. in d. c. fi. & l. in l. cum mota. nu. 18. C. de trans. vel etiam nisi donator in vita se preparasset ad agendum & reuocandū talem donationem, vel si donator causam donationis inciperet: nam tunc hæres incipiam causam poterit perficere. ita Henricus Boich in d. c. fi. de dona. & Guido Papæ dec. 214.

Conclusio CCCCXI.

Si quis iudicio fundum aliquem ex vna causa petierit, & super ea causa facta fuerit transactio, deinde agit ad eummet fundum ex alia causa, & reus conuentus opponat de exceptione transactionis, iudex poterit interloqui, & videre an ex alia causa fundus petatur quam super ea super qua fuit facta transactio, & tunc agentem poterit recipere: quod si super eamet causa, repellat agentem. l. in l. fratris tui. C. de transac. nu. 3.

Conclusio CCCCXII.

Quando aliquid se habet ad lucrum & ad damnum, licet demum damnum casualiter contingat, non per hoc aliquid dicitur lædi: & si sit minor, non poterit in integrum restitui tanquam læsus. l. de fideicommissio. C. de transac. Bal. per eum textum in l. cum Archimedoram. C. vt in posse. legatorum. l. in d. l. de fideicommissio. & Rebuffus in suis cōmen. in consli. regias in tractatu de restitutionibus artic. j. in gl. 2. nu. 8.

Conclusio CCCCXIII.

Emens redditus aliquos cuiusdā fundi pro trecētis aureis pro toto tempore suæ vitæ, si contingat cum tanto tempore viuere ita vt a ceperit fructus qui ad plus ascendunt, esset illa summa pecuniæ, alter non propterea poterit conueniri: quia etiam ille in primo anno poterat mori, & cū tale pactum se habeat ad damnum & ad lucrum, est seruandum, & iustum est censendum propter dubium euentum. d. l. de fideicommissio. & ibi l. as.

Conclusio CCCCXIII.

Non succurritur minori quando læditur ex aliquo accidenti, sed tunc demum cum læsio resultet ex solo contractu. l. nō videtur. C. de integritate resti. l. de fideicommissio. & ibi l. as. in fine. C. de trans.

Conclusio CCCCXV.

Pater quando est legitimus administrator bonorum aduentitiorum filij sui in potestate, qui est minor, quo casu ipse pater habet vsum fructum bonorum aduentitiorum sui filij, per l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ libe. & ibi docto. si vigeat aliqua necessitas pro filio, vt quia fortasse ars alienum pro eo filio est soluendum, & sic adest causa alienationis, tunc alienatio dicitur necessaria, & poterit pater res filij alienare sine decreto iudicis, etiā si filius sit minor. Azo in summa. C. de bonis quæ libe. & poterit alienare etiam sine illis solēnitatibus quæ requiruntur in alienationibus bonorum minoris, de quibus in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. Bald. in l. j. ff. de rebus eorum. Bal. Pau. de Cast.

Alex. & l. as. in l. præses prouinciar. nu. 5. C. de tras. & nec tenetur pater facere inuentarium de bonis aduentitijs sui filij. Bal. in d. l. cum oportet. Verum licet non teneatur facere inuentarium propterea quod nō est simplex administrator bonorum sui filij, sed usufructuarius, cogetur tamen facere descriptionem de bonis ipsius filij: & honestè faciet hoc faciēdo: quia ea bona filij post mortem patris sunt filio reddēda: Boer. deci. 61. nu. 7. & maximè si pater sit suspectus, vt si dissiptet bona sui filij, vel si ad secunda vota transierit: quod procedit respectu bonorum mobilium aduentitiorum filij. Bal. in d. l. cum oportet. §. non solum. Boer. in d. decis. nu. 14. sed nec eo casu quo pater est ita legitimus administrator, tene rationem reddere. l. cum oportet. §. fi. C. de bonis quæ libe. & hoc verum esse asserit l. as. in d. l. præses. nu. 3. & Boer. loco quo supra nume. 6. & pro illis bonis poterit pater in iudicio procuratorem cōstituere. Bart. cum gl. in l. j. C. de bonis mater. & l. as. in d. l. præses. Dec. confi. 209. Salic. in l. si super sitite. C. de dolo. & Papon en son recueil des arrefts, in titulo des inuentaires, arreft premier.

Conclusio CCCCXVI.

Pater eo casu quo non est legitimus administrator bonorum filij, nempe cū filius est emancipatus, vel si sit in potestate, & à matre vsufructus patri prohibitus sit, iuxta athen. excipit. C. de bonis quæ liberis. potest tunc pater creare tutor vel curator sui filij, & eo casu non possit res filij alienare non obseruatis solēnitatibus, quæ à iure requiruntur in alienationibus bonorū minoris, de quibus in l. magis puto. §. ne passim. ff. de rebus eorum. & in l. lex quæ tutores. C. de admini. tuto. sicuti alij tutores non possunt alienare absque obseruatione ipsarum solēnitatum, & tenentur partes tūc inuentarium de rebus filij facere, & rationem de administratione reddere ad instar tutoris & nō habebit vsum fructū in illis rebus. d. l. si super sitite. vbi Bald. de dolo. l. as. in d. l. præses. de transactio. Boer. deci. 61. numero 6. Salic. in dict. l. si super sitite.

Conclusio CCCCXVII.

Petitio hæreditatis & rei vindicatio non possunt in vno & eodem libello proponi. Bald. in l. 2. ff. de peti. hæredit. quia petitio hæreditatis competit hæredi ante adeptam possessionem rerum hæreditariarum: post verò adeptam possessionem quia iam hæres est effectus dominus, si forte cadet à possessione rei alicuius, poterit proponere rei vindicationem. Nam petitio hæreditatis non potest amplius competere. gl. in l. si in verbo, sciendum. vbi Bar. ff. de fidei. hæredit. petitio. ergo petitio hæreditatis, & rei vindicatio non possunt insimul concurrere. l. as. in l. vt responsum. C. de transac.

Conclusio CCCCXVIII.

Reus transigendo cum accusatore suo super delictis in quibus non est licita transactio, de quibus in l. transigere. C. de transac. intelligitur tacite crimen confiteri, & sic habetur pro confesso & conuicto. l. quoniam. §. qui, pacificatur ff. de his qui notantur infamia: ita vt iudex possit eum reum extranfectione condemnare. l. 2. C. de abol. l. as. in d. l. transigere. nisi reus transigeret super eo crimine nō quia crimen esset verum, sed vt euitet litem dispendiū. l. as. ibi. vel nisi fieret pactum gratuitum: quia tunc gratis pacificando nō intelligitur crimen confiteri. l. in fisci. ff. de iure fisci. nisi in casibus specialibus de quibus in d. l. quoniam.

Conclusio CCCCXIX.

Si dicant testes se agnouisse delinquentem per vocem faciunt indicium ad torturam in criminalibus. l. as. in l. non minorem. C. de transac.

Conclusio CCCCXX.

Simulatio contractus nō potest liquidò probari: ideo sufficiunt coniecturæ liquidissimæ, sicuti in doli probatione. l. dolum. C. de dolo. Pau. de Cast. confi. 82. & 326. l. as. in l. cum ea quæ. C. de transac. in his enim quæ à communiter accidentibus sunt difficilis probationis, sufficit præsumptua probatio, & sufficit verisimilis coniectura. arg. l. nō oēs. §. à Barbaris. ff. de re milit. l. consensu. C. de repud. & cū simulatio non possit plenè probari, sufficit ea probatio præsumpta per coniecturas. l. as. in l. cum ea. C. de trans.

Conclusio CCCCXXI.

Contractus probatur vsurarius ex præsumptionibus & coniecturis ex quibus ille contractus conuincitur vsurarius. c. cum in d. c. c. ver. si tamen argumentis, de vsuris. quare pp difficultatem probationum admittent probationes quæ aliàs essent insufficientes, de Anc. in c. ad nostram. de emp. & vendi. & l. as. in l. cum ea. de transac.

In his

Conclusio CCCCXXII.

In his quæ sunt difficilis probationis, sufficit præsumptua probatio per coniecturas verisimiles. l. consensu. C. de repud. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milita. quæ enim nō possunt liquidè probari, sufficit informatio ex præsumpta opinione. d. §. à Barbaris. & in clandestinis casibus sufficit probatio per coniecturas. l. as. in plenè l. cum ea. C. de transac.

Conclusio CCCCXXIII.

Communis sententia est q notario asserenti in suo instrumento quem esse sanæ mentis, non statur, neque illius asserenti: quia nemo in facto suo est testis idoneus. l. nullus. ff. de testi. sed factum dicit proprium quando ex eo sequi pot honor, vel verecūdia vt in hoc casu in notario. Inn. in c. ex literis. de transac. quare illi notario ita asserenti non statur. l. as. in l. sanum. C. de transac.

Conclusio CCCCXXIII.

Dolus dans causam contractui bonæ fidei annullat ipso iure contractum. l. & eleganter. ff. de dolo. quod procedit si ille qui doli passus est, hoc petierit, & voluerit: quia si vellet contractum valere, teneret ille cōtractus non ob stare tali dolo. nō illud quod est inuentum meum fauorem, in eius odium torqueretur, §. l. quod fauore. C. de legib. ita gl. in d. l. & eleganter. cogi tamen possit declarare an vellet stare cōtractui an non. Bar. in l. Iulianus. §. si quis. ff. de actio. empti. l. as. in l. transactio. C. de transac.

Conclusio CCCCXXV.

Clausula generalis sequens refertur, & restringitur ad re & causam prius specificatam. l. si de certa re. C. de transac. l. legatorū. §. i. ff. de leg. 2. & ibi Bar. facit, quia verba generalia indefinitè prolata restringuntur, & recipiunt interpretationem à verbis specialibus. l. quoties. & ibi Bal. C. fami. here. quare restrictio generalis restringitur ad specialem satisfactionem. l. si ex maiori. & ibi Bal. C. de excep. & renūtiatio §. tumuis generalis restringitur ad contractum specialem super quo interponitur. l. iubem. & ibi Bal. C. ad vellei. quod procedit vbi talia verba restringi possunt salua ratione recti sermōnis. l. as. in d. l. si de certa. & etiam est hæc regula, quod si enumeratis quibusdam indiuiduis subiiciatur clausula generalis, nō propterea ampliat indiuiduorum enumerationem: immo stat in suis iuribus sicut prius. Oldradus confi. 8.

Conclusio CCCCXXVI.

Transactio quantumuis generalis facta per verba generalia restringitur ad re super qua litigabatur. l. si de certa. C. de tras. quod procedit etiam in cōpromisso. l. si cū dies. §. plenum. ff. de arbitris. nisi id esset accessoriū illius rei quæ petebatur: vt puta fructus vel pœna. l. 2. in princ. ff. si quis cautio. vel nisi esset de appendicibus illius rei. l. si cum tibi. C. de iud. & ibi gl. vel nisi esset connexa cum re super qua facta fuit transactio. gl. in c. accusatus. de hæreti. in 6. & l. as. in d. l. si de certa re. C. de transac.

Conclusio CCCCXXVII.

Licet actus metu gestus rescindi possit per metum reuerētialem. l. j. §. quæ oneranda. ff. quar. rerum actio non datur: tamen si interuenierit amicorum vel cognatorum presentia, talis allegatio metus reuerentialis cessabit. Bar. in l. si. ff. si quis aliquem testari prohibuerit. quod procedit etiam si renuntiatio esset facta patri per filium, vel marito per vxorē. nam validabitur per presentiam amicorum, quia patris reuerētia non plus potest quam mariti. l. as. in l. transactio. C. de transac.

Conclusio CCCCXXVIII.

Quoties per statutum requiritur quod in contractibus minorum vel mulierū interueniat consensus propinquorum, sufficit duos proximios consentire, quamuis non sint de proximioribus & hoc de cōsuetudine obseruari asserit l. as. in l. transactionem. C. de transac.

Conclusio CCCCXXIX.

Ille qui dat mercatoribus ad dimidiam lucri & damni nō potest petere rationem calculi nisi in fine anni. Bartolus in l. neminem, per illum textum de suscepto. & arcariis. lib. x. C. nisi expressè actum esset quod quādoque peti posset ipsius calculi ratio, tunc eius ante finem anni peti posset ipsa ratio calculi dummodo hoc fiat sine calumnia. l. tandiu. C. pro socio. Bar. in l. Lucius. ff. pro socio. l. as. in l. j. C. de errore calculi.

Conclusio CCCCXXX.

Error calculi in causa appellationis deduci potest, siue ille error deductus fuerit in causa principali siue non: nisi super eo errore deducto in prima instantia, & non obstante

allegatione iudicatum fuisset, & à tali sententia non fuisset appellatum, vel nisi super eo transactum fuisset. l. j. C. de errore calculi. aliàs deduci poterit. Paul. Cast. confi. 19. par. 2. ex modico tamen errore calculus non vitatur. l. quamuis. ff. de condi. & demon. & l. as. in l. j. C. de errore calculi.

Conclusio CCCCXXXI.

Confessio in iudicio facta non potest reuocari prætextu erroris quando illi cōfidenti datus fuit terminus ad deliberandū, & eum terminum acceptauerit, & deinde respondit de veritate in facto proprio: aliàs autem confessio talis prætextu erroris reuocari poterit. l. as. in l. j. C. de errore calculi.

Conclusio CCCCXXXII.

Quando error est taliter in sententia expressus vt oculo corporis legi & inspicì possit in ea sententia, tunc ea sententia redditur ipso iure nulla. Bar. in l. j. C. de errore calculi. cuius opinionem l. as. ibi asserit communem esse, & eam tenendā, quod procedit vbi talis error non possit aliquo modo tolerari: alioquin non. l. as. ibi. nu. 11.

Conclusio CCCCXXXIII.

Stipulatio prætextu erroris calculi bene rescinditur. l. j. C. de erro. cal. transactio autem prætextu erroris calculi nō rescindi debet. d. l. j. & is est communis intellectus super ea. l. j. & ibi per l. as.

Conclusio CCCCXXXIII.

Hæc verba quæ cōmuniter ponuntur in arrestis vel sententijs, quod quis restituatur in locis contentiosis in statu in quo erat defunctus: ponuntur causatiue & non conditionaliter, propterea ille qui petit executionem non tenetur docere de eo statu: & si pars aduersa petat vt ante omnem executionem doceat de primo statu, non esset audienda, & ita iudicatu fuisse refert Boer. dec. 16. propterea si quis mādetur restitui in eo statu in quo erat tempore motæ litis, licet ille non reperiat spoliatum, sed defuitus, erit restitutus. Pano. in c. si. nu. 12. de restit. spolia.

Conclusio CCCCXXXV.

Ea quæ principi competunt in signum supremæ potestatis non possunt præscribi, per l. comperit. C. de præscript. trig. annorum. vt tributi solutio quæ fit in signum subiectionis. sic nec præscribi potest contra supremam principis potestatem, quædam verò sunt quæ sunt principi referuata in signū cuiusdam prerogatiuæ, & ea præscribi possunt. Pano. in c. cum contingat. de foro compe.

Conclusio CCCCXXXVI.

Communis est illa opinio, quod actio nō est in libello exprimenda sed factum ita narrandum est, vt ex propositione facti possit elici modus agendi. c. dilecti. de iud. & ibi docto. & Pano. in c. examinata. de iudi.

Conclusio CCCCXXXVII.

Vililbet capere potest criminofum repertum in domo, & cum ibi per viginti horas detinere vt interim delictum iudici patefaciat. l. capite quinto. ff. ad legem Iuliam de adult. Pano. in c. cum non ab homine. de iudi.

Conclusio CCCCXXXVIII.

Colligens oliuas maturas inscio domino, tenetur eas restituere ipsi domino: & perdit expēas quas exposuit in colligendo illas oliuas & competit actio legis Aquiliæ ipsi domino pro damno dato. nam quamuis colligendo oliuas maturas nullum damnum dederit, ex quo eas restituit, tamē per hoc non tollitur quin pro malo animo alia pœna etiam furti teneatur contrectando rem alienam inuito domino. punitur enim malum quamuis inde bonum sequatur. c. re legātes. & ibi gl. 2. q. 5. si autem quis oliuas immaturas colligeret, teneret ad damnum actione legis Aquiliæ. l. si seruus. §. oliuam. ff. ad l. Aquiliam. Pano. in c. nouit ille. de iudi. numero 29.

Conclusio CCCCXXXIX.

Interferens delictum in libello contra aduersariū tenetur illi actione iniuriarum. l. item apud Labonem. §. si quis libellos. ff. de iniurijs. quia proponens libellum videtur fateri contenta in eo libello esse vera, ita vt teneatur actione iniuriarum si aliquod delictum contra aduersarium proposuerit. Pano. in c. examinata. de iudi. similiter videtur quis fateri quod proponit in articulis seu capitulis. Spe. in titulo de pofitio. §. 10. ver. j. vbi inquit quod producat positiones videtur fateri omnia in eo contenta.

Conclusio CCCCXL.

Si vir & vxor in vno instrumento vendant rem aliquam quæ sit vnus ipsorum, vel insimul, & pecuniam accipiant & fateantur se eam pecuniam accepisse, præsumendum erit totam

totam pecuniam ad maritum pervenisse, & mulierem possitam in instrumento fuisse pro cautela ipsius emptoris vt videatur colorem quem adhibuit fuisse per presentia ipsius vxoris. & hoc satis experientiam docere asserit Boer. decif. 2. 3. nu. 6. & 7. & hanc partem veriore esse concludit ibi, quam tenuit Bal. in athen. si qua mulier. C. ad vellei. nisi expresse & verè probetur quòd realiter medietas pecunie pervenit ad utilitatem vxoris, per eam auth. si qua mulier. idem Roma. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matri. & hoc de consuetudine observari asserit Boeri. in tit. de consue. si. perso. vbi inquit qd solu. matri. tenebitur maritus totum restituere hæredibus vxoris si fundus ille venditus fuisset ipsius vxoris.

Conclusio CCCXXLI.

Si pater & filius insimul rem vendunt, vel si insimul in instrumento fateantur se pecuniam recepisse, præsumendum erit pro media parte ad vtrūque pecuniam pervenisse. §. cum in tabulis. l. eos. ff. de duo. reis. hanc eodem opinionem asserit esse Boer. dec. 2. 3. nu. 10. nisi aliter probetur totā pecuniam ad gubernatorem pervenisse. Franciscus Curt. consilio 54. vt quia pater omnia regebat aut filius. Boeri. in ca. decif. numero 10.

Conclusio CCCXXII.

Si mater & filius fateantur se pecuniam recepisse in aliquo instrumento, præsumendum erit ad quemlibet eorum pecuniam pro media parte pervenisse, nisi mater filium gubernaret, vel nisi probetur ad vnum eorum totam pecuniam pervenisse. Boer. dec. 2. 3. nu. 11. & 12.

Conclusio CCCXXIII.

Tot modis contrañus dici potest simulatus, quibus fraus potest dici. l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. & ibi Bar. quia vbi non est proprie fraus, ibi etiam proprie non est simulatio. Bal. in l. si sub specie. in fi. C. de postu.

Conclusio CCCXXIV.

Aduocatus non potest facere pacta cum suo clientulo de quota litis: sed nec de minima parte quotæ suo nomine. l. si qui aduocatorum. C. de postu. & faciēdo tale pactū debet priuari officio aduocationis, per eam l. sed & nec pacisci potest super re litigiosa, super alia autem re non litigiosa, vel super pecunia potest facere pactum de ea re non litigiosa lucrandā, vel de ipsa pecunia lucrandā. Bald. in dicta lege si qui. & poterit fieri pactum inter aduocatum & clientulum quòd ille aduocatus mediante re certa litem vsque ad sine persequeretur. l. vnica. C. de suffragio. & si causa per sententiam finiat, vel per amicabilem compositionem, rem promissam consequi poterit ille aduocatus, Guido Papæ dec. 102.

Conclusio CCCXXV.

Aduocatus id quod lucratur sine ex salario publico, siue aliā, id quod habet à suis clientulis est censendum peculium quasi castrense, dum tamen ille sit aduocatus approbatus publica autoritate, & receptus in album aduocatorum. l. fori. & ibi Bal. C. de aduo. diuer. iudi. propterea de illis acquisitis factis ab ipso aduocato, poterit ille disponere, ac de illis testari, ac si esset pater familias. l. vlti. C. de inoff. testamento, & Bal. in d. l. final.

Conclusio CCCXXVI.

Homines sunt in collecta exequendi & taxandi secundū facultates. l. sancimus. & ibi gl. & Bald. C. de aduo. diuer. iudi. & id fit per res & libram & pro modo facultatū. Lucas de Pen. in rub. de anno. & tribu. nisi esset collecta quæ imponeretur pro muris edificandis, vel pro salariis magistratū, vel aliorum officialiū: quo casu collecta imponi potest per capita, per eum titulum de annonis & capitaciones administratū. C. ita Lucas de pen. in l. si in questione 11. & 12. de quibus muneribus & præsta. lib. 10. C. & ibi Ioannes de platea. & in l. j. nu. 8. de apo. publi. lib. 10. C. & Bar. in l. 4. §. actor municipi. ff. de re iudica. fiet etiam impositio per capita si cā impositionis respiciat ipsas personas. Iaf. in d. §. illius l. si se non obtulit. quæ est l. iiii.

Conclusio CCCXXVII.

Statut assertioni doctoris mediāte iuramento super sciētia & peritia sui discipuli & scholaris: neque per hoc in causa sui scholaris debet suspectus reputari. l. nemi. & ibi Bald. C. de aduo. diuer. iudi. & Bar. in j. cōsi. ff. in §. omnium.

Conclusio CCCXXVIII.

Omnes deponentes super peritia artis vel ratione artis vel peritie debent iurare priusquam deponant. l. nemi. C. de aduo. diuer. iudi. & ibi Bald. gloss. in l. j. ff. de ventre in posse. mittendo.

Conclusio CCCXXIX.

Nomine suorum non continentur transfereales, nisi vsque ad quartum gradum. l. petitionem. C. de aduo. diuer. iudi. & ibi Bal. l. femina. C. ad Turpi. aliquando suorum hæredum nomine continentur etiam extranei. l. sciendum. ff. de ver. sign. quod procedit etiam si dictio suis, proferatur simpliciter: vt do Titio & suis. nam ad extraneos illud trāsfertur qui sunt hæredes Titij. Iaf. in l. Gallus. §. etiam. nu. 12. & 13. ff. de liberis & posthum. & ibi ponit quasdam limitationes in hoc.

Conclusio CCCXXX.

Assertio supplicantis vel libellantis facit transire onus probandi negatiuum in eum libellantem, vel supplican tē. in dubio enim statuerit assertioni facte in libello, vel in supplicatione per l. cum precum. C. de libe. causa. si tamē demū supplicans dicat se errasse, debet errorem probare: quia cōtra eum est præsumptio suæ assertionis quam fecit in colibello. l. errores. C. de errore aduo. & ibi Bal.

Conclusio CCCXXXI.

Dictio prout, est limitatiua. Dec. consi. 362. nu. 1. vnde infertur qd si quis respondendo positioni aduersarij confiteatur positionem prout in tali instrumento continetur, si demum in eo instrumento non sic contineatur, illa confessio habetur pro non facta licet ille dixerit, confiteor. quia per hoc redditur inefficax. l. j. & ibi Bald. C. de erro. aduocatorum.

Conclusio CCCXXXII.

In libellis in causa ciuili iudex non potest recedere à conclusione libelli. c. examinata. de iudic. & ibi nota. in causis verò criminalibus iudex non habet considerare modū conclusionis in libello, sed qualiter lex pcludat secundū delicti qualitatem. c. licet. de simonia. Bal. in l. & si seuerior. nu. 13. C. ex quibus causis irroge. in fa. cum enim agitur in causa ciuili, iudex non debet in aliu. cōdemnare quā petitum sit. l. fi. C. de fidei. liber. nisi ex necessitate rei veniat quòd quis in estimatione condemnandus sit. l. si seruum. ff. de verbo. obli. tunc enim emergit illa estimatio cum res dari non possit. vt per Bal. ibi.

Conclusio CCCXXXIII.

Vxor non cogitur plorare de morte viri defuncti, sed & neque induere habitum nigrum, si non vult: quia viduitas non stat in lachrimis nec in habitu, sed in continentia viuiali. l. decreto. & ibi Bal. C. ex quibus causis in fa. irrogat.

Conclusio CCCXXXIV.

Si quis in libello mentionem faciat de cessione, debet tūc edi copia instrumenti cessionis ante litem contestatam. Bal. in l. qui stipendia. C. de procu. Iaf. in rubri. de edēdo. nu. 3. nisi ille iuret se non posse edere: quia tunc procedetur ad vltiora. Bal. ibi. Aufre. in decisione Capellæ Tholofa. dec. 294. post verò litem contestatam non est dubium quòd ad victoriam debet ille docere de illa cessione si velit obtinere. Bal. ibi.

Conclusio CCCXXXV.

Maritus vxori infirmæ tenetur subuenire de alimentis, medicinis, & alijs omnibus necessarijs. & hoc ex proprio. l. quod in vxorem. C. de nego. gestis. Nam quamdiu durat matrimonium, tenetur subire onera. per l. hætenus. ff. de vsufruct. l. doce ancillam C. de rei vèdi. l. ab hostibus. §. si vir. ff. sol. matri. & d. l. quod in vxorem. postquā verò vxor mortua est, & sic finitum est matrimonium, non tenetur ad alia onera: & ideo non tenetur eam sepelire suis sumptibus: sed sepultura faciēda est de patrimonio vxoris, tenetur quidē curare vt ea sepeliatur, sed hoc fiet in extenuatione dotis. l. sic pro rata. ff. de religiof. & sumpt. funer. Bal. ibi. & Boer. dec. 244. nu. 11.

Conclusio CCCXXXVI.

Si pater aliquid expenderit in medicinis pro filia maritata, poterit id quod expendit à marito repetere, cum maritus ad id teneatur, vt iam dictum est in superiori decisione & ibi Bal.

Conclusio CCCXXXVII.

Si quis alteri rem suam vendiderit, & facta venditione res illa remanserit in catastro venditoris, & tallias ratione illius rei exsoluerit, poterit demū tallias exsolutas repetere ab ipso emptore: ea est decisio, quā ponit Bal. in l. si negotium. C. de negotiis gestis, quia ad possessorem rei qui fructus percipit, spectat et & onus soluendi tallias, licet alius reperiat descriptus & nominatus in estimio alterius vbi ea res adhuc est. l. oēs. C. sine censu vel reliquijs. & repetet inquam id quod exsoluit actione negotiorum gestorū vtili, vt ibi per Bal.

Conclusio

Conclusio CCCCLVIII.

Vis non admittitur ad testificandum quando commo dum vel incommo dum suæ depositionis ad eum potest spectare. vt si produco testem qui dicat se apportasse cētū Titio, quæ sibi dicat dedisse, talis testis est suspectus cum per suam depositionem consequi deberet liberationē. quia si non tradidisset, remaneret obligatus ad eam pecuniam reddendam. Dominicus de sancto Geminiano in c. fin. de testi. in 6.

Conclusio CCCCLIX.

Non solum in vi expulsiua sed & in quolibet genere violentiæ damnū & interesse probatur per iuramentum. l. si quando. C. vnde vi. Bal. in l. j. C. quod metus causa.

Conclusio CCCCLX.

Aductus habens curatorem vel pupillus habens tutorē non potest contrahere etiam cum decreto iudicis sine autoritate sui tutoris vel curatoris quia cum lex requirit in illis contractibus & decretum iudicis & autoritatē tutoris vel curatoris, alterum sine altero non debet sufficere. Bal. in l. si curatorem habens. per eam l. C. de in integ. resti. mino. quòd si ille pupillus careret tutore, aut minor curatore, tūc iudex posset defectum supplere. Bal. ibi. quod procedit in his quæ prout ipsi pupillis, vel minoribus, non autem in præiudicialibus vt ibi per Bal.

Conclusio CCCCLXI.

Minor qui est doctor in legibus, si in sua causa quadam omiserit allegare, non poterit petere se restitui in integrum, quòd fuerit læsus ex sua facilitate, & imperitia: nam tunc illi obici potest, professio & desiderium tuum inter se discrepant. Bal. in l. j. C. qui & aduersus quod procedit vbi ille doctor se allegaret læsum in omissione allegationum iuris: tunc certè non deberet audiri: quia tunc suam turpitudinē allegaret: sed audiendus esset quamuis doctor si se læsum diceret in aliquo contractu & in aliquo facto: tunc læsus in facto & circa contractum esset audiendus ille doctor minor. Boer. dec. 3. 50. fallunt enim facta etiam prudentissimos.

Conclusio CCCCLXII.

In actibus in quibus quis est approbatus cessat restitutio in integrum & quam minor eo casu non potest obtinere: quia non est verisimile quòd ille qui est diligēs & industrius, fuerit læsus sua facilitate. l. j. C. qui & aduersus quos. tamen posset probari in contrarium vt recedat ab eo verisimili vt ibi per Bal.

Conclusio CCCCLXIII.

Notarius causæ non potest recipere testes nec iuramentū ab ipsis etiam de consensu partium sine iudicis voluntate & commissione. Bal. in titulo de pace constan. ver. secundum. Boer. dec. 2. 58. nu. 3.

Conclusio CCCCLXIII.

Appellatione actorum vel processus venit sententia. c. j. de re iud. Bar. in l. actorum. in fi. ff. de re iud. Boer. dec. 2. 58. nu. 6. Bal. in l. supplicare. vt lite penden.

Conclusio CCCCLXV.

Consiiliarij, aduocati & grapharij ex leui causa recusant & recusatō contra eos proposita probari potest per solum iuramentum partis. Alex. consi. 104. vers. circa secundum. lib. 5. Boer. dec. 2. 58. nu. 7.

Conclusio CCCCLXVI.

Aduocatus & procurator regius non de facili recusant nisi quando sunt de cōsilio partis aduersæ, cui possent secreta omnium productionum pādere. Boer. dec. 2. 58. nu. 8.

Conclusio CCCCLXVII.

Vbi grapharius per iudicem constitutus est, aut per superiorē, tūc iudex tenetur ipsum accipere in causis quarum coram eo vertuntur: & non solum in causis quæ vertuntur coram eo iudice vt ordinario, sed & coram eo qui procedit vt delegatus ab alio. Bal. in l. cum scimus. C. vbi & apud quem. & hoc verum esse & observari asserit Boer. dec. 2. 58. tam in iudicijs secularibus quā ecclesiasticis.

Conclusio CCCCLXVIII.

Dilatio quæ semel data est in iudicio efficitur communis vtrique parti, ita vt per eam ius vtrique quæsitum sit, propterea vna pars in præiudicium alterius renuntiare non potest illi dilatori. Bal. in l. petendē. nu. 6. C. de tempo. in integ. resti. peten. & in dilationibus datis vterque potest vt tali dilatori, & facere suas probationes: cū illæ dilationes efficiantur communes. Sal. ibi.

Conclusio CCCCLXIX.

testimonium, non productus à parte nec monitus à iudice est suspectus. Sed si sit productus à parte quamuis non citatus, non propterea erit suspectus.

Conclusio LXIII.

Qui sunt de vniuersitate possunt esse testes in causa vniuersitatis. gl. in l. in tñ. §. vniuersitatis. vbi Bar. & alij. ff. de re. diuif. quod procedit vbi illa causa vniuersitatis non concernet cõmodum singulorum in particulari. quod si ita esset, non possent esse testes: puta si communitas dicat se habere nemora, vel pascua in quibus quilibet possit immittere animalia ad pascendum gratis, & absque eo quod aliquid soluatur, tunc quia quilibet in proprio percipere potest vtilitatem, in eo casu nullus de vniuersitate possit in testem admitti, cum tunc vertatur interesse cuiusque eorũ. l. ciuitatibus: in prin. ff. de leg. j. quã Bart. allegat. in d. §. vniuersitatis. q. si non perciperent commodum gratis, sed cum compositione & soluta mercede, & tunc essent testes idonei. Alex. in eo consi. 99. in 5. vol. & ea decisio superior locum habet q. illi qui sunt de vniuersitate possunt esse testes, vbi non ageretur de vtilitate singulorum, non q. tunc illi testes essent integri, vt eis plenè credatur. Bald. in d. §. vniuersitatis. nò enim illis plenè creditur sine alijs adminiculis. Panor. in c. in super. de testi. Iaf. in l. in ius vocati. §. patronum. ff. de in ius vocan. 7. vt scilicet duo testes non sufficiant vbi plures possunt haberi: sed vbi plures quàm duo deposuerint, erunt testes idonei pro vniuersitate: quia tunc numerus supplet fidem. Alex. eo consi. 99. in 5. vol. & hoc etiam procedit vbi aliter veritas sciri non possit, nisi per eos de vniuersitate. admitti enim eo casu poterit. cap. veniens. de testi. & non procedit ea regula vbi causa super qua litigatur, esset criminalis, vel multum ardua. Barto. in d. §. vniuersitatis. & Iaf. in eo. §. patronum.

Conclusio LXVIII.

Fideiussor de iudicio sibi tenetur successiue vsq. ad sententiam & vltra non. l. græcè. §. & post litem. ff. de fideiuss. & ibi Bar. ergo infertur quòd talis fideiussor de iudicio sibi nò durat in causa appellationis. Iaf. in l. j. §. in fideiussorè. ff. qui satis. cogan. nu. 9. quòd si esset fideiussor de iudicio sibi quòd docuque requisitus fuerit, vt toties quoties iudici placuerit, & tunc per sententiam non liberaretur. Bar. in l. iij. ff. de custo. & exhibit. reorũ. contra senten. Angeli. in l. quod si nolit. §. si quid. ff. de adili. edict. quem videtur sequi Iaf. in l. eum pro quo. in ff. de in ius vocad. tamen contra Angelum ita sentit ipse Iaf. in d. l. ij. §. in fideiussorem. ff. qui satis. cogan. nu. 9. vers. ij. limita. vbi tenet q. fideiussor de iudicio sibi toties quoties non liberatur lata sententia, nec fideiussor de iudicio soluendo. ita Iaf. ibi. nu. 9. fideiussor autem qui aliquè promisit repræsentare in iudicio, semel repræsentando liberatur. Alex. & Pau. de cast. in d. l. ij. §. in fideiussorem. & ibi Iaf. nisi promiserit repræsentare toties quoties, tunc enim licet semel repræsentauerit, non liberaretur. glo. in l. duobus. §. si ei. ff. de iur. iur. Pau. Cast. in l. ij. §. si. ff. qui satis. cogan. & Iaf. in l. j. in prin. ff. si quis in ius vocat.

Conclusio LXV.

Vis contrahendo in aliquo loco in quo solum erat aduena, ratione talis contractus ibi gesti nò foritur forũ in eo loco nisi ibi fuerit repertus. c. Romana. §. contrahentes. de rescrip. nisi ille talis renunciauerit foro, & fori priuilegio: quia tunc bene possit conueniri. Iaf. in l. j. in prin. nu. 9. ff. si quis in ius vocatus. Si autem ibi reperitur, bene possit ibi conueniri ratione contractus ibi gesti. d. §. contrahentes. & ibi glo. & Iaf. in d. l. j. nu. 5. gl. & docto. in l. hæres absens. ff. de iudi.

Conclusio LXVI.

Verba obfcura quæ in contractibus reperiuntur sunt interpretanda contra eum qui se fundat in illis verbis, seu cõtra eum qui se fundat sub eo pacto, vbi sunt ea verba obfcura, quia ei est imputandum cur legem apertius non dixerit. l. veteribus. ff. de pact. Iaf. in l. j. nu. 9. ff. si quis in ius vocatus. non ierit. facit, quia ille qui vult fundare intentionem suam sine agendo sine excipiendo, debet eam aperte probare. l. ij. ff. de proba. probatio autem dubia non releuat probantem cum non concludat. l. non hoc. C. vnde legi. sed proponendo ea verba ambigua non facit quis probationem certam, quare vbi probatio non concludit, contra probantem est facienda interpretatio. gl. in c. i præsentia. de probat. Contra eum igitur qui producit instrumentum, vbi sunt illa verba ambigua, vel obfcura, erit facienda interpretatio. Iaf. in d. l. veteribus.

Conclusio LXVII.

Ratione consanguinitatis iudex repelli potest. c. postremo. & ibi glo. de appella durat autem ea consanguinitas...

Conclusio LXVIII.

Quoties dubitatur de iurisdictione alicuius indicis, coram quo quis citatus ad requisitionem alterius partis...

Conclusio LXIX.

Si contra iudicem opponatur exceptio incompetenti iudicem cognoscere pronuncians super incompetencia...

Conclusio LXX.

Quoties iudici opponitur exceptio dilatoria alia quam exceptio incompetenti, tunc iudex ad vteriora procedendo...

Conclusio LXXI.

Si cuti, propria infirmitas excusat citatum a contumacia si non compareat...

Conclusio LXXII.

Eximens captum iniuste quando scilicet est citatus iniuste non tenetur aliqua poena...

Conclusio LXXIII.

Confessiones seu attestaciones facte in vno iudicio inter easmet partes & eorum heredes...

de iudiciis. sunt enim illae tales probationes facte coram iudice incompetenti.

Conclusio LXXIII.

Confessio per aliquem facta in vno iudicio inter certas personas non sibi preiudicat in alio iudicio...

Conclusio LXXV.

Facultas iurandi transit ad heredes quando iuramentum defertur, seu proponitur per iudicem auctoritate legis...

Conclusio LXXVI.

Quando aliqui pro forma requirunt debet ea forma specificè impleri, quamuis videatur in aliquo casu...

Conclusio LXXVII.

Item quis in aliquo contractu teneatur de euictione, si tamen per sententiam arbitratorum res euincatur...

Conclusio LXXVIII.

Si quis se fundat in diuitiis contra partem aduersam, vel paupertate, tenetur ille probare vel diuitias vel paupertatem...

Conclusio LXXIX.

Si quis alienigena iter faciat per hanc ciuitatem cum equo, vel cum alia re quam quis dicit esse suam...

Conclusio LXXX.

Vispectus de fuga poterit capi & incarcerari etiam die feriata in honorem dei...

Conclusio LXXXI.

Propter fugam suspicionem quis potest capi: verum prius quam ille capiatur, sum mariè debet probari de debito...

& nisi causa noua suspicionis euenierit que non erat tempore contractus non posset ille ut suspectus detineri...

Conclusio LXXXII.

Filius pupillus & cui facta fuit pupillaris substitutio poterit tutore auctore & obseruatis iuris solemnitatibus...

Conclusio LXXXIII.

Aestimatum patris censetur estimatum filij & quicquid est in estimato patris censetur esse in estimato filij...

Conclusio LXXXIII.

Numerus quinque filiorum excusat quem a tutela per titum, qui numero liberorum se excusant...

Conclusio LXXXV.

Si quis iurauerit nequam iurare, vel quod nusquam testificabitur, si demum in testem producat poterit cogi...

Conclusio LXXXVI.

Actio noxalis datur contra dominum pro delicto commissio a seruo suo etiam ignorante & incio domino...

Conclusio LXXXVII.

Qui in se suscipit periculum casuum fortuiti intelligitur suscipere periculum casuum fortuitorum qui soliti sunt...

Conclusio LXXXVIII.

Suscipiens in se rem suo risigo & fortunis, videtur in se suscipere periculum casuum fortuiti...

Conclusio LXXXIX.

Suscipere in se casum fortuitum aliud est quam suscipere in se periculum: quia casus fortuitus presupponit nullam culpam...

sine culpa. Soci. consi. 123. in 4. vol. nu. 3. est enim casus fortuitus quando aliquid euenit sine culpa...

Conclusio XC.

Si quis quibusdam casibus fortuitis renuntiaverit, qui expressi sunt, & apposita sit clausula generalis...

Conclusio XCI.

Incendium in dubio presumitur factum culpa inhabitantium si vendita. ff. de peri. & commo. rei vendi...

Conclusio XCII.

Vs petendi supplementum legitimae durat spatio triginta annorum: quamuis de iure antiquo querela inofficiosi testamenti...

Conclusio XCIII.

Si nobilis aut alius quispiam per antea solitus erat colligere pedagia a transcurrentibus per pontem...

Conclusio XCIII.

Vdex subrogatus in locum alterius tenebitur procedere sicuti alius iudex procedebat cum subrogetur...

Conclusio XCV.

Privilegium alicui concessum lite pendente etiam motu proprio principis non nocet cause pendenti...

Conclusio XCVI.

Testes instrumentarii non possunt reprobari, neque eis obici potest quod sint infames, aut viles, aut periuri...

Conclusio XCVII.

Post didicita testificata testes produci minimè possunt, quod procedit parte opponente...

causis. & c. vltra tertia. de testi. & laf in l. i. nu. 18. ff. de feriis.

Conclusio XCVII.

Relaxatio incarcerationis fieri potest die feriata in honorem dei. laf. in l. si fideiusor. §. si satisdatum. nu. 20. ff. qui satis. cog. in laf. in l. i. §. sed excipiuntur. nu. 11. ff. qui satis. cog. & laf. in l. i. §. sed excipiuntur. nu. 11. ff. de feriis. & similiter die feriata potest accipi fideiusor de eo representando vt hoc modo à carceribus relaxetur. Bald. in l. lecta. ff. si cert. pet. & laf. in d. §. sed excipiuntur.

Conclusio XCIX.

Transactiones & alij contractus fieri possunt etiam die feriata etiam in honorem dei. laf. in l. i. §. C. de feriis. & etiam arbitramentum quod censetur quaedam transactio eodem die feriata fieri poterit. Bart. in l. si feriatis. ff. de arbi. laf. in l. diuus Adrianus. ff. de feriis.

Conclusio C.

Pro incarcerationo vel in causis ciuili vel criminali potest in ea causis procedi etiam die feriata. l. diuus. ff. de feriis. & ibi laf. & eo die quilibet delinquens propter fugam presumptionem potest capi obtemperata licentia quae committi potest ad eum capiendum. laf. in d. l. diuus.

Conclusio CI.

Incausis summariis probatio ita requiritur plena sicuti in ordinariis causis nisi tractaretur de leui prauidicio. Barto. in l. iij. §. caus. ff. de car. edict. Bal. in l. i. C. vt in poss. leg. Bar. in extra. ad reprimendum. versu summarie. laf. in l. in pecunia riis. num. 4. ff. de feriis.

Conclusio CII.

In libello non inspicitur quid quale, & quantum narretur, sed qualiter, & quantum ex narratione concludatur: quia modus agendi stat substantialiter in conclusione. Bal. in cap. j. de excep. Bal. in l. cum seruum. C. de feriis fugi. laf. in l. i. n. 14. ff. de eden. Conclusio enim libelli restringit narrata ad ea quae conclusus petuntur: quia in conclusione stat modus agendi qui semper attendi debet. Bal. in l. edita. C. de edendo. & laf. in d. l. i. quod non procederet in criminalibus vbi procedit libellus sine conclusione. Bar. in l. libellorum. ff. de accus. laf. in d. l. i. nu. 23. in rescripto etiam conclusio attenditur. Imola in cap. super literis. de referi. & in contractu etiam. l. si voluntate. & ibi Bal. C. de rescin. vend. Deci. consi. 62.

Conclusio CIII.

In sententia non requiritur quod iudex exprimat causam qua motus ille ita iudicauit. c. licet. de re iudi. Immo fatuus est iudex qui causam in sententia exprimit. nam si eam exprimat, & sit incepta, vitatur sententia. c. e. super. de offi. & potest. iudi. deleg. laf. in l. i. ff. de feriis. nu. 4.

Conclusio CIIII.

Productio instrumentorum sicuti & testamentum communis est vtriusque parti & eo ipso quod quis produxit instrumentum, intelligitur illud tam pro se quam contra se produxisse. & approbasse ita vt aduersarius eo se iuuare poterit. gl. in l. i. §. editiones. & ibi laf. ff. de eden.

Conclusio CV.

Siquis semel instrumentum produxerit, non poterit deum illud reuocare, neque retrahere quasi erronee productum: quia sibi imputandum est quod illud produxerit, cum per productionem sit ius quaesitum aduersario. Imola in c. G. perpetuus. de fid. instru. Boer. deci. 252. nu. 3. nisi producat statim re integra productioni renuntiaffet. ita Boer. in eo loco. num. 4. per l. si aduersarius. C. de fid. instru. & laf. in l. i. §. editiones. nu. 20. ff. de eden.

Conclusio CVI.

Statu contentis in libello contra producentem. l. cum precum. C. de libe. causa. qd procedit in libello producto tam ex parte rei quam actoris. Bar. in l. i. in fi. C. de his qui pot. laf. in l. i. §. editiones. ff. de eden.

Conclusio CVII.

Quoniam producens instrumentum videtur fateri contenta in eo assertiue esse vera, & per consequens etiam personam notarij vt per laf. in l. i. §. editiones. ff. de eden. Boer. deci. 252. cautela est quae in iudiciis inualuit, vt producens instrumenta protestetur se ea velle producere solum in capitibus pro eo facientibus, & contra partem aduersam. Albe. in l. i. §. editiones. ff. de eden.

Conclusio CVIII.

Legatarius petens legatum sibi relictum in vim testamenti de quo in libello mentionem fecerit, non tenetur illud testamentum heredi exhibere: quia praesumendum est heredem habere notitiam contentorum in testamento. l. non est ferendus. ff. de transact. laf. in l. si legatum. nume. 3. ff.

de edē. quod procedit qñ ageretur cōtra heredē extraneū vel cōtra eū q non pōt adire hereditatē nisi in vim testamēti, tali em hēredi editio testamēti nō est faciēda, sed bñ hēredi q ab inretrato hēreditatē pōst obtinere. laf. in eo loco. nu. 4. intellige tamen editionem testamēti hēredi extraneo non debere fieri vt hēres deliberet, verum ille legatarius illud testamentum debet pducere in causa coram iudice ad docendum de suo iure, aliās pōst legatarius succumbere.

Conclusio CIX.

Agens contra fisco in iudicio tenetur fisco instrumentum edere ad fundandam suam intentionem. l. nec nequam. & ibi laf. ff. de edend non tamen tenetur edere emptoribus gabellarum si contra eos velle agere: quia est fisci privilegium vt agens edat fisco est personale quod non transit in aliū. l. si. §. ff. de contra. emp. laf. in d. l. nec quicquā, & ibi Alexand.

Conclusio CX.

Quando aliquis in iudicio petit aliquid fieri, debet fieri illud expensis petentis, qui ad hoc tenetur expensas erogare. l. prator. §. etiam si is. ff. de edend. & ibi laf. nu. 9. vnde si iudex mittat notarium ad aliquem locum ad requisitionē partis pro examinandis testibus, vel ad quid aliud, hoc fieri debet expensis requirētis. Bal. in d. l. etiam. verum si iudex mittat causam ad consilium sapientis, quamuis id faciat ad petitionem partis, illud tamen fieri debet expensis vtriusque, quod in practica obseruari asserit laf. in d. §. etiam.

Conclusio CXI.

Iudex aliquid faciens ex mero suo officio id debet facere expensis vtriusque partis l. ex parte. ff. tam. hercif. laf. in l. prator ait. §. etiam si is nu. 9. ff. de eden.

Conclusio CXII.

Haeres alicuius notarij, & cui succedit, non potest exhibere neque authenticare actus vel scripturas illius notarij iam defuncti propria sua auctoritate, sed requiritur vtiliter haeres à iudice commisionem habeat quare requiritur vt prothocola illius notarij committantur ei haeredi à iudice. c. cū P tabellio. de fide instr. & ibi Per. de Ancharano, & hoc tenendum asserit laf. in l. prator ait. §. cog. n. ff. de edēdo. per generalitatem illius textus. & Guid. Pap. de itylo ita seruari asserit quæst. 2. in fi.

Conclusio CXIII.

Notarius condēnatus pro quocunque delicto excepto crimine falsi committi in suo officio quamuis efficiatur infamis potest tamen instrumenta cōscribere. Bal. in l. eadem. §. hac. ff. ad l. Iuliam pecula. & Francif. Marc. deci. 116. par. 2.

Conclusio CXIIII.

Si notarius semel instrumentum alicui expediuerit in forma publica, non poterit ille cui iam instrumentum datū fuit, petere vt iterum alterum instrumentum sibi edat, nisi cū causa, & cum licentia iudicis. & parte citata de cuius prauidicio agitur. Bar. in l. si ad fi. ff. de bonis autho. iudi. post. Bart. in l. prator ait: & ibi per laf. in §. prator ait ff. de eden. quod non procedit in instrumentis productis in actis in iudicio quia ille bene poterit cuilibet dare copiam actorum, cum ea sint facta communia per productionem. l. iij. C. de edē. quod tamen ibi laf. videtur reprobare.

Conclusio CXV.

Scripturis eorum qui eliguntur ad recipiendas gabellas vel collectas datur plena fides: quia eliguntur publica auctoritate. Bar. & laf. in l. quaedā §. ne casu. de discussio. lib. x. C.

Conclusio CXVI.

Si in prothocolo notarij reperiantur haec verba, & renuntiauerunt dictae partes & c. poterit subrogatus extēdere tales clausulas ex cōmuni vbi notariorum, & iuxta subiectā materiā. Nam si mulier renunciet, censetur illa renunciare Velleiano. ita Bal. in c. cum in iure peritus. de off. deleg. laf. in l. quaedam. §. fi. nu. 5. ff. de edend. etiam sine expressa cōmissione iudicis dū tamen sit subrogatus auctoritate iudicis q potest extendere imbreuiaturas secundum consuetudinem notariorum. laf. in d. §. si clausula enim solite si sint omisse, habentur pro appositis. l. fi. C. de fideiuss.

Conclusio CXVII.

Tactus palmarum qui fit inter aliquos denotat reconciliationem, quando scilicet hi qui erant inimici tangunt manus. talis enim tactus significat inter ipsos concordia & pacem, & iniuriam remissam. Ang. & Pau. Cast. in l. i. & ibi laf. nu. 1. §. ff. de pact.

Conclusio CXVIII.

Is qui alteri tacite vel expresse remittit iniuriam, non per hoc intelligitur remisisse damnum, interesse, vel expensas atque

atque poterit ille remittens agere ad damna, & interesse, & ad expensas non obstante ea remissione iniuriarū expressa vel tacita etiam si ille quascunque iniurias remiserit. Bald. in l. si tibi. §. ff. de pact. laf. in l. i. nu. 16. ff. de pactis. & ad hoc vt omnia remittantur debet fieri expressa mentio q remittit omnem iniuriam, omnia damna, & interesse. ita laf. ibi. & Rebus in repe. l. vnice. C. de sentent. quae pro eo quod interest profer. in prefa. nu. 63.

Conclusio CXIX.

Vulneratus remittens iniuriam vulneranti accepta pecunia poterit nihilominus agere pro expensis factis in curando vulnus. Bald. l. si tibi. §. ff. de pact. & laf. in l. si tibi. §. ff. de pact.

Conclusio CXX.

Communis est haec sententia, stipulationem alicui factā pro tertio reconualidari ex superuenienti interesse illius: vt si promittis mihi per stipulationē q dabis centum Titio quāuis tempore stipulationis non mea tunc interesset, si tamen demum mea interfit, quia ego fui haeres illius Titij validabitur ea stipulatio. Bart. Bald. Castren. & Salice. in l. pacto successorum. C. de pact. per l. Stichum. §. aliquando. ff. de sol. & laf. in l. nu. 12. ff. de pactis. & ibi inquit ab ea communi opinione non esse recedendum.

Conclusio CXXI.

Si instrumentum debiti penes debitorem reperitur qui dixit se soluisse & debitor non sit aliās creditori familiaris presumeretur debitor liberatum. l. Labeo. ff. de pactis, & ibi Bart. & laf. poterit tamen creditor probare illud instrumentum a se fuisse ablatum, & q tale instrumentum peruenit ad debitore sine suo facto. Aufre. in deci. Capell. Tolo. deci. 239. quod si debitor esset persona domestica ipsi creditori, licet demum illud instrumentum penes eum debitor reperiretur, nulla esset pro eo praesumptio, quin eo casu solutionem debet probare. deci. Cape. Tolo. 239. Bar. & laf. in d. l. Labeo.

Conclusio CXXII.

Inuecta & illata in domum conductam sunt domino dominus tacite affecta §. item Seruiana. de actio. l. item quia. de pactis. non tamen dominus pro ipso debitor praferetur aliis creditoribus conductoris sui qui sunt anteriores. laf. in d. l. item quia. nu. 19. neque enim ille locator pro sua tacita hypotheca praferendus est aliis creditoribus vsusque conductoris qui habent expressam hypothecam. ita laf. ibi. nu. 2. nisi ea demū esset conducta pro conseruatione necessaria ipsius domus, & rerum inuectarum in ea. per l. interdum. ff. qui potio. & ibi Bar. & laf. d. l. item.

Conclusio CXXIII.

Promissio dotis habet in se tacitam conditionem si nuptiae sequantur. neque enim ea dos aliter debebitur quin prius nuptiae secuta fuerint. l. item quia. ff. de pactis. l. dotis promissio. & l. promittendo. ff. de iure dotium. dos enim sine matrimonio esse non potest. l. fin. C. de dona. ante nup. ideo ipsum matrimonium dotem debet praecedere, & propterea talis dotis constitutio dicitur habere eam tacitam conditionem si matrimonium sequatur. laf. in d. l. item quia.

Conclusio CXXIIII.

Valeat pactum q donec soluat interest fors non petetur quod colligitur ex ea l. item quia. ff. de pactis, ex mēte laf. ibi. nu. 9. si autem pactum non adesset, & quamuis debitor vellet offerre ipsum interest se soluturum, compelli nihilominus posset ad ipsam sortem exoluendam. l. si ad finem. C. de iure dotium.

Conclusio CXXV.

Inuecta & illata in praedium rusticum non sunt ipso iure tacite obligata, nisi dominus praedij sciat res eas inductas. l. certi iuris. C. locati. l. item quia. ff. de pactis. fructus autem q proueniunt ex eo praedio rustico remanent tacite obligati domino illius praedij rustici. l. in p. diis. ff. in quibus causis pignus vel hypotheca. laf. in d. l. itē quia. nu. 15. & quamuis fructus iam collecti sint, si tamen adhuc sint intra fundum, poterit dominus eos fructus extates retinere & prohibere ne colonus exporter quin prius sibi solutus sit. Bald. in l. adem. C. locati. fructus vero naturales non sunt tacite hypothecati. laf. in d. l. item.

Conclusio CXXVI.

In contractibus innominatis venit euictio tacite, etiam si nihil sit actum inter partes, & per consequens euictio ita est de natura in contractibus innominatis, sicuti & innominatis. l. iuris gentium. in prin. ff. de pact. gl. in l. pacta. ff. de contra. emp. laf. in d. l. iuris gentium. num. 3. in prin.

Conclusio CXXVII.

In contractibus nominatis actio nascitur à principio, & si multa que prior contractus perfectus est, exercitium vero actionis impeditur & neque datur illi qui non impleuit. per l. Iulianus §. offerri. & ibi glo. ff. de actio. emp. Deci. consi. 21. nu. 1. quod procedit si à parte opponatur. gl. in d. §. offerri. laf. in l. iuris gentium. in prin. nu. 2. ff. de pact.

Conclusio CXXVIII.

Confessio facta extra iudicium sine causa non inducit obligationem. l. cum de indebito §. si autem. ff. de prob. & ibi Bald. Guid. Papae deci. 176. vt si quis confiteatur se esse Titij debitore in aliqua summa nulla causa expressa: non enim valet ad obligandum talis confessio, sed nec valet ad fidem plenae probationis: inducit tamen semiplenam probationem siue facta sit cū scriptura siue sine scriptura. lo. Constantinus in cōmēt. i cōstitutiones regias. art. 28. Alex. cō. 4. n. 20. i. vol. & ad hoc vt talis confessio probet, ille cui facta fuit ea confessio debet allegare aliquam causam & sic validaretur ea confessio quae aliās est indiscreta vt ibi per Alex.

Conclusio CXXIX.

Si quis in instrumento confiteatur se esse debitore, & si salicui debere aliquam summam pro resto & soldo rationum, potest cogi ad soluendum: quia talis confessio habet in se causam. Sali. in l. j. nu. 6. C. de confes. & per l. Publica ff. de positi. & per l. cum se uis §. ff. de positi. Alex. in additio. super Bar. in l. cum de indebito §. ff. de proba. Alex. consi. 14. t. in 6. vol. & consi. 4. nu. 17. i. vol. j.

Conclusio CXXX.

In snuatio olim erat actus voluntariae iurisdictionis. gl. in §. nulla. in authentica de defenso. ciuit. & fieri poterat coram quolibet habente iurisdictionem, & dummodo partes in ipso consensissent. Guid. Pap. consi. 23. nu. 10. hodie vero est iurisdictionis contentiosa & coram iudice regio rei fieri debet: vt est ordinatio regia de qua per Rebu. in commen. in consli. regi. in tracta. de dona. in fi. arti. j. in glo. v. in prin. n. 2.

Conclusio CXXXI.

Legatum relictum mulieri donec castè & honestè vixerit, non perditur, quamuis mulier ad secunda vota transferit, nisi testator dixisset ea verba, & vitam vidualem seruauerit. Bar. in l. mulier. §. cum pponeretur. per cum text. ff. ad Treb. c. nicena. 4. d. it. q Bartoli decisio debet intelligi eo casu, vbi legatū fit vidue ab aliquo extraneo, vel à patre viduae, vel ab alio quam à marito, vel à filio mariti ipsius viduae. tunc enim quando illud legatum fit ab extraneo, vel à patre ipsi viduae non perditur tale legatum ita factum donec castè & honestè vixerit per transitum ad secunda vota, nisi & ea verba adiecta essent, & vitam vidualem seruauerit. tunc enim propter ea verba, secundo nubendo perderetur legatū, quod si ad tertia vota transfret, perdit mulier illud legatum. Ange. in §. hac mulier. in fin. in authen. quomo. oporteat e. pisco. quia contrahere tertia vota est satis contrarium honestati. Fel. in c. si cautio. nu. 40. de fid. instru. quod si tale legatum fiat à marito suae vxori, aut à filio suae matri scilicet donec castè vixerit, & perderit legatum transeundo ad secundam vota. Angel. in §. cum ita. de non eligen. secundò nubent. nu. 6. vbi vsus fuit ea distinctione super hac quaestione de relicto facto viduae donec castè & honestè vixerit. glo. in l. ij. C. de indic. vidui. tollen. & ibi laf. qui ita tenet. & in l. vlt. C. de iudi. nu. 4. & Oldradus. consi. 213. & hoc procedit etiam si testator simpliciter ita dixerit, lego victum & vestitum vxori quando vixerit, vt ibi per Oldra.

Conclusio CXXXII.

Siquis alicui dicat similia verba, tu dicis falsum. non per sea verba facit ei iniuriam, & neque cum afficit aliqua iniuria illi dicendo ea verba, tu dicis falsum, Sali. in l. de tutela. C. de in integ. resti. minor. laf. in l. & si pepererit. nu. 6. in prin. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CXXXIII.

Testis incontinenti potest suum dictum corrigere. gloss. & doc. in ca. cū clamor. de testi. dicitur autem incontinenti corrigere quando nondum compleuerat suam depositionem, vel cum nondum esset dimissus ab ipsa examinatione, dicit se velle quid deponere: sed postquam discessit, si reuertatur demum, & vellet aliquid addere, vel emendare non potest. Bar. in l. lecta. ff. si cert. peta. Immo si testis post depositionem suam incontinenti recurrat ad notarium vt sibi faciat legere suā depositionem, & dicat notario se quid tale non deposuisse, sed alio modo, non permittetur notario aliquid corrigere sine mandato iudicis. Bal. in c. praeterea. de testi. cog. laf. in l. iuris gentium. §. quinimo. ff. de pact. num. 7. & est deci

decisio, domino, de rota, deci. 293. in nouis. poterit autem dictum suum corrigere etiam in scriptis redactum dum tamen hoc faciat antequam loquatur parti. Soci. cōfi. 97. nu. 1. s. parte 4.

Conclusio CXXXVIII.

Si instrumentum caueatur q̄ contra instrumentum guarē. Stigmatum nihil opponi possit, & quod habeat executionem paratam. debet intelligi quando agitur contra debitorem principalem actione personali vel hypothecaria: fecus si agatur contra tertium possessorem, contra quem statutū locum non habet. Bald. in l. j. C. de lega. Pet. de Ancha. in rep. c. canonum statuta. de consi. Ias. in l. iurifgentium. §. prator. num. 1. i. ff. de pact.

Conclusio CXXXV.

Dolus qui dedit causam contractui bonifidei reddit cō tractum nullum. l. & eleganter. ff. de dolo. quod procedit contra dolosum: & si is qui passus est dolum hoc voluerit, alioquin illo tacente erit validus contractus. glo. in l. iurifgentium. §. prator ait. ff. de pac. vbi Bar. Bal. & Alex. & per hanc calex, & eleganter, limitatur.

Conclusio CXXXVI.

Si statuto caueatur q̄ nulla exceptio, vel probatio admittatur contra instrumentum, intelligitur quando quis directō vellet probare contra tenorem instrumenti: sed non prohiberetur probare contra præsumptionem vel solemnitatem instrumenti vt puta si dixerit eum qui fecit instrumentū, non esse notarium, & hæc bene possent probari. Ias. in l. iurifgentium. §. quod fere. ff. de pactis.

Conclusio CXXXVII.

Si statuto caueatur quod contra instrumentum nulla possit opponi exceptio, opponetur tamen exceptio de qua constat ex inspectioe instrumenti: puta quia est factum sine causa, vel quod est factum in diem, vel sub cōditione. Ias. in l. iurifgentium. §. quod fere. ff. de pact. num. 14. & in simul opponi poterit exceptio rei non tradita. Deci. consi. 421.

Conclusio CXXXVIII.

Duo testes sufficiunt ad probandum contra præsumptionem instrumenti: sed si ageretur de probando contra tenorem ipsius instrumenti, plures testes requirerentur. Bar. & alij. in l. i. §. j. ff. quem ad. teita. aperiantur. Ias. in l. iurifgentium. §. quod fere. in fine ff. de pact.

Conclusio CXXXIX.

In his que sunt communia pluribus vt vniuersis, & sic in his que sunt collegij vel vniuersitatis, quod maior pars facit minori praeiudicat. l. qd̄ maior. ff. ad muni. vbi gl. & doct. l. nulli. ff. q̄ cuiusq̄ vniuers. dūmodo res oēs vocati fuerunt & rite appellati: alias maior pars non obesset minori. l. ij. de decurio. lib. 10. C. & dummodo duæ partes ex tribus adessent aliis legitimè vocatis absentibus. in his autem que multis communia sunt, & pluribus vt singulis, omnes debent esse præsentes. nam tunc factum plurium aliis non obesset. l. perfundum. ff. de serui. rusti. prædio. nisi in eo casu in quo quis vellet vri re communi ad vsum destinatum quod potest etiā aliis inuitis. l. arboribus. §. nauis. ff. de vsufr. §. in cōmuni. insti. de rerum diui. Ias. in d. l. iurifgentium. §. hodie. ff. de pact.

Conclusio CXL.

Quando actus aliquis committitur vni nomine collectiuo, & vni personæ singulari, puta consulibus & Petro, vel episcopo & capitulo, tunc totum illud collectiuum habetur pro vna parte & p̄ vna dimidia: & singularis persona habetur pro altera dimidia: & tantum in eo casu habebit solus episcopus quantum totum capitulum. Ang. & Imo. in l. liber homo. §. filius. in prin. ff. de hæredi. insti. vbi decidit eam quæstionem per eum textum, q̄ si rectori & vniuersitati scholasticorum detur facultas eligendi notarium, tantam vocem habebit solus rector quantam tota vniuersitas. & Salic. in l. quoniam. per eā. l. C. de appella. nomē eū collectiuum ponitur pro singulari persona. quod nomē debet verificari in maior parte. Gem. in c. a collatore. de appella. in 6. quare ad hoc vt ille qui est nominatus simpliciter, & singulariter possit dicere habere maiorem partem, non sufficiet q̄ habeat secum vnum de illis qui sunt sub nomine collectiuo. Panor. in consi. §. 8. j. vol. Ias. in d. l. iurifgentium. §. hodie. nu. 1. 12. & 13. ff. de pact. & sic requiritur quod maior pars illius collectiuu conueniat cum alio singulari.

Conclusio CXLI.

Si rector aut potestas cōdemnetur cum suis cōsiliariis in aliqua summa, ipse potestas exoluet dimidiam, & cōsiliarij aliam dimidiā. l. qm̄. & ibi Salic. per eum tex. C. de appe.

Conclusio CXLII.

Pactum factum cum vno ex correis debendi prodest aliis quando sunt socij omnium bonorum, vel sunt socij simpliciter illius debiti pro quo facta fuit ea remissio: quia tunc interest pacificētis ne ab aliis petatur, ex eo quod si alter solueret, ab altero peteret actione pro socio pro sua rata, & recuperaret. Bar. in l. ex duobus in octaua quæstione. ff. de duobus reis. Bar. & ibi Ias. nu. 8. in l. si tibi decē. §. in his. ff. de pac.

Conclusio CXLIII.

Si sint plures mercatores socij vnius mercis, vel plurium, quilibet eorum poterit in solidum agere cōtra debitores eiusdem mercis, per l. si vnus. in prin. ff. de pactis. dum tamen is qui agit, cauere velit de rato. nec poterit illi obici q̄ non habeat mandatum: & ita q̄ non possit nisi pro sua parte agere: cum id verissimum sit quemlibet ex sociis posse in solidum agere cauendo vt dictum est. Et hanc opinionem feruari asserit Rebu. in commen. in consi. regias in titu. de mercatoribus & nego. art. vlt. in glo. vni. nu. 2. videntur enim socij inter se habere tacitum mandatum ad faciendum ea q̄ sunt vtilia societati. Ias. in l. stipulationes non. nu. 9. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CXLIII.

Si sint plures habentes rem conductā de publico, vt sunt hi qui emunt, vel locant gabellas à communi, tūc qui libet eorū p̄t cōuenire & conueniri. l. j. ff. de loco publico fruēt. Ias. l. si vnus. in prin. nu. 2. ff. de pact. Rebu. in tract. de mercatoribus & nego. art. vlt. in glo. vni. nu. 2. §.

Conclusio CXLV.

Vendere vinum, frumentum, vel oleum quod quis habuit ex suo proprio fundo, nō est exercere mercantiā: ideo tales vendentes non tenentur ad onera que imponuntur mercatoribus vendētibus, & hoc ita esse Rebuffus arte. statuit in titu. de mercato. & negotia. in glo. vni. nu. 2. 3. multis arreliis iudicatum fuisse. & Decius consi. 472.

Conclusio CXLVI.

Coram arbitris non est lis contestanda. l. rem non nouā. §. patroni. C. de iudi. Bald. in l. j. C. de litis contesta. Ias. in l. si vnus. in prin. nu. 5. ff. de pact.

Conclusio CXLVII.

Executio sententiæ diffinitiuæ, vel instrumenti guarēti. Egati non potest peti contra tenētē aliqua bona obligata. glo. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. Ias. in l. si vnus. §. ante omnia. nu. 6. ff. de pact.

Conclusio CXLVIII.

In mandato quocunque generali & cum libera & plena administratione nō venit potestas donandi. l. cōtra. §. si filius. ff. de pactis. vnde tutores & curatores quamuis habeant à lege plenam administrationem non tamen poterunt donare. l. j. ff. de tutel. Ias. in d. §. si filius.

Conclusio CXLIX.

Remissio que fit per pactum simplex, & ex causa donationis est quedam donatio: alias non. vt per Ias. in l. j. nu. 16. ff. de transac. & tunc talis remissio est insinuanda. Alex. consi. 137. vol. 2. in si. requiritur enim insinuatio in renunciatione seu in remissione debiti, sicuti in expressa donatione. Bart. in l. Modestinus. ff. de dona. & Alex. loco quo supra. quod procedit vbi ea remissio fieret gratis, & sic ex causa donationis: vt per Ias. in ea l. j. & in l. contra. §. si filius. ff. de pact. Rebu. in consi. regias, in tracta. de dona. & aliis dispo. arti. j. in glof. §. nu. 7. Decius in regula, si quis obligatione. in fin. ff. de reguli.

Conclusio CL.

Renunciatio seu remissio debiti, vel pactum de non petēdo non est donatio, quando renuntians vel pacificens tā tandem vel maius commodum consequitur. tunc enim nō esset donatio cum non fiat gratis: & talis renunciatio nō esset insinuanda. Ias. in l. contra iuris. §. j. nu. 8. ff. de pact.

Conclusio CLI.

Is cui ius acquiritur ex aliquo contractu, debet eum contractum acceptare cum omnibus pactis & clausulis in eo appositis. l. Caius. ff. de manu. l. contra iuris. §. si filius. & ibi Bar. & Ias. ff. de pact. nu. 11.

Conclusio CLII.

Instrumentum si penes aduersarium reperiatur maculatum in data aut alio loco suspecto, p̄sumendū erit qd̄ talis macula processerit facto ipsius aduersarij: quia non est verissimile quod ille ad quem spectat instrumentum fecerit talem maculam. c. accepimus. & ibi Ioan. Andre. & de Ancha. deci. 164. par. 2.

Con

Conclusio CLIII.

Ex iniuria illata filio competit patri actio iniuriarū. §. patitur. de iniur. in insti. ita vt ea actio dicatur patri q̄nta quā filius non potest remittere: pater autem eam iniuriam filio illatam etiam inuito filio remittere potest. l. sed & si vnus. §. filio. ff. de iniur. §. si de iniuriis insti. nisi pater esset vilis persona: quia non potest eam iniuriam filio illatam remittere. d. §. filio. & ibi Bar. & neque correctus est ille. §. per iura nouissima. quia hodie pater qui non est vilis persona eam filij iniuriam remittere potest. Ias. in l. contra. §. si filius. num. 1. §. ff. de pact. Boc. deci. 120. competit quidem & filio iniuriato actio iniuriarū: sed pater habet exercitium actionis filij & eo inuito potest intērare & remittere. Pau. Castren. in l. Papinianus in prin. ff. de ino. teita.

Conclusio CLIII.

Vbi maritus sit implicatus multis fideiussionibus, vxor potest cōstante matrimonio dotem repetere: quia tūc maritus dicitur male vti sua substantia. l. vbi adhuc. C. de iure doti. Ias. in l. contra. §. qui pecuniam. nu. 3. ff. de pact.

Conclusio CLV.

Si filia fecerit pactū de non succedendo in hæreditate patris vni ex suis filiabus, & demum pater alios filios quos habet, inliuerit hæredes cum eo fratre cui facta est renuntiatio, vel etiam alios extraneos fecerit, tale pactum solum proderit illi cui facta fuit ea renuntiatio: & neque aliis cohe redibus poterit prodesse. Ange. in l. auus neptis. ff. de pac. Bal. in l. ius autem. ff. de pact. & Ias. in d. l. auus.

Conclusio CLVI.

Pactum ad hoc vt dicatur personale ita vt non egrediaratur personam requiritur quod fiat alicui personæ cū particula taxatiua tantum vel solum: vt si dictū sit de Petro solum, vel si cum persona cui fit pactum adiicitur vnus ex hæredibus: his enim casibus pactum dicitur merè personale, & non poterit exire personam: alias esset pactum reale & sic ad hæredes transitorū, quamuis de illis nulla sit facta mentio. l. si tibi. §. pactū. ff. de pac. & Ias. in d. l. illis locis.

Conclusio CLVII.

Si statuto caueatur vt in contractibus minorum, vel mulierum interuenire debeat auctoritas duorum cōiunctorum, debet interuenire ea auctoritas eorum cōiunctorum qui sint viri: & non possunt semine interuenire quia p̄ priè consilium & auctoritas est virorum. & non mulierum. l. quidam decedens. §. Papinianus. ff. de autho. tuto. l. j. in fi. & ibi Bald. ff. de leg. Ias. in l. tres fratres. nu. 14. ff. de pact.

Conclusio CLVIII.

Creditor in presentia debitoris confitens & declarans eum talem non esse sibi debitorem, vel obligatum, vt per hanc verba, profiteor te non teneri, liberat planè eum talem cui ea declaratio facta fuit. l. tale pactum ff. de pactis. l. Publia. §. si. ff. de deposi. ea autem cōfessio facta in absentia partis, non acquireret exceptionem liberationis ipsi debitori absenti. d. l. tale pactum. & ibi Ias. valebit tamen ea confessio in vim meræ probationis ad excludendum scilicet obligationem per huiusmodi probationē illius cōfessionis facta in partis absentia. Bald. in l. generaliter. nu. 17. C. de non nume. pecu.

Conclusio CLIX.

Creditor in suo libro rationum si scribat talem non sibi esse debitorem, talis scriptura etiam priuata valet quamuis facta sit in absentia partis. poterit enim ab ipso debitore acceptari statim quod in eius notitiā peruenerit, & valebit perinde ac si ea confessio & scriptura facta fuisset parte presente. Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona. Ias. in d. l. pactū. de pact.

Conclusio CLX.

Confessio facta ad liberandum non requirit causam. l. tale pactum. ff. de pactis. Facta autem ad obligandum non valet sine causa: quia diceretur indiscreta, & sic nihil valeret. l. cum de indebito. ff. de proba. Ias. in dict. l. tale pactum. num. 4. ff. de pac.

Conclusio CLXI.

Si testator insituit ventrem suæ vxoris, & post conditum testamentum ex eadem vxore plures filios ex vnomet partu, vel ex alio, & sic diuersis temporibus plures filios sustulerit, eo mortuo cum illo testamento omnes filij ita suscepti dicentur instituti. nam videtur testator instituisse non solum eum qui tunc erat in vtero, sed & omnes alios qui nascuntur ex ea vxore, & etiam ex alia, ita vt nullus eorum poterit dicere se preteritum ad rūpendū testamentum Ioan. Andre. in addi. ad Speculum in tit. de testa. super rubr. p. l.

si quis ita dixerit. §. si. de testa. tutel. & l. cum inter veteres. C. de fidei. liber. Alexand. in l. placet. ff. de libe. & posth. & hanc opinionem tenendam ibi asserit Iason. & in practica seruari. & instituere ventrem nihil aliud est quam instituere posthumum. l. ij. §. nominatim. ff. de libe. & posthum. sed instituens posthumum videtur omnem posthumum instituere quādo cunque nasciturum, d. l. placet. de libe. & posth. ergo idem erit in eo qui instituit ventrem. Iason. in d. l. placet. numero 10. & hæc procedunt siue testator dicat, instituo ventrem meæ vxoris, si est pregnans: siue etiam dicat, instituo posthumum meum. his enim casibus quotquot nascuntur etiā diuersis temporibus succedent. Alex. & Iason in d. l. placet. nu. 12. & 22. Boer. deci. 148. & Soc. consi. 126. numero 6. volu. 3. verum si testator dixerit, instituo posthumum qui est in vtero meæ vxoris, tūc videtur se retulisse ad presentem, qui est in vtero. Iason ibi. nu. 12. & 13.

Conclusio CLXII.

Legatum factum posthumo simpliciter censet esse factū Lei qui est in vtero, siue sit vnus siue plures qui insimul nascuntur, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. cessat tunc fauor conseruandi testamenti cum sumus in legato factō & non in institutione. simplex enim posthumum appellatio in legatis comprehendit plures ex eodem ventre natos insimul, & non eos qui nascuntur diuersis temporibus & diuersis conceptionibus. per l. si quis ita. §. j. ff. de testa. tute. Barr. in l. si cognati. ff. de rebus dub. Alex. & Iason in l. placet. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CLXIII.

Vis quamuis constitutus in mortis articulo potest contrahere matrimonium cum sua concubina: & per tale matrimonium filij ante suscepti legitimantur. c. tanta est vis matrimonij, qui filij sint legitimi. tenet enim in distinctō tale matrimonium ita contractum cum eo qui est constitutus in mortis articulo per quod matrimonium filij ante suscepti legitimantur. ita Henricus Boic. in co. c. tanta. Alberic. de Rotate in l. nuper. de natura. liberis. Arcet. & Raphael Cuma. in l. sed est quæritum. ff. de libe. & posthum. & ibi inquirunt hoc teneri communiter. & Ias. in d. l. sed est. & hanc opinionem communem esse asserit ibi. & sic tales legitimati excludunt substitutum, qui aliās admitteretur in casum in quem ille institutus liberos non habuisset. Iason ibi nume. 1. idem Gui. Bene. in repe. c. Rainutus. in verbo, in extremis. nume. 13. & ibi asserit hoc communiter teneri.

Conclusio CLXIII.

Donator non potest renunciare legi, si vnquam. C. de reuo. donatio. ex eo q̄ ea lex respicit fauorem filiorū, & non fauorē donantis. quare in præiudicium filiorum donans non potest illi renunciare. Soc. cōfi. 126. nu. 6. in 3. vol. Franc. Curtius senior. consi. j. numero 7. vbi tenet dictē legi renuntiare per donantem non posse quin superueniente noua prole ea donatio ipso iure reuocetur, siue renunciatio sit facta cum iuramento, siue non.

Conclusio CXLV.

Testamentum in quo filius est præteritus est ipso iure nullum. l. si filius. & in l. si a primo. & ibi Iason, numero 5. ff. de lib. & posth. quod procedit etiam si filius præteritus non conueratur, & siue in eo testamento alij filij essent hæredes instituti, siue extranei. vtroque enim casu testamentum tale nullum est etiam filio præterito tacente, & non conuerente. & hanc opinionem communem esse asserit Guliel. Bene. in verbo, in eodem testamento. il. j. nu. 82. vsque ad numerū 101. & ideo alij liberi testatoris poterunt dicere tale testamentum nullum: & talis nullitas testamenti procedit etiam si filius viuo testatore moriatur: quo casu etiam tale testamentum est nullum. Ias. in d. l. si filius. numero 14. & hæc locum habent vbi in toto testamento filius præteritus esset: quia si ab vno gradu tantum esset præteritus, ille gradus esset nullus & non alij. l. iij. §. si. ff. de libe. & posthu. & non procedunt superiora vbi filius vel filia ex pacto cum iuramento successioni renunciaisset, iuxta. c. quamuis pactū. de pact. Ivi. tunc talis præterito illius filij renuntians non rūperet testamentum. non enim debebat institui cum iam renuntiaffet. l. si quando. §. j. C. de inoffi. testamento. & Ias. in d. l. si filius. numero 10. iustineretur autem tale testamentum per clausulam codicillarem per quam filius præteritus censetur grauatus per fidei cōmissum vniuersale restituere hæreditatem scriptis hæredibus detracta sibi quarta. l. generaliter. §. ff. de fidei. liber. Bartolus in authentica, ex causa. C. de liber.

p. e

prat. eo casu filius præteritus vnam quartam solum detrahet. Bar. in l. Papinianus §. meminisse. ff. de inoff. test. l. in d. l. si filius. nu. 13. Rom. cons. 24. Deci. cõf. 228. & 369. in fine.

Conclusio CLXVI.

Statutum quod non fuit receptum in obseruantia & moribus vtriusque, nullas habet vires. gl. in c. i. de treu. & p. ce. Alex. conti. 6. i. vol. l. in l. si filius. nu. 22. ff. de libe. & posthu. & satis est qd transierint decem anni à tempore conditi statuti. quibus non fuerit obseruatum tale statutum, ad hoc vt reddatur sine effectu. c. si de confue. in 6. & l. plenè in d. l. si filius. nu. 23.

Conclusio CLXVII.

Dicitio alius, regulariter est repetitio similitum. l. si fugitiui. vbi glo. & doctõ. C. de seru. fugi. quæ tamen regula non semper procedit, & neque semper reperit præcedentia. l. si quis posthumos. §. si filium. & ibi l. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CLXVIII.

Quamuis testamentum in quo filius est præteritus sit nullum. l. si filius. ff. de libe. & posthu. tamen si filius præteritus tale testamentum approbauerit, valebit respectu illius. l. si o præterito. ff. de inu. rupto. l. rri. l. in l. si qd posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posthu. nu. 13. & hoc verum est respectu ipsius filij qui approbat tale testamentum, sed nõ quo ad præiudicium aliorum filiorum qui semper poterunt dicere illud testamentum nullum. Pau. Cast. in d. l. filio præterito. ff. de inu. rupto. l. in l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posthu. & in l. in suis. nu. 56. ff. de libe. & posthu. & sic concluditur qd etiam filio præterito tacente vel approbante testu, alij liberi testatoris in testamento instituti poterunt dicere illud testamentum nullum, & hæc est communis opinio de qua Bened. in verbo, in cod. testamento l. j. nu. 100. cum alijs sequentibus.

Conclusio CLIX.

Testator vxorem habes instituit vario modo posthumos tam masculos quam foeminas sibi nascituros: & posthumis si decederet in pupillari ætate substituit, si demum vnus posthumus nascatur & moriatur in ætate pupillari substitutio non habebit locum: quia iste casus omiffus fuit à testatore: ergo successio relinquatur dispositioni iuris communis præsertim cù ibi agatur de exclusionem matris à luctuosa filij hæreditate, & ob id mater succedet filio suo vnico mortuo in pupillari ætate. Oldrad. conf. 142. & hanc decisionem notandam asserit l. in l. comodi. ff. de libe. & postu.

Conclusio CLXX.

Pater dummodo filium suum instituat in legitima, in residuo poterit extraneum instituire: & nec habet necessè in residuo eum exheredare. l. Papinian. §. quonia. ff. de inoff. testamento. l. in l. in suis. nu. 37. ff. de libe. & posthu. Auus autem habens filium, & ex eo nepotem non tenetur nepoti aliquid relinquere. Dec. cons. 15.

Conclusio CLXXI.

In querela inofficiosi testamenti locum habet editu successorium. Alex. in l. si quis posthumos. §. j. ff. de liber. & posthu. & ibi inquit in practica ab hac opinione non esse recedendum. & l. eam opinionem communè esse asserit in l. in suis. nu. 25. ff. de libe. & posthu. & hoc per l. iij. §. si emancipatis. ff. de bono. poss. i. contra tabu. nepos enim præteritus venit ex sua persona ad querelam per successorium editu, & non ex persona sui patris exheredati, ad quæ querelam admittitur etiam si eius pater exheredatus testamentu approbare; quia sequens in gradu ex sua persona admittitur ad eam querelam. Alex. in d. l. si quis posthumos. §. j. & l. in dict. l. in suis. nu. 55.

Conclusio CLXXII.

Relictum factum mulieri si filium pepererit, aut substitutio facta mulieri si filium pepererit, non habebit locu si extincto vtre matris filius extractus fuerit: quia tunc nõ dicitur mulierẽ peperisse: ob id cessaret legatum vel substitutio. l. anni culus. §. si. ff. de verbo. signi. inquit enim ibi text. falsum esse eam mulierem peperisse, cui filius extractus est. Angel. & l. in l. quod dicitur. nu. 4. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CLXXIII.

Legatum factum mulieri aut institutio facta de muliere quando habebit filium, debebit legatum illud etiam si filius extractus fuerit à ventre illius mulieris dum

moreretur quia dicitur mulierem filium habere quando exciso ventre filius ablatu fuit ab ipsa muliere dum moretur. l. etiam ea mulier. ff. de verbo. signi. l. ason in l. quod dicitur. numero 5. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CLXXIII.

Ad hoc vt natiuitate posthumi rumpatur testamentum requiritur partum omnem editum esse, & qd demũ vixerit: ceterum si seminatus esset, puta quia medietas corporis exiuerit de ventre, & hoc modo aliquo momento vixerit, non per hoc diceretur natus, neque ruperet testamentu. l. p. circa finem ibi, ad orbem torus procelit. C. de posthu. here. in l. Bar. & l. ason in l. quod dicitur. numero 12. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CLXXV.

Natus in sexto mense, & sic ante septimum non rumpit testamentum in quo fuerat præteritus: quia minus prope natus decessit & nascitur etiam in tempore in quo nõ potest viuere. l. j. C. de here. instit. Alex. & l. aso. in l. quod dicitur. ff. de libe. & posthu. Chassa. consilio 19. numero. 6.

Conclusio CLXXVI.

Occidens existentẽ in vtero non punitur vt homicida. Bal. in l. quod dicitur. ff. de libe. & posthu. per l. cum inter veteres. C. de fidei. liber. nam quandiu est in vtero non est homo. & hanc Baldi opinionem veram putat Alexan. in d. l. quod dicitur. nisi tale homicidium per malitiam, aut dolum esset commissum. q. 2. c. quod verò. 92. Soc. cõf. 16. in j. vol.

Conclusio CLXXVII.

Si pater filio suo libros legales reliquerit, si fuerit legista, & si in legibus profecerit, & libros medicinæ si in arte medicina iuduerit: filius consequetur & libros legales & medicinæ si in vtraque arte profecerit. Ale. i. l. Titij textores. ff. de leg. j. Alex. & l. ason in l. si ita scriptum. per illum textum. ff. de liber. & posthumis. quia sub simplicibus & casus mixtus continetur.

Conclusio CLXXVIII.

Sola filij nominatio quam quis facit de aliquo cum vtilium nominando, non conilitur eum in quasi possessione filiationis, quoniam talia verba sunt incidenter & perfunctoriè emissa, & propter aliud. & blandiendo sepius quis dicit, fili fac illud, quatumuis ille non sit filius, sed plane extraneus Cyn. in l. non nudis. C. de proba. Bald. in l. non epistolis. C. de proba. nisi huiusmodi nomen, filius, esset prolatum in actu qui non potest conuenire, nec congruere nisi filio: vt exheredo filium. hæc enim verba filio solum congruunt, cum extraneu nõ exheredamus, vel bene veniat filius quem adhuc vt filium tractare volo. Bart. in l. j. idem. ff. de libe. agnos. Paulus Castrensis in d. l. non nudis. per hæc enim & similia verba & per tales actus nunc positos filius esset in quasi possessione filiationis. l. ason in l. si posthumum. §. si quis ita. nu. 8. ff. de libe. & posthum.

Conclusio CLXXX.

Haeres institui potest sub ea conditione, si nomen testatoris honestum & arma portauerit: & si hoc non fecerit est grauatus hæreditatem alteri restituere: tunc si ille hæres recuset adimplere conditionem, & portare nomen & arma defuncti, debet hæreditate priuari, quæ fideicommissaria restituenda est: & si non fuisset rogatus restituere hæreditatem in non parendo conditioni esset tali hæreditate priuatus. l. facta. §. si sub condicione. vbi Bart. & Paul. de Castro ff. ad Trebe. Bened. in repeti. c. Rainutius. in verbo. si absque. in materia de substi. fidei. numero 90. de testa. Guid. Papæ decif. 251.

Conclusio CLXXXI.

Patria sunt qd testator ita dixerit, instituo Titium si nomen meum & arma portauerit, vel si ita citra conditionem dixerit, volo qd sit hæres talis, & quod nomen meum & arma portet. in vtroque enim casu talis hæres priusquam possit esse hæres, debet & nomẽ & arma portare ac si conditionaliter ea verba essent apposita, cum habeantur pro conditione. l. mulier. §. si quis seruum. ff. de condi. & demonstra. Bened. loco quo supra

Conclusio CLXXXII.

Fideicommissum non solum purum sed & sub conditione relictum, pacto remitti potest nullo euentu conditionis expectato. l. j. & l. cum proponas. C. de pact. quod pactum approbatur & de iure toleratur. l. de fideicommissio. C. de transac. Bened. in verbo, si absque. de fideicommissaria substitutione. numero, 94.

Conclusio CLXXXII.

Si testamentum sit inualidum, & imperfectum ex defectu solemnitatis in testamento requisita, vt quia testamentu non habet debitum numerum testium, vel deficit in alia solemnitate testamenti, legata ex tali testamento imperfecto nõ debentur. l. j. C. de libe. & posthu. nisi in eo testamento esset adposita clausula codicillaris. tunc enim per eam clausulã ea legata possent sustineri. Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo, si absque. de lega. & fidei. nu. 157. & 158.

Conclusio CLXXXIII.

Mors qualiterunque contingat dicitur semper casus fortuitus. l. interdum. §. j. vbi gl. & doctõ. ff. de iudi.

Conclusio CLXXXIII.

De iure criminata puniendi sunt, licet casualiter bonus effectus reipublicæ sequatur. Pet. de Anch. in c. j. de consuet. vt si quis ingressus domum alicuius de nocte scrinium illius surripuerit, & inuenerit in eo scrinio literas proditiõnis ciuitatis: talis enim surripies erit nihilominus puniendus: quia habuit animum delinquendi in principio. gl. Bene. in verbo, mortuo itaque, l. j. nu. 120.

Conclusio CLXXXV.

Si filius institutus moriatur antequam adierit paternam hæreditatem, vel antequam illi paternæ hæreditati se immiserit, ex potentia suaratis transmittit patris hæreditatẽ ad quoscunque hæredes. l. apud hostes. C. de suis & legi. hære. l. si fratris. C. de iure delibe. & l. si infanti. eodem. & ibi l. aso. & in l. si filius hæres. ff. de libe. & posthu. quod procedit sine filii sciat hæreditatem sibi delatam siue ignoret: & transmittit inquam ad hæredes etiam extraneos. d. l. apud hostes. Bene. in verbo, mortuo itaque. nu. 108. & hoc communiter teneri asserit ibi.

Conclusio CLXXXVI.

Facultas transmittendi hæreditatem ad quoscunque hæredes beneficio suaratis durat spatio triginta annorum. l. licet. C. de iure delibe. Ale. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & hanc communem esse opinionem asserit Bene. in verbo, mortuo itaque. nu. 109.

Conclusio CLXXXVII.

Filius transmittit ius petendi supplementum legitimæ ad quoscunque hæredes si filius priusquam legitimam suam habuerit, vel eam petierit, aut eius supplementu moriatur. competit enim illud ius petendi supplementum legitime ex beneficio. l. omnimodo. C. de inoff. testa. & sic actione personalis, quæ actio ad quoscunque hæredes transmittitur sicut & quilibet actio personalis. l. j. C. si cert. pera. l. ason in l. scimus. C. de inoff. testa. Bene. in verbo, mortuo. nu. 110.

Conclusio CLXXXVIII.

Filia cui à patre aliquid pro sua dote & legitima relictum est cum nupserit, si moriatur antequam nubat, transmittit ad hæredes etiam transuersales relictum sibi factum quantum concernit suam legitimam. Alex. cons. 13. i. j. vol. quia in legitima non potuit grauari, & grauati enim illud reicitur, per l. quoniam in prioribus. C. de ino. testamento. Bene. in verbo, mortuo. nu. 110. licet alias relictum alicui mulieri cum nupserit non debeatur donec ea mulier nubat. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstra. & ibi Barto.

Conclusio CLXXXIX.

Filius ex beneficio sanguinis, & ex al. j. C. de his qui ante apert. tabu. moriens ante aditam hæreditatem transmittit ius ad eam hæreditatem ad quoscunque hæredes descendentes. d. l. vnica. C. de his qui ante apert. tab. & hæc transmissio locum habet in hæreditate ascendentes, siue sit pater siue mater testantis & eam hæreditatem quis ad suos descendentes transmissit: quia in hac transmissione non curatur patria potestas, sed solum qualitas sanguinis scilicet quod institutus sit ex sanguine testatoris, & quod transmittat ad eos qui sunt descendentes de suo sanguine. & hæc est communis opinio de qua per doctõ. in l. vnica. & Bene. in verbo, mortuo. nu. 151. in repe. c. Rainutius.

Conclusio CXC.

Vs deliberandi adire hæreditatem quod habet quilibet hæres intra annum transmittitur ad quoscunque hæredes. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. nõ quod hæredes habeant integram animam ad deliberandum, sed solum residuum anni dari à lege hæredi instituto, qui si interim. eo anno ad deliberandum pendente moriatur, transmittit quod restat illius anni ad hæredes. & hæc est transmissio hæreditatis quæ fit ex ea lege, cum antiquioribus, quo casu solũ transmittitur ius deliberandi: & id temporis quod superest ad de

liberandum seu potestas ad eundem hæreditatem, & non ipsa hæreditas. Bene. in verbo, mortuo itaque.

Conclusio CXCI.

Quando filio existenti in potestate datur substitutus, tunc per dationem substituti tollitur suitas siue ille substitutus sit extraneus siue de suis: & per consequens dario vulgaris substituti tollit suitarum. l. si filius hæres. & ibi doctõ. & maxime ff. de libe. & posthu. & sic pater testator dando substitutum filio existenti in potestate, facit & reddit suum filiu hæredem voluntarium, qui alias erat necessarius §. j. insti. de here. quali. & differen. l. ason in d. l. si filius. nu. 15. & hæc opinionem magis communem asserit Alex. in d. l. si filius. & subdit ibi Raphael Cuma periculosum esse ab hac opinione discedere, & quæ tenet Guliel. Bene. in c. Rainutius. in verbo, mortuo. nu. 193. eam dicit magis communem, & quæ tenet l. ason in d. l. si filius. & procedit hæc opinio vbi facta esset expressa vulgaris substitutio ipsi filio: quia per expressam vulgarem substitutionem factam filio in potestate, bene tollitur suitas: secus in tacita vulgari. l. ason ibi.

Conclusio CXCVII.

Vulgaris substitutio nõ dicitur onus filio: ideo fieri potest ea vulgaris substitutio i legitima filij. l. si posthumus. §. quod vulgo. ff. de libe. & posthu. & ibi Pau. Cast. Alex. & l. ason in l. si filio hæres. nu. 64. ff. de libe. & posthu. quia si filius vult, potest esse hæres. & hoc modo faciet cessare substitutionem vulgarem. l. post aditam. C. de impu. l. cum proponas. C. de hæredi. insti. & si filius decedat nõ adita hæreditate, est quid sibi imputet. ita l. ason in d. l. si filius.

Conclusio CXCVIII.

Pater potest in suo testamento relinquere legitimam filio ad tempus pubertatis exoluendam, quæ dilatio hoc modo facta non reicietur ab ipsa legitima, & quibus aliis ea sit pure & absque noere relinquenda, per l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testamento. quæ lex procedit vbi illa dilatio ad grauamen filij esset adposita: secus quando respicit utilitatem & commodum ipsius filij. Bar. & Bal. in l. cum ex filio. ff. de vulg. Alex. in l. multi. ff. de liber. & posthu. & hanc opinionem veram esse asserit l. ason in d. l. multi. nu. 6.

Conclusio CXCVIII.

Priuiliegium concessum filijs propter parentes nõ durat mortuis parentibus. l. 2. & ibi gl. & Bar. C. de episco. & cleri. l. ason in l. filius à patre. §. filius. ff. de libe. & posthu.

Conclusio C. CV.

Priuiliegium immunitatis concessum propter paupertatem cessat diuitijs superuentibus. l. cura. §. deficienti. ff. de mune. & hono. l. ason in l. si filius à patre. §. filius. ff. de liber. & posthu.

Conclusio CXCVI.

Si testator in suo testamento vxorem suam dominam & usufructuariam omnium suorum bonorum reliquerit, p toto tempore suæ vitæ, vel si testator vxori suæ reliquerit usufructum omnium bonorum suorum quousque vixerit, & post mortem vxoris quandam instituit hæredem in omnibus suis bonis, tale legatum ita factu vxori valebit: l. ason post alios in l. filius à patre. in prin. ff. de libe. & posthu. Alex. cons. 58. vol. 3. & l. ason in d. l. filius. inquit eam opinionem communem esse & multum æquam. & Bal. in l. id. quod pauperibus. C. de epif. & cleri. tenet ibi de consuetudine eam opinionem seruari: & neque obstat quod legatum vfructus non debetur nisi hæreditate adita per heredem. l. vni. §. in nouissimo. C. de cadu. tollen. sed hic non potest adire hæreditatem nisi post mortem vxoris insequendo tenorem testamenti: ergo videtur tale legatum non valere: quia respondeatur quod tale tempus mortis vxoris reicietur de institutione vt testamentum non vitietur: & sic statim poterit adiri hæreditas ex testamento non expectata morte vxoris quo ad ius ad eundem hæreditatem, & sed non quo ad effectum consequendi emolumentum ipsius hæreditatis, nisi post mortem vxoris. l. ason in d. l. filius à patre. nu. 27. post gl. ibi.

Conclusio CXCVII.

Vxor aut tutoris filius non potest matrimonium contrahere cum ea cuius fuit tutor, nisi prius reddita ratione tutelæ, & ea filia effecta maiore viginti quinque annis, & simul transacto tempore ad petendum restitutionem quod est quadriennium. l. vlti. C. de tempo. in integ. res. l. peten. l. si patris. C. de interdi. matri. l. nõ solum. C. de ritu nup. qd tñ de iure canonico non procedit, quo iure illud impedimentum non attenditur in matrimonijs contrahendis. gloss. in capit. primo 30. q. 3. Pano. in rubrica, de cognatione legali. & l. ason in l. filius à patre. §. si quis. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXVIII.

Filius vel filia potest heres institui sub aliqua conditione matrimonij, aut sub alia pditione. l.ij. C. de insti. & substi. respectu tamen legitima conditio rejicitur. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testamento. sed respectu residui hereditatis conditio tenebit. l. ij. C. de insti. & substi. Bene. in rep. c. Rainutus. in verbo, cuidam Petro. in prin. & Iaf. in d. l. si pater. C. de insti. & substi. nu. 18.

Conclusio CCXIX.

Metu pœna quis non potest cogi ad matrimonium contrahendum: cum matrimonia debeant esse libera ab omni pœna. c. gemma. de sponsa. & matril. l. Titia. ff. de verb. ob. tamen spe pœnij quis inuitari potest ad matrimonium contrahendum dummodo talis inuitatio fiat per tertium. l. Titio centum. ff. de condi. & demon. Bene. in verbo, cuidam Petro. nu. 7. in repe. c. Rainutus.

Conclusio CC.

Si quis maritum cucurbitam appellauerit, actio iniuriarum competit non solum marito, sed & vxori illius. Ioan. Fab. in §. patitur. de iniur. Bene. in verbo, cuidam. nu. 10. in repe. c. Rainutus.

Conclusio CCI.

In dubio pœsumendum est quemlibet intestatum decessisse ubi de testamento non apparet. l. is potest. ff. de acq. hæred. Bene. in verbo, & vxorem. nu. 3. est enim quid facti testamentum, & facta non pœsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. facta. ff. de captiu. & postli. reuerf.

Conclusio CCII.

Let princeps solutus sit legibus, debet tamen secundum ipsas viuere. l. digna vox. C. de legi. & quauis deus summus imperatori & principibus leges subiecerit non tamen contractus, ligantur enim principes contractibus quos fecerunt. c. j. de proba. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. quia contra datus sunt de iure gentium. d. l. ex hoc iure. Bene. in verbo, duas habens. nu. 36. & 37.

Conclusio CCIII.

Maiores non potest agere actione iniuriarum contra minorem si minor non cedat illi maiori. l. iniuriarum actio. §. si quis de honoribus. ff. de iniur. poterit tamen maior implorare officium iudicis vt minor illi cedat: quia minores cedere debent maioribus in vita & in sede. & ceteris honoribus consuetis. l. j. & 2. C. vt dignitatum ordo seruetur. lib. xij. l. si. ff. de albo scribend. Bene. in verbo, duas habens. nu. 2. in repe. c. Rainutus.

Conclusio CCIII.

Si mulier citetur in testem vt testimonium ferat de re aliqua propter honestatem mittetur in domum ipsius mulieris ad eam audiendam. Bal. & docto. in l. ad egregias. ff. de iureiu. Bene. in verbo, duas. nu. 24. in c. Rainutus. dūmodo aliās esset mulier honesta, vt ibi per docto.

Conclusio CCV.

Filius primi gradus hæres institutus, & grauatus de hereditate restituenda non computat fructus quos percepit ex hereditate paterna in trebellianicam. l. in fideicommissaria. in prin. ff. ad Trebel. & l. iubemus. C. ad Trebel. nepos tamen ex filio hæres institutus a suo auo, & grauatus computat in detraktionem Trebellianicæ fructus quos percepit ex hereditate. d. l. iubemus. gl. in l. quod de bonis. §. cum auus. ff. ad l. fal. & ibi Bar. in d. l. iubemus. & Iaf. in l. Gallus. in princ. nu. 4. §. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCVI.

Natus paulo post decem menses & duos dies post mortem patris dicitur posthumus legitimus, & partis legitimus. gl. in §. mulier. in authen. de resti. & ea quæ parit in vndecimo mense. & ibi Bar. & Iaf. in l. Gallus. in prin. ff. de libe. & posthu. nu. 62. Si autem post multos dies post eos decem menses quis natus esset, non diceretur partus legitimus. l. ab intestato. §. post decem menses. ff. de suis & legi. hære. glo. in l. septimo mense. ff. de statu homi.

Conclusio CCVII.

Si hæres institutus in testamento alicuius, & cui datus est substitutus moriatur viuo testatore, testamētum per hoc non erit caducum. Nam substitutus ad hereditatem admittitur & testamentum in vim substitutionis sustinebitur, & habebit robur a secundo gradu. l. si pater filium. ff. de vulg. & ibi gl. potest enim testamentum incipere a secundo gradu & a substitutione vulgari, quando primus gradus est nullus & desicit. l. 3. §. si. & ibi Iaf. ff. de libe. & posthu. Iaf. in l. Gallus. in prin. nu. 7. §. ff. de libe. & posthu. eo em casu institutio respectu instituti iam mortui efficietur caduca: sed testamentum

interim valebit quoad ipsum substitutum & incipiet ab ea substitutione. vulg. l. vnica. §. pro secūdo. C. de cadu. tollen. quod procedit vbi substitutus esset in natura tempore mortis testatoris: vt per Iaf. in d. l. Gallus. nu. 76. in princ.

Conclusio CCVIII.

Si quis instituat heres qui nondum natus est, sed speratur quod nascetur, non poterit adiri hereditas quoad vfr. que ille nascatur. l. antiqui. ff. si pars hæredi. pœta. verum interim potest peti bonorum possessio nomine ventris, aut possessio bonorum in vim edicti carboniani, per eum titulum de carbo. edicto. Iaf. in l. Gallus. in princ. nu. 76. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCIX.

Hæc verba, Titium hæredem instituo, & Sæpronium substituo, inducunt vulgarem substitutionem, & non fidei commissariam. est enim ac si dictum esset, si Titius heres non erit, Sæpronium substituo. d. l. Gallus. §. quidam recte. & ibi Bar. in l. centurio. ff. de vulg.

Conclusio CCX.

Quando plures instituuntur hæredes per coniunctiuam siue per disiunctiuam, & inter eos cadit ordo charitatis respectu testatoris affectio & necessitas instituendi ex parte testatoris illi tales censentur vocati non in simul, sed ordine successiuo: vt si testator pater instituit filium suum & nepotem hæredes suos: filius censetur primo loco vocatus, deinde filio mortuo ipse nepos ad hereditatem admittetur ita vt copula &, non fungatur natura copulae: id est non copulat, seu non coniungit eas personas equaliter, vt est natura eius copulatiuæ copulare. per l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. hic autem non copulat equaliter, sed ordine successiuo. gl. Bar. & Iaf. in l. Gallus. §. ff. de libe. & posthu. & ea est communis opinio quam cõiter teneri à doctõibus asserit Iaf. in l. Titia. textores. §. nihil ff. de leg. j. & in d. l. Gallus. §. j. & appellatur ordinata charitas quando sic ab intestato successuri erant. Iaf. in d. l. Gallus. nu. 20. & hoc procedit vbi filius testatoris hæres institueretur, & filius ex eo filio qui est nepos testatoris & filius ipsius hæredis: tunc enim filius solus succedet & post eum eius filius: hoc enim ordo charitatis requirit. idem si vocati essent per disiunctiuam: vt instituo vel substituo filios meos, vel filios eorum: tunc enim disiunctiuam posita inter personas inter quas cadit ordo charitatis, & necessitatis, non resoluitur in coniunctam. l. cum pater. §. penul. ff. de lega. 2. & Dec. consi. 9. §. inquit enim ordo charitatis, & necessitatis vt primo filius instituat, & post eius filij filius: quod si esset institutus filius testatoris, & nepos ex alio filio, tunc in simul succederent. Iaf. in d. §. quia tunc nepos de necessitate erat instituendus: vt qui subintravit locum sui patris iam mortui, quæ necessitas cessat in alio casu, & vbi ab aliquo extraneo pater & filius essent hæredes instituti, intelliguntur vocati pro rata, & portionibus: quia non sunt de descendētibz testatoris qui non tenebantur eos instituere. ita Boer. dec. 185. nu. 16.

Conclusio CCXI.

Quando pater dotat filiam suam, & in instrumento dotali dicit se dotare de bonis paternis & maternis, illis vt bis non obstantibus dicitur pater solum de suo proprio dotali si idoneas habeat facultates. l. fin. C. de dotis promiss. & hoc casu ea copula &, non diuidit pro rata iuxta suam naturam, per l. j. C. si plures vna sententia propter necessitatē, & propter ordinem charitatis copula &, non diuidit & non copulat aequè principaliter: sed secundum ordinem charitatis: quia propriū patris est dotare filias. Iaf. in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 40. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXII.

Sub dictione, & cetera, comprehenduntur ea omnia quæ sunt de natura actus, vel de natura rei super qua re ea dicitio interponitur. l. si duo patroni. §. si quis. ff. de iure iuran. l. magis puto. §. si pupillus. ff. de rebz eorum. & hoc siue illa particula & cetera, sit extensa, siue abbreviata. nã semper veniunt ea quæ sunt de natura contractus & de natura casuum iam expressorum in eo actu. l. si quis. & in l. sequenti ff. de euictio. & in summa sub ista dictione, & cetera, etiam abbreviata virtualiter comprehenduntur ea quæ sunt de natura subiectæ materiæ. ita Ioan. de Imo. in c. significante. per illum textum, & de respic. & etiam ea quæ sunt solita sequi. Iaf. plenè in l. Gallus. §. idem credendum. nu. 7. & 89. ff. de libe. & posthu.

Conclusio

Conclusio CCXIII.

Substitutio vulgaris facta in vnum casum restringitur ad somnes casus sibi similes. l. fin. C. de insti. & substi. & resti. Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. & ibi Iaf. nu. 5. qui ibi inquit hoc verissimum esse. ff. de libe. & posthu. quod tamen nõ habet locum vbi substitutio in vno casu fieret cum dictione taxatiua tantum, vel sub his verbis tunc & eo casu: quia propter ea verba excludi videntur omnes alij casus, & ea substitutio restringitur in suo casu expresso: Dec. consilio 332.

Conclusio CCXIII.

Accipiens emphyteusim vel rem aliquam pro se & filiis masculis vsque ad annos quadraginta, vitalis emphyteuta infra decem annos moriatur absque liberis, illa res nõ deueniet ad dominum, sed transmittetur ad hæredes ipsius accipientis vsque ad illud tempus quadraginta annorum. Speculator in titulo de emphyteusim. §. nunc aliqua. ver. 245. Iaf. in l. Gallus. §. & quid. nu. 3. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXV.

Testamentum illud in quo pater filium emancipatum heredem instituit, & nepotem ex eo in sua potestate retentum præterit, valet ipso iure, & hodie sustineretur. cũ enim filius emancipatus præcedat filium suum nepotem testatoris in gradu, nepos ille ab intestato auo nõ succederet. l. meminimus. C. de legi. hæredi. & beneficiū rumpendū testamentum conceditur propter ius succedendi ab intestato. l. si quis posthumus. §. si filius. ff. de libe. & posthu. sed nepos non potest rumpere testamentum in quo eius pater est institutus quantumuis nepos ille præteritus sit: quia pater debet ille nepos cessare. Bar. & Iaf. in l. Gallus. §. & quid. nune. 55. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXVI.

Si quis ab intestato moriatur relicto filio emancipato & nepote ex eo filio, filius quantumuis emancipatus præferatur suo filio, q̄ erat nepos testatoris cũ sit in gradu proximior. & ob id cit filius testatoris & in sua potestate, cũ cesserit differentia emancipationis & patriæ potestatis. l. meminimus. C. de legi. hæredi. Iaf. in l. Gallus. §. & quid. nu. 56. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXVII.

Si princeps alicui pœnam remisit, & simpliciter ad bona eum restituerit, talis restitutio non trahetur ad bona iam in alium alienata, quæ alienata restitutus ille non poterit recuperare, sed solum bona existentia penes fiscum. Panor. in c. j. de parro. quia princeps ita simpliciter restituendo bona, non intelligitur per hoc voluisse ius iam tertio quæsitum tollere. l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico.

Conclusio CCXVIII.

Restitutus à principe propter pacem habendam & publicam vtilitatem, recuperabit etiam bona alienata. eo em casu restitutio trahitur & ad bona iam in alium alienata. Bald. in titu. de pace Constan. per eum textum. Bart. in l. quæcunque. C. de fid. instru. & iure hæstæ fiscalis. lib. 10. C. & ibi tenet quod illi q̄ emerunt à communi Perusij vendente solēniter bona bannitorum cogentur reddere ipsi bannitis quando ex forma capitulorū pacis ita expressè actū est propter publicam vtilitatem. & Iaf. in l. Gallus. §. & quid. nu. 79. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXIX.

Legitimatio facta de aliquo filio naturali trahitur retro ad tempus natiuitatis ipsius filij in his quæ sunt sibi fauorabilia, & aliis veniētibus ab intestato collateralibus præiudicat quia nondum alijs est aliquodius formatum acquisitum & incommutabile. l. si. C. de nata. resti. scilicet si filius naturalis à patre naturali sit hæres institutus, quo casu non valet institutio, cum naturales non succedant de consuetudine regni vt dictum fuit superius dec. 60. parte. j. si demum ille filius legitimeur, talis legitimatio retro trahitur ad testamentum illud iam factum & sic sustinebitur talis institutio & reconualescat. Ang. & Imo. in l. si alienum. §. si in extraneis. ff. de hæredi. insti. Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. nu. 86.

Conclusio CCXX.

Legitimatio non trahitur retro in his quæ sunt alteri præiudicialia, & sic in iure iam alteri quæsitio. §. liceat. in authen. qui. modis natura. effi. legi. & ibi Ang. & Sal. aut. item si quis. C. de natura. libe. propterea princeps non potest filium spurium & naturalem legitimare, vbi ad sunt liberi legitimi & naturales quantum ad hoc vt possint cum naturalibus & legitimis succedere: quia per hoc auferretur ius iam quæ-

situm ipsis filiis legitimis & naturalibus. Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 94. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXXI.

Citatio agnatorum non requiritur in legitimatione filij naturalis quæ fit ad naturalis patris requisitionē, & neque requiritur citatio aliorum cognatorum seu consanguineorum. Bar. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. cuius opinionem communiter approbati asserit Soc. consi. 226. in 2. vol. nu. 3. & eo casu potest quis in legitimatione filij sui præiudicare suis agnatis, cognatis & consanguineis etiam non citatis, cum liberum ipsi patri erat illos oēs consanguineos suos à successione sua excludere & extraneis sua bona relinquere. Soc. cõsi. 251. nu. 1. vol. 2. nisi adessent filij legitimi & naturales: nam tunc eis inuitis non posset filius naturalis legitimari. authen. Item si quis. C. de natura. libe. Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. quod Iaf. videtur approbare in d. §. & quid si tantum. & hæc etiam procedunt in filio spurio, qui ad patris requisitionem poterit legitimari etiam cognatis, agnatis, & alijs consanguineis nõ citatis, vbi nulli sunt liberi legitimi & naturales. Soc. in eo consi.

Conclusio CCXXII.

Si pater filium suum hæredem institutum grauauerit de hereditate restituenda, si decedat sine liberis, si ille grauatus filios filij sui, & sic suos nepotes, habuerit tpe sue mortis tales nepotes sui filij grauati facient deficere conditionem substitutionis, & sic excludent substitutum. Albe. de Rosa. in l. generaliter. §. cũ autem. C. de insti. & substi. & hanc opinionem communem esse asserit Soc. consi. 226. nu. 6. vol. 2. per l. Lucius. ff. de hæredi. insti. & Iaf. in l. Gallus. §. instituens. nu. 22. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXXIII.

In præiudicium substituti quis nõ potest legitimari ad hoc vt tandem excludat eum substitutum qui est substitutus alicui, si decedat sine liberis: sed tunc in tali legitimatione debet substitutus citari, ita vt substituti citatio requiratur in tali legitimatione, Bar. & Iaf. in l. Gallus. §. & quid. ff. de libe. & posthu. alioquin legitimatio facta substituto non citato illi nõ noceret cui iam est ius acquisitum ex tali substitutione, si hæres decedat sine liberis. ita Soc. consi. 251. nu. 1. vol. 2. actus enim qui ab hærede celebratur non nocet substituto. l. in diem. ff. de aqua pluuiæ arcē. sed legitimatio filij quam facit hæres est actus voluntarius tam respectu patris quam filij: ergo ea legitimatio substituto nõ debet nocere quæ eo non citato facta fuit: valebit quidem ea legitimatio quantum ad filium, sed non quod substituto noccat. Soc. ibi. nu. 13. & Dec. consi. 25. nu. 9.

Conclusio CCXXVIII.

Legitimus excludit substitutum: quod procedit vbi ille cit legitimus per subsequens matrimonium, sicuti & superius conclusum fuit dec. 163. in hac 2. parte. & hanc communem esse opinionem asserit Alex. & Iaf. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. substi. & resti. Ioan. de Imola in c. innotuit. de electio. & Boe. dec. 159. nu. 20. vel quando ille fuit legitimatus per rescriptum principis citato substituto. Bar. & Iaf. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 139. ff. de libe. & posthu. sed eo casu non succederet ille legitimatus per rescriptum principis citato substituto si testator dixisset, si decedat sine liberis legitime natis: vel si testator esset nobilis & in dignitate constitutus: aliàs his cessantibus legitimatus succederet. Dec. consi. 155. in fi. concludit legitimatum per subsequens matrimonium substitutum excludere etiam si in testamento dictum esset, si hæres decedat sine liberis legitime natis: sed non legitimatus per rescriptum principis.

Conclusio CCXXV.

Substitutio ita facta, si decedat sine liberis, talē substituto: expirat si hæres decedat relicto vno filio, per l. non est sine liberis. ff. de ver. sign. Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideic. gl. in l. ex facto. §. j. ff. ad Trebe. & ibi Bar. pluralis locutio vno numero est contenta: & refertur talis substitutio non solum ad filios nascituros sed ad iam natos. Soc. consi. 23. in j. volu. & Bal. in l. j. C. de condi. inser. & numerus pluralis pro singulari sumitur. l. diuus. ff. de petitione hæredi. Iaf. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posthu. Soc. consi. 23. in j. par.

Conclusio CCXXVI.

Si testator madauerit bona sua distribui iter pauperes à tertio eligendos, nõ potest tunc ille eligens vnū solum eligere, Commu. opin. Tom. 4. EEEE 2

& ei omnia dare: sed pluribus ea bona sunt cōcedenda. Bar. in l. ff. de option. legata. Sali. in l. si quis ad declinādam. in fi. C. de epif. & cleri.

Conclusio CCXXVII.

EA quæ nepoti ab auo relinquuntur, censentur aduenticia: gl. in l. qui in aliena. §. interdum. & ibi Barto. ff. de acq. hæredi. Et eam glo fam communiter approbari asserit Iaf. in l. Gallus. §. quid si is. nu. 22. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXXVIII.

NEpos legitimus ex filio naturali etiam spurio potest ab auo hæres institui. l. ff. de his quibus vt indi. quod procedit etiam si ille filius esset incestuosus. nam adhuc illius filius à suo auo qui est pater illius filii incestuosi possit hæres institui. d. l. ff. & authen. ex complexu. C. de natura. liberis. qd procedit siue certum sit siue dubiū qd ille nepos hæres instituitur à suo auo, vel contemplatione filij sui naturalis, siue ignoretur. quia in dubio fraus non censetur esse commissa. l. merito. ff. pro socio. d. l. ff. de his qui. vt ind. Bar. in l. Gallus. §. quid si is. & eam communem opinionem esse, & tenendā asserit Iaf. in eo §. quid si is. nu. 24. vitium enim paternū referendū est, & sufficit ipsum spurium filium puniri ex se, cum patre suo naturali non possit succedere, non quod etiā eius filius legitimus puniatur ex delicto paterno, cū poenæ sint personales, & suos authores sequi debent. l. sancimus. C. de poenis. & maximè cum ipse patur in alio puniatur, nē peo casu quo eius filius legitimus est à suo auo hæres institutus, nullus vsusfructus ipsi patri naturali acquiratur. Dec. consi. 462. in fine. filius autem qui est legitimus, non impeditur quin possit hæres institui. propter enim odium paternum filius suo iure non debet priuari, cum non dicatur natus ex incesto coitu, licet eius pater progenitus fuerit. ita Iaf. ibi. nu. 25. per eam l. ff. C. de natu. liberis. quæ tamen regula & superior decisio non procederet vbi auus haberet filios ex suo matrimonio, quibus extantibus tunc nepos ex alio filio naturali aut spurio seu incestuoso non possit hæres institui. dicta l. ff. C. de naturalib. liber. & in hoc omnes conueniunt, vt per Iaso. in eo loco. & Corn. consilio 25. in primo volumine, ab intestato autem nepotes quantumuis legitimi nati à filio naturali auo non possunt succedere. d. l. ff. de natura. liberis. Dec. consi. 462. sed bene ex testamento, vt iam dictum est. Dec. consi. 462. nu. 15.

Conclusio CCXXIX.

QVando nepos ex filio spurio aut naturali instituitur heres ab auo, tunc vsusfructus patri suo qui est naturalis non queritur, ad quem nihil potest peruenire nec directò, nec per obliquum. l. quod conditionis. ff. de donatio. causa mortis. l. si quis qui. ff. de vulg. Bar. & Iaf. in l. Gallus. §. quid si is. in fi. ff. de libe. & posthu. & ibi etiam Alex. Ange. & Sal. in l. ff. C. de natura. libe. filius enim tunc nihil patri acquirat quando causa acquisitionis est iniusta. l. quod seruus. & ibi Bar. ff. de acq. posse. gl. & Bar. in l. ff. de his qui sunt sui. sed in hoc casu causa acquisitionis respectu ipsius filij est iniusta quantum ad bona ad quæ filius naturalis aut spurius non potest aspirare. authen. ex complexu. C. de incestis nupt. ergo nihil illi acquiri potest. quare illi nepoti qui est filius legitimus & naturalis quantumuis procreatus fuerit ex filio naturali totum acquiri debet. & hoc tenendum asserit Iaf. ibi in fine. & Gui. Papæ consi. 94. nu. 6.

Conclusio CCXXX.

Filius procreatus ex nephario coitu est capax omnium quæ ab extraneo illi conceduntur: sed non est capax eorum quæ à patre suo naturali proueniunt. Bal. in l. pater. ff. de hære. insti. erit tamen capax eorum quæ à suo fratre naturali sibi relinquunt. l. si is. & ibi docto. ff. de vulg. & Bal. in authen. ex complexu. C. de incestis nupt. & additio super Bar. in d. l. ff. de his quibus vt indignis.

Conclusio CCXXXI.

Spurio filio pater in suo testamento tenetur alimenta relinquere, vel aliquid pro alimentis quandiu uiuet: immo valebit relictum fundi filio spurio pro suis alimentis quandiu uiuet, & post suam mortem ad filios legitimos & naturales debet remanere quod ita fieri debet. l. ff. C. de natu. libe. Bar. in l. ff. C. de his qui. vt indi. nu. 3. & authen. ex complexu. C. de inest. nupt. c. cum haberet. de eo qui duxit in mat. Bene. in verbo, & vxorem. nu. 124. in v. dec. in re. cap. Rainutius.

Conclusio CCXXXII.

Dos à patre filie etiam spurie relinqui debet: cū dos succedat in locum alimentorum, ad quæ præstanda & relinquenda pater tenetur. c. cum haberet. de eo qui duxit in

mat. Bar. in authen. ex complexu. de incestis nupt. quod si dos sit relicta maior quam pro suis alimentis, tunc excessus subducendus est, & datur hæredibus patris. illis enim filiabus puris tantum pro dote vel pro alimentis relinqui debet, in quantum possit sufficere ad viuendum. Bald. in l. eam quæ. C. de fidei. Bene. in verbo, & vxorem. nu. 126. in v. dec. in rep. c. Rainutius. & dos & legitima consideratur secundum mariti conditionem, vel filia deformitatem, vt ibi per Bene.

Conclusio CCXXXIII.

Dos quantumuis sit magna, si semel marito tradita fuerit, ipsius filia spuria, & quantumuis excedat valorem alimentorum, non tamen excessus ille peti poterit, quamdiu ille maritus uiuit: quia sine tali dote eam illam spuriam non duxisset. sed si dos ad filiam reuertatur, excessus ille ab hæredibus mariti peti poterit. Barto. in l. ff. de his quibus vt indig. Bene. in verbo, & vxorem. numero 126. in v. dec. in rep. c. Rainutius.

Conclusio CCXXXIII.

Si testator duos filios ex prima vxore habuerit, & duos ex secunda, & demum in suo testamento eos instituat, & inuicem substituatur, vno eorum filiorum repudiante, alij tres filij admittentur, & neque præferetur ille qui est coniunctus ex utroque latere. l. ff. ad Trebel. quia in hac substitutione breuiloqua inspicitur affectio testatoris & non eorum quibus sit ea substitutio. Bar. & Iaso. in fi. in l. Lucius. ff. de vulg. qui inquit ibi eam opinionem communem esse. Et Curtius in iur. consi. 22. nu. 8. & idem dicendum esset vbi tractaretur de fideicommissaria substitutione, per quam ipsi testatori etiam succeditur, vt ibi Iaf. & Dec. consi. 186.

Conclusio CCXXXV.

Quis per procuratorem legitimari potest, & sic talis legi timatio fieri poterit si pater procuratorem constituat ad suum filium legitimandum: & hoc procedit tam ex parte patris quam filij: quia omnia actus per procuratorem exerceri potest, si non reperitur expressè prohibitus. l. j. §. vsus. ff. de procura. hanc opinionem tenet Bar. in l. Gallus. §. forsan. ff. de libe. & posthu. & Bar. in l. post mortem. §. ff. de ad. & ibi Bal. & Sali. & Iaf. eam opinionem asserit communem in d. §. forsan. nu. 5.

Conclusio CCXXXVI.

Per procuratorem contrahi potest matrimonium, quando in hoc est expressè fundatus. l. quinta. ff. de ritu nupt. c. ff. de procur. vbi gl. & Iaf. in l. Gallus. §. forsan. nu. 8. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXXXVII.

Partis appellatione venit dimidia. l. nomē filiarum. §. portionis. ff. de verborum sign. tamen si parti adiciatur particula aliqua, & tunc possit referri & ad aliquam particulam etiam miniam. glo. in cl. vni. in verbo. aut eorum parte. de foro compe. Bald. in l. j. C. de inoff. dona. Soc. consi. 215. vbi approbat eam glossam.

Conclusio CCXXXVIII.

Appellatione descendētis ex virili sexu, venit neptis foemina ex masculo, & proneptis nata ex nepote masculo. & in summa quælibet foemina descendens ex masculo, dicitur de descendētibus ex viri sexu. gl. quæ à Bar. & Bal. & Iaf. approbatur in l. Gallus. §. nūc de lege. nu. 9. ff. de libe. & posthu. Soc. consi. 227. & ibi approbat eam glossam. Nam licet ea neptis non sit virilis sexus, tamen descendit ex virili sexu. l. 2. §. ff. de suis & legi. hære.

Conclusio CCXXXIX.

NEpos masculus proueniens ex filia non comprehendit sub nomine descendētis à sexu virili, seu per virilem sexum: sed bene neptis ex filio: quia ea verba descendentes per virilem sexum referuntur ad productos ex virili sexu: & sic denotant qualitatem inhærentem producenti, non autē qualitatem inhærentem ipsi descendenti. Iaso. in l. Gallus. §. nunc. nu. 9. & 10. ff. de libe. & posthu. & ibi inquit hoc esse bene tenendum.

Conclusio CCXL.

Grauatius restituitur hereditatē Titio & eius hæredibus masculis non intelligitur grauatius restituere hereditatem nepoti Titij nato ex filia: quia per ea verba, hæredibus masculis, ea filia erat exclusa: vnde filius ex ea non potest venire. l. si viua matre. C. de bonis mater. Pau. Cast. & Iaf. in l. Gallus. §. nunc. nu. 17. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXLI.

Si testator instituat aliquem hæredem, & si decedat sine liberis masculis, substituit Caium, si institutus habuerit

habuerit nepotem masculum ex filia: talis nepos masculus ex filia hæredis instituti non excludit substitutum: quia si filia quæ est in gradu proximior non excludit substitutum: multo minus eius filius excludet, qui est minus dilectus. l. si viua matre. C. de bonis mater. & eam decisionem approbat Iaf. in l. Gallus. §. nunc de lege. nu. 17. ff. de libe. & posthu.

Conclusio CCXLII.

Appellatione suorum hæredū veniunt et quilibet hæredes extranei. l. sciendum. l. hæredis appellatione. ff. de ver. sign. l. in annalibus. C. de lega. quod procedit etiam si hæc dictio suis, vel tuis, vel vestris proferatur simpliciter sine dictione hæredis, vt quia donatur aliquid, vel aliquid conceditur Titio & suis, vel tibi & tuis, adhuc ea verba referuntur ad hæredes etiam extraneos. Iaf. ita ampliat eam regulam in l. Gallus. §. etiam si. nu. 13. ff. de libe. & posthu. sequendo regulam quam ibi ponit Bar. quod appellatione suorum etiam extranei hæredes continentur. quæ tamen regula non procedit vbi essent in materia quæ de sui natura non esset ad extraneos hæredes transfurata: tunc enim appellatione suorum hæredum non comprehenderentur extranei: vt si concederetur feudum Titio & suis hæredibus: nam eo casu ea verba ad filios illius cui feudum conceditur, essent referenda. gl. in l. ex facto. §. ff. ad Trebel. non enim tranfit feudum ad extraneos. c. j. de feud. success. nisi in ea feudi concessione essent adposita ea verba, & quibuscunque hæredibus. quia & extranei comprehensū essent. Alex. in d. §. etiam. & Bal. in c. imperialem de prohi. feudi alien. & Iaso. in d. §. etiam. nu. 19. & ab hac opinione non est recedendum, vt ibi attestat, quæ est communis. quod si feudū concederetur sub censu annuo Titio & suis hæredibus, bene tunc venirent & extranei: quia tunc cessaret natura feudi quæ non datur sub censu annuo, sed sub seruitio personali. Bal. in l. & in prouinciali. C. de ferui. & aqua. Bal. in titu. de pace Constant. & non procedit etiam hac decisio vbi resularet absurdus intellectus vt si dictum sit, si decedat sine suis hæredibus talem substituo. Nam si eo casu ea verba ad quoscunque hæredes essent referenda, sequeretur absurdus intellectus, cum nusquam quis decedat sine hærede cui saltem si fecus successurus sit, propterea non venirent extranei hæredes: sed sui filij. gl. in d. l. ex facto. §. ff. ad Trebel. & adde quod si apposita essent ea verba, pura suis hæredibus masculis, propter eam dictionem masculis, sui filij solum comprehensū essent & non extranei Iaf. in d. §. etiam. nu. 22. & ibi Bal. & Bar. in l. liberti. C. de oper. liber.

Conclusio CCXLIII.

Feudum pro quo non præstatur seruitium personale, sed solum census annuus, non est propriè feudum, neque retinet naturam feudi. Iaso. in l. Gallus. §. etiam. numero 19. ff. de liber. & posthum. ideo tale feudum pro quo præstatur annuus census, tranfit ad quoscunque hæredes etiam extraneos: qd non tranfirit si esset verum feudum, & pro quo præstari debet seruitium personale. Bal. in l. liberti. C. de oper. liber. & Iaf. in eo §. etiam.

Conclusio CCXLIII.

Testator filium suum instituendo, & si decedat sine liberis substituit ei Titium, & eius hæredes, per hæc verba videtur testator vocasse hæredes extraneos sui filij hæredis instituti ad suam hereditatē potius quam hæredes extraneos ipsius Titij substituti, ita vt tunc ne sequatur absurdus intellectus, ea hereditatem appellatio referenda erit ad hæredes filij instituti: & hæredes etiam extranei ipsius filij instituti excludent hæredes extraneos Titij substituti. & hæc est decisio doctorum in l. Gallus. §. etiam. ff. de libe. & posthu. & Iaso. ibi qui inquit eam opinionem veram: & neque ab ea discedendum esse in consulendo & iudicando, cum non sit præsumendum testatorem voluisse prætulisse extraneos hæredes Titij substituti extraneis hæredibus sui filij instituti quem magis dilexit testator: ob id præsumendum est magis dilexisse hæredes filij instituti etiam extraneos quam hæredes Titij substituti quæ solum substituit. est quidem verum quod si Titius, qui est substitutus habuerit filios, admitteretur illius filij in vim substitutionis ita factæ substituo Titium & eius hæredes. filij etenim Titij substituti essent præferendi hæredibus extraneis hæredis instituti. Iaf. in eo §. etiam. nu. 27.

Conclusio CCXLV.

Solemnitas quæ requiritur in contractu principali requiritur & in ratificatione ipsius actus. l. si vt proponis. C. de nup. l. nuptiæ. ff. de ritu nuptiarum. Nam contractus ratifi-

catio appellatur quasi contractus quo ratificans obligatur ad non contrahendum contractui ratificato. Roma. consilio 12. numero 6. vnde ea solēntas quæ requiritur in minorum contractibus, requiritur etiam quando ratificatio fit ab ipsis minoribus tempore minoris ætatis. ita Roma. ibi.

Conclusio CCXLVI.

Maritus legans vxori dotem simpliciter, non videtur per hoc vxori remisisse deductionem expensarū quas maritus fecit circa eam dotem. l. ij. vbi Barto. ff. de dote prælegata. sed si maritus legaret vxori quicquid ad eam peruenit nomine dotis, videtur remisisse vxori deductionem expensarum factarum in ipsis rebus dotalibus. Iaso. in l. post dotem. nu. 3. ff. solu. mat. r.

Conclusio CCXLVII.

Facultas declarandi voluntatem non tranfit ad hæredes, cum illa sit personalissima. glo. in l. inter stipulantem. in prin. ff. de ver. obl. & ibi Bar. qd procedit vbi substantia dispositionis confertur in voluntatem alicuius: tunc enim finita illius voluntate per ipsius mortem finietur & illius dispositio: cum ea facultas declarandi ad hæredes non transeat. Cū vero executio seu exercitium dispositionis cōferatur in voluntatem alterius, tunc facultas declarandi voluntatē tranfit ad hæredes. Iaf. in l. post dotem. nu. 50. & 51. ff. soluto matrimonio.

Conclusio CCXLVIII.

Vbi quæ arbitri iniquè arbitratus fuerit, siue ille arbitri cum poena aut sine poena electus fuerit, semper reuocari poterit eius iudiciū ad arbitriū boni viri. & ita praxis obseruat: vt testatur Rebus. in consi. regias in tract. de arbitris, arti. j. in gl. 3. nu. 7.

Conclusio CCXLIX.

Reductio ad arbitrium boni viri peti potest à sententia arbitri non obstante iuramento à partibus præstito de obtemperando sententiæ arbitri, ita vt nec dispensatio petenda sit, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis. Rebus. in tracta. de arbi. in gl. quinta. arti. 13. cum in compromissis subintelligatur hæc clausula, si arbitri iuste arbitratur. Specula. in titu. de arbi. §. arbitri. nu. 4.

Conclusio CCL.

Secundum stylum curiæ Franciæ consuetudines non redactæ, nec in scriptis approbatæ, solent per turbas probari, in qua ad minus decem testes requiruntur. Io. Fabri in §. ex nō scripto. de iure natu. per §. turba. l. prætor. ff. de vi bono. rapt. Rebus. in tractatu de consuet. art. 2. in gl. 3. nu. 10. in commen. in consi. reg.

Conclusio CCLI.

Ad probandam consuetudinem possunt produci actus iudiciales & extra iudiciales: & neque est necesse demonstrare ita sit iudicatum ad hoc vt consuetudo inducatur. Rebus. in tracta. de consuetudi. art. 2. in gl. 3. nu. 33. in commen. in consi. regias.

Conclusio CCLII.

Seruentis appellatione continetur omnis apparitor, siue sit in curia apparitor alicuius iudicis superioris, siue sit in curia inferioris: non tamē illi qui sunt in curia suprema qui verè, huiusmodi dicuntur, qui non veniunt appellatione seruentis. Rebus. in titu. de citationibus. arti. j. in gl. j. sunt enim illi huiusmodi maioris authoritatis quā alij, vt ibi per Rebus. est quidem verum illud nomen, sergens, esse nomen generale, ita vt sumpto generaliter comprehenduntur omnes apparitores, vt ibidem Rebus. in eodem tract. arti. v. in gloss. j. nu. 7. propriè tamen aliud est, sergens, & aliud huiusmodi, vt dictum est.

Conclusio CCLIII.

Quis semp in domicilio citandus est. ordinatio regis Franciæ, quod intelligendum est de domicilio quod quis habet ratione habitationis, non autem de domicilio quod quis potest habere ratione rei, vel ratione originis: quia si non habet ibi non possit citari. gl. in c. statutum. §. cum verò. de refc. Rebus. in tractatu de cita. art. 2. in gl. 3. nu. 5.

Conclusio CCLIII.

Donatio, vel remissio, aut acceptatio à minoribus ad vtilitatem curatorum, tutorum, aut aliorum administratorum facta, vel inter viuos, vel in vltima Commu. opin. Tom. 4. EEEE 3

voluntate non valet. ut est ordinatio regis de qua per Rebus. in consti. regis. in tractatu. des donationis & autres disposi- tions. in arti. j. nu. 3. quod etiam procedit & in cessione que non valet facta ab ipsis minoribus in utilitatem ipsorum tu- torum aut curatorum. ut ibi per Rebus. in gloss. 2. nume. 3. nisi illa donatio remissio. acceptilatio. aut cessio fieret ab ipsis minoribus finita cura. ut per Rebus. in eo loco in gl. 9. nu. 10. vel si minor qui ita fecit eam remissionem factus maior viginti quinque annis eam approbaverit. l. si. C. si maior fac. ut ibi per Rebus. nu. 9. vel nisi talis remissio fieret post rationes reddi- tas & reliqua prebita. Rebus. ibi nu. 2. alij tamen contractus inter eos fieri possunt. dum tamen fiant palam & in presen- tia alterius tutoris. l. non existimo. ff. de adm. tuto. l. cum ipse. ff. de contra. emp. & Rebus. in eo loco nu. 4.

Conclusio CCLV.

Ab insinuatione donationis non appellatur. non enim potest consanguineis donatis a tali insinuatione appellare. pro- pterea quod non grauatur & sic cessat appellatio. l. j. ff. de appella. Rebus. in commen. in consti. regi. in tracta. de dona. arti. j. in gl. j. nu. 11.

Conclusio CCLVI.

Dotis constitutio & donatio facta favore matrimonij vel in tractatu matrimonij est insinuanda per edictum regis Hærici secundi. & donatio etiam propter nuptias insinuari debet per illud edictum de quo per Rebus. in tracta. de dona. in si. in gl. j. nu. 19. & 20. & generaliter omnes donationes insinuari debent etiam si sunt remuneratoriæ. ut ibi per Rebus. nu. 22.

Conclusio CCLVII.

Donatio facta in testamento non est insinuanda & insinuatio in bonis donatis in testamento non habet locum & prosequens hæres institutus non tenetur insinuare quia testamentum velut principale non est insinuandum. nec per consequens donatio ibi comprehensa. Rebus. ibi in gloss. j. numero 25.

Conclusio CCLVIII.

Donatio que fit coram iudice. non eget insinuatione: quia ab ipso videtur insinuata. l. sancimus. C. de dona. Rebus. in eo tractatu. de dona. insinua. nu. 34. Alex. consil. 20. nu. 5. in 3. vol.

Conclusio CCLIX.

Insinuatio domi facta & non in iudicio non valet quia per ordinationem regiam requiritur quod fiat in curia: cui ordi- nationi satisfieri debet. Rebus. in tracta. de dona. arti. j. in gl. 5. nu. 7. & in gl. vlti. nu. 11.

Conclusio CCLX.

Acceptatio donationis que facta fuit absenti potest fieri in absentia donantis dummodo fiat viuente donatario. Rebus. in eo tract. de dona. art. 2. in gl. j. nu. 7.

Conclusio CCLXI.

Verba præteriti temporis enunciatia circa id quod pos- sibile fuit de presenti. non aliter edocto de præterito in- ducunt probationem absque dispositione presentis tempo- ris. ut si dictum sit in contractu quod maritus confitetur se dotem habuisse. quamuis verbum habuisse ad tempus præte- ritum referatur. ita ut per illud verbum videatur dotem per antea fuisse receptam. tamen ad tempus præsens hoc erit re- ferendum per eam regulam. l. de fid. instr. lib. 10. C. & in l. post dotem. & ibi Roma. nu. 12. ff. solu. matri. Alex. in l. si ita stipu- latus. §. Christophonus. ff. de ver. obl. & ibi inquit eam esse com- munem opinionem. & Ias. in d. l. post dotem. nu. 83.

Conclusio CCLXII.

Si mater in suo testamento filium præterierit nulla cõ præ- teritionis expressa testamentum erit nullum: si autem cau- sam præteritionis expresserit tunc præteritio haberetur pro ex- hæredatione propter causam expressam. §. si. in si. de ex hæ- red. libe. Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo. in eodem testa- mento. il. nu. 2. §. 2. filius autem præteritus sine infertione cau- sæ à matre in suo testamento dicit testamentum nullum. d. §. fin.

Conclusio CCLXIII.

Si in testamento plures reperiatur instituti in certis rebus. nullo hærede instituto. tunc omnes illi instituti in rebus particularibus dicentur hæredes vniuersales ex æquis por- tionibus: & res illæ particulares in quibus quilibet ex illis fuit institutus. censentur esse prælegatæ illis qui in illis rebus erant instituti. l. ex facto. ff. de hære. insti. l. j. C. si cer. pet. Bene. in verbo. in eodem testamento. il. nu. 26. §. 1.

Conclusio CCLXIII.

Si testator nullo hærede instituto vnum in tertia parte in- stituerit. & alium in alia parte. nullo hærede vniuersali re- licto. illi duo dicentur vniuersales hæredes ex æquis parti- bus & vterque eorum dicitur hæres pro dimidia. & non pro partibus assignatis. nisi aliud de voluntate testatoris appa- reat. l. quoties. §. si duo. ff. de hæredi. insti. glo. in c. si pater. in verbo. cetera. de testa. in 6. Bene. loco quo supra.

Conclusio CCLXV.

Si testator heredem vniuersalem instituerit in suo testame- to. & quendam alium in re particulari. recusante hærede vniuersali. totum accrescit hæredi in re particulari per ius accrescendi: & hoc siue sit filius. siue extraneus. qui in re par- ticulari sit institutus. Bar. in l. ex facto. & in l. quoties. ff. de hæ- redi. insti. in l. j. §. si ex fundo. ff. de hæredi. insti. & ibi inquit eam esse communem opinionem & quam approbat Bened. in rep. c. Rainutius. in verbo. mortuo. i. nu. 270. vbi inquit eam opinionem veriorē esse & communem. idem Ias. in l. quoties. nu. 6. C. de hæredi. insti. succedunt enim illi eodem iure cum sint instituti. vt per Ias. ibi.

Conclusio CCLXVI.

Vis accrescendi est ad hæredes transmissibile: quia plus co- mpetit portioni quam personæ: ius autem substitutionis qua competit personæ non est transmissibile. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. hære.

Conclusio CCLXVII.

Vna ex causis quatuordecim que descriptæ sunt in §. cau- sas. vt cum de appella. cognos. à patre testante debet inseri in ipso testamento. cum filium pater exhæredat: quia illud est de forma substantiali ipsius testamenti paterni. d. §. causas hæres demum cogitur probare causam ingratitudi- nis à patre propositam veram esse. Sal. & Ias. in l. vniuersa C. de precib. imp. off. Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo. in eodem testamento 2. nu. 11. & 26.

Conclusio CCLXVIII.

Filius exhæredari poterit non solum ex vna ex illis qua- tuordecim causis que posite sunt in eo. §. causas. vt cum de appella. cog. sed etiam ex alijs non expressis. dum tamen sit eadem ratio. vel maior. vel sit alia causa durior: & sic pro- pter alias causas maiores vel æquales illis descriptis in eo §. causas. filius exhæredari poterit. & hæc est communis opinio à qua non est recedendum vt asserit Ias. in authen. non licet. de libe. præte. & Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo. in eodem testamento. 2. nu. 19.

Conclusio CCLXIX.

Ex Francia in anno quatuordecimo coronari potest. & vngi. & non ante: & ab eo tempore plenam regni ad- ministracionem habebit. ita ordinatione regis Caroli quinti statutum fuisse demonstrat Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo. Adiectæ. nu. 8. legitur tamē Ludouicū coronatum fuisse in anno duodecimo. & Carolum septimum in anno deci- motertio.

Conclusio CCLXX.

Aduetus in decimo octauo anno potest doctorari ad ex- emplum Nerue. qui in decimo septimo anno sue ætatis publice respondit. l. j. pueritiam. ff. de postu. & hæc esse com- munem opinionem asserit Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo. Adiectæ. nu. 16. minor autem non posset doctorari. vt ibi Bene.

Conclusio CCLXXI.

Reges qui iure sanguinis succedunt in regno. qualis est Rex Franciæ. omnia possunt ante vigesimum quintum annum que alij possunt in suis priuatis patrimonijs. per l. si curatorem. C. de i. nte. resti. & ante coronacionē possunt ad- ministrare priuilegia vel rescripta dare. ita Bene. in verbo. Adiectæ. nu. 52. in rep. c. Rainutius. Ea autem que cõcernūt administrationem regni Rex minor debet exercere cū au- thoritate procerum. Barto. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & ibi per Bene.

Conclusio CCLXXII.

Qui non potest testari. non potest etiam codicillari. nec donare causa mortis. l. 2. ff. de leg. j. gl. & Bar. in l. tam is. ff. de dona. causa mor.

Conclusio CCLXXIII.

Vis implendi conditionem non transit ad hæredem illius qui eam implere debebat quod procedit in vltimis vol- untatibus. l. vnica. §. si autem. C. de cadu. tollen. l. à te- statore. ff. de conditio. & demonstratio. In contractibus autem

autem ius implendi conditionē bene transit ad hæredes. §. ex conditionali de inut. stipu. docto. in l. si decem cum pete- ro. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CCLXXIII.

Testamentum valet in quo filius instituitur sub quacun- que conditione casuali. potestatiua. vel mixta. etiam si non in defectu exhæredetur. Respectu tamen legitime sub- ducitur conditio. cum legitimam debeat habere filius abs- que vilo grauamine & conditione. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testamento. in residuo autem conditio erit implē- da à filio. si velit succedere. Bene. in repet. cap. Rainutius. in verbo. reliquit. nume. 28. per l. sancimus. §. cum autem. C. de inof. testamento. olim autem de iure Digesto. filius in po- testate non poterat institui nisi sub conditione potestatiua. ibi per Bene. num. 26.

Conclusio CCLXXV.

Mater si filium suum sub quacumque conditione ca- suali. potestatiua. aut mixta hæredem instituerit. talis institutio non nocet filio quoad suam legitimam. respec- tu cuius ea conditio pro non scripta habebitur. quantum au- tem ad reliquum hæreditatis tenebit conditio. quæ erit à fi- lio implenda vt consequi possit hæreditatem. Bar. in l. si ma- ter. §. j. ff. de vulg.

Conclusio CCLXXVI.

Pater vel mater filium instituire potest sub ea conditio- ne. ne alienet vsque ad certum tempus: vel potest pater vel mater instituendo filium illi filio prohibere alienacionē bo- norum vsque quo filius triginta annos habuerit: & talis p- hibitio etiam respectu legitime tenet. quia talis prohibi- tio videtur cõcernere filij utilitatem. cui pater eo modo vo- luit providere. arg. l. filijs matrem. C. de inof. testamento. & est opinio Pauli Castrensis quam sequitur Bene. in repeti- cap. Rainutius. in verbo. reliquit. nu. 32. quia pro filij utilitate sustinetur grauamen etiam in sua legitima. vt ibi per Be- nedict.

Conclusio CCLXXVII.

Pater aut mater non potest filium instituere sub perpetua alienationis bonorum prohibitione. ad hoc vt talis p- hibitio se extendat ad legitimam quam absque metu. p- ene posset alienare: sed non reliquum. & ita fuisse iudicatum refert Gul. Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo. reliquit. nume- ro 32.

Conclusio CCLXXVIII.

Instituens vnum hæredem in bonis que habet in hac ciui- tate. & alium in bonis que habet Nemausi. & vnus eorum premoriatur testatori alter hæres per ius accrescendi efficitur hæres omnium bonorum. quia diuisio bonorum non in- ducit diuersitatem patrimoniij in priuato homine. cui vnū rantum potest esse patrimonium. l. iuris peritos. §. cum ori- dus. ff. de excusa. tuto. aliàs testator videretur pro parte testa- tus. & pro parte intestatus decessisse: quo ius non admittit. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. Roma. consil. 8. quem refert Be- ned. in verbo. cetera. nu. 11. in repet. d. c. Rainutius.

Conclusio CCLXXIX.

Stemptor gabellarum. vel pedagiorum. vel conductor ga- bellarum decesserit. relicta vxore usufructuaria omnium suorum bonorum. debebuntur ipsi vxori redditus gabella- rum quos redditus tanquam usufructuaria ipsa vxor poterit exigere firma ipsa durante. præstita tamen cautione de restituendo id quod ex actum erit finito usufructu. Bald. in l. j. C. de vsu. Bene. in verbo. cetera bona. nu. 31.

Conclusio CCLXXX.

Thesaurus si reperitur ab emphyteuta. vel vassallo ce- dit perpetuo lucro ipsius emphyteute. vel feudatarij. & non lucro domini directi. quem thesaurum si dominus di- rectus reperiret in eo fundo dato in feudum vel in emphy- teusim. ratione inuentionis dimidia thesauri erit domini in- uentoris: altera vero dimidia erit ipsius domini vt ilis ad que pertinet ille fundus §. thesaurus. insti. de reru diuis. l. j. de the- sau. lib. 10. C.

Conclusio CCLXXXI.

Thesaurus repertus in fundo in quo quis habet vsufru- ctum. debebitur ipsi usufructuario quo ad vsufru: tene- bitur tamen usufructuarius ille proprietario ipsius feudi re- stituere finito usufructu: & sic talis usufructuarius non faciet thesaurum suum nisi quoad vsufru quandiu viuet. Bene. in repet. c. Rainutius. in verbo. cetera bona. nu. 30.

Conclusio CCLXXXII.

Pecunia quam percipit usufructuarius ex explanatione prothocolorum pertinet ad usufructuarium quo ad po-

testatem vtendi & fruendi duntaxat. sicuti & ipsa pecunia he- reditaria ipse vtitur. l. j. C. de vsu. sed non quo. l. ea pecunia reducta ex tali explanatione prothocolorum proprio iure ad ipsum usufructuarium pertinet. sed interim tanquam vsu- fructuarius ea pecunia vtetur. & usufructu finito reddetur proprietario. l. usufructu legato. ff. de vsuf. lega. Benedic. in verbo. cetera. num. 27. Bald. in l. diuortio. §. si fundum. ff. fol. matrimo. non enim est in usufructu id quod non renascitur: vt dicitur infra. deci. 308.

Conclusio CCLXXXIII.

Vsufuctuarius omnium bonorum & rerum non tenetur exoluere debita hæreditaria ex eo usufructu: sed si pecu- nia in hæreditate reperitur ex ea debita exoluenda erunt: quam pecuniam imprimis hæres detrahet priusquam red- dat vsufruuctum & ex ea pecunia æs alienum exoluetur. quod si nulla sit pecunia. venduntur mobilia & tandem immobilia vsue ad satisfactionem debitorum: & sic vterque tam vsu- fructuarius quam proprietarius exoluet debita: quia de reb- venditis usufructuarius perdet vsufruuctum. & hæres pro- prietatem. & hæc opinioem firmat Bene. in verbo. cetera. nu. 44. in rep. c. Rainutius. per l. usufructu. ff. ad leg. Falci. contra Bart. opinionem. & eam opinionem vt communem approbat. Dec. consil. 590. per l. si. ff. de usufructu lega.

Conclusio CCLXXXIII.

Vsufuctuarius tenetur soluere collectas. tributa & tal- lia. & alia onera realia pendere tempore vsufruuctus. l. hætenus. & l. si pendentes. §. si quid. ff. de vsuf. sunt enim huiusmodi onera fructuum. & ad que onera. is qui percipit fructum. tenetur: & sic. ad expensas que fiunt per transitum exercitus. d. §. si quid.

Conclusio CCLXXXV.

Donatarius omnium bonorum si donator non sit sol- uendo. vel si nullus hæres reperitur. ex æquitate tene- bitur creditoribus donatoris qui creditores agere poterūt contra ipsum donatarium omnium bonorum etiam actio- ne personali nulla reuocatoria intentata Guid. Papæ decis. 105. & hoc ad circuitum euitandum. & ita tenet Benedic. in verbo. cetera. nu. 46.

Conclusio CCLXXXVI.

Vsufuctuarius certarum rerum. & cui relictus est vsu- fructus rerum aliquarum. non tenetur ad debita hære- ditaria que hæredem sequuntur. non usufructuarium parti- cularē. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. l. si in si. ff. de vsuf. lega. Bene. in verbo. cetera. nu. 43. & Bart. in d. l. si.

Conclusio CCLXXXVII.

Vsufuctus relictus sub quota bonorum. vel rerum. vt lego bonorum meorum vsufruuctum tertiæ partis. vel rerum mearum vel mercium non tenetur ad aliqua one- ra: & neque ea onera sequuntur usufructuarium quota bo- norum vel rerum. l. generali. §. fin. & l. si. ff. de vsu. lega. quia bo- na dicuntur deducto ære alieno. l. sub signatum. §. bona. ff. de verbor signifi. Bene. in rep. ca. Rainutius. in verbo. cetera bona. & Bar. in ea l. si.

Conclusio CCLXXXVIII.

Ad usufructuarium omnium bonorum transeunt actio- nes hæreditariæ actiue. per l. vxori meæ. ff. de vsu. lega. colliget enim usufructuarius interim debita tanquam p- curator hæredis in rem suam. in ipsum tamen usufructuariū actiones passiuæ non transeunt. neque exoluere ipsa debita ex solo usufructu tenetur. contra Barto. in l. si. ff. de vsu. lega. sed exoluentur debita de bonis hæreditarijs vt dictum fuit decis. 383. in hac parte. & hæc est opinio approbata & com- munis vt per Bene. in verbo. cetera bona. nu. 44. & sic ha- bet usufructuarius exercitium actionum hæreditariarū que sunt actiue. Dec. consil. 418. nu. 8.

Conclusio CCLXXXIX.

Ad usufructuarium omnium bonorum pertinent dam- na. foriscapia. pœnæ. multæ. cõdemnationes. & emo- lumētum sigilli. Sunt enim ea omnia fructus iurisdictionis. Bart. in l. si. folu. matri. per textum in cap. i. que sunt rega- lia. Bart. in l. j. C. de vsu. que reperit Bene. in rep. c. Rainu- in verbo. cetera. nu. 36. & ad eum etiã pertinent Laudimia. Oldradus consil. 24.

Conclusio CCXC.

Refert Benedic. in verbo. cetera. nu. 33. arresto Tholo- sano dictum fuisse ad usufructuarium omnium bonorū & ad proprietarium insimul pertinere facultatem creandi officarios. & iuramentum recipiendi à consilibus. & ab alijs officarijs.

Conclusio CCXCI.

Ad usufructuarium pertinentius & facultas petendi seu da vel rem datam in emphyteusim, si illa res cadit in commisum propter deueria non soluta, vel propter delictum commissum ab eo qui eam rem tenebat: & tali re ille usufructuarium gaudebit quamdiu durabit usufructus: quo finito commissum illud ad proprietarium redibit, & intus pro prietas feudorum. Bened. in d. verbo. ca. tra. nu. 33.

Conclusio CCXCII.

Si maritus rem dotalem de facto vendiderit, vxor constan te eo matrimonio non poterit eam rem vendicare: quia maritus vxore viuente est dominus rerum dotalem. l. doce ancillam. C. de rei vendi. vnde de facto vendere potuit re dotalem. Bald. in ea l. doce. & si forte ipsa vxor agere voluerit, excludetur a rei vendicatione. ita Bald. ibi. & in l. si praed. C. de iure dor.

Conclusio CCXCIII.

Dominium rei alicuius potest probari non solum per instrumenta, sed & per testes & per indicia. l. cum super. & l. indicia. C. de rei vendi. vnde dominium probabitur per testes deponentes de fama & voce publica dum tamen illa sit de longissimo tempore, & quod audierunt talem rem emptam fuisse a talibus praedecessoribus, & demum possitam fuisse per longum tempus, & quam rem illi praedecessores tenuerunt tanquam domini. Bald. in d. l. indicia. & ibi Paul. Castr. in fin. Non tamen sufficeret si solum testes dicerent qd talis talem rem tenebat tanquam suam. Socin. consilio 89. Abbas in c. cum ad sedē. de re lit. spoliat. sed debent deponere de facto longinquo. Salicet. in l. proprietatis. C. de proba tionib.

Conclusio CCXCIII.

Is qui nondum conceptus est tempore mortis illius de cuius successione agitur, non debet illi ab intestato, neque ex propria persona sua potest venire ad illius successione, nec de iure civili, nec de iure pratorio. l. si quis filio ex heredato. ff. de iniur. rupt. nam ille qui postea fuit genitus, nusquam fuit continuus mortuo, cum nondum esset in rerum natura. l. j. §. proximior. ff. vnde cognat. verum est ff. de bo. posses. secund. tabul. Bened. in verb. & si tales. nu. 38.

Conclusio CCXCV.

Conceptus post mortem aui de cuius successione agitur, licet ex sua propria persona non possit venire ad illius sui aui successione, tamen ex persona sui patris qui erat filius iam defuncti poterit venire virtute transmissionis, puta mortuo aui ante conceptionem nepotis: successio eius defuncti filio defertur, qui filius demum moritur conce pro posthumo: eo enim casu ille posthumus natus ex persona sui patris venire poterit ad aui hereditatem. Nam pater eius moriendo transmittit sui patris hereditatem ad suum filium nunc conceptum. l. j. C. de his qui ante apert. tabu. nam haereditas non agnita, sicuti transmittitur ad suos iam natos, ita & ad eos posthumos, qui demum nascuntur. & hac est communis opinio quam ponit Bened. in verbo, soboles. nu. 39.

Conclusio CCXCVI.

Si quis presbyteris loci suae originis, aut alijs quolibet anno reliquerit certum quid, quamuis demum numerus presbyterorum auctus fuerit, nihil tamen debebitur alijs qui erunt ultra numerum, qui erat tempore testamenti. Bald. in l. non modus. C. de ferui. & aqua. quem sequitur Bened. in verbo, soboles. nu. 54. in rep. ca. Rainutius. de testa.

Conclusio CCXCVII.

Si fumerius promiserit coquere panem Titio & eius familiae pro certa annua pensione, & demum aucta fuerit familia, non tenebitur coquere pro eadem mercede. l. as. in l. fin. de verbor. signif. est quidem verum, qd de iure stricto tenebitur ad coquendum familiae iuxta conuenta quantumuis aucta sit familia, cum omnes sint de familia. l. pronuntiatio. §. familia. ff. de verbor. signif. Officio tamen iudicis illi subueniendum esset, vt non teneatur ultra familiam quae tunc erat: vel aucta familia teneatur dominus dare maiorem mercedem. c. quanto. de censib. per l. non modus. C. de feruitur. & aqua. & ibi Albe. de Rosa. l. aso. in l. quominus. num. 22. ff. de sumi. vbi tenet hanc partem quam dicit aequiorem & in iudicio seruanda. idem Boeri. deci. 213. nu. 9. Bened. in verbo, soboles. nu. 55. in rep. ca. Rainutius.

Conclusio CCXCVIII.

Quantumuis in contractu societatis dictum & conuen tum fuerit vt superuiuens succedat praemortenti, sub

intelligitur tamen si ille praemortens decedat sine liberis: quia tunc liberi succederent & excluderent superuiuentem. l. cu acutissimi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. substit. & resit. Masueri. in titulo de societate. & Boeri. decif. 24. nu. 2.

Conclusio CCXCIX.

Pater non obligatur pro filio qui contractum aliquem gessit etiam si fuerit praesens, & consentiens, nisi expressè se obligauerit. l. Lucius. §. idem scribit. ff. ad munic. quare ad hoc vt pater obligetur & remaneat obligatus pro talico tractu gesso per filium, non sufficeret qd in contractu apposita sint ea verba, patre praesente & consentiente, nisi etiam apponantur ea verba, & expressè se obligante. Io. de Platea, in l. j. de decurio. lib. x. C. Soci. confi. 20. Boer. deci. 221. numer. 10. obligatur tamen pater de peculio, vel de in rem verso, vt ibi Boeri.

Conclusio CCC.

Pater ex contractu filij tenetur de peculio pro quo statim potest conueniri etiam filio non discusso. l. j. ff. de pecul. Bart. & doct. in l. cum filius. ff. de verbor. obligat. Boer. decif. 221. nu. 6.

Conclusio CCCI.

Si filius familiaris officium publicum autoritate & utilitate exerceat, vt est officium decurionatus, consulatus, consularij, aduocati, aut procuratoris regij, aut alterius officij, cum tacita patris voluntate, vt quia pater scit, & non contra dicit, & pater eo casu pro filio tenetur tanquam illius fideiusor: prius tamen excusso filio. l. j. & ibi glos. ff. ad munic. l. j. & ibi Io. de Platea, de decu. lib. 10. C. Boer. deci. 221. nu. 7. Obligatur enim pater pro filij administratione, qui filius illud officium exerceat patre consentiente: & inquam pater obligatur reipublicae & non priuatis hominibus, tametsi eos filius laeserit in officio. l. j. & ibi Bal. de filijsfamil. & quemadm. pater. lib. 10. C. nisi de peculio de quo pater tenetur ipsis priuatis, quos laesit filius. & l. j. de periculo eorum qui pro. lib. 10. C. Boer. decif. 221. nu. 7. quod non procedit vbi filius esset emancipatus, pro quo tunc pater non teneretur, quia ille publicum officium exerceat. l. j. de filijsfamil. qui offic. & procedant superiora vbi tale officium deferretur filio de iure communi, tunc pater teneretur: secus si de iure speciali, & pater eo casu non teneretur. Boer. eo loco. num. 8.

Conclusio CCCII.

Pater qui in acceptatione officij facta per filium in potestate contradixit, non teneretur de aliquo casu. l. j. ff. ad munic. l. filius. de decu. lib. x. C. nisi de peculio. l. j. de filijsfamil. lib. x. C. Boer. deci. 221. nu. 9.

Conclusio CCCIII.

Pater pro filio qui exercuit officium tutelae testamentariae & fuit tutor testamentarius, non tenetur pro filio quauis fuerit tunc ipse pater nisi de periculo, aut de in rem verso. l. Lucius. in princ. & ibi Barto. ff. de adminitr. tutor. Boer. deci. 221. nu. 10.

Conclusio CCCIII.

Pater pro filio qui tutelam datam administravit, & qui filius fuit tutor datius, si pater fuerit sciens, videtur tacite fideiubere & pro filio in demeritatem promittere: non poterit tamen pater conueniri nisi excusso filio. l. fina. de decurio. lib. x. C. l. j. de filijsfamil. lib. x. C. & hanc opinionem communi esse asserit Boer. deci. 221. nu. 10. quauis aliqui voluerint patrem non teneri nisi expressè consenserit, sed superior opinio communis est.

Conclusio CCCV.

Si filius iussu aut patris mandato expresso quodcumque officium acceptauerit, vel quemcumque contractum ille filius fecerit, pater vt principalis, & legalis fideiusor tenebitur, siue filius peculium habuerit siue non. l. j. §. quid ergo. ff. quod iussu. l. j. ff. de mune. & hono. lib. x. C. ita vt pater ante filium possit conueniri. Boer. deci. 221. nu. 10.

Conclusio CCCVI.

Pater in solidum ex contractu filij tenetur, si iusserit, vel mandauerit talem contractum fieri ipsi filio: aut si pro eo fideiussor sit: aliàs non teneretur pater nisi de peculio, aut de in rem verso. l. si mandator. C. quod cum eo. vbi ea tria comparantur: iussus scilicet, mandatum & fideiussio. Bald. Paul. Castr. & Sali. in ea l. Boer. deci. 221. nume. 13. aliàs pater non teneretur per eum titulum, ne filius pro patre.

Conclusio CCCVII.

Edula a filio cognita, & q scripta sit vel sua manu, vel manu sui patris, nocet patri, ac si verè per testes illa cedula fuisset probata, cum equiparentur vera probatio, & spontanea filij confessio, siue recognitio, cum deponat de suo facto. & vtrumque praedictum patri. Bart. in l. cum filiusfamil. ff. de verbo. obli. Boer. decif. 221. nu. 17.

la fuisset probata, cum equiparentur vera probatio, & spontanea filij confessio, siue recognitio, cum deponat de suo facto. & vtrumque praedictum patri. Bart. in l. cum filiusfamil. ff. de verbo. obli. Boer. decif. 221. nu. 17.

Conclusio CCCVIII.

Quod renascitur est in fructu: quod si non renascatur, non est in fructu. l. diuortio. §. si fundum. & ibi Roma. ff. sol. matr. quia ille non est fructus rei qui semel recipitur, & in cursu temporis non reuoluitur. d. §. si fundum. Bart. in l. quendam. §. nihil. ff. de eden. vnde pecunia quae percipitur ex prothocolis non dicitur in fructu: quia talis pecunia semel soluta non renascitur. Bart. in d. §. nihil. arbores autem ceduae sunt in fructu cum renascantur. qd si non renascantur, non sunt in fructu, sicuti & lapidicines, quae renascuntur, sunt in fructu, aliàs non. d. §. si fundum. & in summa quod semel recolligitur, & non renascitur, non dicitur in fructu. Boer. decif. 224. num. 44.

Conclusio CCCIX.

Vendito fundo censentur venditi fructus pendentes: cum illi sint pars fundi. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empt. & ex tali venditione fundi cum fructibus debetur laudimium exoluumum pro integro pretio. l. ac. de Arc. in l. qui concubina. §. si fundum. ff. de leg. ij. Guid. Papae sing. 492. lunt enim fructus solo coherentes vna res cum fundo, & pars ipsius fundi. d. l. fructus secus si fructus essent a solo separati, & vna cum fundo fructus ipsi venderentur, nam laudimium ex illis fructibus se paratis non deberetur, sed deducenda esset aestimatio eorum fructuum. Boer. decif. 229. num. 3.

Conclusio CCCX.

Vendita domo vno pretio vna cum vtensilibus & alijs mobilibus in ea domo existentibus & affixis domui, vel alijs non affixis, ibi tamen positus vt perpetuo sint, censentur vendita vna cum ipsa domo. l. Iulianus. §. si. ff. de actio. empt. & laudimium ex integro pretio debetur. Boer. decif. 229. num. 3.

Conclusio CCCXI.

Vendita domo ea quae non sunt affixa domui vel mobilia quae ibi sunt, non vt ibi sint perpetuo, non censentur vendita. l. caetera. §. hoc tenatur. consultum. 2. ff. de leg. i. ob id laudimium ex toto pretio non debetur, sed fiet aestimatio mobilitum, quae non sunt affixa domui, vel quae ibi non sunt apposta vt perpetuo adsint, & ex reliquo laudimium debetur. Boeri. deci. 229. & hoc vbi cum domo ea superiora sunt vendita.

Conclusio CCCXII.

Si creditor in iudicio probet se mutuas se frumentum alicui, & non probet quantitatem, eo casu super quantitate frumenti, & habitis quibusdam indicijs vel coniecturis iuramentum ipsi creditori erit deferendum. Cepola cautela. 274. Boer. dec. 245. in fi. idem de pecunia dicendum est. Alex. cof. 69. in 2. vol.

Conclusio CCCXIII.

Si quis testes in iudicio produxerit, quamuis demum illis non vtatur, & neque examinari curauerit, si demum illi testes iam producti a parte aduersa reproducuntur, non poterunt per eum qui iam produxit reprobari neque reijci: quia testes producendo satis quis eos videtur approbare, & sufficit qd illis potuerit vt. l. 3. ff. quod quisque iuris. per l. si quis testibus vsus. C. de testi. & ibi latē Paul. Castren. & Salicet. & Masueri. in sua practica. in titu. de testi. versicul. item contra. nisi ex causa quae de nouo superuenit: quia tunc possent illi testes semel producti reprobari. d. l. si quis. & ibi doct. vel si adesset causa ex antiquo qua ignorabatur tempore productionis. Boer. dec. 245. nu. 3. & 4.

Conclusio CCCXIII.

Index non poterit repellere testem etiam infamem si pars hoc non petat, & si obiectus non proposuerit: quia hoc iudicium in Francia non datur, nisi fuerit postulatum. & ita de consuetudine seruati asserit Rebuff. in tractatu de reprob. testi. artic. v. & gl. vni. nu. 10. nullus enim a testificando repellitur excepto seruo, & impubere. quare contra testes quauis infames proponi debet obiectus, alioquin dictis testium est standum. ita Aug. in §. sancimus. nu. 4. de testi. in authent. & nisi testes se infames dicerent: nam tunc cum hoc iudicio constaret talem testem infamem esse, posset eum repellere etiam absque alia propositione obiectus. Ang. in eo loco & hoc procedit in obiectibus inductis in odium testis: secus in obiectibus inductis in fauorem partium, & qui concernunt eorum fauorem: quia tunc illi obiectus proponendi essent a

parte. vt si testis sit consanguineus partis aduersae, quae consanguinitas debet a parte proponi. ita Aufre. in tractatu de testium reprob. §. canonicus. versu. quarto limita.

Conclusio CCCXV.

In licitationibus quae publice fiunt vnus plus obtulerit, & demum illud non potuerit offerre aut dare fideiussores vel ille vltimus licitator renunciet suae vltimae oblationi poterit liberari soluendo summam per eum superadditam qua vocamus Follenchere, vel stultam incariationem. & alius qui reperietur plus obtulisse, remanebit obligatus quousque alius plus obtulerit intra praefixum terminum datum ad plus offerendum. & ita obseruari per totum regnum Francie asserit Boer. decif. 288. num. 2. hac tamen Follenchere non habet locum nisi in rebus quae sunt principis, vt asserit magister in tractatu, des criees, chapitre. 36.

Conclusio CCCXVI.

Bellum adnumeratur inter casus fortuitos. l. ex cōducto. §. si vis tempestatis. ibi, aut si incurfu hoitium. ff. loca. & ibi Bal. & Salice. Boer. deci. 249. nu. 3. quod verum est nisi tempore contractus potuerit bellum prauideri: quia tunc culpe annumeretur. Bal. in §. vassalli. in titu. de pace Constant.

Conclusio CCCXVII.

Vestigal fisci non debet locari pro minori spatio trienij. l. penes. C. de vestig. & com. & ibi Bald. & Sali. Boer. dec. 249. in princ.

Conclusio CCCXVIII.

Firmarij vestigalium si tempore conductionis lucrum alij quod consequuti fuerint tenentur post tempus conductionis reconducere si tanti procuratores fisci non possent alij locare. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. nisi finita cō. iuditione subesset pestis, aut bellū, vel timor belli. Boer. deci. 249. in princ.

Conclusio CCCXIX.

Firmarij vestigalium vel pedagiorum possunt petere diminutionem mercedis, & quae diminutio illis fieri debet propter bellum, aut pestem, vel propter belli timorem: ex quo talis contractus est locatio quae certo pretio facta fuit soluendo singulis annis. l. si vno. in princ. ff. loca. Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. & qd in tali locatione vestigalium sit facienda remissio, probatur ex d. l. si vno. & ibi Bal. & Sali. Guid. Papae deci. 249. Ioan. de Ripa in tract. de peste. 2. par. nu. 37.

Conclusio CCCXX.

Emphyteuta si propter bellum nihil potuerit colligere ex fundo quem tenebat in emphyteusim sub censu annuo, non tenebitur ad eum censum exoluedum, dummodo ille census annuus esset notabilis quantitatis aut pecuniae: se cuius autem si esset census paruae quantitatis, qui nullo modo propter bellum remittendus esset. Bald. in l. j. versu. si propter sterilitatem. C. de iure emphy. cuius Bald. dictum refert Mo. nachus super deci. Guid. Papae decif. 630. si tamen vno anno nulli essent fructus, altero autem anno extarent fructus abundantes, supplenda esset pensio anni praeteriti cum vbertate anni praesentis vt ibi.

Conclusio CCCXXI.

Pestis connumeratur inter casus fortuitos. Bald. & Sali. in l. quae fortuitis. C. de pign. actio. Fracif. de Ripa in tractatu de peste. parte. 2. nu. 47.

Conclusio CCCXXII.

Conducens domum vel gabellas tempore pestis, vel belli, non poterit demum allegare casum pestis vel belli. na ea promissio quam quis facit de soluendo pensioem debet intelligi secundum statum temporis, qui status vigeat tempore eo quo conducit. Ioan. de Ripa in tracta. de peste. part. 2. Bald. in l. si ea lege. C. de vsu. neque enim fieri debet pensio nis remissio propter bellum quando bellum erat tempore contractus. Deci. confi. 312.

Conclusio CCCXXIII.

Post perfectum contractum emptionis periculum rei emptae spectat ad emptorem. l. id quod. & l. necessarii. ff. de peric. & commo. rei vendit. l. j. C. de pericu. & commo. rei venditae.

Conclusio CCCXXIII.

Quando venditur spes, seu futurus euentus rei alicuius, periculum est emptoris etiam si nihil percipiat. l. si iactum. ff. de actio. empt. l. nomine. & l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. emendo quis spem videtur in se suscipere omne periculum. l. si quis fundum. ff. loca. Ioan. de Ripa in tract. de peste. par. 2. nu. 42.

Conclusio CCCXXV.

Vbi in contractu constituitur pretium annuum vel mensurum pro fructibus, talis contractus dicitur contractus locationis. Bar. post glo. in l. j. C. de iure emphy. Soci. consil. 156. vbi inquit eam esse communem opinionem. & Boeri. decif. 249. nu. 11. & hoc procedit siue contrahentes vti fuerint verbo locationis, siue verbo venditionis, vt quia dictum sit, talis vendidit redditus illius rei pretio tali constituto singulis annis vel singulis mensibus: talis contractus semper erit contractus locationis. magis enim natura contractus est attendenda quam verba ipsius contractus. l. si olei. C. loca. Bart. in disputatione sua incipiente. Publicanus. quem sequitur Soci. consil. 88. lib. j. Alex. consil. 3. lib. j. lo. de Ripa in tractatu de peste. part. 2. nu. 36. & in tali contractu fieri debet remissio mercedis adueniente casu. Cor. consil. 23. num. 5. in 2. vol. & de Ripa in eo loco, sicut fieri debet remissio in contractu locationis, per l. si vno. ff. loca. si casus eueniat.

Conclusio CCCXXVI.

Si quis sub vno pretio redditus rei alicuius vendiderit in plures annos, erit verus contractus emptionis ille contractus sub ea forma celebratus: & consequenter ad emptorem spectabit periculum. Boer. decif. 249. in fi. de Ripa in tract. de peste. par. 2. nume. 39. Alex. consil. 108. vol. 3. Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos. nu. 4. ff. de public. & neque fiet mercedis remissio quauis vno anno coniungat sterilitas vt ibi per Bar. & Corn. consil. 23. nu. 5. in 2. vol.

Conclusio CCCXXVII.

Locatio iudicabitur si quis redditus rei alicuius vendiderit sub vno pretio, si solutio per tempora diuisa sit: quia tales solutiones ita diuisa reddunt talem contractum, contractum locationis: & hoc quando solutiones sunt vniuersales: secus si solutiones essent difformes: quia tunc contractus emptionis esset, de Ripa in tract. de peste. par. 2. nu. 44. est enim contractus locationis iudicandus, quando pretium constitutum est vnum quod annuatim est soluendum. erit autem contractus emptionis si sit vnum pretium exoluumdum difformiter plus scilicet anno vno quam alio: & plus vna solutione quam alia. Bart. in disputatione qua incipit, Publicanus. & de Ripa loco quo supra.

Conclusio CCCXXVIII.

Salarium doctoribus rege. ribus debetur integraliter pro toto anno quamuis propter pestem non integraliter, & per totum annum legentur. l. qui operas. ff. locat. l. j. §. diuus. ff. de varijs & extra. & ibi Bar. Inno. & Imola in cap. propter. de loca. qui ibi inquit nec teneri communiter. quod app. p. o. bat de Ripa in tract. de peste. par. 2. nu. 87.

Conclusio CCCXXIX.

Si quis plures res infimul vendiderit, vel sub vno pretio, vel sub diuersis, dominus feudi vel alius dominus directus non poterit iure prelationis vnam ex illis rebus redimere. l. an pars. ff. pro delicto. l. quidam elogio. C. de iure deli. Boer. decif. 231. versu. tum etiam proximo. Nam totum illud habetur pro vno contractu, quamuis plures res diuersis pretijs vendite sint: alijs dicere possit emptor se non emisse alias res sine illa. Boeri. decif. iam dicta versu. volens illi plus.

Conclusio CCCXXX.

Sententia lata contra reum non nocet fideiussori, dummodo non sit fideiussor de iudicio sisti, nec sententia lata contra vnum ex tutoribus nec contra vnum ex correis nocet alteri fideiussori, nec contutori, nec correo, qui non fuit citatus in ea causa. l. si C. de fideiuss. Soc. consil. 283. num. 13. & 14. part. 2. idem in laudo quod latum contra principalem non nocet fideiussori. Dec. consil. 400. in fi. & neque nocent acta ibi facta ipsi fideiussori non citato. Corn. consil. 211. in 3. vol. num. 6.

Conclusio CCCXXXI.

Mater data tutrix filijs primi matrimonij si secundo nubat perdit tutelam, ita vt quamuis denuo efficiatur vidua, non poterit reassumere tutelam suorum filiorum primi matrimonij, & hoc secundum magis communem opinionem, cuius meminit Boer. decif. 256. versu. fed contrarium videtur. quod procedit etiam si illa mater relicta fuerit tutrix in testamento a suo primo marito. Nam cum suspecta, a tutela abierit per transitum ad secunda vota, talis suspicula semper durare presumitur, Masue. hanc opinionem tenet in titulo de tutore, §. item si mater. & ibi tenet qd mater que iam tutelam filiorum suorum primi matrimonij perdidit per transitum ad secunda vota, non poterit eam recuperare etiam mortuo secundo marito, quod procedit nisi illi filij nullum

alium possent reperire tutorem: quia tunc in subsidium mater nunc vidua admitteretur. Boer. decif. 266.

Conclusio CCCXXXII.

Mater que habet curam, seu tutelam filiorum suorum quamuis ea secundo nupserit, & neque curauerit proindere filijs suis de tutore, sed & neque rationem reddiderit, non propterea priuatur his que a patre filiorum sibi donata fuere, & hoc obseruari asserit Masue. in titu. de tutore, §. item si mater.

Conclusio CCCXXXIII.

Mulier simulatq; contrahit sponsalia cum secundo viro, perdit tutelam filiorum suorum: quia iam est constituta in potestate sponsi, & ita de consuetudine obseruari asserit Masue. in titu. de tutore, §. item si mater. quamuis de iure per sola sponsalia etiam per verba de presenti non perdat nisi copula fuerit subsecuta. ita Boer. decif. 266. & neque perdit successione filiorum contrahendo sponsalia per verba de presenti nisi copula carnalis subsecuta fuerit contrahendo sponsalia per verba de presenti. Boer. ibi. nu. 4.

Conclusio CCCXXXIII.

Maritus vxorem suam instituens heredem cum qua sine liberis per longum tempus vixerat, eam grauauit de restituendo hereditatem Caio, si decedat sine liberis, si demum mortuo marito ea mulier nupserit, & liberos ex secundo marito habuerit, tales filij non excludunt substitutum: quia presumendum est testatorem intellexisse de liberis ex se natis, & ex suo matrimonio & non ex alio. l. sed & si hoc. & l. placet. & ibi Bart. ff. de libe. & posthum. & Paul. Castr. ibi. Boeri. decif. 276. vbi inquit ita fuisse iudicatum.

Conclusio CCCXXXV.

Accusatione pendente super aliquo crimine, etiam super crimine heresis, vel lase maiestatis non interdicitur bonorum administratio ipsi accusato. l. post contractum. & ibi Bart. ff. de dona. Bald. & Salicet. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxor. & ita conclusum fuisse asserit Boer. decif. 277. est quidem verum qd in crimine heresis vel lase maiestatis bona sunt ipso iure confiscata a die commissi delicti: non tamen fiet executio seu bonorum apprensio nisi post latam sententiam. l. cum secundum. de heret. l. fin. de heret. l. quisquis. ad leg. Iuliam maiesta. Boer. decif. 277. num. 12. nisi quis accuseretur de crimine commissio in officio: quia tunc ille talis accusatus de tali crimine in officio commissio, retinet quidem officium, sed interim lite pendente interdicitur ei administratio. quare ea superior regula intelligi debet vbi quis accusaretur de crimine commissio extra officium: quia tunc talis accusatus lite pendente non debet priuari. Bart. in l. libertus §. in questionibus. ff. ad municip. Bened. in repet. c. Rainutius. in verbo, mortuo. j. nu. 3. de testamentis.

Conclusio CCCXXXVI.

Arbitri a partibus sine appositione diei & termini, & sic simpliciter sint electi, eorum potestas perpetuo durat, & neque triennio terminatur, nisi lis coram ipsis fuisset contestata. quia post litem contestationem instantia triennio periret. ita concludunt Alex. Soci. & las. in l. si quis arbitratus. ff. de verbor. oblig. & tunc consultur partibus, vt aedeant iudicem ad hoc vt praefiguratur terminus ipsis arbitris ad compromissum dicendum. Boer. decif. 285. nu. 8.

Conclusio CCCXXXVII.

Arbitratores electi a personis sine assignatione termini possunt semper pcedere: quia officium eorum ppetuo durat & post litem contestatam & ante. Alex. & las. in l. si quis arbitratus. ff. de verbor. obligationib. possent tamen iudex ordinarius ad partium requisitionem praefigurare ipsis arbitris terminum ad terminandum negotium illud intra certum tempus. Boer. decif. 283. nu. 8. & 9.

Conclusio CCCXXXVIII.

Compromissum fieri potest simpliciter in totum sine appositione diei & termini. l. sed si compromissum sine die. ff. de arbit. c. Quintaualis. & ibi Bal. de iureiurand.

Conclusio CCCXXXIX.

Vbi tractatur de commodo pecuniario, vt de commodo hereditatis ad probandam mortem sufficere fama, vel rumor de morte alicuius, maxime si interueniant alia coniectura: vt si consanguinei de morte illius luctum fecerint, vel eum pro mortuo habuerint: & etiam vbi talis mortuus fuisset in loco de longinquo. Alex. consil. 172. nume. 8. in 6. volu. vbi autem ageretur de prauidicio irreparabili, puta de puniendo aliquem ratione homicidij, & tunc mors plene probanda esset. Alex. consil. 27. vol. 7.

Concl

Conclusio CCCXL.

Prorogatio termini non solum expresse, sed & tacite in compromisso fieri potest intra terminum: tacite inquit procedendo coram arbitris: cum mens partium in hoc sit attendenda. Boeri. decif. 283.

Conclusio CCCXLI.

Falsificans instrumentum vel corruppens testes in iudicio quod quis habet contra aliquem, non per hoc perdit causam. l. quoties. §. quoties. ff. de iure fisci. quem textum de stylo curiarum Francie approbati asserit Boer. decif. 291. nisi in causa fisci per dict. §. quoties. vel in causa beneficali: tunc falsificans, aut corruppens testes bene perderet causam. plene ibi Boeri.

Conclusio CCCXLIII.

Dilatio dari non debet nisi a parte petatur. l. prima. C. de data ad abbreviandas lites. nam tunc eam dilationem possent iudex dare, sed non ad probandum. Bar. in l. iij. §. hoc iudicium. ff. de dam. infecto. & asserit Boer. decif. 294. eam esse communem opinionem qd dilatio a iudice petenda est.

Conclusio CCCXLIII.

Liber rationum & computi debet in se continere, & in eo nominatim scribi debet ex qua causa talis summa fuit ad posita, per l. apponitores. de exacto. tribu. lib. x. C. & specialiter cui ea pecunia data fuit. l. neminem. de suscept. & arcar. libr. x. C. & pariter diem receptionis & traditionis. l. 2. de nauic. lib. xj. C. & ibi Bart. & Lu. de Pen. que omnia praemissa clare scribi debent: quia aliter bono modo comprehendere non potest an aliquid fraudis administratum sit. Boer. decif. 295. nu. 3.

Conclusio CCCXLV.

Maritus qui vxorem de adulterio accusauit, poterit quandoque ante sententiam vxorem suam adulterij accusatam sibi reconciliare, & accusationem reuocare: & per hoc ipsa vxor condemnationem euitabit. Post vero sententiam non poterit condemnationem euitare, sed suffraganda erit, & facta executione eam vxorem maritus poterit sibi reconciliare, & per hoc euitabit monasterij intrusionem. l. si vxor. §. sed & si qua. & l. quatuor. §. j. ff. ad leg. Iul. de adult. authent. sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult. & hoc ne arrestum sit illud rium: quod esse non debet. l. si praetor. ff. de iudi. Albe. de Ro. fa. in d. authent. sed hodie. & ita conclusum fuisse refert Boer. decif. 298.

Conclusio CCCXLVI.

In muliere honesta & vxorata illi creditur asserenti se grauidam esse opera mariti, quinimo fauore matrimonij ita presumendum est. l. filium. ff. de his qui sunt sui iuris. l. sed si mulier. §. de functo. ff. de adult. quis enim natus ex matrimonio praesumitur filius eorum inter quos est matrimonium, & ille est modus probandi filiationem ex matrimonio. d. l. filium. & sic natus ex vxore in domo mariti, filius praesumetur ipsius mariti, quamuis collet ipsam vxorem ab alio fuisse cognita. d. §. de functo. Boer. decif. 299. nisi maritus remansisset absens, vel detentus in infirmitate per tantum tempus, vt cessanda esset talis praesumptio iuris.

Conclusio CCCXLVII.

Non statur dicto matris asserentis filium natum in matrimonio esse alterius quam mariti, nec etiam si pater ita diceret talem non esse suum filium. l. imperatores. §. si. ff. de proba. adde qd non statur asserenti etiam iuratae patris vel matris asserentis tale non esse suum filium. l. iij. §. j. ff. de iureiur. & ibi Angel. Paul. de Castro & las. Panormitanus in c. per tuas. de proba. & hęc est communis opinio vt refert Boeri. decif. 299. numero 6. & quod magis est si quis vellet probare talem filium non esse filium mariti, non deberet admitti ad illud probandum, cum ea sit iuris praesumptio, vt natus ex matrimonio sit filius eorum inter quos est illud matrimonium. d. §. de functo. nisi maritus fuisset vel absens vel infirmus per tam longum tempus, vt talis infirmitas vel absentia faceret cessare iuris praesumptionem, per eum §. de functo. & Boeri. in ea decif. & Corneus consilio 137. volumine 2. numero 8.

Conclusio CCCXLVIII.

Non statur dicto mulieris non vxorate asserentis se ex tali grauidam esse, nisi contra eam probaretur a quo ea mulier se dicit grauidam, qd ille in sua domo eam tenebat vt suam concubinam: tunc bene his probatis dicto mulieris standum esset: & talis filius natus praesumeretur eiusdem patris. Panor. & Fel. in c. per tuas. de proba. Albericus de Rosat. in d. l. filium. qd si illa mulier seorsum habitasset & non in do-

mo illius ex quo se asserit praegnantem, illius dicto tunc non standum esset, nisi eo casu probaretur quod ille talis eam tenebat extra suam domum: & quod ille talis assidue conuersabatur cum ea. si tamen ille vir ita accusatus probaret alijs accessum ad illam habuisse, audiendus esset. & hęc vera sunt vt per Boerium decif. 299. nume. 12. & Franciscum Marc. decif. 457. parte 2.

Conclusio CCCXLIX.

Non statur dicto mulieris asserentis se grauidam esse ab aliquo, qd ea mulier esset meretrix, aut quantonaria & ad quam alij poterant accedere, & ad quam ille qui accusatur, non poterat semper pro sua voluntate accedere cum sui copiam alijs exhiberet, licet tamen non omnibus. ita Boer. decif. 299. nu. 12.

Conclusio CCCL.

Per vulgarem substitutionem testatori succeditur, & in suis bonis, & non heredibus instituto, & in suis bonis. Gul. Benedic. in rep. cap. Rainutius in verbo, si absque liberis. in materia vulgaris substit. nu. 4.

Conclusio CCCLI.

Si pater vxorem praegnantem habuerit, & in suo testamento ita dixerit, filium nasciturum heredem instituo, & si heres erit, & in pupillari aetate deceaserit, talem substituo, si filius nascatur, viuis substitutus admittitur quamuis substitutio non fuerit facta in eo casu, si filius non nascetur. l. ab hereditate. §. in. ff. de leg. i. vbi substitutio pupillaris facta posthumo comprehendit etiam tacitam pupillarem posthumo non nato. l. pe. & si. ff. de ven. in spi. Boer. decif. 38. idem si testator ita dixerit, instituo posthumum, & si moriatur in pupillari aetate talem substituo. nam si filius non nascatur, substitutio admittitur. substitutio enim facta posthumo si moriatur, & sic in casu posthumi morientis habet locum etiam posthumo non nato. Soci. consil. 52. num. 3. j. vol. Dec. consil. 227. & Alex. consil. 188. vol. 2. Gul. Benedic. in rep. c. Rainutius in verbo, si absque liberis. in materia vulg. substit. nu. 29. las. in l. j. ff. de vulg. num. 28. & 59. vbi inquit eam esse communem opinionem.

Conclusio CCCLII.

Si bona rebellium sint concessa tempore rebellionis alijs personis, pace demum facta ea bona primis dominis sunt reddenda. est textus quem Bald. in hoc facit singularem in extrauaganti, de pace Constantiae in verbo, priuilegia. quia pax non solum habet vim simplicis indulgentiae, sed & restitutionis in integrum. Soci. consil. 58. Boer. decif. 38. numero 7.

Conclusio CCCLIII.

Si scilicet facta fuit substitutio ppediosa, decedat viuo testator, substitutus admittitur ex tacita vulgari comprehensa sub compendio. Corn. consil. 297. numero, 11. j. vol. Boer. decif. 38. numero, 19. vnde testator filiam suam heredem vniuersalem fecerit, & si sine heredibus decedat, voluit bona sua venire ad suam vxorem, si viuo patre filia decedat, substitutus admittitur ex vulgari tacita comprehensa sub compendio. & hoc ita esse confirmat multis argumentis Boer. decif. 38. nu. 17.

Conclusio CCCLIII.

Quando prima substitutio efficitur quasi caduca per mortem substituti, qui praemoritur, vel efficitur incapax, iuxta l. vnicam §. pro secundo. C. de cadu. tollend. tunc sequens in gradu admittitur, & est locus gradui sequenti. quod maxime locum habet in substitutione compendio. ita Masuerius in titulo, de successione. §. item notandum. & Guido Papa decif. 335

Conclusio CCCLV.

Quando plures fuerunt vulgare substituti, licet primus vel secundus deficiat, tertius demum admittitur. l. coheredi. iprin. & l. si Titius. ff. de vulg. Boer. decif. 38. nu. 21.

Conclusio CCCLVI.

Si quis sit substitutus alteri si decedat sine liberis, & sit deum questio an institutus deceaserit sine liberis inter substitutum & alios venientes ab intestato, pro substituto praesumendum erit, nempe institutum sine liberis deceasisse. l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebel. & ita concludunt ibi docto. per eum textum. Bar. & Ang. in l. qui duo. §. cum in bello. ff. de rebus dub. Boerius decif. 38. numero, 30. & si quis vellet contrarium dicere, incumberet onus probandi. cu. sit praesumptio pro substituto. Chassa. consilio. 19. numero, 12. & Alex. consil. 179. in fi. vol. 2.

Concl

Conclusio CCCLVII.

Si quis sit substitutus pupillariter instituto, si decedat in...

Conclusio CCCLVIII.

Hæc verba, si hæres erit, adiecta substitutioni compen...

Conclusio CCCLIX.

In rei vindicatione actor tenetur dominium probare. l. in...

Conclusio CCCLX.

Sententia quidem respicit libellum, seu eius conclusio-

Conclusio CCCLXI.

Quando sunt diuersæ opiniones hincinde probabiles,

Conclusio CCCLXII.

Si quis egerit rei vindicatione in forma communi, & in...

Conclusio CCCLXIII.

Agens rei vindicatione si se dicat dominum ex pluribus...

Conclusio CCCLXIII.

licet in actione reali admittatur libellus generalis, tamē...

Conclusio CCCLXXI.

Conclusio CCCLXV.

Agens actione reali à principio non cogitur causam re-

Conclusio CCCLXVI.

Si quis simpliciter vel generaliter egerit rei vindicatione...

Conclusio CCCLXVII.

Dominium ex pluribus causis diuerso tempore contin-

Conclusio CCCLXVIII.

Et quâuis dominium acquiri non possit ex varijs causis...

Conclusio CCCLXIX.

Dvbitans de validitate primæ collationis, seu institutio-

Conclusio CCCLXX.

Vsfructuarius non trāsmittit ius vsufructus in heredē,

Conclusio CCCLXXI.

Reus in executione arresti aut sententiæ potest excipere...

Conclusio CCCLXXXII.

Est iuris p̄sumptio q̄ quicquid vxor acquirat marito vi-

Conclusio CCCLXXXIII.

Exceptio quæ iam in vno iudicio ad vnum finem p̄posi-

Conclusio CCCLXXXIII.

Exceptio deductionis expensarum q̄ in re vendita factæ...

Conclusio CCCLXXXV.

Super sn̄am vel arrestū dictum fuerit, sine restitutione fru-

Conclusio CCCLXXXVII.

Si res aliqua in vim hypothecæ capta, demū subhastata &

Conclusio CCCLXXXVII.

Quando fieri debet diuisio alicuius partis in aliquo fun-

Conclusio CCCLXXXVIII.

Quando sylua datur in redditū, vel in vsufructū, tūc ille...

Conclusio CCCLXXXIX.

Diuisio inter fratres p̄sumitur si p̄ decem annos bona...

Conclusio CCCLXXX.

Quando socij separatim agere cœperint, ita vt quilibet...

Conclusio CCCLXXXI.

Tertius opponens in executione sententiæ impedit il-

Conclusio CCCLXXXIII.

Vxor nō tenetur viro negotiari nisi in obsequialibus &

Conclusio CCCLXXXIII.

Uxor nō tenetur viro negotiari nisi in obsequialibus &

Conclusio CCCLXXXIII.

Uxor nō tenetur viro negotiari nisi in obsequialibus &

Conclusio CCCLXXXV.

Iuramentum iudiciale per accusatorem reo deferri potest...

Conclusio CCCLXXXVI.

Iuramentum iudiciale à reo accusatori deferri potest quia...

Conclusio CCCLXXXVII.

Duo testes sufficiunt ad instrumentum reprobandum si...

Conclusio CCCLXXXVIII.

Instrumentum illud nō facit fidē, q̄ reprobatur ab vno teste...

Conclusio CCCLXXXIX.

Testamentum nō erit falsum, si duo testes de necessarijs...

Conclusio CCCLXXXIX.

Testamentum nō erit falsum, si duo testes de necessarijs...

par. 1. nu. 1. non q̄ tale testm̄ probet, sed vt defendatur à vi- tio falsitatis. hoc ita est vt testm̄ reddatur suspectū, & nō p̄- ber, & tamē vt falsum non reprobabitur. c. inter dilectos. de fid. inst. Soci. libi. immo si vnus ex septem testibus descripsi in ref. d. contradixerit tali testō. nō probaret tale testm̄: quia defecit probatio cum in testamentis debeāt esse septē testes numerarij. q̄ si septem illi testes numerarij pro testō depo- nant, & duo alij non numerarij contrā deponent, adhuc testamentum plene probaret. Soci. consi. 23. in 3. vol.

Conclusio CCCXC.

Si in instrumento sunt descripti quinque testes, & duo ex illis actū se dicūt interfuisse: tres vero dicūt q̄ nusquam interfuerunt, tale instrumentum non erit falsum, si illi duo deponant secundum tenorem instrumenti: quia tres illi nō probant de directo contra instrū, licet in dubio secus, iam enim per talem contradictionem fides notarij remanet dubia. ita Boer. deci. 118. nu. 18. & Cor. consi. 73. in 2. vol.

Conclusio CCCXCI.

Omnes pœne secundarum nuptiarū sunt cōes viris & vxoribus, demptis illis pœnis quæ imponūt ob festi nationē nubendi intra annum luctus, quæ solis mulieribus imponūt: alie vero sunt cōes, cum nō debeāt ad imparia iudicari maritus & vxor. authent. neque virū. C. de secū. nup. quare sicuti mater per transitū ad secunda vota priuatur lucris nuptialibus, & successioneibus ab intestato filij primi matrimonij quoad p̄prietatē: ita & pater perdit ea lucra & filiorū successioneē ab intestato quoad ipsam p̄prietatē. Soci. 2f. 34. in j. part. habet enim lex suspectum tā patrē quā matrē ad secunda vota transeūtē. & hoc quo ad bona q̄ ad filios prouenerunt ex substātia materna, vt ibi per Soci. nu. 7.

Conclusio CCCXCII.

Communis est illa opinio q̄ mulier vidua luxuriosē viuens extantibus liberis à prædefuncto viro, incurrit omnes pœnas quas incurrit secundò nubens. Bart. & doctor. in l. his solis. C. de reuocand. donat. per illum textum. docto. in cap. si. de secund. nupt. Panor. in capit. vxoratus de conuer. coniug. & sequitur Ioann. Nicolaus in l. generaliter. nu. 13. de secund. nupt. quod procedit vbi mulier vidua stuprū commisset intra annum luctus. aliā non. Ioan. de Garronibus in d. authent. iisdem pœnis. C. de secund. nupt. nu. 18. nisi ipsa mater tutelam acceptasset: nam tunc omnibus pœnis plecteretur, quibus & mulier secundò nubens. de Garronibus in eo loco. num. 21.

Conclusio CCCXCIII.

Si quis post contractum de cuius natura est alienare, reper tus sit eam rem possidere, quæ iam erat alienata, est iuris præsumptio q̄ talis p̄ctus est simulatus. l. sicut. §. superuacua. ff. qui. modis. pi. vel hypo. quæ regulari limitatur vt non proce dat, quando ille qui alienat, possidet mutata causa possessionis: tunc enim propter mutationem causæ ipsius possessionis cessaret ea præsumpta simulatio: & sic ea regulā habet lo cum vbi ille qui fingitur alienare rem ipsam possideret non mutata causa possessionis: ita Nicol. in l. generaliter. nu. 60. C. de secund. nupt.

Conclusio CCCXCIII.

Prohibitio alienationis facta, à contrahentibus in p̄ctu non impedit regulariter dominij translationem in acci- pientem, licet agatur ad interesse contra alienantem p̄pter pacta non seruata. l. si quis ita promiserit. §. ea lege. ff. de ver. oblig. & ibi Bar. & Iaf. post gl. ibi. quæ dat eam regulam quæ ab omnibus approbatur, cuius meminit Ioan. Nicolaus in l. generaliter. num. 46. in 2. part. verum per prohibitionē alienationis quæ fit in vltima voluntate bene impeditur alie- natio, & dominij translatio. Iaf. in l. si quis ita. §. ea lege. num. 20. & 21. ff. de verbo. oblig.

Conclusio CCCXCV.

Pater luxuriosē viuens nō priuatur lucro, nec successio- ne filiorum, & neque incurrit pœnas quas incurrit mu- lier luxuriosē viuens, & hæc est communis conclusio, à qua non est recedendum in iudicando & consulendo. Nicolaus in l. generaliter. C. de secund. nupt.

Conclusio CCCXCVI.

Prohibitio alienationis facta à lege impedit dñij transla- tionem. l. generaliter. C. de secund. nupt. & ibi Nicolaus. par. 2. nu. 48. quia factum contra legem est ipso iure nullū. l. non dubium. C. de legibus.

Conclusio CCCXCVII.

Communis est ea scribentium conclusio in l. j. C. de secū. nupt. q̄ pœnæ nubentium infra annum luctus sunt ho-

die correctæ per dictum Apostoli nubat in domino, de quo in eo c. si. de secund. nupt. tamen communiter tenetur q̄ illæ pœnæ non sunt correctæ in muliere quæ suscepta cura libe- rorum & tutela ipsorum, conuolauit ad secunda vota non pctito tutore filiis suis, nec reddita ratione ipsius tutelæ. Bar. Albe. & Io. Fabri, in l. j. & in authent. eisdem pœnis. C. de sec. nupt. Innoc. & Panor. in d. c. si. eo enim casu nō punitur mu- lier quia contraxit secūdo matrimoniū, sed q̄ nō fecit id ad quod per legē obligata erat, & quod sine impedimento sui matrimonij facere poterat. Nicolaus super primo dubio. n. 2.

Conclusio CCCXCVIII.

Mater quæ nupit non pctito tutore filio suo cuius tute- lam gerebat, & non reddita ratione illius tutelæ, nō suc- cedit illi filio si moriatur impubes. l. omnem. C. ad Tertul. §. si autem tutelam. in authent. de nupt. in authent. eisdem pœnis. C. de sec. nupt. Ioā. de Garro. in rubr. de sec. nupt. nu. 46. non succedat ergo mater filio suo in pupillari ætate defuncto, nec ab intestato, nec ex testamento iure substitutionis. d. l. omnem. & de Garro. in d. authent. eisdem pœnis. nu. 5. nisi ef- fer minor. quo casu excusaretur. d. authent. eisdem pœnis. & hoc si mater sola esset tutrix: quia si essent alij tutores, q̄ suf- ficerent, non teneretur alium tutorem petere, sed debet iu- dici notificare q̄ vult secundò nubere, & debet in manibus iudicis renuntiare tutelæ, & reddere suę administrationis ra- tionem. Deci. consi. 246.

Conclusio CCCXCIX.

Mulier secundò nubens priuatur proprietate lucrorum nuptialium quæ habuerat à primo viro. l. fœminæ. C. de sec. nupt. solo usufructu earum rerum sibi retento extan- tibus liberis ex eo matrimonio. §. si vero expectet. in authent. de nupt. & ita perdit earum rerū proprietatem vt in vnum ex filiis primi matrimonij non possit ea lucra transferre, & mi- nus in extraneos. ita Io. de Garro. in rubr. de sec. nupt. nu. 44. par. 2. & in summa alter ex coniugibus transeūdo ad secun- da vota perdit proprietatem lucrorum & donationum earū rerum, quas alter ex coniugibus ab altero habuerat. l. fœmi- næ. C. de secund. nupt. Boer. deci. 118. num. 7.

Conclusio CCCC.

Tacita pupillaris non excludit matrē quātumuis ad alia vota tranferit. hæc opinionem cōem eisdem asserit Ioā. de Garro. in rubr. de secund. nupt. nu. 45. par. 2.

Conclusio CCCCII.

Mulier quæ transit ad secunda vota nō pōt substituere filiis suis ex p̄lariter, quos filios ex primo matrimonio habuerat. Bar. Alex. & Iaf. in l. ex facto. ff. de vulg. q̄ opinio est magis cōis vt firmat Io. de Garro. in rub. de sec. nupt. nu. 47.

Conclusio CCCCIII.

In actione de dote nō habet locū aliqua reconuentio. §. ta- ceat. l. vnicæ. C. de rei vxorix actio. & ita in hoc cōcludit, vt per Io. de Garro. in rubr. de secū. nupt. nu. 101. nisi in casu quo mater tutrix filiorum tranferit ad secunda vota non reddita rōne suę administrationis. nā tūc matri dotē petenti poterit opponi exceptio, & ipsa dos retineri poterit donec rō reddita fuerit. Soci. 2f. 180. Io. de Garro. in rub. de sec. nup. n. 101. in 2. par.

Conclusio CCCCIII.

Quando mulier secūdo nubit de consensu suorū libero- rum euitabit pœnas inductas p̄ mulieres secundò nuben- tes in fauorē filiorum primi matrimonij. gl. in §. j. in ver. copulantur. in authent. de non eligen. secund. nuben. Ioā. de Garro. in rub. de sec. nupt. in 2. part. num. 4. verum in eo casu omnes filij debent consentire: alioquin non consentientib. illis acquireretur quod perditur per mulierē secundò nuben- tē vt in eo loco per de Garro. cessant etiam illæ pœnæ si mu- lier nubat de consensu sui mariti. Bald. in l. j. C. de sec. nupt. & in l. filium quem. C. famil. ercisc. & hæc Baldi opinio nō seruari asserit Io. de Ripa in rubric. de sec. nupt. num. 17. & quā do filij dicantur consentire, vide Dec. consi. 206.

Conclusio CCCCIII.

Licet pœnæ statutę p̄ mulieres secūdo nubentes ex l. j. C. de secund. nupt. infra annum luctus sint hodie correctæ per dictū Apostoli de quo in c. si. de sec. nupt. durāt tñ illæ pœ- nę p̄ viduas luxuriosē viuētēs itra ann. luctus, q̄ nō sunt cor- rectę. doct. in l. fororē. C. de his q̄ vt indi. & plenē de Garro. l. j. nu. 57. de sec. nupt. quod p̄cedit et si ipsa vidua p̄heret ma- trimoniū cū eo cui fecit sui copia: quia p̄ stuprū cōmissum p̄ viduā ius acquisitū est ipsi filijs primi matrimonij, q̄ ius demū nō pōt tolli. ita est ibi decisio & illa est cōis opinio te- ste de Garro. in authent. eisdem pœnis. nu. 16. C. de sec. nupt. q̄ si post annum luctus illa vidua stuprum committeret, nō perderet dorem. ita de Garro. in authent. eisdem pœnis. nu. 18.

Conclu

Conclusio CCCCIV.

Pœnæ omnes quæ imponuntur viduis secundò nubenti bus infra annum luctus, sunt quidem sublata & correctę per ius canonicum, de quo in c. si. de sec. nupt. vt iam dictum fuit deci. 397. superius. Alie verò pœnæ quæ imponuntur se- cundò nubentibus non quia nubunt infra annū luctus, sed quia nubunt, & sic rōne secun. darū nuptiarū, & q̄ respiciūt fauorē filiorū non sunt sublata, sed tenent: & sic leges, fœminæ, hæc edictali. & similes hodie lo- ū habent in quantum p eas leges imposta sunt pœnæ ex eo solo q̄ secūdo contrahūt matrimoniū, cum tales pœnæ respiciant fauorem filiorum primi matrimonij. Innoc. in c. penult. & si. de sec. nupt. quem ibi sequuntur Panor. & ceteri doctores. & est cōis opinio & Jegistarū & canonistarum à qua in consulendo & iudican- do nō est recedendū. Ioā. de Garro. in l. j. nu. 23. 1. C. de secun. nupt.

Conclusio CCCCVI.

Mater etiam creata tutrix in testamento in assumptione tutelę filiorum suorum primi matrimonij tenetur ren-unciare secundis nuptiis. authent. matri & auia. & authent. sacramentum. C. quā. mulier tutelę offi. fungi pōt. Bal. in ea authent. matri. & ibi Sali. Bar. in l. si quis sub. ff. de testa. tutel. & hæc esse magis communem opinionem demonstrat de Garro. in authent. eisdem pœnis. nu. 32. de secun. nupt. ita vt p consequens mater tutrix aut datua aut testamentaria in as- sumptione tutelę tenetur renunciare secundis nuptiis.

Conclusio CCCCVII.

Mater tutrix etiam testamentaria secundo nubendo per- dit tutelam suorum filiorum primi matrimonij. Ioan. Fab. in l. omnem. C. ad Tertul. & ibi Corneus inquit hæc opi- nionem vt communem tenendam. quod confirmat de Gar- ronib. in authent. eisdem pœnis. nu. 32. C. de secund. nupt.

Conclusio CCCCVIII.

Pœnæ omnes imposta cōtra mulieres secundò nuben- tes cessant vbi nulli sunt liberi ex eo matrimonio. l. fœ- minæ. & hæc edictali. C. de secun. nupt. oēs enim illæ pœnæ imposta sunt fauore filiorū: q̄ si nulli sunt liberi, cessabunt ergo pœnæ. de Ripa in l. 2. nu. 4. C. de sec. nupt. & idem erit si nulli supersint liberi, vel si fuerint, & omnes decesserint ante quā mater secūdo nupserit. quare tales pœnæ cessant nullis extantibus liberis tempore transitus ad secunda vota. Alex. consi. 211. vol. 7. de Ripa in l. fœminæ. nu. 5. C. de secū. nupt. quinimo si extarent liberi tempore quo mater secundò nubit, & deinde liberi moriantur, succedet eis mater quamuis secundò nupserit. Alex. consi. 63. in 5. vol.

Conclusio CCCCIX.

Pacta quæ sunt inter coniuges in p̄ctu matrimonij, vt su- perstes tantum lucrari possit in bonis præmorientis va- lent: & talia lucra erunt præcipua supersititi, ita vt nec filijs il- lius matrimonij sint reseruanda, si contingat eam supersititē ad secunda conuolare vota. quia ea nō acquiruntur ex vlti- ma voluntate, sed ex contractu reciproco. l. si pater puellæ. & ibi Paul. Castr. C. de inoff. testa. arg. l. j. & l. de fideicōmissio. C. de tranfact. Bart. consi. 175. lib. 2. de Ripa in l. fœminæ. nu. 30. C. de sec. nupt. immo valet pactum inter cōiuges mutuū vt superstes succedat primo decedenti: quod pactum nō e- get insinuatione. Alex. consi. 83. nu. 14. part. 2.

Conclusio CCCCX.

Vidua si quid acquirat intra annum viduitatis, p̄sumptio- nerit q̄ illud acquisiuerit ex pecunia mariti, per l. Quintus. ff. de donat. inter vir. & vxor. & hoc vt euitetur suspicio tur- pis quæstus. quæ ratio militat in vidua intra annum luctus, sicuti in muliere aliquā acquirētē constante matrimonio. nam præsumendum erit eam mulierem acquisiuisse ex pec- unia mariti: fecus erit dicēdum in vidua post annum luctus quæ si aliquā acquisiuerit erit suum absque vlla suspicione. Albe. de Rosa. & Salice. in l. etiam. C. de don. inter vir. & vxo. de Ripa in l. fœminæ. nu. 40. C. de secū. nupt. alioquin nisi ita distinguemus nulla vidua posset aliquid acquirere: quod esset absurdum. Dec. consi. 237. & Boer. dec. 81. nu. 6.

Conclusio CCCCXI.

Acquisita ex causa societatis inita inter maritum & vxo- rem in p̄ctu matrimonij, vel postea acquisita ex causa so- cietatis, non referuntur filijs primi matrimonij, sed in totū ea pertinent ad ipsos coniuges, cum ea habeant titulo onero- so. plenē de Ripa in l. fœminæ. nu. 43. & 44. C. de secund. nupt. idem tenet Steph. Bertr. consi. 212. in 2. par. in fin. vbi te- ner mulierē nō perdere conuolando ad secunda vota, quæ habuit à suo marito ex titulo oneroso. Contrarium tamen iudicatur vt refert Papō in suo recueil in titulo, des nopces,

arrests. nempē oīa filijs primi matrimonij reseruanda esse.

Conclusio CCCCXII.

Si mulier à marito sit hæres instituta stantibus liberis, & il- la ad secunda vota cōuolauerit, statim hæreditas deuoluūt ad filios ipsius matrimonij. l. j. C. de sec. nupt. & vxor definet esse hæres: & hæreditas ad filios deuoluetur. d. l. j. remanet tñ usufructuaria ipsa mater, quæ tamen proprietatem iam ami- sit. d. l. j. & ibi Salic. & de Ripa ibi. nu. 50. omnis enim modus proprietatis eam matrem deserit. & hoc modo filijs compe- tunt actiones hæreditariæ absque vlla cessione. l. pater. ff. de re. d. l. j. & ibi Salic. & de Ripa ibi. nu. 50. omnis enim modus proprietatis eam matrem deserit. & hoc modo filijs compe- tunt actiones hæreditariæ absque vlla cessione. l. pater. ff. de re. d. l. j. & ibi Salic. & de Ripa ibi. nu. 47. & 48.

Conclusio CCCCXIII.

Mater quæ instituitur hæres ab vno ex filijs primi matri- monij illi filio succedet ex testō & poterit disponere de tali hæreditate sicuti & quilibet alius hæres institutus. quod procedit etiā extantibus alijs liberis ex eo matrimonio. & quāuis ea mater secundò nupserit, plenā tamē p̄prietatē eorū bonorum obtinebit. authent. ex testō. & ibi de Garro. nu. 2. C. de sec. nupt. succedit enim mater suo filio ex sua vol- untate cui filio liberum erat alterum hæredem instituere. & hoc verum est etiam si mater iam contraxisset secundas nuptias ante mortem sui filij. de Garronibus eo loco. nu. 4. & 5. vbi asserit hæc communem esse opinionē contra Bal. opinionē in l. mater. C. ad Tertul. & p̄cedit superior decisio siue filius relinquat matri ex simplici legato, siue eam hære- dem instituat. ita de Garronibus ibi nu. 6. & Boer. dec. 191.

Conclusio CCCCXIII.

Pater & mater in bonis descendentiū nullis extantibus liberis ex ipsis descendentiis debent habere legitimā saltem in bonis ipsorum descendentiū: q̄ si extant liberi ex ipsis descendentiis nulla legitima ascendentiis debita est, cum semper prima causa sit suorū in successione. l. pater. ff. de inoff. testa. & ibi Bar. & Paul. Castr. de Garro. in authent. ex testō. nu. 22. C. de sec. nupt. & Oldrad. consi. 123.

Conclusio CCCCXIV.

Transitus ad secunda vota operatur priuationem p̄prie- tatis eorū tñ bonorū q̄ ad superstitem peruenerant ex titulo lucratiuo, aut ex testō, aut ex contractu ex vno ex illis coniugibus ad alterum, & nō si aliunde aliqua bona ad vnū ipsorum peruenerint: quia per talem transitum afficitur præ- cipue memoria alterius cōiugis prædefuncti, & non aliorū. §. prospeximus. in authent. de non eligē. secun. nuben. & §. fo- luto. in authent. de nuptiis. ideo solum priuatur mulier prop- rietate eorum bonorum quæ à suo marito accepit. hæc cōclusionem tenet Arct. in §. p̄feruntur. insti. ad Tertul. se- quitur Io. de Garro. in authent. ex testō. nu. 18. C. de sec. nup.

Conclusio CCCCXVI.

Mulier ab intestato filio suo mortuo succedens vnā cū alijs filijs primi matrimonij per transitū ad secūda vota priuatur proprietate bonorū filij præmortui ab intestato, q̄ bona ex paterna substantia prouenerant siue secundò ante mortem filij, siue post nupserit: & in illis bonis solum usufructū habebit. est conclusio approbata in authent. ex testō. de secū. nupt. & ibi Ioan. de Garro. nu. 32. & sic ea mater re- manebit usufructuaria, & præstita cautione gaudebit eo vsu fructu. Steph. Bertr. consi. 212. in 2. vol. nu. 4. & 5. in alijs au- tem bonis quæ filio obuenerunt aliunde quam ex substantia paterna, mater remanebit proprietaria, & pleno iure suc- cedet. Io. de Garro. in authent. ex testamento. nu. 13.

Conclusio CCCCXVII.

Si mater post mortem suorū filiorū primi matrimonij cō- uolauerit ad secūda vota, per talē transitum ad secunda vota mater non priuatur successione filiorum suorum ab intestato quantum ad bona quæ filij habuerūt ex substantia paterna, nec quantum ad alia bona quæ filius aliunde pote- rat habere: immo in omnib. mater filijs suis succedit quātū- uis tranferit ad secunda vota: & hoc post mortē aliorū fi- liorū. & in illis bonis mater excludit oēs patruos suorū filio- rū, & in illis bonis fratres cōsanguineos, & alios quoscūque cognatos. §. & quoniam infirmas. in authent. de nup. Bart. in authent. ex testamento. C. de sec. nupt. cuius Bart. opi. verā esse multis argumentis comprobatur de Garronibus in illa authē. ex testamento. numero. 48. & Baldus ibi.

Conclusio CCCCXVIII.

Secundò nubens non potest plus relinquere suę secundę nuptię, vel suo secundo marito quā vn ex filijs primi matrimonij reliquerit. per l. hæc edictali. C. de secund. nupt. quod p̄cedit vt nec filio ex alio cōiuge cū quo secūdo p̄hi- tur matrimoniū possit plus relinquere quā q̄ minus reliquit

vni ex filijs alterius matrimonij. Paul. Castr. in authent. vnde si parens. C. de inoff. testamento. Steph. Bertr. in d. l. hac edita. l. num. 1. & hoc ad fraudes euitandas, & vt prohibeatur color accipiendi de persona ad personam. fieret enim fraus legi, si mulier secundò nubens extantibus liberis primi matrimonij posset relinqueret filio sui secundò coniugis, cum pater eius demum esset usufructuarius bonorum sui filij & sic indiretè acquireret quod directè non poterat, per l. cum oportet. in prin. C. de bonis q̄ libe. ergo tale plus relictum filio secundò mariti non valet, sed est perinde ac si ipse secundo marito relictum esset & quasi relictu eius contemplatione in fraudè filiorum primi matrimonij. de Garro. eo loco. n. 13.

Conclusio CCCCXIX.

Quaui mulier secundò nubens possit oia sua bona in dotè constitutere et statim liberis primi matrimonij, non tñ potest facere pactu de dote lucrada, vel parte dotis lucrada cum secundo marito: quia vigore talis pacti secundus coniunx lucraret plus, & plus haberet quàm vnus ex filijs primi matrimonij, & hec est ratio iudicij ipsorum liberorum primi matrimonij, & hec est ratio opinionis omnium vt asserit Bertr. in l. hac edita. l. num. 17. C. de sec. nup. & si tale pactu factum fuerit, non poterit maritus in vim illius pacti plus petere quàm vnus ex filijs primi matrimonij, cui minus relictum fuit. Iaf. in authent. praterea. C. vnde vir & vxor. & Boer. deci. 1. 13.

Conclusio CCCCXX.

Testes examinati super articulo, q̄ res valet cētū, quāvis ea attestatio testium sit publicata, ea tñ publicatione non obstat eidem vel alij testes produci poterunt ad probandū q̄ ea res valet plus vel minus. cum causam. q̄ inter oecono. mū. de testi. Bar. in l. cum furti. & ibi Iaf. nu. 9. ff. de in litem iurā. quia talis articulus non est contrarius, immo diuersus: quia vnum & aliud potest esse. Guid. Papæ deci. 585.

Conclusio CCCCXXI.

In dōtib. nominatis nusquā est locus pœnitentiæ et re integra ad hoc vt dōtus resoluatur: sed bene debet agi vt actus impleat. l. sicut. C. de actio. & obli. l. in commodato. §. sicut. ff. commo. l. inciuile. C. de rei vendi. Bar. Bal. & Iaf. in l. si pecuniam. nu. 1. ff. de condi. causa data.

Conclusio CCCCXXII.

In dōtib. innominatis nō respectiuis nō habet locū pœnitentia: & sunt illi dōtus innominati simpliciter & nō respectiui, vt est transactio, pmutatio, pactu nudū, & similes dōtib. & hac cōclusionē tenet gl. in l. si eū fundū. in prin. ff. de pact. Bar. & Iaf. in l. si pecuniā. ff. de cōdi. causa data. per l. j. C. de re rum permut.

Conclusio CCCCXXIII.

In dōtib. innominatis respectiuis ex parte illius qui dōtū impleuit, licita est pœnitentia. l. si pecuniā. ff. de cōdi. causa data. nisi tales dōtus vallati essent aut iuramento aut stipulatione. tūc eū nullū locū esset pœnitentiæ. Iaf. in d. l. si pecuniā.

Conclusio CCCCXXIII.

Quoties dñs reuocat mandatū pcuratoris talis reuocatio debet parti aduersè intimari, & aduersari debet de tali reuocatione certiorari. c. ex parte decani. vbi Pan. & alij de refer. docto. in cle. j. de renū. l. mandatū. C. mandatū. Iaf. in l. si pecuniā. §. si seruum. in prin. ff. de cond. causa data. & talis reuocatio debet et pcuratori intimari: aliās ea reuocatio nō valeret. l. si mādasset. ff. mādā. & hoc siue talis pcurator esset in iudicio, siue extra iudiciū. Fel. d. c. ex parte decani. de refer. & c. mādato. de p. alioquin gesta per eū pcuratorē valeret quoad usque reuocatio mādāti illi fuerit intimata. Inn. in ca. quidā. de renū. Fel. in eo. c. ex parte. n. 7. p. cle. primā. de renū.

Conclusio CCCCXXV.

In rescripto quod q̄s obtinet, ad illius validitatē debet fieri mentio de primo rescripto iā obtento: aliās secundum nō valet. quod procedit vbi primū erat validū, aliās si esset nullū, aut invalidū secundum teneret quāvis de primo inualido nulla fuerit facta mētio. ca. bonè. de confirm. vtili vel inutili. Alex. q̄. 43. nu. 5. in 4. vol. & etiā fieri debet mētio de pcessu iam inchoato: & in summa de omni notabili clausula p quā princeps moueri posset & reddi difficilior ad cōcedendū. c. ceterū. & ibi Panor. & Fel. de refer. & hoc siue in eo pcessu sit iam cōtestatū siue nō, vt ibi per Felin. nisi pcessus ille fuisset inchoat⁹ eamē die qua fuit impetratio: & hoc procedit vbi alteri iudici dirigitur nouū rescriptū. q̄ si eimet iudici qui iā incepit cognoscere, & qui primo datus fuit, dirigatur fm rescriptū valeret quāvis de primo nō fecerit mentionē: nā si in eo primo aliquid fuerit omissum, ita vt fm sit obtinendū ad eundem iudicem, tunc secundum non vitiabitur quamuis in eo non fiat mentio de primo. Felin. in eo. capitū. ceterum.

Conclusio CCCCXXVI.

Vbi nō est necesse aliquid exprimere, vel aliquam solemnitate adhibere, si tñ ea solemnitas adhibeatur, & in eiprè, talis actus per hoc nō vitaretur q̄n aliū actus sumit ro bur aliunde quā ex tali solemnitate inepta: cum attestatio solemnitate nō debeat actū vitare ex se aliās substantiam. Iaf. in l. edita. C. de eden. Felin. in c. cum ordinem. vers. sed aduerter. de refer. per l. j. C. de rei vxoriē actio. vbi actio de dote cōpetit si stipulatio non fuerit expressa, vel si fuerit expressa ac inutiliter.

Conclusio CCCCXXVII.

Ablatiui absolute positi in dōtib. nō disponunt sed resoluuntur in cōditionē. l. ab emptione. vers. p̄stitis oib. ff. de pact. idem in vltimis voluntatibus. l. à testatore, vbi Bar. & alij. ff. de condi. & demonst. Iaf. in d. l. ab emptione. & tales ablatiui faciunt conditionem expressam. Bart. in l. j. ff. de cō. di. & demonst. & Iaf. in d. l. ab emptione.

Conclusio CCCCXXVIII.

Illius quidem quantum potest debet excusare sui patris opinionē, sicuti & discipulus sui præceptoris opinionē debet defendere. l. dicere, autem. §. si. ff. de arbit. tamen vbi ea opinio patris aut præceptoris excusari non potest, & in his quæ sunt iuris licitum est filio patrem emendare, sicuti & discipulo hoc permittitur vt suum præceptorem emendet. l. dedi. §. si liber. & ibi Iaf. nu. 3. ff. de condi. causa data.

Conclusio CCCCXXIX.

Dos filiae data debet ad patrem constitutērem redire, si filia sine liberis moriatur. l. dos à patre. C. solu. matrim. & hoc fm opinionē cōmunem, & de iure approbatam. Guid. Papæ, consil. 98. num. 3.

Conclusio CCCCXXX.

Frater maior natu qui post mortem patris administratū bona fratris minoris, tenetur illi de administratis rōnem reddere. Roma. consil. 14. Iaf. in l. si heres. circa finem. ff. de cōdi. causa data. Est quidem verum q̄ si frater aliquid acquisierit post mortem patris, quāvis bona paterna adhuc sint indiuisa, & quæ tenet indiuisa cum suo fratre, tamen si aliquid acquisierit, illud erit suum, & ad eum pertinebit. tenebitur quidem de administratis rōnem reddere. Guid. Papæ consil. 104. nu. 2. Soci. cōs. 73. nu. 2. vol. i. & ibi inquit q̄ de omnibus taliter qualiter tenetur rationem reddere, & q̄ in modis statur suo iuramento, si personæ qualitas verisimiliter & iudicis mens concurrant. Soci. consil. 40. in 4. vol.

Conclusio CCCCXXXI.

Si filius in suo testamento prohibuerit filiū res immobiles vendere, quia vult q̄ perpetuò remaneāt in familia, filius non poterit eas res vendere sed nec permutare, propter rōnis identitatem, considerando mentē testatoris & illius effectum. Bal. in l. dedi. ff. de condi. causa data. Bal. & Angel. in l. cum ij. §. si cui. ff. de transac. & Iaf. in d. l. dedi. nu. 5.

Conclusio CCCCXXXII.

Socius criminis non admittitur in testem contra consocium, nec pro eo nec cōtra eum. l. qui liberi. C. de testi. & ibi doct. c. veniens. & ibi gl. & doct. de testi. c. j. & ibi doct. de consti. verum vbi aliās delictum non posset probari, tunc socij in testes bene admitterentur. c. si de testi. cogen. & etiā vbi ageretur de interesse aliquo ciuilitate tamen: in criminibus aut grauioribus, puta in crimine læsæ maiestatis, hæresis falsificationis monete, & in alijs casib. enumeratis à glossā in l. si. C. de accusa. & Iaf. in l. 4. §. si tibi. nu. 4. ff. de cōdi. ob turpē cam. bñ admitterent socij i testes cōsocios. Iaf. d. §. si tibi.

Conclusio CCCCXXXIII.

Quando socius criminis socios examinatur in illis casibus in quib. nō debet admitti in testē eo casu p̄fessio illius accusati socij alios quos sibi asserit socios delicti nō probat, & neque est sufficiens ad torturā, licet faciat aliquod indicium. glossā in l. si filium. C. de libe. causa. Salic. in l. fin. C. de accusa. Iaf. in l. 4. §. si tibi. nume. 4. ff. de condi. ob turpē causam.

Conclusio CCCCXXXIII.

Foemina in criminalibus non admittitur in testem. ca. forus. de verbor. sign. in subsidium tamen, & vbi delictū per viros non potest probari, eo casu in criminalibus mulieres admittuntur ad delictum probandum. Alex. consil. 166. lib. j. Iaf. in l. j. §. si cui. nu. 4. ff. de condi. ob turpē causam. & hoc de iure canonico. secundum verò ius ciuile posset esse testis. gl. in eo c. forus.

Conclusio CCCCXXXV.

Minor viginti annis in testem non admittitur in criminalibus. l. in testimonium. & l. inuiti. ff. de testi. i defectū tamen

tamen probationum, & vbi aliās delictum non posset probari, minor tunc admitteretur in testem. Anto. de Butr. in c. tertio loco. de proba. Iaf. in l. j. §. si cui. nu. 4. ff. de cōdi. ob turpē causam.

Conclusio CCCCXXXVI.

Debitor in diem ante diei euentum non pot cogi ad soluendū: quia est tutus exceptione. l. i. di. ff. de cōdi. indebit. tamen debitor fisci propter necessitates imminētes pot cogi ante diem ad soluendum. l. j. & ibi Bart. per eum tex. C. de condi. ex lege, & infert ibi Bal. q̄ emptores gabellarum pro necessitate reipublicæ possunt cogi ad soluendum ante tempus ppter repetēdas necessitates publicas. Iaf. d. l. i. di. n. 4.

Conclusio CCCCXXXVII.

Si mandatarius aut procurator cui quis mandauit vt rem emerit certo pretio, & procurator maiori pretio eam rem emerit quam sibi mādātū fuisset, talis procurator illud plus quod exposuit, licet non possit repetere per viam agēdi, poterit tñ per viam excipiendi per quandam æquitatem. l. naturaliter. ff. de condit. indebit. quia si plus emit, non fuit in culpa cum minoris non potuerit comparasse. Iaf. in d. l. naturaliter. & ibi etiam Angel.

Conclusio CCCCXXXVIII.

Si iudex vel notarius examinās testes. posuerit dictum primi testis extensē, postea examinās secundum, tertium, & alios testes dixerit q̄ secundus testis idem dixit q̄ primus, & tertius idem dixit q̄ primus, dicendum erit dicta eorum testium probare: & q̄ dictū est q̄ secundus idem dixit q̄ primus intelligitur in effectu. Bal. in titu. de pace Constantia. in vltimo vers. illius textus idem Bal. in l. testium. C. de testi. & in l. ampliorem. C. de appella. in §. in refulatoriis. Panor. in ca. nihil obstat. de verbor. sig. Iaf. in l. penult. ff. de condi. indebiti: vbi inquit hoc teneri communiter.

Conclusio CCCCXXXIX.

Testis qui interfuit contractui super aliquo cōtractu sed nō interfuit cōclusioni nō pbat cōsumationē dōtib. seu illius actus cōsumationē super quo actu interfuit. Bal. i. c. si. de iura. calū. in antiqui. p. tex. in l. eleganter. i. prin. ff. de cōdi. indebit. gl. in l. Lucius. in gl. magna. ff. de his q̄ notatur infam. q̄ vult testes nō pbat q̄n nō plene deponit, vel nesciūt tōtū factū, & refert Iaf. in ea l. eleganter. in prin. nu. 2. & 11. sola enim cōclusio in dōtib. attendit. Bal. in l. dōtus. C. de fid. instr. multa etiā dicitur q̄ nō fiunt: quare nō sufficit p̄bare tractatum, cum tota vis cōsistat in cōclusionē. Dec. consil. 1. 1.

Conclusio CCCCXL.

Si datio in solutu sit facta à iudice pro maiori summa quā sit ipsum debitum, talis datio in solutu in totum vitatur. quod pcedit etiā si in aliquo minimo nō sit debitū. l. si non fortē. §. si centū. ff. de condi. indebit. & ibi Bart. & Iaf. nu. 20. & Iaf. in l. si is ad quem. nu. 17. ff. de acquir. hæred.

Conclusio CCCCXLI.

Testator potest ad tempus prohibere ne hæredes diuidāt bona hæreditaria, & vt stēt in cōmuniōne vsque ad certū tēpus. nō pot tñ mandare cōmuniōnem imperpetuum, vel vt stent perpetuò in cōmuniōne, & sine diuisione hæreditaris: quā diuisionē perpetuò nō pot phibere, cum nemo inuitus cogatur stare in cōmuniōne. l. si. C. com. vtriusque iud. l. si non fortem. §. si centum. ff. de condi. indebit. & ibi Iaf. post Paul. Castr. & alios. Boer. deci. 87. concludit ita teneri communiter, & poterit tamen non obstante ea prohibitione fieri diuisio inter eos cohæredes, quæ de consensu hæredū fieri poterit, et si ad tps ea phibitio mandata fuerit, & cōmuniō ad tps. Dec. consil. 547. nu. 2. & Boer. ea dec. aut et fieri poterit ea diuisio ex aliqua iusta causa. Dec. consil. 349.

Conclusio CCCCXLII.

Conuentio illa inita inter aliquos vt stent perpetuò in cōmuniōne, & vt nō possint bona cōia diuidere nō valet. l. si cōuenierit. ff. pro socio. l. in hoc iudicium. §. si cōueniat. ff. commu. diui. Iaf. in l. si nō sortem. §. si cētum. nu. 6. ff. de cōdi. indebit. iuramento tñ talis conuentio firmari poterit, vt ibi p Iaf. poterit tamen demum haberi absolutio à tali iuramēto, & sic discedi poterit à tali conuentione.

Conclusio CCCCXLIII.

Index p suo salario, sed & aduocatus, aut pcurator, aut notari⁹ causæ nō possunt retinere processum, vel acta causæ p eorū sportulis, nec possunt retinere scripturas, vel instrumēta eis tradita p eorū mercede cū nō habeant ius retentionis. l. si. C. cōmo. Iaf. in l. si non fortē. §. si centū. ff. de cōdi. indebit. Boer. deci. 15. nu. 2. & 3. poterit tñ ipse pcurator instrumēta vel acta litris retinere, non quidē p sua mercede, sed bene vt dominus sibi satisfaciat de sumptibus quos fecit, non tamē

pro suo salario.

Conclusio CCCCXLVIII.

Non est licitū vt retentione alicuius rei etiā pro vero debito. l. si. C. cōmo. nisi p expensis in ea re factis. vnde sartor potest vestem retinere pro sua mercede, donec ei soluantur. Bar. in d. l. si. & si quis exposuerit in funeralibus scholaris mortui, poterit enim retinere libros donec sibi exsoluaris pecunia debita quæ iam fuit exposita. Bald. in l. j. C. etiam ob chirograp. pecu. & mulier mortuo marito potest propria auctoritate remanere i domo mariti & i qua cū marito habitabat & quam domum poterit retinere donec actualiter dos soluantur. Bal. in l. penul. C. de nō numerā. pecu. & hec tenēda menti asserit Iaf. in d. §. si centū. l. si nō fortē. ff. de condi. indebit.

Conclusio CCCCXLV.

Ea quæ ex tempore variantur nō reputantur vniformia. ob id in his quæ variantur tempore non inferunt de tempore præterito ad tps p̄sens: vt si quis olim fuerit pauper, nō sequitur, nūc eum esse pauperem, cum qualitas paupertatis mutari possit. item olim diues non sequitur, nunc eum esse diuitem, sicuti & ætas quæ tēpore ipso variatur: & olim possessor hodie non præsumitur possessor. l. siue possideris. C. de proba. & probatur hæc regula in l. si non sortem. §. liberus. & ibi Iaf. nu. 13. ff. de condi. indebit.

Conclusio CCCCXLVI.

Dos censetur causa pia quando ea dos relinquatur pauperi: quia tunc intuitu & causa pietatis censetur esse facta, non autem q̄ causa dotis per se sit causa pia, nisi illa relicta sit intuitu pietatis & paupertatis. Bart. in l. cum is qui. §. si mulier. ff. de condi. indebit. Bar. in l. j. C. de sacros. eccles. Boeri. deci. 94. & Iaf. in d. §. si mulier. & intelligitur facta seu relicta dos ad pias causas ex qualitate personæ, nemp̄ si sit pauper, aut mulier miserabilis: nam si aliās sit diues mulier illa, tale legatū nō iudicabit factū ad pias causas. ita Boer. in eo loco.

Conclusio CCCCXLVII.

Legatum alimentorum relictu pauperi, cæsetur esse ad causam pietatis relictu, & ad causas pias: aliās si non relinqueretur pauperi non dicitur factum ad causam piam. Bart. in l. alio. ff. de optio. lega. Iaf. in l. cum is. §. mulier. ff. de condi. indebit.

Conclusio CCCCXLVIII.

Præiudicium non soluendi decimas prædiales de possessionibus quas suis manibus colunt cōcessum monachis nō refertur ad colonos eorum: quia siue illi sint coloni partiarj siue pensionarij, siue etiam colūt nummis siue pro certa pensione fructuum tenentur tales coloni ad integrā decimam tam pro eorum parte quam pro parte domini. & antequam dominus confectur suam partem, quia decima est onus reale & sequitur detentatores fructuum. gl. in cle. si religiosi. de deci. in verbo, excolēdas. & ibi Zabarella. num. 22. Soci. consil. 93. vol. 3. refertur ergo ad monachos qui suis manibus colunt, aut qui eorum sumptibus faciunt colere eorum possessiones data pecunia ipsi colentibus, & laborātib. de Anchara. in c. ex parte j. & in ca. licet. de deci. & hoc pcedit vbi priuilegium de non soluendo decimas eximeret personas, ita vt per hoc tale priuilegium esset personale. q̄ si tale priuilegiū eximeret & terras, & sic esset reale, tunc tale priuilegiū non soluendi decimas eximēdo terras à tali solutione profect tale priuilegiū & colonis qui nō tenebantur ad eas decimas exolueudas. gl. in d. cle. si religiosi. & ibi Zabarella. nu. 2. & de Ancha. in eo c. licet.

Conclusio CCCCXLIX.

Pecunia dicitur esse de rebus quæ seruando seruari non possunt. l. j. §. fuit quaesitum. & ibi Bar. & oēs. ff. ad Trebel. Iaf. in l. interdum. nu. 2. ff. de condi. indebit. relinquit cogitandum. Boer. tamen hoc tenet deci. 209. nu. 4. & hoc propter periculum perditionis vt ibi Boer. & vide in deci. sequenti.

Conclusio CCCC.

Res quæ seruado seruari nō possunt intelliguntur duob. modis, vno respectu earū rerū quæ ultra tres ann. nō possunt seruari quin corrūpant, vt in quātitatib. vini, frumētū, olei & in fructib. gl. in l. j. C. si aduer. vsuca. altero modo dicitur res esse quæ seruado seruari non possunt, q̄n eas res cōseruado ex tali cōseruatione nulla vtilitas, vel cōmoditas nobis pot puenire: & hoc respectu pecuniae pot dici de reb. quæ seruado nō possunt seruari: quia ex tali cōseruatione pecunie nulla vtilitas oriri pot. Iaf. in l. interdū. nu. 3. ff. de condi. indebit. tū & ppter periculum perditionis vt fuit dictū in cōclusionē superiori.

Conclusio CCCC.

Si maritus magnas expēsas fecerit i exigēdis debitis à debitorib. suæ vxoris, poterit demū cas magnas expēsas ab ipsa Commu. opin. To. 4. FFFF 3

vxore, aut à suis hereditibus repetere: paruas autem expensas non possit repetere. Bald. in l. iiii. C. de fal. caus. adiec. l. as. in l. si in area. num. 3. ff. de condi. indeb. item & repetet expensas necessarias ab eo factas in rebus dotalibus, & quæ minuant dotem. l. quod dicitur. ff. de expen. in rebus dota. factis. fructus verò rerum dotalium quos maritus percipit sunt ipsius mariti, cum sit dominus rerum dotalium. l. doce ancillam. C. de rei vendi. & neque computabuntur in sumptus factos. Alex. consi. 162. in 7. vol.

Conclusio CCCCLII.

Reus conuentus opponens exceptionem solutionis, vel pacti de non petendo, vel excipiens conditionaliter, non per hoc videtur fati debitorum præcessisse. l. non vtrique. ff. de except. nisi reus ipse in exceptione vteretur talibus verbis, quæ de necessitate includerent debitum: vt si reus diceret se liberatum, quia soluit ea verba præsupponunt obligationem præcessisse. l. decem ff. de verbo. obliga. & ea regula non procedit in criminabilibus, in quibus si reus dicat se fecisse ad sui defensionem, per hæc verba satis approbat delictum. Bald. in d. l. decem. l. ason in l. Iulianus. numer. 1. 3. ff. de condi. indeb.

Conclusio CCCCLIII.

In contractu vitro citroque obligatoris posteaquam vna pars adimpleuit contractum ex sua parte, altera pars quæ non impleuit cum potuisset implere, constituitur in mora, quamuis non sit taxatum aliquod tempus ad ipsum contractum adimplendum. l. Iulianus. §. si ex vendito. ff. de actio. empti. l. curabit. C. de actio. emp. Bart. in l. de diuisione. ff. sol. matrimo. l. as. in l. naturalis. §. at cū do. nu. 3. ff. de præscr. verbis. per illum textum.

Conclusio CCCCLIII.

Si fructus de meis arboribus cadant in tuum fundum, sunt mihi restituendi, & ad quos habendos competit mihi actio in factum: quod si tu eos fructus coegeris, vel feceris eos depasci, datur mihi actio in factum ad eorum fructuum estimationem contra te. l. qui seruandarum. & ibi l. as. ff. de præscr. verbis.

Conclusio CCCCLV.

Valet conuentio ita facta inter aliquos, scilicet si quis dicit alicui artificii vt faciat tale quid, & quod de pretio demum erimus concordēs: & erit talis conuentio contractus inuominatus, pro quo competit actio præscriptis verbis, & si postea contrahentes non sint concordēs de pretio, actio in factum subsidiana datur in quantum visum fuerit a iudice: & sic ad pretium taxandum arbitrio iudicis. Bal. in l. fin. de præscr. empt. Paul. Casir. & l. as. in l. si tibi. ff. de præscr. verbis.

Conclusio CCCCLVI.

Pecunia habet suos redditus, nempe vfuras, quæ vfure dicuntur redditus pecuniæ. l. Titius. & ibi l. as. ff. de præscr. verbis. l. alumna. ff. de adimn. legis. & vfura dicuntur fructus pecuniæ. l. vfura pecuniæ. ff. de verbor. signi.

Conclusio CCCCLVII.

Transactio fieri poterit post latam sententiam quando ab ea est appellatum: quia lata sententia adhuc res dicitur dubia quædiu potest appellari, ideo fieri potest transactio. l. eleganter. §. i. ff. de condi. indeb. & l. post rem ff. de transact. l. as. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis.

Conclusio CCCCLVIII.

Quilibet etiam extraneus potest soluere pro debitore etiam inuito, & cum liberare ab obligatione. l. soluendo. ff. de neg. gestis. l. solutionem. ff. de sol. & potest etiam soluere creditori inuito: immo extraneus offerendo creditori alicuius impedit ne creditor possit agere contra debitorem. vñ si debitor conuentus possit probare de tali obligatione facta à quodam tertio, poterit agentem creditorem repellere. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & ibi l. as. in ff. de pactis.

Conclusio CCCCLIX.

Communis est hæc sententia, quod si pater, habens solum filios naturales, & eos legitimandos per rescriptum principis curauerit, si demum ille ex suo matrimonio liberos legitimos & naturales procreauerit, per talem natiuitatem filiorum ex matrimonio ea iam facta legitimatio reuocabitur quoad bona, sed non quoad statum ipsorum filiorum, qui semper remanebunt legitimi: sed non quod possint patri succedere, cum ab alijs filiis progenitis ex vero matrimonio excludantur, & sic quoad statum ipsorum legitimatorum tenebit legitimatio. docto. ita tenent in lex facta. ff. de vulga. l. as. in l. tale pactum. §. pater. nu. 8. ff. de pact. nisi tales filij legitimi fuissent per subsequens matrimonium, vt ibi per Decium.

Conclusio CCCCLX.

Testis sui dicti tenetur rationem reddere, quod procedit quando super ea ratione fuit interrogatus, aliàs non. l. folam. C. de testi. & ibi doct. & gl. & si tunc interrogatus non redderet causam sui dicti, non probaret. quæ tamen regula non procedit, vbi ille testis deponeret super his quæ sunt iuris: quia tunc etiam non interrogatus testis debet rationem sui dicti reddere in his quæ sunt iuris. cum causam quæ est de testi. vt si quis testis vellet dicere talem esse dominum rei alicuius, debet ille reddere causam sui dicti, vel si testis deponat quem esse furiosum, quia debet dicere causam furoris. Bald. in l. furiosum. C. qui testament. facere possunt. vel etiam si testis deponat quem esse infamem, tunc etiam debet causam infamie reddere etiam non interrogatus. Innoc. in cap. cum oporteat. de accus. & vide alias exceptiones ad hanc regulam, quas ponit l. as. in l. cum hi. ff. de transact. in §. vlt. Aliàs autem testis non interrogatus de ratione dicti probat etiam si deponeret super maleficio: nam deponens de maleficio simpliciter probat absque alia ratione, si non de causa fuerit interrogatus. Decius consi. 100. nu. 1.

Conclusio CCCCLXI.

Transactio quantumcumque generalis concepta verbis etiam generalibus non obstat demum agenti ex alia re, & alia causa quam super ea super qua specialiter fuit transactum. l. qui cum tutoribus. & ibi l. as. ff. de transact.

Conclusio CCCCLXII.

Renunciatio in vtilitatem alicuius iuribus & bonis quæ quis habet, vel sperat habere talis renunciatio intelligitur facta ex causa de presenti: & ideo si haberet postea ius ex successione ab intestato non noceret talis renunciatio. Barto. & l. as. in l. qui cum tutoribus. nu. 2. ff. de transact. & sic renunciatio facta omni iuri quod quis habet, vel sperat habere, intelligitur de causa de presenti: & ad causam de presenti est referenda, & non ad causam quæ postmodum potest superuenire. idem Bart. in l. si post emancipationem. §. i. ff. de libe. lega. si tamen dictum sit quod renunciat omni iuri quod habet, vel sperat habere ex omni causa de futuro, tunc talis renunciatio & in futurum noceret. Bart. in l. de pact. l. as. in d. l. qui cum tutoribus. nu. 3.

Conclusio CCCCLXIII.

Transactio generaliter facta non porrigit ad ius postea superueniens, nisi transactio vel renunciatio expressè contineatur in tempus futurum. l. qui cum §. i. & ibi l. as. ff. de transact.

Conclusio CCCCLXIII.

Non est inconueniens vnum habere dominium directum rei alicuius, & alium in ea re percipere censum. l. si fin. ff. de contrah. empt. quia dominium directum alicuius rei, & census qui super ea re debetur, sunt inter se diuersa: & sunt vt principale & accessorium. Guid. Papæ deci. 264. dominium autem directum est vt principale, & census est vt accessorium, quod non semper sequitur principale. §. si tamen. instit. de rerum diuisione.

Conclusio CCCCLXV.

Legato censu annuo quem quis percipit singulis annis ex aliqua re, vel quis dando censum quem percipit singulis annis ex aliqua re, non propterea censetur legare vel donare directum dominium quod quis habet super ea re super qua legat vel donat censum annuum: cum aliud sit dominium directum & aliud sit census, vt in superiori decisione fuit demonstratum, & cum inter se habeant se vt principale & accessorium sequitur quod legat censu dominium directum illius rei non esse legatum, ex qua re census debetur. Guid. Papæ deci. 264. per d. l. in ff. de contrahend. empt. sunt enim ea inter se diuersa: quare de vno ad alterum non inferuntur.

Conclusio CCCCLXVI.

Augmentum dotis non debetur mulieri quando dos à muliere marito non fuit exoluta: quod si pars dotis soluta fuerit, & partis augmentum, pro rata deberetur. authen. sed quæ nihil. C. de pact. conuentis. nisi illi authentice fuisset renunciatum. Guid. Papæ deci. 274. & Bened. in verbo. & vxorem. nu. 62. quod procedit eo casu quo mulier ipsa dotem promitteret, & fuisset in mora eam dotem non soluendo: tunc enim dote non soluta, nec augmentum deberetur: & ita intelligitur. §. penul. de non eligen. in authen. quod si non mulier dotem promiserit, sed quidam alius, & tunc quæ nihil mulieri imputari debet: immo ipsi marito, & eo casu augmentum deberetur etiam dote non soluta. Boer. deci. 22. & Guid. Papæ deci. 274.

Conclusio CCCCLXVII.

In hoc regno Francie nullus præter regem contra arrestum curie rescribere potest. Solus enim princeps concedit litteras

litteras contra arresta, vel eius cancellaria in suo loco, vbi sunt præfectæ ille cancellaria: ita Rebu. in suis commen. in consitu. regias. arti. vnico, in gl. 2. nu. 3. & 4.

Conclusio CCCCLXVIII.

Contra arresta subuenitur partibus vno de tribus modis: primo per propositionem erroris, quando scilicet pars allegat errorem facti interuenisse in eo arresto: & quod per errorem facti ita fuit iudicatum, & tunc rescriptum à principe obtineri debet, vbi error proponitur, & appellantur litteræ regia: in propositione erroris facti & non iuris: quia error iuris non potest allegari. vt per Rebu. in tractatu de lite. ciui. arti. i. in gl. ij. nu. 38. Altero modo per supplicationem ciuilem de qua per ipsum Rebu. in eo loco. nume. 43. & tertio per beneficium restitutionis in integrum, vt per Rebu. in eo titulo. nu. 3. 4. 5.

Conclusio CCCCLXIX.

In literis ciuilibus pars debet ea deducere quæ si deducta fuissent, non sic fuisset iudicatum: vt si deducatur consuetudo, quæ in primo iudicio non fuerat deducta & contra quam fuit iudicatum. Rebu. in eo loco, de literis ciuilibus. nu. 49. in gl. j. debet enim aliquod ommissum allegari, quo allegato ante arrestum, non sic fuisset iudicatum. l. si prator. §. Marcellus. ff. de iudi. & ibi Rebu. nu. 19.

Conclusio CCCCLXX.

Contra arrestum decisorium solent impetrari tales litteræ ciuiles, vt quia illud latum fuerit dolo aduersarij, vel quid tale fuit ommissum, quod si fuisset deductum, aliter fuisset iudicatum. Rebu. in eo loco. nu. 7. & 19. contra autem arrestum interlocutorium si sit magni ponderis & præiudicij, solent etiam proponi & impetrari illæ litteræ ciuiles, vt ibi per Rebu. nu. 22. sed contra arrestum prouisionale non impetratur litteræ ciuiles: & si fuerint impetratæ reiciuntur: vt attestat Rebu. eo loco, in gl. 6. nu. 16. & Papon in suo recueil des arrests in titu. de la force des iugemens. arrest. 7.

Conclusio CCCCLXXI.

Executio arresti vel sententiæ intra annum fieri debet. c. quarenti. de offi. deleg. alias si post annum peteretur executio, poterit pars ex ea noua se opponere, & nec fieri poterit executio non audita partis oppositione sufficiet tamen ad excludendum partem ab oppositione. quod intra annum executio fuerit incepta, licet non fuerit perfecta. c. plerumque & c. sin autem. de refc. Rebu. in eo loco in gloss. vlti. numero 4.

Conclusio CCCCLXXII.

Intra triginta annos arrestum exequi poterit. doct. in c. plerumque. de refc. & in l. fin. C. de precl. impe. offerre. & ita in praxi obseruari asserit Rebu. in eo loco in gl. vlti. nu. 3.

Conclusio CCCCLXXIII.

Executio arresti non potest taxare expensas coram eo factas: quia ad hoc non fuerat datus. ita Rebu. loco quo supra. nu. 6. & in tractatu de senten. executoria. art. 7. in gl. 9. numero 16.

Conclusio CCCCLXXIII.

Arrestum retractari poterit ex omni causa quæ sufficiens esset ad appellandum: & in his casibus litteræ ciuiles obtineri poterunt, & neque debent denegari. Specula in titulo de senten. §. si ver. item retractabitur. per cap. vt debitis honos. de appella. ita Rebu. in eo tractatu de lite. ciui. in fi.

Conclusio CCCCLXXV.

Contra arresta quis potest venire non solū si lata sint dolo aduersarij, sed & per instrumenta de nouo reperta: vel si lata sint prætextu instrumentorum falsorum. Nico. Boer. deci. 307. vel etiam si lata sint prætextu falsorum testium, & his casibus arresta poterunt retractari per beneficium restitutionis in integrum ex ea clausula generali, si qua mihi iusta causa. Si quis tamen vellet venire per instrumenta de nouo reperta, debet allegare & probare quod in primo iudicio non habuit facultatem producendi talia instrumenta, & hoc procedit in priuatis hominibus. Caterum ecclesia, fideus, vel minor audirentur per instrumenta de nouo reperta non allegato nec probato quod non potuerint ea instrumenta reperiri, & sufficiet illis dicere ea instrumenta de nouo nunc fuisse reperta, quod procedit & in actore & in reo. ita ibi Boer.

Conclusio CCCCLXXVI.

Si pars cui dilatio data fuit ad contradicendum instrumentis à parte aduersa productis, nihil dixerit, videtur in non contradicendo ea approbasse quantum ad hoc vt personam notarij quæ instrumenta confecerat, non posset reprobari. nempe quia non esse notarium, vel non descriptum in ma-

trricula. Sal. in l. fi. C. de fid. instru. sed non prohibetur quin possit ostendere & allegare instrumentum illud falsum esse, vel aliàs erroneum, per eum titulum, si ex falsis instru. Boer. dec. 307. ver. sed & respondet.

Conclusio CCCCLXXVII.

Non concedi solet gratia proponendi errorem contra arrestum interlocutorium: quia grauamen in diffinitua reparari poterit. Aufser. in dec. Cape. Tholof. dec. 479. Rebu. in titu. de suppli. seu erro. propo. in præfa. quæst. 9. & in arti. j. in glo. 12. & talis supplicatio à principe non conceditur, vt ibi per Rebu.

Conclusio CCCCLXXVIII.

In possessorio non proponitur, nec petitur supplicatio respectu erroris contra arresta lata in possessorio: & illa obseruari asserit Rebu. in tracta. de suppli. articulo primo in glo. 12.

Conclusio CCCCLXXIX.

Consiliarij in magno consilio præferuntur consiliarijs de parlamento, quatumuis illi sint posteriores in receptio ne. Nam semper præferuntur consiliarijs in parlamento. Luc. de Pēna in l. 2. vt digni. ordo seruetur. lib. 10. C. & Boer. in tractatu magni consilij, nu. 14. 1. & 142. & hoc verum esse tenuit ibi contra Socinum.

Conclusio CCCCLXXX.

Domini de parlamento non possunt nec de iure nec de facto leges aut ordinationes vniuersales facere secundum veram & communem sententiam doctorum, vt refert Boer. in eo tractatu magni consilij, nu. 179. ita vt lex, non ambigitur. ff. de legi. sit hodie correctæ: quoniam hoc ad solum principem cum suo consilio pertinet, vel nisi illi de mandato principis ad id procederent. Boer. in eo loco, nu. 178.

Conclusio CCCCLXXXI.

Illa est vulgata & recepta conclusio, quod ab intestato succedunt descendentes ascendentes, salua tamen gradus prærogatiua mulla facta differentia sexus, nec fuitatis, nec emancipationis. §. j. in authen. de hæredi. ab intesta. venien. sicuti & ascendentes si soli sunt succedunt gradus descendentes in infinitum, salua tamen gradus prærogatiua. authen. defuncto. C. de suis & legi. hæc. Bene. in rep. c. Rainutius. in verbo, & vxorem. nu. 8. & his deficientibus cognati sicut & agnati proximiores in simul sublata differentia agnationis & cognationis. Boer. ibi.

Conclusio CCCCLXXXII.

Mendicantes possunt hæredes institui in testamento alicuius: & tale testamentum valebit licet aliàs sint incapaces proprietatum ex generali consuetudine: & sic tales mendicantes poterunt hæredes institui non vt ea bona teneant, sed per episcopum venduntur & pretium in eorum necessitate conuertitur. ita Bene. in verbo, & vxorem. nu. 2. 17. & licet aliàs mendicantes & alij religiosi cuiuscunque ordinis etiam si non sint ex ordine mendicantiu non possint ab intestato succedere eorum parentibus, aut consanguineis, sed & neque ab intestato, monasteria succedere possunt, nam per professionem bona ingrediuntur religionem accrescunt & acquiruntur parentibus proximioribus in gradu. & ita de generali consuetudine obseruari asserit Bene. in eo loco nu. 220. 221. & 262.

Conclusio CCCCLXXXIII.

Ivs albanagij in patria linguæ Occitanæ non habet locum lex regis Ludouici vndecimi ordinatione, cuius meminit Bene. in verbo, & vxorem. nu. 10. 59. aliàs est nu. 497. in 5. decil. in rep. c. Rainutius. propterea extranei ibi habitantes vñ decunque sint oriundi, habilitantur ad acquirendum, & ad dispendendum de acquisitis. Bene. in eo loco.

Conclusio CCCCLXXXIII.

Haeres qui non conficit inuentarium incidit in suspicio. nem furti rerum hæreditarium ita existente suspicione de iure communi. §. sancimus. in authen. de hæredi. & falcii. Roma. consil. 118. nu. 2.

Conclusio CI.

Vt incidit in suspensionem furti rerum pupillarum si inuentarium non conficit. l. si tutor. C. de peri. tuto. & contra talem tutorem iurari poterit in litem per pupillum minorem factum propter res quæ deperditæ sunt. l. tutor qui reperiuntur. ff. de admi. tuto. Roma. consil. 118.

Conclusio CII.

Donatio facta in testamento & in ipso actu testandi: absente parte cui fit donatio, & nemine pro eo acceptante, non valet in vim donationis l. mortis. C. de dona. causa mor. per l. absenti. C. de dona. attamen valebit in vim fideicommissi. & ideo semper poterit reuocari quemadmodum & quælibet vltima voluntas. l. si donatio. C. de donatio. & ibi Bart. & Bald. in l. j. ff. de dona. causa mortis. & ibi Roma. & idem Roma. consil. 117. nu. 6.

Conclusio CIII.

Donatio facta in testamento parte presente cui donatur vel eo absente & mortuo aut alio pro eo cui donatur acceptante valebit. l. hæredes palam. §. fi. & ibi gl. & Bart. ff. de testa. & ea est communis omnium opinio & per Roma. consilio 171. licet aliàs contractus videatur quid remotu à testamento. l. verba cotraxerunt, gesserunt. ff. de verbo. signific. Boer. decis. 353. nu. 4.

Conclusio CIIII.

Non solum donatio in ipso testamento fieri potest sed & quilibet alius contractus fieri poterit & poterit interuenire in ipso actu testandi. l. hæredes palam. §. vno contextu. & ibi gl. ff. de testa. & quam glosam Bart. & Bal. ibi approbant. & eam opinionem vt magis communem approbat Guliel. Benedictus in verbo, testamentum ij. nu. 4. de testamen.

Conclusio CV.

Donatio facta in testamento & per partem acceptata non reuocabitur quamuis testamentum reuocatum sit & reuocari possit. Rom. consil. 171. nu. 7. & Oldra. consil. 112. idem dicendum erit in alio contractu qui per partem presentem & acceptantem celebratus fuit in testamento cum ipso testatore. Gui. Bened. in verbo, testamentum ij. nu. 4. in rep. c. Rainutus. de testa. q. si donatio fuisset facta in testamento parte absente cui donatur, & nemine pro eo acceptante, eo casu testamento reuocato & donatio reuocata erit. Bened. vbi supra.

Conclusio CVI.

Confessio facta in testamento ex qua ius parti acquisitum fuit irrevocabiliter, & quæ facta fuit parte presente cui ius quiritur & acceptate aut alio pro eo est irrevocabilis, quamuis testamentum ipsum reddatur & reuocetur. Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. iij. Bald. in l. rationes. C. de proba. Roma. consil. 171. nu. 7. alias confessio facta in testamento quæ non fuit acceptata reuocato testamento & confessio erit reuocata, Bened. in repe. c. Rainutus. in verbo, testamentum. ij. nu. 4. & neque per talem confessionem debiti factam in testamento à testatore quæ à nullo fuit acceptata, inducitur probatio, nisi facta fuisset parte presente aut pro ea aliquo acceptante. Bart. in l. Lucius. §. quisquis. ff. de lega. ij. vel nisi ea confessio in absentia facta fuisset iurata. Socinus consilio 294. in 2. parte. & Oldradus consil. 291.

Conclusio CVII.

Quæcunque verba sunt scripta à tabellione præsumuntur à parte prolata per prius Bar. in l. quid sine nepotes. ff. de testa. tutela. Roma. consi. 179. nu. 6.

Conclusio CVIII.

Verba quæ sunt dubia in testamento possunt in codicillis declarari. l. hæredes palam. §. sed si. ff. de testamentis. Roma. consi. 179. nu. 7.

Conclusio CIX.

Tempus appellandi nusquam currit ubi grauamen est successuum, vt cum quis detinetur in carceribus continue: nam semper poterit appellare cum quotidie grauatur, ex quo in carcere detinetur. Bal. in l. ij. C. de epis. audi. Ias. in l. prætor ait. §. si aliquando. nu. 9. ff. de noui. ope. nun. per textum in c. ex parte. j. de appella.

Conclusio CX.

Vendens equum aut aliud animal afferens illud sanum esse, si demum appareat illud animal morbosum esse, tenebitur, quamuis dixerit se nolle teneri. nam si appareat de aliquibus vitijs per hoc non excusabitur, & semper de dolo tenebitur: & talis protestatio eum non releuat. l. §. vendita. & ibi Bal. ff. de actio. empti.

Conclusio CXI.

Exceptio ordinis ab initio ante litem contestationem allegari & opponi debet. Cyn. Bal. & Sal. in authen. præsentate. C. de fideiussor. docto. in c. peruenit. de fideiuss. Gui. Pap. 2. fi. 100. & si non opponatur talis exceptio, tenebitur processus contra fideiussorem. Nicol. Boer. decis. 221. nu. 6. Guid. Pap. dec. 81. & neque poterit opponi in articulo appelli. Bal. in l. j. nu. 6. de conue. fisci. debi. lib. 10. C.

Conclusio CXII.

Bona clericorum ultra triennium non possunt arrentari nec fructus beneficiorum ultra illud tempus non possunt dari in firmam sub pena excommunicationis, per extrauagationem quæ incipit, ambitiose cupiditati. de rebus eccle. nõ alie, sed male obseruari asserit Boeri. dec. 224. nu. 2.

Conclusio CXIII.

In fructu cedunt omnia quæ ex terra nascuntur: vel ea ex quibus omnia alimentantur. l. in pecudum. & l. si fructus. ff. de vsur. Boer. dec. 224. nu. 4.

Conclusio CXIII.

Prebenda canonicorum non possunt capi pro executione rei iudicata: gl. in l. stipendia. C. de executio. rei iudicate. nisi in subdium quia tunc possent fieri executio in ipsis prebendis. Boeri. dec. 226. nu. 3.

Conclusio CXV.

Si fundus cum fructibus vendatur, debetur laudimium atque illud est excludendum pro integro pretio. Iac. de Arena in l. qui concubinam. §. si fundum. ff. de leg. iij. per illum textum ibi, quia idem est pretium & pertinet ad totam causam fundi. & gl. ibi exponit tam ad fundum quam ad fructus ipsius fundi. fundo enim vendito fructus solo coherentes veniunt in venditione cum sint vna res cum ipso fundo, & pars eiusdem fundi. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. Boer. dec. 229. in prin. quod quidem dominium licet debeatur ex prima venditione non tamen debebitur ex resolutione contractus quæ resolutio sit in vim pacti de retro vendendo. Boer. dec. 182. nu. 39.

Conclusio CXVI.

Vendita domo cum vtenilibus & alijs rebus mobilibus existentibus in ea vno pretio si ea mobilia sint affixa parietibus, vel si sint ibi posita, vt ibi essent perpetuo, licet affixa non sint, debebitur integrum laudimium. Alber. de Rosa te. & Iaco. de Aren. in l. cetera. §. sed si parauerit. ff. de leg. j. secus autem esset pro alijs vtenilibus & mobilibus non affixis, nec perpetuo annexis: quia cum non sint pars domus, pretium eorum mobilium debet deduci, & ex reliquo soluetur laudimium sed non ex pretio illorum mobilium quod subducendum erit, & demum ex domo exoluetur laudimium. Boer. dec. 229. nu. 2.

Conclusio CXVII.

Tertius coparens in iudicio pro suo interesse poterit iudicem recusare, si adsit causa recusationis. nam ex quo pro suo interesse audiri debet, c. veniens. ij. de testibus. ergo in suis defensionibus erit etiam audiendus. arg. c. cum inter. de exceptio. ita est gl. in c. cum super. de officio delegati. & ibi Pano. Antonius Consetus in verbo. recusatio.

Conclusio CXVIII.

Post conclusionem in causis civilibus non poterit fieri aliqua probationes in ipsis causis. c. pastoralis. de causa

pos. & proprie. l. j. C. de rela. illa est conclusio confirmata per Hippolytum de marsi. in sua pract. causarum criminalium in verbo, sequens. nu. 14. & 31. æquitatem tamẽ suadente posset iudex etiam post conclusionem in cã probationes admittere. Hippolytus ibi. nu. 22. & in notorijs possunt etiam fieri probationes post conclusionem in causa. Hippolytus ibi. nu. 42. Lupus in c. iudex. de of. delegati nu. 6. vel si essent probationes de nouo reperta illæ admitti etiã debent post conclusionem in cã. gl. & docto. in l. admonendi. ff. de iurciur. Pau. Castren. in l. oratione. ff. de feriis. ita Hippolytus ibi. nu. 45.

Conclusio CXIX.

Sententia non transit in rem iudicatam quando fertur super re que habet grauamen successuum: vt si feratur sententia quod quis stet in carceribus: talis enim sententia non transit in rem iudicatã, & sic semper ab ea appellari potest, cum grauamen semper inferatur. & ideo semper oritur ius appellandi: & dicitur quis esse intra decem dies qui dantur ad appellandum à die grauaminis ex quo quotidie grauatur. c. ex parte. de appella. & facit in arg. l. j. §. penul. ff. de vsuf. accref. Bald. in l. ij. C. de epis. audi. Hippolytus de marsi. in sua pract. causarum criminalium in §. ordine. nu. 5.

Conclusio CXX.

Licet quis non appellet à præcepto de eo capiendo vel à captura secuta infra decem dies, & steterit per decem menses vel ultra in carcere, poterit tamẽ semper appellare. Bal. in l. ij. C. de epis. audien. Hippolytus de marsi. in pract. causarum criminalium in verbo. ordine. nu. 5.

Conclusio CXXI.

Fideiussor qui promissit soluere libere & sine aliqua exceptione non per hoc intelligitur renunciare beneficio de fideiussoribus quoniam prius excuti debet principalis debitor quam ipse fideiussor cum illud veniat ex natura contractus & ipsius actus. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. l. la enim verba, sine aliqua exceptione, referuntur ad exceptionem friuolã. c. ex part. 2. de officio & potest. iudi. deleg. Roma. consi. 211. Hippolytus de marsi. in sua pract. causarum criminalium in verbo. vltima. nu. 2.

Conclusio CXXII.

Si statuto caueatur quod contra instrumentum guarantigatum nulla opponi possit exceptio, tamen poterit opponi illa exceptio, quod ille qui se obligauit per instrumentum, non erat habilis ad se obligandum: quia erat pupillus aut minor qui se obligauit sine autoritate curatoris. Pau. Castren. in l. j. nu. 6. ff. de const. pecu. Hippolytus de marsi. in sua pract. caus. cri. in verbo. vltima. nu. 8.

Conclusio CXXIII.

Publicatione testium non ritè facta alij testes etiam super alijs articulis produci poterunt. cle. 2. & ibi gl. in verbo, publicatis. de testi. & est decisio dominorum de Rota. deci. 163. in nouis.

Conclusio CXXIII.

Obiectus qui contra testes producuntur non impediunt ipsorum testium examinationem, neque per eos obiectus retardari debet examinatio illorum testium, nisi obiciens vellet statim & incontinenti eos obiectus probare. tunc enim audiendus esset, si habeat probationes in præptu. Specula. in titu. de teste. §. j. ver. quid ego. nu. 18.

Conclusio CXXV.

Exceptio nullitatis sententiæ non impedit illius executionem, nisi in promptu sit probatio nullitatis. nam tunc nullitas bene impedit executionem, de qua in promptu constat. l. si. C. si ex fal. instr. Bar. & Roma. in l. si feriat. ff. de feriis. Hippo. de marsi. in pra. cau. cri. in verbo, vltima nu. 17. & Oldra. consi. 106. aliã non impediret illius sententiæ executionem nullitas allegata vt ibi per Oldra.

Conclusio CXXVI.

Communis est hæc conclusio quod carceratus potest citari & debet per procuratorem legitime comparere etiã si sit iuste carceratus. Paul. Castren. in l. ij. ff. de in ius vocando, & in l. que situm. ff. si quis cautio. Ias. in d. l. 2. & Hippo. de marsi. in pract. cau. cri. in verbo, attingam. nu. 20.

Conclusio CXXVII.

Pœna capitalis infligitur transcendentibus muros ciuitatis Romæ: sed si quis transierit muros alterius ciuitatis ea pœna mortis non esset infligenda: sed tales transien-

Conclusio CXXXVI.

Communis est hæc sententia, quod testamentum conditum in aliquo loco secundum consuetudinem & statuta illius loci habet vbi que effectum etiam quo ad bona alibi existentia. Bar. in l. j. C. de sum. trini. & fide catho. & hanc esse eodem sententiam asserit ibi Ias. nu. 44. per l. in hac. & l. data. in fi. & ibi Bal. C. de dona. actus enim qui sortitur effectum in vno loco ex statuto illius loci habet vbi que effectum ita Bal. ibi.

Conclusio CXXXVII.

Quoties vsura vt damnum petitur, seu vt interesse, potest peti licet etiam de iure canonico. glo. in c. conquestus. & ibi docto. de vsuris. c. peruenit. & ibi gloss. in verbo, peruenit. de fideiuss. Ias. in l. j. numero 50. C. de sum. trini.

Conclusio CXXXVIII.

Maritus licet potest petere vsuras dotis non solute tempore promisso. quia eas petit vt tanquam damnus & interesse propter onera matrimonij quæ sustinet. capitul. salubriter. & ibi docto. de vsu. Ias. in l. j. numero 51. C. de sum. trini.

Conclusio CXXXIX.

Venditor qui rem tradidit ex qua emptor percepit fructus si pretium non illi soluatur tempore debito poterit vsuras petere propter fructus perceptos ab ipso emptore qui emptor in illis vsuris est condemnandus. l. curabit. C. de actio. empti. Ias. in l. j. nu. 51. C. de sum. trinitate.

Conclusio CXL.

Infamis infamia iuris non potest esse testis. Bart. & alij in l. Cassius. ff. de senat. c. præterea. de testi. ita vt nec faciat indicium. Bal. in rub. de sum. trini. in decretalib. Ias. in l. j. numero 65. C. de sum. trini. nisi ille infamis ab vtraque parte produceretur, vel ab vtraque parte esset rogatus in testem: quia tunc fides illius approbata esset. Bal. in l. parentes. C. de testi. Ias. in ea l. j. nu. 67. vel nisi deponeret in causis heresis, simonie, vel sacrilegij, læsæ maiestatis, vel in crimine fraudati census, vel simonia. Panor. in c. fi. de testi. & Ias. in ea l. j. de sacros. eccle. numero 65.

Conclusio CXLI.

Infamis infamia facti in causis civilibus admittitur in testem, licet ei de fide diminuatur. glo. in l. ij. §. duæ cause. ff. de carbo. edicto. Bar. in l. Cassi. ff. de senato. & ideo in causis, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores, infames infamia facti non admitterentur. Bal. in l. optinam. C. de contrah. stipu. nec ad probandum ingratitude. c. j. & ibi Bald. qui testes sunt necessarii ad probandum si testis interueniat multum spectat fide potest admitti. c. eo testis infamis infamia facti cuius fidei supplebitur per contestem. Bald. & Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edendo.

Conclusio CXLII.

In criminalibus testes infames infamia facti non admittuntur per regulam, sciant. C. de probat. idem & in causis civilibus arduis quæ causis criminalibus equiparantur. Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur. licet tamen talis testis non probet, facit tamen indicium. Bal. Salic. & Ias. in l. j. numero, 68. C. de summa trini.

Conclusio CXLIII.

Meretrix in criminalibus non potest esse testis vt est doctrina Bartoli in l. j. C. de summa trinitate, & ita teneri communiter asserit Ias. in repetitione illius l. primæ numero 54.

Conclusio CXLIII.

Licet confessio sine causa non faciat probationem vt noceat cõfidenti. per l. ij. §. j. ff. de doli excep. tamẽ valet quo ad semiplenam probationem: & sic quamuis non faciat plenam probationem, faciet semiplenam. Spec. in titu. de confess. §. nunc videndum. ver. sed nunquid. Roma. cõsi. 373. Alex. consi. 4. vol. j. si verò in ea priuata scripturara facta sine causa fuerit appositum iuramentum, tale iuramentum faceret valere eam scripturam. Roma. in eo consilio quem sequitur Hippo. de Marsi. in suo tractatu de proba. vericulo, scias tamen. & cum talis priuata scriptura sit facta sine causa, faciat semiplenam probationem, poterit iudex deferre iuramentum in supplementum parti eam producenti considerata paucitate pecuniæ & qualitate pctentis. ita Roman. eo loco in fine.

Conclusio CXLV.

Confessio que per partem non fuit acceptata non nocet cõfidenti & tanq̃ erronea reuocari poterit. Cy. i. l. vnic. Commu. opi. Tom. 4. GGGG 3

transcendentes vel violantes muros alterius ciuitatis quam Romæ pœna extraordinaria sunt puniendi. Bart. Cast. & Albericus in l. ij. ff. de reru diui. Ange. in §. sanctæ quoque res. de rerum diui. & vbi ex statuto aut cõsuetudine pœna mortis esset affligenda violatoribus, & transcendentibus muros alicuius ciuitatis talis punitio referenda esset, vbi quis violaret aut transenderet muros tempore belli: secus si tempore pacis hoc fieret. Boer. deci. 232.

Conclusio CXXXVIII.

Non licet priuato in muris alicuius villæ fenestram facere, aut quid aliud construere sine licentia domini Guid. Papa. deci. 587. Boer. deci. 232.

Conclusio CXXXIX.

In interdico reintegrande duo sunt probanda & alleganda possessio scilicet tempore spoliationis & ipsa spoliatio. l. j. §. rectissime. ff. de vi & vi armata. & ibi Bar. & Albe. de Rosa. Boer. deci. 238. nu. 3.

Conclusio CXXX.

In interdico vti possidetis siue retinendæ sufficit probare possessionem tempore turbationis vel saltim tempore litis contestate. §. hodie. de interd. Boer. deci. 238.

Conclusio CXXXI.

In interdico adipiscendæ non obstat exceptio dominij contra agentem interdico, nisi reus incontinenti offerat se probaturum de dominio: quia tunc obstat agenti regula dolo facis quod petis quod statim restitutus es. notatur in l. j. C. de edict. diui. Adriani tollendo. Boer. deci. 238. nu. 5.

Conclusio CXXXII.

In interdico retinendæ exceptio dominij, agenti possessorio retinendæ obstat, si quis in præptu doceat de dominio. glo. & docto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posse. Dyn. in reg. qui ad agendum. de reg. iur. in 6. & hanc partem magis communem asserit ibi, & etiã sustinet ibi Ias. nu. 49. post Alexandrum. si tamen de dominio in promptu appareret, tunc ea exceptio obstat. vt per Dyn. in ea regula, qui ad agendum, & ibi inquit hanc veram esse opinionem, quod exceptio dominij nõ possit opponi in hoc interdico retinendæ, sicuti & nec in interdico recuperandæ, & ad idem Pano. in c. literis. nu. 27. de resti. spoli.

Conclusio CXXXIII.

In interdico recuperandæ non admittitur exceptio dominij etiam si in promptu de illa appareat: cum spoliatus ante oia debeat reintegrari. ca. grauis. de resti. spoli. Pau. Castren. in l. si de vi. de iudi. Dyn. in reg. qui ad agendum. de reg. iur. nec habet locum regula, dolo facis in possessorio recuperandæ: Pano. in c. in literis. nu. 7. de rest. spoli. & hoc inquit teneri cõmuniter, nisi spoliator proponat, & alleget contrariam possessionem, & illa se semper dicat & alleget fuisse gauisum etiã ante tempus præsentis spoliationis: cum talis articulus concludat contrariam possessionem, & in se neget agentem possedisse tempore spoliationis, & per cõsequens sequetur eum non fuisse spoliatum. Panor. in c. j. de rest. spoli. Boer. ita deci. 238. nu. 5.

Conclusio CXXXIII.

In possessorijs si actor impetrans nihil probet de sua possessione, reus opponens debet absolui. Albe. de Rosa. in l. Titia textores. ff. de leg. j. & hoc seruari in curijs Franciæ attestatur Io. Faber in §. retinendæ. de interdico. Boer. deci. 239. nu. 3.

Conclusio CXXXV.

Testamentum patris inter liberos etiam si minus solemniter factum sit, valet respectu solemnitatis omiffæ de iure ciuili. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. sed si cõ liberis persona extranea admixta sit, respectu illius tertij nõ valet testamentum, sed solum respectu liberorum. d. §. ex imperfecto. & l. si. C. fami. herc. Boer. deci. 240. in prin. & sic imperfecta voluntas testantis inter liberos valet, & per eum titulum de testa. imper. in authen. quod intelligitur de imperfectione solemnitatis, sed nõ ad voluntatis ipsius testantis imperfectione referendum est. nõ tunc testamentum nullum esset. Ias. in eo. §. ex imperfecto. Boer. eo loco. nu. 5. & tale testamentum inter liberos factum non solum habet effectum testamenti vt ex eo succedi possit, sed habet effectum derogatoriũ & reuocatum primi testamenti iã facti inter extraneos quod ipso iure per secundum minus solemnem tollitur, et si in primo solemnem essent instituti alij successores ab intestato. ita Gul. Bened. in rep. c. Raynutius. in verbo, testamentum in j. n. 75. Cor. consi. 86. par. 3.

C. de confes. & ibi Sali. in r. s. oppositione. idem Salicet. in l. generaliter. in quinta questione. C. de no. nume. pecu. & ibi inquit se fepius consuluit. Hippoly. in rub. de prob. vers. ite scias & neque sufficeret eam confessionem factam fuisse parte presente nisi eam acceptaret: quare fieri debet parte presente & acceptante. Alex. consi. 20. in 5. vol. & Curtius senior consi. 77. & Bald. in l. sius. C. de repu. haredi. in iudicio tamē facta cōfessio absente parte tenet & ita de consuetudine seruari asserit. Ang. in l. j. C. de confes. vt per Alex. in additionibus ad Bar. in d. l. j. C. de conf. Soci. tamen consi. 228. num. 6. in 2. parte tenet confessionem factam parte presente sine acceptatione tenere. & sufficere sola presentia absque acceptatione vt ibi per eum.

Conclusio CXLVI.

Ignorantia tanquam quid dependens ab animo, probatur per solum iuramentum partis. c. nulli. in fi. de electione in 6. Hippoly. de mar. in rep. rubri. de prob. vers. & vltra p̄missa. Iaf. in §. fed ista. nu. 88. de actio. & Decius consi. 452. num. 25. & ibi tenet in dubio ignorantiam p̄sumi per l. verius. ff. de proba.

Conclusio CXLVII.

Transiens per locum vbi soluitur gabella, si ibi gabellam non soluerit, & iurauerit se nesciuisse aliquam gabellam ibi solui, excusabitur, & per tale iuramentum probabit suam ignorantiam. Abbas consi. 35. Hippo. de mar. in repet. rubr. de proba. vers. & ideo dixit multum.

Conclusio CXLVIII.

Expensa facta in litigando & quas quis fuit passus in processu per iuramentum probantur. I. sancimus. C. de iudi. Hippoly. de mar. in repe. rub. de probatio vers. rursus.

Conclusio CXLIX.

In petitorio ad probandum titulum non sufficeret ostendere sententiam pro se latam contra alios sed in possessorio sufficeret ad colorandum titulum, quia non est verisimile palatium pro aliquo iudicasse nisi illi de suo iure docuisset. gl. in c. eum qui. de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruanda. Hippo. de mar. in rubr. de proba. vers. item etiam scias quod in petitorio. Rebus. in commen. in consi. regias. in tractatu de causis benef. possess. articulo nono in glof. 26.

Conclusio CL.

Testes singulares in effectu non probant, sed si conueniunt in effectu rei quamuis in verbis non conueniunt, non dicentur singulares & probant. I. ob carmen. §. si. ff. de testi. c. nihil. de verb. signi. Hippo. de mar. in rub. de p̄ba. vers. pro quibus facit, nisi verba formalia probanda essent tunc enim testes in verbis deberent conuenire. d. ca. nihil. & Hippo. vbi supra. Salice. in l. quicumque. de h̄retri.

Conclusio CLI.

Relictum factum causa studij non dicitur factum ad pias causas nisi factum esset pro studio Theologiae. Bald. in rep. l. j. ff. de leg. ij. Iaf. in l. j. nu. 3. C. de summa tri. vel nisi fieret pauperi. vt ibi per Iaso.

Conclusio CLII.

Si pradium tributarium ad ecclesiam peruenerit, & antea erat tributarium ita vt iam onus illud rei erat iniunctum, ecclesia tunc tenetur ad illud onus & ad eam collectam exoluendam: quia res transit cum suo onere & cum sua causa. Si autem pradia libera ad ecclesiam peruenerint, eo casu ecclesia ad aliquam collectam non teneretur. I. placet. Cod. de sacros. eccles. c. non debet. de immu. eccles. Iaf. in ca. l. placet. nu. 17.

Conclusio CLIII.

Maritus qui ex pacto aut consuetudine habet aliquod ius in dote mulieris, si mulieri licentiam testandi dedit non sibi p̄iudicat, & neque per hoc videtur renuntiare lucro & iuri quod ille habet ex eo pacto aut consuetudine super ea dote per talem simplicem licentiam ita quod vxor testando non poterit marito p̄iudicare. Bal. in l. si qua do. in prin. C. de inoff. testamento. quam Baldi opinionem sequitur Boer. deci. 244. & ibi eam asserit veriozem.

Conclusio CLIII.

Emphyteuta qui non soluit censum, vel canonem per quadraginta annos, est tutus. I. fi. vbi Barr. Ioan. de Platea & Rebu. & Lucas de Penna. de fun. patri. lib. 10. C. & Boe. deci. 246. nu. 4.

Conclusio CLV.

Aduena ad custodiam castri non tenetur, nec ad alias functiones personales. Bal. in l. non tantum. §. fin. ff. de

excusa. tuto. quia collecta imponitur personae pro rebus, & cum aduena non sunt subditi ratione domicilij, ergo eis non potest imponi collecta. l. rescripto. §. si. ff. de mune. & hono. Bar. in l. libertus. §. sola. ff. ad munic. nisi statuto aliter cautum esset, vt etiam forensibus collectae imponi possent. quod fieri posse tenet Bald. in l. si. C. sine censu vel reli. Boe. deci. 260. nu. 11.

Conclusio CLVI.

Matrimonium quod nullum est, confirmari potest per habilitatem superuenientem ex dispensatione. quod procedit fauore matrimonij. glo. in c. non debet. de consan. & affini. quam ibi sequuntur Pet. de Ancha. & Pano. & Boe. deci. 263. nu. 26. vbi tenet eam opinionem habere magnam aequitatem.

Conclusio CLVII.

Procurator qui contraxit nomine domini quamuis in obligatione non dixerit se obligare nomine procuratorio seu nomine domini, non propterea tenetur suo nomine: quia expressio causae habetur perinde ac si dictum fuisset procuratorio nomine seu nomine domini. Bar. in l. post mortem. §. tutor versidem in procuratore. ff. quando ex facto tutoris. Boer. deci. 274. nu. 2. quod si expresse suo & procuratorio nomine se obligauerit, tunc etiam nomine teneretur suo. Boer. ibi.

Conclusio CLVIII.

Pater habet ius capiendi filium & detinendi in domo propria: & ita detinendo non dicitur committere priuatum carcerem. Salice. in l. vnica. C. de priua. carceri. Boer. deci. 275. in prin.

Conclusio CLIX.

Maritus habet ius detinendi uxorem suam domi, & neque per hoc dicitur committere priuatum carcerem. l. generali. de decurio. lib. 10. C. & ibi Ioan. de platea, & Boe. deci. 275. in prin.

Conclusio CLX.

Is qui non habet ius capiendi, si aliquem ceperit, & eum vltra viginti horas detinuerit, dicitur committere priuatum carcerem. quod procedit etiam si haberet ius capiendi, docto. in l. vni. C. de pri. carce. Boer. deci. 275. nu. 4.

Conclusio CLXI.

Accusator a calumnia releuatur, si semiplenē probauerit quod proposuit contra reum, nisi reus contrarium plenē probaret. Bal. in l. si. C. de proba. vnde vnus testis excusat accusatorem a calumnia, quia per eum testem semiplenē probauit. Hippo. de mar. in practica causarum crimin. su per verbo, constante. nu. 97. & Panor. in ca. cum dilecti de electio. idem si quis per famam, vel per vocem & familiam p̄baret crimen: nam talis accusans a poena talionis & a calumnia excusaretur. Franc. marci. deci. 773.

Conclusio CLXII.

Renunciatio non nocet renuntianti, nisi per partem fuerit acceptata. Iaf. in l. postquam liti. C. de pactis. Hippo. de mar. in pract. causarum crimina. in verbo, postquam, nume. 28. & in l. de vno quoque. nu. 157. ff. de re iudicata.

Conclusio CLXIII.

Acceptatio renuntiationis vel confessionis ad hoc vt profit acceptanti debet fieri eomet tempore quo fit ea confessio vel renuntiatio & non fieri debet ex interuallo. glof. in l. consensu. ff. de actio. & oblig. Pano. in ca. di. eclus. de sp̄sa. Hippo. de mar. in pract. caus. crimi. in verbo, postquam. nu. 29. & Rebus. in concordatis in rubrica, de regia acceptatione, in fine.

Conclusio CLXIII.

Vsfructuarius non facit fructus suos nisi prius cautionē praestiterit de vtendo arbitrio boni viri: tamen si sciente & patiente proprietario vsus fuerit vsufructu non petita cautione ab ipso proprietario faciet fructus suos. l. vxori, & ibi Bar. per illum textum. ff. de vsuf. lega. Feli. in c. sicut. de rescip. Hippoly. de Mar. in pract. causarum crimi. in verbo, nunc videndū. nu. 5. Ale. consi. 120. nu. 5. vol. 6. & Soc. consi. 131. par. 2.

Conclusio CLXV.

Contra mulierem praegnantem si lata fuerit sententia, per quam condemnata fuerat ad quæstionem, vel ad mortem, aut membri mutilationem, talis sententia seu executio illius differenda est donec pepererit, & adhuc post partum debent spectari quadraginta dies, in quibus se male habet mulier propter partum: quia posset mori mulier metu supplicij,

supplicij, propter debilitatem. glof. & Bart. in l. praegnantis. de poenis. ff. Bald. in l. imperator. ff. de statu homi. Hippo. de mar. in pract. caus. crimi. super verbo nunc videndum nu. 47. & 48.

Conclusio CLXVI.

Testis vnus deponens de maleficio, scilicet quod viderit reum committentem maleficio, facit indicium sufficiens ad torturam, dum tamen sit testis integer. Bart. in l. si. ff. de quaestio. Bald. in l. ij. C. quorum appella non recipi. Bar. in l. si. ff. de in litem iurando. Hippoly. de Mar. in prag. caus. crimi. in verbo, diligenter. in prin.

Conclusio CLXVII.

Vbi semiplena probatio eliditur aliqua praesumptione non est locus delationi iuramenti nec torture. Bald. in l. si. C. qui & aduers. quos. Nam ad hoc vt possit deferri iuramentum in supplementum, debet esse semiplena probatio per vnum testem integrum, & omni exceptione maiorem: alioquin non faceret semiplenam probationem: sed solum indicium. glo. in l. etiam matris. ff. de proba. & quilibet minimus defectus in teste impedit vt non possit parti deferri iuramentum in supplementum. Bal. in c. j. sacramento. de consuetudine recti fendi in vsu. scud. Idem in teste super torturam: ad hoc vt testis faciat indicium sufficiens ad torturam, debet esse testis omni exceptione maior: & debet de visu deponere. Ita plene Hippo. de mar. in pract. caus. crimi. in verbo, diligenter. nu. 3. & 4.

Conclusio CLXVIII.

Doctores requiruntur ad probandum indicium ad torturam, quando non deponunt de ipso maleficio immediate, & propinquo sed super remotis & mediatis ipsi maleficio. in his enim probandis saltem duo testes requiruntur, sicuti requiruntur ad probandum quodlibet indicium remotum a maleficio. glof. & docto. in l. si. C. famil. ercisc. Bar. in l. si. ff. de quaestio. Hippo. de Mar. in verbo, diligenter.

Conclusio CLXIX.

Plures testes deponentes singulariter super diuersis factis, vel iudiciis non coniunguntur ad faciendum indicium perfectum & sufficiens: quia nusquam iunguntur plures species probationum ad probandum, nisi quando vnaqueque species de perse esset perfecta in suo esse. Bal. in l. si quis ex argentiis. post prin. ff. de eden. Alex. consi. 94. vol. 7. Hippoly. de Mar. in verbo, diligenter. nu. 8. vt vnus testis de fama alter de alio indicio, qui testes non probant. Hippo. ibi.

Conclusio CLXX.

In his quae consilium in corde vel in animo & quae dependent ab intellectu, vel conscientia statum dicto asserentis in esse cum iuramento. glo. in §. fed ista. & ibi Iaf. n. 88. de actio. quod procedit vbi alius ille talis esset persona fide digna. Iaf. ibi. nu. 96.

Conclusio CLXXI.

Sres furtiua reperitur penes aliquem, talis inuentio quae furtiua est penes talem facit indicium ad torturam contra illum penes quem res furtiua reperitur, quod scilicet ille talis rem furto subtraxerit. Bar. in l. si. ff. de quaestio. per l. ciuile. C. de furtis. & l. ciuile. C. de rei vendi. nisi ille doceat a quo ille eam rem habuerit. Ang. in l. j. & in l. si. C. de quaestio. doct. in d. l. inciuile. Hippo. de Mar. in pract. caus. crimi. in verbo, diligenter. n. 91. & procedit ea decisio vbi ille penes quem res furtiua reperitur, alius esset homo male famatus, & male conditionis & vitae: scilicet autem si esset vir bona famae: quia contra eum cessaret omne sinistrum quamuis res furtiua penes eum inueniretur. d. l. inciuilem. Bal. in l. si. ff. de haredi. in sti. Hippoly. in eo loco. nu. 90.

Conclusio CLXXII.

Qui mortem alicuius allegat, eam tenetur probare. I. si quidem. C. solut. matri. sicuti & qui in vita alicuius se fundat, debet eam probare & cum viuere: cum quis teneatur probare id quod est fundamentum & praecipuum suae intentionis. l. actor. ff. de proba. Boer. deci. 288.

Conclusio CLXXIII.

Si duo deliquerunt, quorum alter sit clericus & alter laicus, & petant remitti coram iudice ecclesiastico, debebit fieri remissio ne fiat diuisio causae. l. nulli. C. de iudi. & semper maius dignum trahit ad se minus dignum. Feli. in c. placuit. de praescript. Boer. deci. 300. nu. 2.

Conclusio CLXXIII.

Blasphematores & Iusores a testimonio ferendo repelluntur & non sunt testes idonei. Alex. consi. 152. lib. 5. quod procedit, vt semel pro hac re fuerint pecuniariter condemnati. Ita Boer. deci. 301. nu. 13.

Conclusio CLXXV.

A vnculus seu patruus praefertur nepotibus qui sunt filij sui fratris iam defuncti in successione bonorum alterius nepotis filij alterius fratris defuncti: vt si sunt tres fratres, vnus iam defunctus est relictis liberis qui illi succedunt, alter demum frater mortuus est relicto vno filio, qui filius fratris defunctus est relicto suo patruo. & consobrino ex alio patruo iam defuncto, cui filio fratris defuncto suus patruus superstes debet succedere exclusis suis consobrinis. est enim patruus proximior suo nepoti, quam filij alterius fratris qui solum illi erat consobrini. l. a vnculo. C. de mu. de successio. & ibi Bar. Bal. & Sali. & ibi Bar. asserit eam legem ad hoc singularem esse & non esse correctam. & quam opinionem approbat Boer. deci. 302. in prin. quod procedit etiam si ille patruus aut a vnculus esset frater vterinus aut consanguineus, & sic iunctus ex vno latere patri illius filij defuncti & alij nepotes essent ex vtroque latere consobrini illi consobrino defuncto. Ita Boer. ibi.

Conclusio CLXXVI.

Si quis moriatur relicto fratre vtriusque coniuncto illi defuncto succedit frater vtriusque coniunctus vna cum filijs alterius fratris vtriusque coniuncti & sic in eo casu filij fratrum succedent cum a vnculo aut patruo in stirpes. tamen succedent per eum titulum vt fratrum filij. Boer. deci. 302. nu. 2. versu licet aliud.

Conclusio CLXXVII.

Patri permittitur est filium in potestate castigare & eum incarcerare vt per docto. in l. j. & secunda. C. de patri qui filios distaxerunt, & in l. si filius. C. de patria potestate. Boer. deci. 304. nu. 3.

Conclusio CLXXVIII.

Si quis arrestum vel sententiam pro se latam fateatur & dicat iniuste latam, pars aduersa hoc obiciens impedit illius arrestum aut sententiae executionem petitam ab eo qui fecit talem confessionem propter quam nullum comodum ex ea sententia quae lata fuerat in sui fauore, consequi poterit: & poterit compelli per iudicem ad illud restituendum quod fuit consequutus ex ea sententia. Alex. in l. si seruus plurium. §. j. ff. de leg. j. Inn. in c. quia plerique. de immuni. ecclesiarum. & ita conclusum fuisse refert Boer. deci. 306. nu. 3.

Conclusio CLXXIX.

Asserens iuramentum a parte sibi delatum falsum esse & se perperam iurasse: talis asserio sibi praedjudicat & pars aduersa hoc probando poterit venire contra illud iuramentum. nam licet dato iuramento nulla admittatur probatio in contrarium. l. non erit. §. dato. ff. de iur. iur. admittetur tamen ea probatio quae fit per confessionem partis asserentis se falso iurasse. Paul. Call. in l. qui iurasse. §. j. ff. de iur. iur. & licet praetextu periurij iuramentum delatum a parte parti non possit retractari, fallit tamen quando pars quae iurauit fuit confesssa se deicrassse: quia tunc posset retractari. Boer. deci. 306.

Conclusio CLXXX.

Arrestum latum praetextu falsitatis testium in instrumentorum retractari poterit absque erroris oppositioe. Bal. in l. j. C. de condi. indebiti. & hoc approbat Boer. deci. 307. quod procedit etiam si pars quae allegat arrestum latum fuisse ex falsis instrumentis, habuisset dilationem ad contradicendum instrumento quod nunc de falso impugnat. nam adhuc non impeditur quin semper de falso possit ille talis agere: & hoc non obstante semper poterit ostendere & allegare falsitatem, & errorem. Ita Boer. ibi.

Conclusio CLXXXI.

Pars cui data est dilatio ad contradicendum & impugnandum instrumenta per partem aduersam producta, si nihil dixerit, videtur fidem instrumentorum approbasse in non contradicendo. quod tamen refertur atque intelligitur quantum ad approbationem personae notarij: quia amplius obicere non poterit illum non fuisse notarium, vel non fuisse in matricula descriptum. Salic. in l. si. C. de fid. instrum. sed non quin semper possit de falsitate aut de errore instrumenti ostendere, & allegare. d. l. si. Ita Boer. deci. 302.

Conclusio CLXXXII.

Per electionem specialis hypothecae non tollitur generalis hypotheca si ex specialia non sit plenē creditoris satisfactum. GGGG 4

I. quauis. C. de pigno. Boer. deci. 309. num. 2. & vbi primus creditor habet solam generalem hypothecam, secundus vero creditor habet specialem & generalem, primus est semper prior. l. ij. ff. qui prior in pigno. habe. & Salice. in l. ij. nu. j. & 2. de pigno.

Conclusio CLXXXIII.

Iduo testamenta reperiantur eadem die confecta & eodem tempore & non appareat de eorum prioritate neutrum illorum valebit propter incertitudinem. arg. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. Cyn. in l. hac consultissima. §. si quis. C. de testa. l. in l. i. C. de edicto diui Adria. tollendo. Boer. deci. 311. nu. 3.

Conclusio CLXXXIII.

Coius etiam violentus cum meretricibus est impunitus. glo. in l. vnica. C. de raptu. virginum. Boer. deci. 311. n. 2.

Conclusio CLXXXV.

Quilibet potest in proprio fundo non tamen limitropho edificare fortalitia etiam sine licentia principis pro sui & suorum rerum tuitione, & defensione. l. per prouincias. C. de edi. priuatis, & ibi Salice. l. opus nouum, & ibi glo. & Bart. ff. de operibus publicis. quod non procedit in vallo, subditio, censuario, aut emphyteuta, qui non potest in preiudicio domini directi habentis ius directum edificare castrum, vel aliud fortalitium, aut barbicanas. d. l. opus nouum, & Boer. deci. 320. nu. 4. & 6.

Conclusio CLXXXVI.

Quamuis obiectus contra testes non sint traditi, a parte aduersa, tamen si constat ex actis testes esse familiares, aut domesticos producentis, aut si constat de delicto ipsorum testium quod confessi sunt in eorum depositione se esse domesticos, & familiares producentis, aut infames, aut punitos, iudex non debet illis testibus fidem adhibere. Bal. in l. etiam iure. C. de testi. Boer. deci. 312. nu. 4. & eo casu tales testes de quorum obiectibus constat ex actis aut ex eorum depositione non facient fidem. ita Boer. ibi in fi.

Conclusio CLXXXVII.

Sis qui condemnatus fuit in expen. per aliquam interlocutoriam propter aliquam contumaciam aut alias, vincat demum in principali, & obtineat sententiam pro se cum expensis non poterit reperere expensas contumaciales, in quibus fuit iam condemnatus. Bar. in l. i. pignoris. in prin. ff. de pigno. actio. l. in l. i. propterandum. §. in autem. nu. 20. C. de iudi.

Conclusio CLXXXVIII.

Actio de dote praefertur spatium triginta annorum a die quo agi potuit soluto matrimonio vel viro ad inopiam vergente. l. in rebus. §. omnis. C. de iure dotium. quia constante matrimonio mulier non potest agere, & non valenti agere non currit prescriptio. l. j. §. ii. C. de anna. excep. Boer. deci. 328. in prin. pro dote enim constante matrimonio non potest mulier agere contra quemcumque promittentem: sed vir agere debet. l. si pro te. C. de dotis promiss. & ibi Salicet.

Conclusio CLXXXIX.

Mulier non potest imputare marito aut eius haeredibus culpam, seu negligentiam, quare dotem non exegerit. Rapha. Cuna. in l. nupta. §. quoties. ff. sol. matri. & ibi Alex. per l. si extraneus. §. sed si pater. ff. de iure doti. quare periculum dotis ad ipsam mulierem semper pertinet, vt ibi est text. & Boer. deci. 329. imputabitur tamen marito si non conuenit haeredem constituentis dotem. Bal. in d. l. si extraneus.

Conclusio CXC.

Episcopus constituendo secundum vicarium non videtur primum reuocasse, & sic per constitutionem seu creationem vicarij primus non videtur reuocatus. hanc partem & opinionem veram & communem esse asserit Boer. deci. 347. nu. 7. i. & neque habet episcopus aliquod territorium, & neque potest suam sententiam mandare executioni. Nam iudex secularis hoc debet facere. Oldradus consi. 17.

Conclusio CXCI.

Regula, Quinon habet in aere, iuat in corpore, de qua in l. j. ff. de poenis, habet locum quando quis fuit condemnatus in poena pecuniaria descendente ex delicto, tunc si non habet in aere, & vnde soluat, erit in corpore puniendus quia ea poena pecuniaria descendit ex debito, vel ex contractu non habet locum illa regula, qui non habet in aere, per Bald. in l. i. ff. de in ius vocan. & non habet locum etiam illa regula in honestis personis sed solum in vilibus personis. Boer. deci. 349. nu. 8.

Conclusio CCCII.

Seruitus aequa ducenda est quidem indiuidua. l. stipulatio. Snes, & ibi docto. & l. in nu. 13. ff. de verb. oblig. tamen commoditas talis aqua ducende potest inter plures diuidi in temporibus & mensuris. l. lucio in fi. & l. sequenti. ff. de aqua plu. uiali arcenda. glo. in l. si partem. ff. de serui. rusti. praedio. quia quelibet seruitus respectu commoditatis est diuidua. l. via. §. j. ff. de serui. l. in d. l. stipulationes nu. 13.

Conclusio CCCIII.

Seruitus haustus aquae est rustica vt per Bar. in l. non solum. num. 2. ff. de noui. ope. nun.

Conclusio CCCIII.

Concessio accipiendi ligna in nemore concedentis quae per sua calefactione & sui hospitij sufficiat, concessio etiam hauriendi aqua de puteo concedentis quae habet in sua domo, tales concessiones sunt seruitutes. Io. Faber in. §. aequae si a. gar. & ibi l. in nu. 13. in fi. de actio. vbi inquit communem v. lum causarum hoc tenere.

Conclusio CCCV.

Vidua aut alius creditor potest facere executionem pro suo debito in bonis testatoris sui debitoris non obstantem quod ille testator prohibuerit res suas alienari, vel talem rem alienari: quia mandauit ibi hospitale ad iudicandum. non enim potest testator debitor impedire ius creditoris quominus facere possit executionem ipse creditor in bonis sui debitoris, & vendere rem quam vellet. l. creditoris arbitrio. ff. de distract. pigno. per eum titulum, debitorum venditionem pignoris impedire non potest. fiet tamen hospitale in aliis bonis testatoris si illae res designatae captae fuerint. Bal. in l. rem quam. in fin. C. si aduer. vendi. pigno.

Conclusio CCCVI.

Si mater cupiens ad secunda vota conuolare, tutori qui in locum illius creatus fuerit rationes reddiderit etiam mandato iudicis, & quamuis tutor fateatur rationes bene reddidas, tamen si ratio sit male reddita, pupillus maior factus semper agere poterit, & talis redditio pupillo non poterit nocere. l. qui filium. ff. de mili. testamento. modicus tamen defectus in reddendis rationibus non vitiaret l. quamuis. ff. de codi. & demonst. Bal. in l. j. C. si aduer. solu. & confessio adulti ratio sit reddita non sufficit, cum aliud sit ratione reddere, & aliud confiteri redditam esse. Soci. consi. 92. in 4. parte.

Conclusio CCCVII.

Caecus potest donare & facere omnes contractus inter viuos sicuti & quilibet alius cum non reperiatur iure prohibitus. l. in l. hac consultissima. C. de testa. Ale. consi. 12. vol. j. Boer. deci. 240. nu. 20. per l. caecus. & ibi docto. ff. de iud. pot. & donare causa mortis non seruata forma. §. ex imper. feto. l. hac consultissima. C. de testamentis. ita Boerius.

Conclusio CXCVIII.

Si tutor rationes suae administrationis curatoris minoris reddiderit, liberationemque ex ea quaesierit, ex causa minor poterit contra talem liberationem restitui si ex ea se dicat laesum. l. j. & ibi Bal. C. si aduersus solutio. & neque sufficit ret aditum confiteri rationem redditam fuisse: nam aliud est ratione reddere, & aliud confiteri redditam fuisse. Soci. cof. 92. par. 4.

Conclusio CXCIX.

Probatio dubia semper interpretatur contra eum cui incumbit onus probandi qui debet rem claram reddere. c. in praesentia. de prob. Bal. in l. i. C. si minor se maior. dixerit. ita vt si probatio sit dubia, aut aequiuoca, vt quia se possit habere ad esse & non esse, non probat. Socinus consi. 8. in j. vol.

Conclusio CC.

Dilatio non potest reo concedi plusquam actori: tamen actor ea dilacione uti poterit & probare quod sibi expedit. Bar. & Bald. in l. petenda. C. de temporib. in integ. restit. petend.

Conclusio CCI.

Fructus ante litem contestatam percepti sunt necessarij in libello petendi: sed percepti post contestationem incidenter veniunt sine expressa petitione. Inno. in ca. gratis, de restit. spoliat. notatur in l. si quis missum. ff. de damno infecto. Bal. in l. i. C. de peti. hanc nu. 2. per l. adiles. §. idem scie dum. ff. de edi. edicto.

Conclusio CCII.

In diuersis iudiciis possum mihi esse contrarius. p. l. Papin. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. testamento. quando scilicet sunt talia iura quae electione non tolluntur vt si periero in vno iudicio haereditate quam peto iyt. haeres materterae in quo

iudicio succumbit non prohibebor si velim venire in alio iudicio petendo eam hereditatem vt haeres patris. l. haereditas. & ibi Bal. C. de peti. heredi.

Conclusio CCIII.

Procurator ad vendendum constitutus non potest fidem habere de pretio. §. si post. cum gloss. ff. de rei iudi. neque enim procurator vendendo & tradendo non habita fide transfert nisi dominium pretio re ipsa soluto. Bald. in l. inciuile nu. 2. C. de rei vendi. quod procedit in eo qui est specialiter constitutus ad vendendum: procurator autem generalis bene transfert dominium habita fide de pretio: vt ibi per Bald. quod approbat Bart. in l. a diuo pio. §. sed si emptor. & ibi l. inquit hoc teneri. ff. de rei iudi.

Conclusio CCIII.

Haeres grauatus post mortem testatoris distribuere bona inter pauperes, non poterit facere talem distributionem in vita ipsius testatoris: quia fieret praedictum illis pauperibus qui erunt post mortem. vbi enim tractatur de praedictio tertij haeres ante tempus soluere non potest. l. cum pater. §. a filia. ff. de leg. ij. & ibi Bart. idem Bar. & l. post alios in l. post mortem. C. de fide. Deci. in l. cum in tempus. ff. de reg. iuris. vbi inquit eam opinionem communem esse.

Conclusio CCV.

Filius contra patrem poterit agere ad restitutionem fructuum beneficij sui quos fructus pater ipse iam perceperat. Bart. in l. i. §. si de neg. gest. Matheus de Afflictis, deci. 241. & Boer. deci. 199. numero. 4.

Conclusio CCVI.

Si seruitus imposita sit alicui rei ad quemcumque res ipsa deuenerit, transit ea res cum suo onere, & cum ea seruitute. l. & in prouinciali. & ibi Bald. in prin. C. de ferui. & aqua. l. via constitui. §. si fundus. ff. de ferui. rusti. praed. sed si ea seruitus esset promissa non transfret in successorem rei. & neque talis promissio afficeret singularem successorem. l. vltima. ff. de contrahend. emptio. Bal. in ea lege. & in d. l. & in prouinciali. & seruitus imposita sequitur praedium. Florianus d. l. cu fundo ff. de ser. rusti. praediorum.

Conclusio CCVII.

Is qui dicit seruitutem sibi debitam esse super tali re debet seruitutem probare quia fundata est intentio de iure communi illius qui dicit seruitutem non deberi siue sit actor siue reus vnde aduersario incumbit probare seruitutem debitam esse. Laitius. & l. in edibus. & ibi Baldus C. de ferui. & aqua.

Conclusio CCVIII.

Inimicitia durare praesumitur nisi contrarium probetur. l. in ipsius. & ibi Bal. C. famli. ercif. praesumetur tamen cessare vbi posteriora merita comprobantur. & probabitur reconciliatio per iudicia: vt si hi qui sunt inter se inimici, gratia seruitua inuicem sibi faciunt, vel si vt amici inuicem conuersentur, his casibus & similibus concordia inter aliquos praesumetur: remittitur scilicet iniuria seu offensa non solum per scripturam sed & per alia iudicia. §. si de iniur. insti. Bal. in d. l. in ipsius. & in l. non ignorabit. C. famli. ercif. & Petrus de Anchar. consi. 246.

Conclusio CCIX.

Fructus legitima filijs debentur a tempore mortis patris aut matris, & non solum fructus legitime ab eo tempore debentur sed & fructus supplementi ipsius legitime. auth. nouissima. & ibi docto. C. de inof. testamento. Bald. in l. non est nouum. C. famli. ercif. Boeri. deci. 3. in fi. quod procedit etiam si illi fructus fuissent consumpti ab herede bona fide & per ipsum. Boer. in eo loco.

Conclusio CCX.

Filius pro sua legitima petenda habet petitionem hereditatis quia in ea habet nomen heredis & licet per oia non sit haeres, est tamen haeres secundum quid & respectu suae legitime quam iure institutionis debet habere. §. aliud quoque. vt cum de appella. cogn. in authent. Baldus in l. non est. C. famli. ercif. & per eam petitionem haereditatis consequitur & suam legitimam & fructus illius, ita Bal. ibi.

Conclusio CCXI.

Licet agnacione posthumi rumpatur testamentum, in prin. de exheredat. liberor. insti. tamē agnacione posthumi codicilli non rumpuntur. l. penul. C. de iure codici. Bald. in l. quoties. C. famli. ercif.

Conclusio CCXII.

Quoties pater diuidit bona sua inter suos liberos in testamento ita vt sit facta bonorum diuisio per patrem in eo testamento, si demum vna res euincatur ab vno ipsorum fi-

liorum non habebit locum euictio. l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. ij. Bal. in l. si familia. nu. 3. C. fam. ercif. etenim quando testator diuidit nulla resultat permutatio, & nec aliquid intelligitur eo casu abesse quamuis res euincatur propterea cessat euictio. ita Bal. ibi.

Conclusio CCXIII.

Quando diuisio bonorum fit inter partes, vel a iudice, vel ab alio de illis bonis quae bona inter aliquos erant communia, si res accepta ab vno eorum euincatur, locum habebit euictio. nam tunc resultat quaedam permutatio. ob id si res ab vno eorum euincatur poterit ille agere contra alios de euictione. l. si familia. & ibi Bald. numero. 3. C. fam. ercif.

Conclusio CCXIII.

In actione ad exhibendum sufficit summaria cognitio ad hoc vt reus cogatur rem ipsam exhibere, & summarie de hac re est cognoscendum dummodo ea summaria cognitio inducat iudicis animum ad praesumptionem. l. thesaurus. ff. ad exhibendum. sed in rei vindicatione requiritur plena probatio dominij. Bal. in l. j. C. ad exhibendum.

Conclusio CCXV.

Vxor quae habet bona mariti obligata pro sua dote marito mortuo potest propria auctoritate remanere in detentione domus quam inhabitabat viuente marito iure familiaritatis & tanquam vxor: & hoc vsque ad solutionem suae dotis. quia talis detentio peruenit ad ipsam vxorem sine vitio: ergo licite eam poterit retinere. Bal. in l. sub pretextu. C. commo. Bal. in l. pignoris. C. de pigno. actio. Decius cofi. 400. n. 5. & licet alius creditor non possit sine pacto aut decreto iudicis hypothecam inuadere per eam l. pignoris. tamen si creditor reperitur in bonis obligatis, poterit ea bona pro suo debito. & vsque ad debiti exsolutionem retinere. Bal. in ea l. pignoris.

Conclusio CCXVI.

Vis donando bona sua censetur donare solum ius quod habet in illis bonis. l. qui tabernas. ff. de contra. emp. & in l. si domus. §. si ff. de leg. j. & ideo si pater nullum ius in bonis habeat, donando ea bona nihil videtur donasse cum det bona ad eum non pertinentia, quare ea donatio redditur nullius effectus. Guido Papae consi. 14. in fine.

Conclusio CCXVII.

Vis renuncians omnibus bonis paternis & maternis non censetur renunciare bonis fraternis: & talis renunciatio bonorum paternorum & maternorum non trahitur ad bona fratris. Bart. expresse in l. ij. §. illud. ff. de haeredi. vel actione vendi. nam cum alia sint bona paterna, alia bona materna, & alia bona fraterna: ergo renunciatio facta in aliquibus bonis non trahitur ad alia bona. Guido Papae deci. 231. & consi. 16. & Chassan. consi. 39. nu. 96.

Conclusio CCXVIII.

Bona materna quae iam ad filios peruenierunt per mortem matris non sunt amplius materna: sed efficiuntur propria per aditionem haereditatis, & erunt bona filiorum: quare licet in illis bonis maternis soli filij succedunt. l. j. C. de bonis mater. tamen si demum vnus ex filijs moriatur relicto patre, & alijs fratribus, in illis bonis quae fuerant ipsius filij, & quantumuis a matre prouenissent, nihilominus pater cum alijs suis filijs qui erant fratris praedefuncti succedet aequaliter, per authent. defuncto. C. ad Tertu. Guido Papae consi. 15.

Conclusio CCXIX.

Pater naturalis nec in testamento nec in contractu inter viuos suo filio naturali aliquid relinquere nec donare potest: sed nec emere in illius utilitate. & ita tenet Guido Papae consi. 17. numero 3. & 5. per l. j. C. de natura. lib. & per gloss. in §. si. in authent. de natu. libe. vbi tenet filium naturalem ex contractu inter viuos a patre suo naturali nihil posse capere. & Chass. consi. 39. nu. 39. contra glossatorem, in l. qui testamentum. ff. de prob. & Speculatorem in titu. de succes. ab intestato circa finem, qui tenet contrarium.

Conclusio CCXX.

Si dos fuerit promissa soluenda ad certum tempus, & eo tempore pendente maritus moriatur, poterit nihilominus mulier vidua consequi donationem propter nuptias: quia non stetit per eam quominus dos fuerit exoluta, & sic non habet locum authent. sed quia. C. de pactis dotali. & authent. dos. data C. de don. propter nupt. Guido Papae consi. 19.

Conclusio CCXXI.

Quoties aliquis pmittit dotem pro muliere, si demum nihil fuerit solutum, lucrabit nihilominus mulier augmentum dotis,

dotis, siue donationem propter nuptias, seu superuita. non obstante qd dos non fuerit soluta, contra decisionem authe, sed quia nihil. C. de pact. dotali. & athen. equalitas, quibus contrarium videtur demonstra. quoniam illa authentica non sunt in usu, vt loan. Faber attestatur in l. ex mora. C. de pactis conuen. & in ea athen. sed quia cuius opinionem approbat Boer. deci. 22. nu. 5. 19. & 20. & Guid. Pape deci. 365. versu. praeterea, nam est quod imputetur marito, si fuerit negligens in dote petenda & recipienda, que sibi promissa fuit per alium quam per ipsam mulierem, & nihil est qd ipsi mulieri imputari possit: quare quamuis non fuerit exsoluta dos, non impeditur mulier quoniam id quod sibi promissum fuit, peti possit. ita est additio si per consilio Guid. Pap. consi. 19. & Boer. deci. 22. nu. 22. & 26.

Conclusio CCXII.

VB i mulier sui iuris dote in promissa & illa fuerit in mora soluendi. & in interimante solutione facta maritus moritur, ea mulier nihil lucrabitur ex augmento dotis siue ex donatione propter nuptias aut ex superuita. §. penult. in authent. non eligent. recu. nupte. Boer. deci. 22. nume. 16. Guid. Papae de consi. 19.

Conclusio CCXXIII.

HAeredes mariti non poterunt deducere expensas per maritum factas in executione dotis. Specu. in titulo, de donatio. inter virum & vxor. §. fin. versu. illud etiam quaeritur. Boer. deci. 22. nu. 23.

Conclusio CCXXIII.

FIdeiussores in tribus casibus potest agere contra debitorem. Ante solutionem a se factam ad consequendam liberationem suam fideiussiois primus casus erit si diu steterit in obligatione: secundus casus est si fuerit condemnatus: tertius casus erit si debitor bona sua dilapidet, ita vt periculum sit in mora. l. si pro ea. C. mandati. c. si de fidei. & l. l. uer. §. mandati. relinquitur autem arbitrio iudicis ad ea verba quam diu stetit in obligatione habito respectu ad diuersa qua iudices mouere possunt. Bal. in ea. l. si pro ea. numer. 1. 2. & neque requiritur qd sit condemnatus. sed qd sit periculum qd condempnetur. Bal. ibi. nu. 8. sed si fideiussores soluerit, repetet ab ipso debitore, & poterit constare de soluto per confessionem creditoris, licet alia de solutione non appareat. Alex. consi. 2. §. num. 3. in 2. vol.

Conclusio CCXXV.

SI aliquis pro aliquo promiserit de emissione futura, quamuis diu steterit in eo contractu, non tamen poterit agere vt liberetur, quia ille non diu stetit in obligatione, sed solum in promissione: nec dicitur cessatum fuisse per reum cum mora cin non possit imputari. Bal. in ea. l. si pro ea. C. manda. nu. 6.

Conclusio CCXXVI.

LIcet statuto caueatur quod contra instrumentum nulla possit opponi exceptio, opponi tamen poterit exceptio rei non tractata quia talis exceptio procedit ex eodem instrumento. Bar. in l. cum qui. §. qui ita. ff. de verbo. oblig. Decius consi. 47. in nu. 2.

Conclusio CCXXVII.

TESTES inter se dicuntur varij quando variè deponunt in facto principali: & sic ea varietas consideratur in testibus circa negatiuum principale & non in accessoriis: quia tunc talis varietas quaeritur in accessoriis non est consideranda. Bar. in Leos. ff. de fal. & adhuc in facto principali si sit modica contrarietas non noceret. Decius consi. 342. nu. 6. & testis etiam quamuis sit sibi varius in accessoriis, dummodo in principali conueniat, non debet repelli vt per Decium in eo consilio, & consi. 100. nu. 4. & ibi etiam tenet qd modica contrarietas vel diuersitas in facto principali non vitiat dictum testis, & licet vnus testis minus deponat quam alter non propterea sunt varij, neque contrarij. Decius consi. 400. & quamuis sint praesentes, & aliqui dicant se nihil scire, non propterea sunt contrarij: quia possunt esse praesentes & tamen nihil intel. ligent ita Decius ibi. & satis est testes concordare esse in facto principali licet sint discordes in circumstantiis & quibusda qualitatibus. Alex. consi. 83. nu. 1. in v. vol.

Conclusio CCXXVIII.

SENTENTIA lata contra haereditem praedictat legatariis. l. Papinianus. §. si ex causa. ff. de inoff. testa. nocet etiam fideicommissario. notatur in l. si patroni. §. si ad trebel. & ibi Bar. Alex. & Castren. dato etiam qd fideicommissarius non fuerit citatus. ita Pau. Castren. ibi. Decius consi. 342. nu. 7. quia solum debuit vocari ille cuius principaliter negotium tractabatur. l. non omnis. ff. si cert. petat. & lex praesumit qd ille ad quem causa principaliter spectabat, erit diligens ad causam ipsam

sustinendam. Decius ibi. & Alex. consi. 119. nu. 3. in 6. vol. & consi. 123. j. vol. nisi in tribus casibus qui ponuntur in l. seruus plurium. §. i. ff. de lega. j. & ibi Iaf.

Conclusio CCXXIX.

SENTENTIA lata contra institutum nocet substituto etiam non citato. l. ex contractu. ff. de re iudi. Bar. in l. in diem. ff. de aqua pluuiaria arcend. Decius consi. 342. nu. 7. vol. 3. per ratio nemiam deductam in superiori decisione.

Conclusio CCXXX.

SI quis pro se & nomine fratris sui rem aliquam emerit, & pretium soluerit, licet nomine fratris facta sit emptio, tamen videtur solutum de propria pecunia ipsius soluente ita vt a fratre possit eam pecuniam petere, & qua cogetur exoluere si velit partem habere in ea re empti: quia in dubio qs videtur soluiffe de propriis pecuniis. l. cum proponas. & ibi Bal. C. pro socio. per l. & magis. ff. de solu. Bar. in l. si patris. C. commia vt iudic. Decius consi. 34. nu. 4.

Conclusio CCXXXI.

CLAusula codicillaris facit valere testamentum eo casu quo charis moritur in vita testatoris. Alex. consi. 17. lib. 3. Decius consi. 369. in fin.

Conclusio CCXXXII.

SI ex flumine publico postum aquam ducere ad meum molendinum, potero demum eam aquam ducere quo voluer. nec teneat facere gratiam vicino meo habenti molendinum in parte inferiori. Bal. in l. aquam. in prin. C. de serui. & aqua. Decius consi. 373.

Conclusio CCXXXIII.

COMMUNIS est haec conclusio, qd ille qui habet molendinum in parte inferiori non potest prohibere molendinum fieri in parte superiori, & hoc in priuato flumine. l. fluminum. §. si & l. Proculus. ff. de damno infecto. Bar. in l. quominus. ff. de flumi. Salice. post glofam in l. si manifeste. C. de solu. Decius consi. 373. nu. 3. Iaf. in ea. l. quominus. nu. 21. & ibi inquit eam opinionem communem esse.

Conclusio CCXXXIII.

IN dubio quis videtur facere id quod facit ad sui utilitatem & ad sui commodum & non ad alterius iniuriam neque emulationem & neque vt alteri noceat. glo. in l. fluminum. in verbo, non tenere. ff. de damno infecto. & ibi Bar. Decius consi. 373.

Conclusio CCXXXV.

NAuigare in flumine publico, & piscari etiam licet: quia sunt de iure gentium §. flumina. in l. de rerum diuis. Iaf. in l. quominus nu. 8. ff. de flum.

Conclusio CCXXXVI.

EX flumine nauigabili non licet aquam alio ducere: ex flumine autem non nauigabili licet aquam ex eo alio ducere. l. quominus. & ibi Iaf. nu. j. & 13. ff. de flumi. Nam flumen non nauigabile est de iure gentium, quo iure flumina & eorum vsus sunt publica. l. riparum. ff. de rerum diuis. & ideo vsus ipsius fluminis est in vsu publico cui libet. Iaf. ibi nume. 1. flumen autem nauigabile est de regalibus ergo sine licentia principis hoc non liceret. Iaf. ibi nu. 13. Bal. in rub. ff. de reru diuisione.

Conclusio CCXXXVII.

NON licet aliquid facere etiam in priuato quando illud fit principaliter vt alteri noceat & sic ad alterius emulationem. Bal. in rub. ff. de rerum diuis. l. j. §. denique. vbi Bar. ff. de aqua plu. arc. Iaf. in l. quominus. nu. 2. ff. de flumi. Vnde licet permittatur cui libet aedificare vsque ad eglum. per l. altius. de serui. & aqua. tamen si quis veller aedificare vt alteri officiat, hoc non liceret per d. l. j. §. denique. & Iaf. in d. l. quominus. nu. 23.

Conclusio CCXXXVIII.

CONtra impeditum impedimento facti currit praescriptio. datur tamen restitutio in integrum contra talem praescriptionem. l. & Atti. l. cinus. ff. de serui. rufi praedicti. nisi esset impedimentum facti hostilitatis quod quidem impedimentum impedit praescriptionem inchoari, & inchoata facit dormire ipso tempore hostilitatis durante. Boer. deci. 40. num. 3. contra autem impeditum impedimento iuris, & qui nullo modo agere potuit, non currit praescriptio: sed si potuit agere non commode, & tunc currit praescriptio, & datur restitutio. l. fenatus. ff. de offi. praed. Salice. in l. j. C. de annali exceptione, in fine.

Conclusio CCXXXIX.

LIcet flumina sint publica, ripae tamen quo ad proprietatem sunt illarum personarum quarum praedicti adherent: quia ripae arte & cura hominum recipiunt incrementum: & riparum incommoda pertinent ad vicinos: ergo iustum est vt & commoda earum riparum ad vicinos pertineant. Bal. in rubri. de rerum diuisio. Iaf. in l. quominus. nu. 64. ff. de flumi. ita vt via publica quae est in medio, non impediatur quin ripae sint eorum quorum praedicti adherent. Iaf. ibi nu. 69. & venient ripae etiam si de illis non sit facta mentio in instrumento. nam vendito fundo, & ripae quoque censentur venditae. Iaf. ibi nu. 70.

Conclusio CCXL.

IN fundo & in aedificio vicini possunt poni lapides & ligna ad tempus, & donec domus, vel aliud vicini aedificium reficiatur, sed non vt ibi perpetuo sint. l. refectio. ff. commu. praedi. Iaf. in d. l. quominus. de flumi.

Conclusio CCXLI.

AQUA in qua priuatus ius habet non potest a solito cursu diuertiri. l. i. ad finem. C. ad l. aquiliam. & ibi Bald. & Salice. ad hoc notant eam legem. ad idem facit. l. praes. & l. si manifeste. C. de seruitu. & aqua. Iaf. in l. quominus. ff. de flum. nu. 95.

Conclusio CCXLII.

SI molendinum commune vel domus communis corruerit, & vnus ex sociis recusit reficere atque expensas pro sua parte exoluere, alter autem suis expensis reficit & ille qui non reficit, recusat pro sua parte exoluere. totum illud molendinum autem domus refecta expensis vnus: ad eum pertinebit quo ad usque ille recusans exoluerit & expensas seu partem ipsarum expensarum vnus cum vnus illi socio qui iam reficit suis expensis. l. cum duobus. §. idem respondet focus qui cessante. ff. pro socio. l. si vt proponis. C. de adi. priua. Ange. in §. sequens. de actio. Iaf. in l. quominus. num. 109. ff. de fluminib. & ibi ex sententia Angeli inquit eos duos textus esse ad hoc notandos & singulares contra recusantem socium reficere partem rei communis: & hoc vbi ea refectio esset necessaria: sed si solum utilis.

Conclusio CCXLIII.

REGula cancellariae de viginti diebus, locum habet quando resignans suo beneficio est in infirmitate constitutus: tunc enim nisi resignans vixerit per viginti dies, non valebit collatio illius beneficij virtute illius regule, quod si resignans tempore resignationis esset sanus, & exiens in sanitate resignauerit, quamuis denum sequatur mors intra viginti dies, tenebit talis collatio & cessabit effectus illius regule, de viginti diebus, vt per glo. in ea regula. & Francisc. Marc. in secunda parte suarum decisionu deci. 548. & 431.

Conclusio CCXLIII.

SI estator reliquerit tali mulieri centum pro ea maritanda, debebitur legatum quamuis ea mulier esset maritata tempore testamenti. l. si iam facta. ff. de condi. & demonit. l. antepenhultima. C. de senten. qua sine certa quanti. Iaf. in l. quominus. nu. 133. ff. de flu. Alex. consi. 146. in 5. par.

Conclusio CCXLV.

SI duo sint socij qui habeant domum communem, & alter vult eam inhabitare, alter autem vult eam locare, praefendus erit ille qui vult eam inhabitare & eam ad proprium vsu tenere: quia non debet prohiberi vti ea re ad suum ius. l. Sabinus. & ibi Bald. ff. com. diuis. Iaf. in l. quominus. nu. 161. ff. de flu. per l. tepe. ff. de re iud.

Conclusio CCXLVI.

SI sint duo habentes fundum communem, & alter velit vt fundus colatur & seminetur, alter autem recusit, si alter cum fundum coluerit, & seminauerit totum suis expensis, non tenebitur alteri respondere de fructibus. Salice. in l. iubemus. C. de sacro. eccles. & Iaf. in l. quominus. nu. 162. ff. flumi. & in l. serui electione. nu. 9. ff. de leg. j.

Conclusio CCXLVII.

CVm iudex appellacionis confirmat primam sententiam tanquam latam legitime, agetur ex sententia confirmate, & iudex appellacionis eam exequetur. authent. si quis litigatum. C. de episc. audi. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & hanc sententiam comunem esse inquit Iaf. in l. j. nu. 1. ff. de re iudic.

Conclusio CCXLVIII.

SENTENTIA lata pendente dilatione est ipso iure nulla & ita vt nec con sensu partium ratificari possit. l. siue pars. C. de dil. quia lata sententia fuit ab eo qui carebat exercitio iurisdictionis. Iaf. in l. iij. nu. 3. ff. de re iud.

Conclusio CCXLIX.

POtest & contra pupillum fieri condemnatio expensarum & executio: sed pupillus postea a tutore recuperabit. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. ij. & ibi Bald. & liberatur pupillus cedendo actionem contra tutorem. l. si. ff. de admi. tuto. & Iaf. in l. si se non obtulit. in prin. numero 12. ff. de re iudi.

Conclusio CCL.

SI per sententiam diffinitiuam quis fuerit condemnatus exoluere aliquid infra aliquod tempus, & ab ea sententia fuerit appellatum, & demum per iudicem appellacionis ea sententia fuerit confirmata, tempus soluendi incipiet currere a die latae secundae sententiae & non a tempore primae sententiae. l. ij. C. de vsuris rei iudi. agitur enim semper ex sententia confirmata & non ex confirmata. Iaf. in l. si se non obtulit. §. si quis. nu. 4. ff. de re iudi.

Conclusio CCLI.

VB i ad solutionem tempus adijcitur gratia debitoris, poterit ipse debitor ante diem soluere. l. quod in diem. ff. de solutionibus. l. stipulatio ista. §. inter certam. & ibi Roma. ff. de verbo. oblig. potest enim in hoc casu debitor suo fauori renunciare per regulam, quod fauore. ff. de reg. iuris. & l. si quis in conscribendo. C. de pact.

Conclusio CCLII.

VB i ad solutionem faciendam tempus adijcitur fauore creditoris, & in illius gratiam, debitor non poterit ante tempus soluere & neque cogere poterit creditorem ad solutionem recipiendam. l. si ita relicta. §. Pegafus. ff. de le. ij. Roma. in l. stipulatio. §. inter certam. nume. 6. ff. de verbo. obliga.

Conclusio CCLIII.

VB i ad solutionem faciendam ponitur dies gratia & debitoris & creditoris solutio a debitore non fieri poterit ante euentum diei & neque creditor cogi poterit ad recipiendam. l. qui Roma. §. j. de verbo. oblig. Roma. in l. stipulatio ista. §. inter. nu. 7. ff. de verb. oblig.

Conclusio CCLIII.

IN dubio dies adiecta solutioni censetur appositae in fauorem & gratiam debitoris. l. quod in diem. ff. de solutio. l. cum in tempus. ff. de regu. iuris. & ibi Dinus. l. cum qui calendis. §. quoties. ff. de verbo. obliga. Roma. in l. stipulatio ista. §. inrer certam. numero. 8. ff. de ver. oblig. & ideo ille debitor ante diem soluere poterit.

Conclusio CCLV.

Merces emptae ex pecunia quae datae erat mutuo non censentur mihi ex hoc tacite hypothecatae nisi hoc expresse dictum esset in contractu. & ideo cautela est & quam debent obseruare hi qui dant pecuniam mutuo, & faciunt adponere specialem hypothecam in ipsis mercibus, per quam tunc ille mutuans praefendus esset aliis creditoribus habentibus anteriore hypothecam quantumque expressam. l. licet. C. qui portio. in pig. habe. alia ex hoc solo quod merces essent empre ex mea pecunia, quam illi mercatori dederam mutuo, non constitueretur hypotheca in ipsis mercibus, nisi mutuans esset minor. l. interdum. & ibi Bartol. ff. qui portio. Bartol. Baldus & Angel. in l. si cum dotem §. si. ff. soluto matri. vbi tenet, quod si quis mutuauerit alicui pecuniam qui demum ex ea pecunia merces emerit, quamuis ille merces stent, quod ille mutuans non esset praefendus in ipsis mercibus ceteris creditoribus, nisi pecunia expresse fuisset data, & mutuata ad eas merces emendas. Iaf. in l. qui Roma. §. Callimachus. numero 2. ff. de verborum oblig. & ibi Arct. numero 4.

Conclusio CCLVI.

IN generali obligatione veniunt merces venales. l. cum tabernam. ff. de pigno. in prin. Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsu. lega. etiam si non exprimat expresse de mercibus. & ita comuniter tenetur, vt inquit Iaf. in l. qui Roma. §. Callimachus. n. 5. ff. de ver. oblig. quod in generali obligatione veniunt etiam merces venales. Bal. in rub. de verbo. obliga. & hoc per generalitatem legis finalis. C. quae res pignori obligari possunt.

Conclu

Conclusio CCLVII.

Verba quae in sententiis ponuntur a iudice, scilicet, visa citatione, viso libello, & cetera quae ibi inserta sunt, non probant libellum vel citationem fuisse nisi de illis aliter appareat. Bar. in l. fin. ff. quando appelland. fit. & in l. j. C. de fide instru. Hippol. de Marf. in pract. caus. crimi. in verbo, quoniam. nu. 19.

Conclusio CCLVIII.

Taxatio expensarum quam facit iudex non est interlocutoria, sed est quaedam declaratio condemnationis expensarum: verum si iudex excedat modum in taxando talis executio erit quoddam grauamen a quo poterit quis appellare tamquam ab excessu. Bald. in l. terminato. num. 8. C. de fructib. & litium expens.

Conclusio CCLIX.

Icet per libemus. C. de testa. requiratur vt testator exprimat nomen heredis in testamento, sufficit tamen qd alio interrogante an velit talem instituire, testatorem dicere qd sic. Nam paria sunt qd tales nominet, vel quod consentiat nominationi facte per alium. l. si ita scripserit. & ibi Bart. ff. de condi. & demonstra. Alex. consil. 12. nu. 8. j. vol. sufficit enim quod notarius vel alius in praesentia testatoris exprimat, vel legat nomina haeredum, vel quod testator talem nominationem confirmet, vel approbet. nam est ac si testator expressisset. las. in d. libemus. nu. 10. & ibi inquit eam esse communem opinionem approbatam & in iudiciis & in scholis. idem Cor. consil. 73. in j. vol. num. 7. quod tamen procedit vbi ille testator reperiretur loqui articulate, id est intelligibiliter, alias non, vt ibi per las. & sufficit qd testator vel nomine haeredis palam exprimat, vel quod illud scribat in testamento. authen. & non obseruato. C. de testam. vel quod ad interrogationem respondeat. Boer. deci. j. nu. 22.

Conclusio CCLX.

Promissio facta sine causa, seu de eo ad quod quis non tenebatur, praesumitur in dubio facta per errorem & non ex certa scientia nec animo liberali cu detur exceptio promissori, & sic is qui vult repellere dictam exceptionem habet necessesse replicare de certa scientia: alias succumberet, cum nemo praesumatur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de p. ba. l. si cum aurum. ff. de solut. c. super hoc. de renun. Bal. in l. generaliter. C. de non numer. pecu. Alex. consil. 13. nu. 3. in j. vol. Salic. in d. l. generaliter. vbi hac opinionem communem esse firmat. & Alex. ibi.

Conclusio CCLXI.

Vbi quis ex certa scientia sciens se non teneri promittit rem aliquam, & constat qd ex certa scientia ille promittit sciens se non obligatum, eo casu talis promittens videtur hoc promittere animo donandi. l. campanus. ff. de ope. liber. alias autem in dubio quando non constat an animo donandi, an vero ex certa scientia, est magis communis opinio qd non praesumitur ex certa scientia nec animo donandi. Alex. consil. 13. nu. 3. j. vol.

Conclusio CCLXII.

Scripturis tabellionum sine testibus non creditur. in auth. de tabel. in j. si instrumen. de instr. cautela & fide. in auth. gl. & docto. in l. iuris gentium. §. quod fere. in gl. j. ff. de pactis. in iudiciis tamen valent acta iudicij sine testibus. docto. in c. quoniam contra falsam. de proba. Alex. consil. 13. nume. 10. in j. vol.

Conclusio CCLXIII.

Confessio facta coram iudice incompetenti non valet ad hoc vt ex ea sequi possit condemnatio coram iudice competenti. c. at si clerici. de iudi. & ibi docto. maximè Pan. Alex. consil. 13. j. vol.

Conclusio CCLXIII.

Donatio illa quae ita facta fuit, donauit pure, liberè, & simpliciter talia sua bona: quamuis demum in ea donatione apposta sint alia verba scilicet, sciens & attendens se recepisse plura seruitia, quae talis mihi fecit, & quae faciet in posterum, volens remunerare pure & simpliciter, talia bona donat: talis in qua donatio ita confecta, & in qua est facta ea generalis mentio meritorum absque eo qd donatio descendit ad aliquam speciem seruitij, erit donatio simplex, & pura, & non ob causam. & hoc propter ea verba pure, liberè, & simpliciter. per l. i. C. de dona. ante nupt. & ad hoc propositum eam legem citat Oldradus consil. 5. & Alex. consil. 14. numero. 2. j. volumine & Socinus consil. 53. num. 2. j. volum. Chaff. consil. 70. nu. 14.

Conclusio CCLXV.

Si quis agat ex aliquo contractu debet probare formatu fuisse contractum certo modo, & non sufficeret probare tractatum: quia talis probatio tractatus non releuat nisi probetur de certa conclusione, cum multa tractentur quae non perficiuntur. l. Titia. §. j. ff. de verb. obli. l. si ex causa. §. nunc videndum. in fin. ff. de minorib. Alexand. consil. 18. numero 3. j. volumi.

Conclusio CCLXVI.

Vbicumque testimonium alicuius est suspectum, tunc non facit talis testis semiplenam probationem, nec eius testimonium dicitur integrum. l. 3. in princ. ff. de testi. Alex. consil. 18. nu. 7. j. volu.

Conclusio CCLXVII.

Testis consanguineus, vel parti multum amicus, non dicitur testis omni exceptione maior: ideo non facit semiplenam probationem. Bar. in l. admonendi. in 7. columna. ff. de iur. iur. Alex. consil. 18. nu. 5. j. vol.

Conclusio CCLXVIII.

Testis affinis non est integer testis, & neque testimonium affinis pro suo affine est integrum. gloss. in l. 4. ff. de testi. Alex. consil. 18. nu. 7. j. vol. non quidem repellitur a testimonio affinis pro affine verum non erit integrum eius testimonium propter affinitatem. Alex. in eo consil. nu. 8. non enim sunt testes omni exceptione maiores affines inter se. Decius consil. 463. nu. 13. & sic iuramentum in supplementum non esset deferendum si quis cum teste affine probasset rem suam. Alex. consil. 122. vol. 2. affinitate tamen cessante per mortem mariti aut vxoris bene possent afferre testimonium hi qui p antea essent affines: quia iam est dissoluta ipsa affinitas. Alex. consil. 207. in 6. volu. nu. 12.

Conclusio CCLXIX.

Testis ille dicitur omni exceptione maior, contra quem nulla exceptio opponi potest. gloss. in §. item verborum. in verbo, idoneus. in lit. de inu. stipul. & hoc siue opponatur exceptio per quem testis repellatur a testimonio, siue fides illius diminuat: & per consequens talis testis qui non est omni exceptione maior, non faciet semiplenam probationem ad hoc vt parti iuranti iuramentum in supplementum deferri possit. Alex. consil. 18. num. 9. j. vol. & oportet qd testis superet omnem friuolam exceptionem, & propter soiam facti infamiam testis non diceretur omni exceptione maior. Alex. consil. 103. in 6. volu.

Conclusio CCLXX.

Similitudo causae in persona testis repellit testem. Bald. in l. dictatibus. C. de testa. vt si quis vellet probare Titium esse usurarium, & producat testem qui probet Titium sibi mutuasae sub vfuris, talis testis non erit testis idoneus. Alexand. consil. 107. nu. 5. j. vol.

Conclusio CCLXXI.

Quoties actus aliquis est nullus, licet cuilibet venire contra: & illemet qui gessit actum nullum, poterit venire contra actum a se gestum quando ille actus est nullus: & contra sententiam etiam pro se latam, quando illa est nulla. l. quaedmodum. de agric. & cens. lib. xi. C. Alex. consil. 123. num. 4. j. volu. & faciens actum nullum non debet puniri. Fel. in cap. fraternitatis. nu. 5. de testi.

Conclusio CCLXXV.

Si iudex in sententia expresse habet relationem ad acta, & sex actis ad quae fit relatio apparet de errore iudicis in sententia, talis sententia redditur ipso iure nulla: quia fuit expresse error in sententia per l. si expressim. ff. de appella. & debet reddi nulla si error deprehendatur ex actis ad quae fit relatio. Bar. in l. j. C. de erro. calculi. Alex. consil. 123. nu. 7. in j. volu. & ibi eam opinionem communem esse asserit.

Conclusio CCLXXIII.

Quando reperitur discordia inter dictum testis & dictu partis ipsum testem producentis nusquam dictum testis debet concordari cum dicto partis etiam ad falsitatem euitandam. c. in praesentia. §. pterea. de prob. Inn. in ca. cum contingat. de offic. delegat. Paul. Cast. & las. in l. 2. §. creditum. num. 1. ff. si cert. petat. & ibi inquit las. in practica hoc commendandum.

Conclusio CCLXXIII.

Trabes & ligna quae per alluionem sunt portata in fundum alterius non acquiruntur illi cuius est fundus sed remanent in potestate illius ad quem pertinent ipsae trabes & ligna. Bal. in rub. de rerum diui. las. in l. si quis nec. §. res pignori. nu. 4. ff. si cert. petat.

Conclusio CCLXXV.

Quoties aliquis est debitor sub conditione, per euentu conditionis non potest ipse debitor in mora constitui, & euentus ipsius conditionis non constituit debitorem in mora quia idem actus non habet inducere obligationem & constituere in mora. Bar. in l. quoties in diem. ff. de verb. oblig. las. in l. si quis nec causam. §. res. num. 13. ff. si cert. petat.

Conclusio CCLXXVI.

Quoties quis numerauit pecuniam alteri, & dubium sit an talis numeratio sit facta nomine ipsius, an nomine alterius, in hoc datur haec regula qd semper numeratio praesumitur facta nomine numerantis & non nomine tertij. per l. & magis. ff. de solu. las. in l. certi dictio. §. quoniam. n. 2. ff. si cert. pe.

Conclusio CCLXXVII.

Citatio facta non expresse loco non vitatur per hoc quae intelligitur facta vt citatus compareat in loco consueto per l. penul. ff. de iusti. & iure. Pet. de Anch. in c. cu eps. de off. ordi. in 6. l. magistratus. & ibi Bar. per illum text. ff. ad munic. las. in l. certi conditio. §. si numeros. nu. 10. ff. si cert. pet.

Conclusio CCLXXVIII.

Contractus principalis quamuis sit inualidus & inutilis tamen si in illo acti sit aliqua confessio, illa tenebit: quia nullitas contractus non habet annullare confessionem in eo contentam. l. si ita stipulatur. §. Chrysofonus. & ita Bar. hoc notat per eum text. ff. de verb. obli. las. in l. certi. & ibi inquit in iudicando non esse recedendum ab hac opinione, ff. si cert. pe. nu. 35.

Conclusio CCLXXIX.

Quando tutor est creditor pupilli ex quocunq; titulo vel causa, solus tutor potest propria autoritate sibi soluere & satisfacere. l. si tulas. §. j. ff. de p. emp. las. in l. singularia. n. 18. ff. si cert. pet.

Conclusio CCLXXX.

Legans domum cum omnib. reb. que in ea sunt, nulla re excepta, non videtur per hoc legare pecuniam numeratam quae ibi reperitur. Frumentum tñ & aliae res quae ibi sunt in ipso legato bene comprehenduntur non tamen pecunia. l. si Maeria. §. si ff. de leg. 3. quem text. singularè ad hoc propositu inquit las. in l. singularia. nu. 28. ff. si cert. pet. ratio est quia pecunia non circumscribitur loco. l. si fideic. §. tractatu. ff. de iud.

Conclusio CCLXXXI.

Vo fratres patre mortuo remaserunt in haereditate paterna comuniter: vnus eorum ibat ad emendum merces ad partes remotas, alter aut domi stabat: ille aut frater qui foras ibat, pecuniam retinuerat, & ex ea nomine proprio emit quasdam res, & pmiscue cu fratre alio vtebatur. frater mortuo qui nihil agebat domi relicta filia in diuisione bonorum oia bona diuidenda erunt & tenebitur ille patruus oia bona coicare sue nepti qd habebit medietate bonorum eorum. Bal. in l. cu oportet. in prin. C. de bonis qd liberis. Bal. in l. cu duob. §. si fratres. ff. p socio. las. in l. si socius. ff. si cert. pet. nu. 2. quod pcedit vbi essent socij omnium bonorum, alias secus si essent socij vnus negotiationis. nam solum pecunia veniret coicanda. las. ibi.

Conclusio CCLXXXII.

Legatum rei alicuius factum a testatore cuidam Titio, si demu testator re ipsam legata voluntarie alienauerit eo casu testator alienando rem legata voluntarie censet legata reuocasse. l. fideicommissa. §. si re. ff. de leg. 3. l. rem legata. ff. de adimend. lega. las. in l. no omnis. nu. 3. ff. si cert. pet. secus si ex necessitate testator rem ipsam alienasset: quia tunc legata non ceteretur reuocatum. las. in l. Stichum. qui. nu. 27. ff. de leg. j.

Conclusio CCLXXXIII.

Donator causa mortis rem qua donauerat causa mortis voluntarie alienando censetur per tale alienatione voluntarie facta re ea donationem reuocasse, quia tunc donas videtur poenitere alienando talem rem donatam. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor. las. in l. non omnis. nu. 4. ff. si cert. pet. qd si ex necessitate fieret ea alienatio, tunc per tale alienatione ex necessitate facta, non ceteretur talis alienatio reuocata. las. in l. Stichum. qui. nu. 28. ff. de leg. j.

Conclusio CCLXXXIII.

Si in donatione causa mortis sit facta mentio haeredu, vt si donator dicat se dare causa mortis Titio & eius haeredibus, talis donatio censenda erit donatio inter viuos & non causa mortis cu donatio causa mortis ad haeredes non transmittitur ipsius donatarij. l. no omnis. ff. si cert. pet. Bald. in l. quoniam. C. de iure deliberan. & ibi etiam Salic. & las. in d. l. non omnis. nu. 5. nisi per quidam coniecturas possent constare de contrario vt per Decium consil. 470.

Conclusio CCLXXXV.

Si in societate vnus ex socijs centum posuerit pro capitali, & alter operam posuerit in fine anni, vel in fine societate

ris, is qui posuit centum ea centum recuperabit pro suo capitali, & id quod inuenietur vltra ea centum, diuidetur inter eos & ille qd posuerat operam nihil p sua sorte & capitali obtinebit, vnde si in societate reperiant trecenta & vnus eorum centum posuerit p suo capitali, ille talis ea centu recuperabit & ducenta.

Conclusio CCLXXXVI.

Ratio a quocunq; reddenda est: quia qui gessit alteri administrationem, siue ille vt tutor gesserit, vel vt curator, aut alio gerens illius negotia. l. ij. in fi. ff. de neg. gest. Procurator et ad id teneat. l. idè quod. §. j. & l. in mandato. ff. mand. siue et sit filius, siue socius. l. qda. de edendo. Soc. p. 24. n. 37. j. vo.

Conclusio CCLXXXVII.

Si cois pecunia socioru ad vnū peruenerit, p̄ eū prius agi debet ab eo, cui aliquid deest, & postea fieri debet diuisio societatis pro rata: & sic ante reuissam rationem, socius qui pecuniam habuit, debitor est partis aliorum, & id exigi potest. ita Socin. consil. 24. nu. 42. j. vol. per l. actione. §. si communis pecunia. ff. pro socio: & Socin. in eod. consil. nu. 15.

Conclusio CCLXXXVIII.

Vbicumque alicui competunt plura remedia, & plura iura: vni iuri, & vni remedio renunciando, non sibi in alio prauidicat. l. si seruo meo. ff. de leg. j. l. si domus. ff. de seruitu. vrb. praed. Soci. consil. 24. nu. 7. j. vol. item renunciatio facta p vno remedio non tollit ius coepetes in altero. Soci. ibid. n. 8.

Conclusio CCLXXXIX.

Renuntiatio quantumuis generalis, & quamuis ad plura possit se habere: tamè si causa in ea exprimat, talis ca regulat causatum, & eam qualitate restringit. ca. cum cessante, de appel. & ibi Inn. l. adigere. §. quamuis, ff. de iure pat. cum effectus rerum ex causis colligantur. l. voluntas. C. de fideic. Soc. consil. 24. nu. 11. in j. vol.

Conclusio CCXC.

Donatio a marito facta suae vxori, etiam si illa iuramento firmata fuerit, in se tamen habet eam tacitam conditionem, si vxor donataria superuixerit. nam quamuis per iuramentum donatio confirmetur, illud tamen iuramentum non tollit illam tacitam conditionem, si vxor superuixerit, cum iuramentu intelligatur secundu naturam actus. l. fin. C. de non nume. pecu. Dec. consil. 240. & consil. 536. per l. a marito. C. de dona. inter vir. & vxor.

Conclusio CCXCI.

Quando procurator accipiendo pecuniam expresse fide sua astrinxit ad eam reddendam, tenetur etiam finito officio ad ea pecunia exoluenda, cum ad id se obligauerit. l. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest. & ibi Bar. & hac opin. com esse asserit p. 144. n. 6. vol. j.

Conclusio CCXCII.

Quando procurator p̄xit procuratorio nomine, sed ad obseruationem se obligat proprio nomine, tenet semper: quia ad id vsu fide astrinxisse. l. procurator. ff. de pe. Soc. p. 154. n. 7. vol. ij.

Conclusio CCXCIII.

Quando procurator obligat se, suos haeredes, & bona, tenetur proprio nomine: na ex quo fecit mentionem haeredum, excedit fines sui officij. Soc. consil. 154. vol. 2. nu. 9.

Conclusio CCXCIII.

Quoties correptione procuratoris actus celebratur, tunc procurator p̄hendo obligatur et proprio noie: vel et si actus celebratus sit Domini contemplatione, & procuratoris. eo casu procurator et proprio noie obligat. glo. & Bal. in l. si pupilli. §. j. ff. de neg. ge. l. eig. si cert. pe. Soc. p. 154. n. 11. vol. ij.

Conclusio CCXCV.

Quando procurator actum gerit procuratorio nomine, qui actus conuenit sibi procuratori, & ipsum solu tangit, tunc tenetur: quia videtur suam fidem astrinxisse, prout promissio rati, & iudicatum solui, & sic tenetur ipse procurator. l. si procurator meus, §. fina. l. sed & he. §. p̄teton. ff. de procur. Socin. consil. 154. nu. 15. part. 2.

Conclusio CCXCVI.

Illa qualitas quae repellit testem a testificando in facto alieno furtiue, repellit partem a iuramento in supplementum in facto proprio. theorica Doct. in l. admonendi. ff. de iurciu. & Socin. consil. 155. nu. 9. in 2. vol.

Conclusio CCXCVII.

Pro sententia est semper iuris praesumptio, quando illa trasuit in rem iudicatam, quod scilicet iuste & bene fuerit lata. capit. semper, de re iudica. reg. res iudicata, de regul. iur. quod procedit quo ad eas personas inter quas fuerat lata sententia, sed non quo ad tertium: quia is comparere poterit, & impedire eius executionem, & requiritur noua causa cognitio. l. a diuo Pio. §. si super rebus. §. si post. ff. de iudic. Socin. consil. 158. num. 12. vol. 2.

Conclusio CCXCVIII.

Actio quædam personalis inter hæredes, diuiditur & datur contra omnes hæredes pro rata, per l. j. C. si certum peratur: & per eum titulum de hære. actio hypothecaria ve rō datur contra quemlibet ex hæredibus & contra quamlibet rem hypothecariam in solidum. l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus. Socin. consil. 158. num. 29. vol. 2.

Conclusio CCXCIX.

In librationum sigillatim omnia describi debent, & nō sufficeret in genere, vel in summa describere: quia singulis specificatis veritas melius constare potest. Soc. consil. 159. n. 4. in 2. volu.

Conclusio CCC.

Res semel in dotem constituta, non potest alienari: sed si semel possessio illius rei dotalis sit ei mulieri restituta, p. dit demum nomen & priuilegium dotis, & erit alienabilis. Ideo soluto matrimonio, & quousque restitutio ea mulieri facta fuerit, semper remanet dotalis. l. j. C. sine censu vel reli. & ibi Bald. sed si semel fuerit restituta, efficitur proprium patrimoniu ipsi mulieris, & cessat lex Iulia de fundo dotali. Iaf. plenē in rubric. ff. solut. matrim. nu. 10. & ita hoc ibi tenet.

Conclusio CCCI.

Quando aliquis dat terram colendam ad tertium vel ad quartum, & pro certa cotta fructuum, debet illi talis habere suam cottam conuentam nullis deductis expensis factis in cultura terræ, & nec colonus aliquod semen, aut alias expensas deducere poterit: sed ex omnibus fructibus collectis, illud tertium aut quartum exolui debet absque alia deductione, nisi pactum aliud conuentum fuisset. capi. tua nobis, de decim. & ibi Innoc. & Panorm. in iij. notabili. & Iaf. in l. fructus, num. 13. ff. solut. matrimo.

Conclusio CCCII.

Uiticus qui accipit fundum colendum pro certa cotta fructuum, tenetur ad semen, & ad similes expensas pro proprio, nisi per pactum aliud conuentum fuerit. Innoc. in c. tua nobis, de decim. Iaf. in l. fructus, numer. 13. ff. sol. matr.

Conclusio CCCIII.

V usufructuarius lucratur omnes fructus quos iam collegit, licet modico tempore vsus fructus durauerit, & eos iam perceptos lucratur. l. si usufructuarius messem. ff. quib. mod. vsus fruct. amitta. l. defuncta. ff. de vsu fruct. in vsu fructu enim durat dominium vitile, quamdiu usufructuarius uiuit. Iaf. in l. diuortio. num. 5. ff. solut. matrimo.

Conclusio CCCIII.

Stipulator vxori suæ singulis annis decem saccos frumentis legauerit donec in viduitate permanferit, & demum vidua infra duos menses moriatur, vel secundo vxorata fuerit, totum legatum consequetur, & neque fiet illi aliqua diminutio temporis quo vixerit, vel quod non permanferit in viduitate. l. a vobis. ff. de annuis legatis. Iaf. in l. diuortio, numer. 6. ff. solut. matr.

Conclusio CCCV.

ubi res locata in aliquem transfertur ex necessitate, ille, in quem ea res transfertur, debet stare tali locationi factæ per suum locatorem. l. diuortio, & ibi gloss. & Iaf. num. 32. ff. solut. matrimo. vt quando mulier vult recuperare bona sua dotalia post mortem mariti, qui constante matrimonio ea bona locauerat, tenebitur vidua stare locationi factæ per suum maritum. d. l. diuortio. fit enim talis translatio rei locatæ in viduam post mortem mariti ex necessitate. Iaf. ibi nume. 3. & cum ex necessitate succedat tenebitur stare tali locationi factæ per suum maritum.

Conclusio CCCVI.

ubi res locata ad aliquem peruenit ex voluntate, & sic ubi translatio rei locatæ fit ex voluntate locantis, tunc singularis successor nō tenetur stare tali locationi factæ per suum prædecessorem. l. emptore. C. loca. Iaf. in l. diuortio. nu. mero 35. ff. solut. matrimo.

Conclusio CCCVII.

Omnia qui succedit alicui rei per decretum iudicis aut aliis, tenetur stare locationi factæ per eum qui erat illius rei dominus: quia talis translatio fit ex necessitate, & eo casu semper successor tenetur stare locationi factæ per venditionem. §. j. ff. de bon. auth. iud. possid. Iaf. in l. diuortio, nu. 35. ff. solut. matrimo. nisi ea bona locata veniant ad fiscum per confiscationem: quia fiscus non tenetur stare colo no, nec locationi factæ ab eo cuius bona sunt confiscata. l. si fundus, in princ. ff. locati. Iaf. in l. diuortio, nu. 36.

Conclusio CCCVIII.

Testator si in suo testamento mandauerit bona sua distribui in mulieribus maritandis pauperibus, & ad id ordi-

nauerit suum executores: eo casu ea bona erunt distribuenda inter virgines maritandas, & non inter viduas, quamuis illæ essent pauperes: quia talis dispositio refertur ad primas nuptias. Bald. in proœnio Decretal. & Iaf. in l. diuortio, §. quod in anno. nu. 13. ff. solut. matrimo.

Conclusio CCCIX.

Iudex coram quo petitur vt cōtractus donationis infine. Iur, poterit infinuationem recusare, si viderit donantem dolo inductum fuisse ad donandum, & blanditijs spoliatum, & debet iudex donantem interrogare de causa, & quare donat. Bald. in l. si constat. ff. de adoptio. alioquin frustra præsentia iudicis requiretur in infinuationibus, si ex causa non posset donationem recusare. Rebuff. in commen. in constit. reg. in tract. de donat. art. j. in gl. vlti. nu. 12.

Conclusio CCCX.

Si in contractu dictum fuerit, vt summa debita singulis annis exoluatur, ita vt solutiones non possint cumulari, valebit tale pactum, & intelligitur si solutio nō petita fuerit a creditore, sed post petitionem summæ factam ab ipso creditore poterunt cumulari. l. lecta, & l. eius. ff. si cert. petat. Rebuff. in commen. in constit. reg. in tractatu. de constit. redituum, art. j. in gl. 5. in prin.

Conclusio CCCXI.

Bona debitorum qui litigant in iudicio non sunt per sententiam, seu per arrestum creditori agenti obligata: quia per sententiam non inducitur hypotheca ante executionem. Ad hoc ergo vt obtinens arrestum aut sententiam possit dicere bona debitoris sibi esse hypothecata, debet ille executionem facere in bonis debitoris, & ita habebit hypothecā, l. non est mirum. ff. de pignor. actio. in l. a Diuo Pio, ff. de re iudic. Rebuff. in commen. in constit. reg. in tract. de constit. redi. arti. j. in gl. 14. nu. 48.

Conclusio CCCXII.

Præconijs pendentijs debitor poterit rem incantatā vendere: quod tñ facere debet ex permissu curiæ, & debet pretium rei vendite tradere commissario, vel deponere penes grapharium, ad hoc vt creditor exoluatur, & ita obseruari asserit Rebuff. in commen. in constit. reg. in tractatu de Præconijs & licitationib. art. j. in gl. ij. nu. 16.

Conclusio CCCXIII.

Res nō dicitur litigiosa tamen si ea capta sit per executionem auctoritate iudicis ad instantiam creditoris: & quia præconia pendēt ad eam rem vendendam, l. 2. de diuit. pigno. Rebuff. in com. in constit. reg. in tractatu de præco. art. j. in gl. ij. nu. 16. hypothecaria enim in iudicio intentata nō reddit rem litigiosam: verum si postquam actum est hypothecaria, debitor rem incantatā vedat, creditor semper suam hypothecā persequi potest quemcumque poterit. Guid. Pap. dec. 432. & res dici potest litigiosa non solum quoad proprietatem sed et quoad possessionem, si fuerit pcessum super possessio: ita Franciscus Marci dec. 538. in secunda parte suarum decisionum.

Conclusio CCCXIII.

Cessio debiti per regē, & ex ordinationibus regijs, phibita est, sed nō cessio alicuius rei, alterius tñ quam debiti: quare si domus, fundus, vel quid aliud cedatur, vel si fiat cessio domus vel fundi, talis cessio bene admitteretur: quia tūc non ceditur debitu, sed res quæ non est debitu, cum debita sint tertia species bonorum, per l. a Diuo Pio. §. in venditione, ff. de re iud. & iura loquētia de debito nō extenduntur ad rē. §. j. de actio. instit. ita Rebuff. in commen. in constit. reg. in tractatu de cessione actionum, arti. j. in glo. quinta, in prin.

Conclusio CCCXV.

Cessio post litem contestatam fieri non potest: ante enim litem contestatam fieri debet ea cessio: & ita decisum refert fuisse multis arrestis Rebuff. in commen. in constit. reg. in tractatu de cessione actio. in gl. 4. in fi.

Conclusio CCCXVI.

Si pater & filius in expensis sint condemnati, pater non potest teneri in omnibus expensis, sed solum pro sua parte: quia expensæ sunt personales & respiciunt quemlibet pro sua parte: & si in sententia non sit dictum, in solidum, in executione hoc dici non poterit. Rebuff. in commen. in constit. reg. in tractatu de cessione actio. in gloss. xij. Papon in suo reueil, in titulo, des despens, arrest premier.

Conclusio CCCXVII.

Compensatio contra cedentem opponi potest, quæ admitti potest, sicuti illa admittenda esset & contra cessionarium. Bart. in l. procurator, §. si ff. rem ratam haberi. Guid. Pap. decif. 767. Rebuff. in tractatu de cessione actio. in gloss. 7. & Alex. conf. 54. in fi. in 2. vol.

Conclu

Conclusio CCCXVIII.

In locationibus rerum publicarum non requiritur subhastatio, l. penes. C. de vectigalib. & comm. glo. in l. quamuis. C. de vend. comm. libr. 10. Rebuff. in commen. in constit. reg. in tractatu de præco. artic. j. in gl. vnica, num. 32.

Conclusio CCCXIX.

Allegans consuetudinem eam tenetur probare, per l. qui accusare. C. de edendo. nam consuetudines antiquam sint redactæ in scriptis, & cōfirmatæ sunt qd facti & cōsistunt in facto: & facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello, §. factæ. de cap. & Rebuff. in commen. in constit. reg. in tit. de consuet. art. 2. in glo. 3.

Conclusio CCCXX.

Consuetudo fori iudicialis nō redacta in scripturam potest probari per aduocatos, procuratores, & notarios, de qua ipse iudex ex suo officio se potest informare. l. iij. in fin. ff. de testa. Rebuff. in com. in constit. reg. in tracta. de cōsue. artic. 2. in gl. 3. num. 11.

Conclusio CCCXXI.

Ex stylo curiarum Franciæ consuetudines non redactæ in scriptis, solent per turbam probari: in qua probanda ad minus decem testes requiruntur. l. prætor. §. turba. ff. de vi bo. rapt. Faber in §. ex non scripto. de iure natura. Rebuff. in com. in constit. reg. in tractatu de consuet. in glo. 3. num. 20. in 2. articulo. adde quod probatur per testes etiam singulares. Alex. consil. 41. in 4. volu. & nec requiritur quod probetur ita fuisse obtentum in contradictorio iudicio, vt per Corn. consil. 73. num. 9. in 2. volu.

Conclusio CCCXXII.

Contumacia non datur ipso iure nec officio iudicis: sed datur ad partis requisitionem in iudicio. l. properandū. §. & si quidē. C. de iudic. Rebuff. in com. in constit. reg. in tractatu de contumacia, arti. j. in gl. vnica, numer. 2. & Socin. consil. 41. num. 3. j. volum.

Conclusio CCCXXIII.

In casibus in quibus sola citatio interrumpit citationem, non sufficeret reum fuisse citatum per aduocatum, nisi ipse actor in termino se præsentauerit, & contumaciam contra reum accusauerit, Bald. in l. j. ff. de in ius vocand. & in l. fin. ff. de eo per quem fac. erit. Rebuff. in com. in constit. reg. in titulo de contumacia l. gl. vnica. n. 3. & ibi inquit quoniam reus cēsetur contumax, nisi actor contumaciam accusauerit tam in causis ciuilibus quam criminalibus. ita Rebuff. nume. 4. & 5. & est text. in c. olim. de accusa.

Conclusio CCCXXIII.

Verus contumax ille appellatur qui apprehensus a seruiente, & cum citatus fuisset in persona nō comparuit, fictus autem contumax ille appellatur, qui non apprehensus in persona, sed in domicilio citatus non comparuit. Rebuff. in tract. de contumacia not. 10. in gloss. vnica, num. 7. & 8. per l. litigatores. ff. de arbit. l. vnica. ff. si quis in ius vocat. & Constantinus in constit. regias, artic. 29.

Conclusio CCCXXV.

Iudex à parte recusari debet, & non à procuratore, nisi ille procurator speciale mādaturum ad hoc habuerit. l. nō solū. §. final. ff. de procurat. Bart. in l. si procurator. ff. de condi. ind. Rebuff. in commen. in constit. reg. in tract. de recusa. art. j. in gloss. j.

Conclusio CCCXXVI.

Causa recusatationis conscientie recusati relinqui non debet, vt est ordinatio regis Caroli septimi, cuius meminit Rebuff. in com. in constit. reg. in tract. de recusa. artic. j. in glo. 3. est enim causa suspicionis alleganda, & à parte probanda. l. suspicionis. de offic. & potest. potest tamen iudex interrogari super illis recusationibus, vt ibi per Rebuff.

Conclusio CCCXXVII.

Si pars dicat causam recusationis ad suam notitiam de nouo peruenisse, erit iuramento partis recusantis standum, per capi. pastoralis, de exceptio. & est ordinatio regis Caroli septimi, de qua per Rebuff. in suis commen. in tracta. de recusa. artic. j. in gloss. 6. nu. 2.

Conclusio CCCXXVIII.

Si pars recusans, & post propositas recusationes comparuerit coram iudice recusato, & neque protestatus fuerit de causis recusationum iam propositis, viderit ipsis causis renunciaffe. capi. ex parte Martini. & c. cum speciali, de appellat. Bartol. in l. a procedente, C. de dilatio. Rebuff. in com. in tracta. de recusat. artic. 6. in gl. vnica, nu. 4.

Conclusio CCCXXIX.

Causæ recusatationum quæ à partibus proponuntur, debent ab ipsis partibus probari, & nō sufficeret in hoc casu partis iuramentum, quia tali iuramento non standum esset, vt est ordinatio regis de qua per Rebuff. in commen. in constit. regias, in tract. de recusat. articulo 14. in gloss. numero 4.

Conclusio CCCXXX.

Iudex inimicus quamuis fuerit reconciliatus, poterit nihilominus recusari. Roman. sing. 315. in no. in capi. per tuas, de simonia. Rebuff. in tract. de recusat. artic. 9. numer. 19. non enim fidendum est inimico reconciliato.

Conclusio CCCXXXI.

Iudex à parte recusari potest, si cum eo litem habeat pro alia re. capitul. cum super. vbi gl. & docto. de offic. delegat. quod procedit etiam si litem finita esset, & iudex fuisset victus: quia odium censetur durare, & inimicitia causata ex lite præterita durare præsumitur diutius, in cap. ad hæc, de appella. & adhuc dici potest aduersarius. l. cum posteaquam. C. de pact. ibi, aduersarius tuus malus victus. Bald. in l. in ipsius. C. famil. eriscund. Rebuff. in tract. de recusat. articulo. 9. numero 22. & non solum iudex ex hoc recusari potest, sed & illi, qui sunt ex sua cognatione, Iaf. in l. apertissimi. C. de iudic.

Conclusio CCCXXXII.

Excusator seu exoniator qui vult citatum excusare, debet tria facere & allegare, quod qui eum misit est infirmus, aut detentus aliquo impedimento, & quod se offert iuratum ita esse. item quod ille nūcius dicat ad hoc missum fuisse ad eum excusandum qui ipsum miserat. Masueri. in titulo de contumacia. versicu. item contra. Terrium est, vt dicat se ad hoc expressè missum vt eum excusaret, & nisi hæc tria deducta & allegata fuerint, iudex non debet admittere eum excusantem, & hæc in practica obseruari asserit Rebuff. in com. in constit. regias, in rubrica de excusa. numero 9. & 10.

Conclusio CCCXXXIII.

Si à sententia arbitri appelletur, appellandum erit ad eum iudicem, qui sine compromisso fuisset iudex ad cognoscendum de ea causa, & per consequens si de processu pendente in curia suprema negotium ad arbitrum remittatur, & ab eo pro sententia appelletur, ad ipsam curiam supremam appellandum erit. ita Rebuff. in com. in constit. reg. in rubrica de arbitris, artic. j. in gloss. 10. num. 4. 5. & 6.

Conclusio CCCXXXIII.

Si clericus se dicat læsum ex sententia arbitri erit ei appellandum ad Episcopum de iure communi: sed in Francia iudex ordinarius secularis adeundus est etiam ab ipsis clericis de consuetudine, cum illi petant reductionem à sententia arbitri. Rebuff. in rubric. de arbit. articulo. 10. num. 10. 12. & 13.

Conclusio CCCXXXV.

Responsiones super articulis fieri possunt inter partes post litem contestatam vsque ad conclusionem in causa, cum succedant in locum probationum, quæ fieri debent post litem contestatam vsque ad conclusionem in causa. Speculat. de positio. §. secundo videndum est. Panormit. in capit. cum dilectus, de fide instrument. Rebuff. in rubr. de responsis per verbum credit. artic. 3. nu. 5.

Conclusio CCCXXXVI.

Quamuis Grapharius, vel scriba dicat talē citatū & iuratum ita deposuisse, nō probat propterea eum testem iuratum fuisse, & citatum fuisse, nisi appareat coram iudice eum fuisse citatum & iurasse. cap. quoniam contra, de prob. Bal. in sua practica, in tit. questio circa probationes, versicu. vtrum videatur. Rebuff. in tract. de inquisitionib. & commi. artic. 12. in gl. j. nu. 6.

Conclusio CCCXXXVII.

Si testes auditi fuerint parte non citata ad videndū eos testes iurare, talis auditio testium non valet, & pars quæ eos produxit, poterit petere vt citata parte iterū reproducatur, & repetatur: quod fieri poterit et post conclusionē in causa. Comma. opin. To. 4. HHHH 2

Soc. in e fraternitatis, de testib. Rebu. in com. in const. reg. in tract. de inquis. art. 12. in gl. 2. nu. 10.

Conclusio CCCXXXVIII.

Quando testes producuntur eo loci ubi procurator est litem contestatus, sufficit quod procurator citetur ad videndum recipi testes, quod si testes extra locum producuntur, tunc ipsamet pars erit citanda, & non sufficeret procuratorem assignare. Est ordinatio regis, de qua per Rebus. in com. in tract. de inquis. art. 13. nu. 5. & 6.

Conclusio CCCXXXIX.

Cum decem testes auditi fuerint super quolibet facto ex regia ordinatione, per quos plures testes recipi non possunt, de qua per Rebus. in suis com. in tract. de testib. si demum ultra eum numerum alii testes auditi fuerint, illi qui ultra numerum recepti fuerint, reiciuntur, & decem testes primi aut diti fidem facient: at illi qui ultra decem audientur, & quantum melius probent, erunt reiciendi. Quare pars quæ produxit testes debet advertere ut primo loco producat eos quos putat melius deponere: cum alij ultra numerum auditi non faciunt fidem. Ias. in l. eleganter. ff. de cod. in deb. Reb. in eo loco de testibus. art. v. nico, in gl. 8. & neque ibi vtile per inutile viatur, quia cum hæc sint separabilia, valebit numerus decem testium, & ultra eum numerum non valebit.

Conclusio CCCXL.

Testes auditi officio iudicis, reici & reprobari poterunt si auditi illi fuerint super factum secretum extractum ex processu, & ita conclusum fuisse refert in camera inquisitionum & attestatur Rebus. in com. in tract. de repro. test. art. j. nu. 12.

Conclusio CCCXLI.

Si post didicita testificata oēs testes per obiectus apparet repellēdos, & ob id ille qui pbauerat per testes obiectatos victus fuerit, poterit propter eos obiectus appellare a tali sententia, & demum coram iudice appellationis poterit eammet facta deducere ad quæ probanda debet admitti coram iudice appellationis. per l. per hanc. C. de tēp. appell. ira Reb. in com. in const. rect. in trag. de repro. testium, art. 3. in gl. v. nica. in fine.

Conclusio CCCXLII.

Pluralitas factorum non presumitur. l. j. C. de proba. tamē ratione diversitatis actuum, personarum, locorum, & tēporum præsumitur factorum diversitas. Soc. consil. 24. nu. 27. par. j.

Conclusio CCCXLIII.

Mandatum quidem procuratoris per mortē cōstituentis lite non cōtestata reuocatur. l. mandatum. C. mand. l. & quia. ff. de iuris. om. iud. Post litem verō contestatam si dominus moriatur, non reuocatur ipse procurator: quia iā factus est dominus per litem contestationem, & sic per mortē domini non reuocaretur mandatum. l. nulla dubitatio. C. mand. verum tutius erit vt ab heredibus mandatum exigatur. Et ideo in Francia nouum mandatum ab heredibus obtineri solet, vt testatur Rebus. in com. in const. reg. in tract. de sentent. art. vlt. nu. 78. & 79. de iure quidem per mortem mandantis expirat mandatum re integra, res autem non videtur integra, quando iam inchoata est, & facta est contestatio, vt per Dec. consil. 404.

Conclusio CCCXLIII.

Quoties quis obtinet sententiam ex iuramento delato, quod in supplementum delatum fuit, tunc nulla fieri debet expensarum condemnatio. Bald. in auth. generaliter, C. de episc. & cler. secus autem si quis vinceret ex iuramento iudiciali: quia tunc omnes expensas consequi deberet. Rebus. in com. in const. reg. in tract. de expen. art. j. nu. 28. sed hoc non seruari in curiis, ita inquit Rebus. quia qui victus est etiam in vim iuramenti supletorij, in expensis est condemnatus, vt ibi per Rebus.

Conclusio CCCXLV.

Licet iusta causa excuset quem ab expensis, non tñ a condemnatione restitutionis fructuum, quia quis non debet cum iactura aliter locupletari. l. nam hoc. ff. de cond. in deb. quare postquam ille percepit fructus, & factus fuit locupletior ex illis, ergo ad eos restituendos tenetur, & sic in illis restituendis condemnari, etiā si ille esset hæres, & ignorantiam rei alienæ prorruderet. Rebus. in com. in const. reg. in tract. de expen. art. v. nico, nu. 60.

Conclusio CCCXLVI.

Si pronuncietur pro parte bene iudicatum, & pro parte male iudicatum, tunc expensæ appellationis essent compendende. c. cum Ioannes, de fid. instrum. c. Raynutius, de re. itam. & ibi doctor. Bar. in auth. sed nouo iure. C. de iudic. nō

enim solent improbari appellationes eorum qui vel vnā causam appellandi probabilem habuerunt. l. appellanti. ff. de appel. & neque etiā aliqua multa debebitur. Rebu. in com. in const. reg. in tract. de appel. art. 9. nu. 17.

Conclusio CCCXLVII.

Appellatus ab expensis excusetur, quando appellans obtinet ex nouis productis quæ fecit in articulo apponere: quia iam absque nouis illis productis habebat iustam causam litigandi. Bal. in l. eos. §. cautione. C. de appellat. Bart. in l. fin. ff. de re iud. Rebus. in com. in const. reg. in tract. de appellat. art. 9. nu. 36. Idem in appellato, qui si ex nouis obtineat, appellans ab expensis excusetur, quare si ex nouis sententia aut confirmetur, aut infirmetur, debet fieri expensarum cōpensatio. quod si ex met actis reuocetur, aut confirmetur, & tunc reuocabitur aut confirmabitur cum expensis. ita Lud. Gomez in reg. cancellariæ, in tit. de annali possess. q. j.

Conclusio CCCXLVIII.

Appellans intra octo dies debet suæ appellationi renuntiare, ex ordinatione regia: qua dilacione pendente, appellatus non poterit appellante anticipare: quod si anticiparet ea dilatoria pendente, diceretur male anticipasse, & ipse appellans nihilominus semper possit suæ appellationi renuntiare pendente eo termino octo dierum: quia indultum à iure beneficium nemini est auferendum. reg. indultum, de reg. iur. Rebus. in com. in const. reg. in tract. de appella. art. 15. nu. 20.

Conclusio CCCXLIX.

Renuntiatio, quam facit appellans renuntiando suæ appellationi, non debet parti intimari: quia ordinatio regis solum mandat licere appellanti infra octo dies renuntiare eorum appellationi, & non mandat vt parti intimetur. ita Rebus. in com. in const. reg. in tract. de appella. art. 15. in gl. 2. nu. 8. & 9.

Conclusio CCL.

Quamuis aliā iudex non sit iudex competens respectu alicuius tertij, & quo ad ipsum tertium: tamen ratione oppositionis, quā tertius proposuit cum ea incidat in processu, efficietur competens per e. super eod. de offi. deleg. l. à diuo Pio. §. si super ff. de re iud. l. quoties. C. de iud. Reb. in com. in tit. de arre. & oppositio. art. j. in gl. j. nu. 10.

Conclusio CCLI.

Acta gesta inter aliquos tertio præiudicant, si ipse sciuit causam agi inter alios. l. fape. ff. de re iud. secus si ignoraret: quia tunc etiam post dilacionem poterit testes producere, & omnia agere que ad suum commodum spectant. Bar. in l. si per lutorio. §. j. de appella. quoniam etiam post publicatas attestaciones poterit testes producere. Bar. in d. l. si per lutorio. §. j. nam sicuti ignorantia acta nō præiudicant, ita & nec testium publicatio: quæ quo ad tertium non censetur esse facta. Panor. & Fel. in c. veniens. 2. de testib. & sic poterit tertius omnia agere pro sua vtilitate. Rebus. in com. in tract. de arre. & oppositio. art. j. in gl. j. nu. 14. 15. & 16.

Conclusio CCLII.

Affinitas per mortem alterius ex coniugibus durat saltem quo ad effectum impediendi matrimonium inter virum superstitem, & consanguineos vxoris præmortue vsque ad quartum gradum. §. affinitatis, de nupt. quo ad alia autem effectus affinitatis finitus est. Iaso. in l. sicut mulier. ff. de re iud.

Conclusio CCLIII.

Debitor incarceratus pro debito ciuili, si non habeat unde se alar, debet ali ab eo qui cum fecit incarcerari. gloss. in l. fin. in verb. agnoscere, de erog. mil. anno. libro 12. C. quam glosam ibi approbat Barto. & in l. sanctum. ff. de rer. diuis. & si creditor eam recuset alere, & neque ei præbeat alimenta, iudex debet eum de carcere relaxare. Ang. & Fab. in §. fin. de actio. Iason in l. si victum. numero 2. & 3. ff. de re iud.

Conclusio CCLIII.

Si filius hæres institutus, & cui facta est substitutio sub cōditione, si decedat sine liberis, patre mortuo ille heres fuerit effectus religiosus, & pfectus, faciet locū substitutioni & fideicommissi, nec mors ipsius expectanda erit. Bal. in c. i. pntia, de probat. & ibi et Fel. idem Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideic. Socin. in l. cum aus. ff. de cond. & demon. non enim succedunt monachi, nec alij religiosi ab intestato suis paribus, vt per Masu. in tit. de successio. ver. item per consuetudinem

tudinem, & perdunt successionem per ingressum monasterij, quod verum est, vbi ille filius ingressus est regulam mendicantium, qui sunt omnino incapaces bonorum ad ea bona tenenda. secus si tales religiosi essent capaces: quia tunc mors instituti hæredis esset expectanda. Alex. cont. j. 13. in 3. vol. Boer. dec. 354. nu. 11. per simplex autem sacerdotiū nō perditur ius substitutionis. Cor. in auth. nisi rogati. C. ad tribel. Anchar. in c. in praesentia, & ibi Imola, de probat. Ad hæc est cōis conclusio secundum Boer. in dec. 354. nu. 3. & 12.

Conclusio CCCLV.

Debitor in diem ante diei euentum potest schedulam suam recognoscere. ita arresto Parisiensi decisum fuisse refert Constantinus in com. in const. reg. art. 92. & ibi inquit, clericum cogi posse suam schedulā recognoscere coram iudice laico, & demum pro cōtentis in ea schedula, poterit agere hypothecaria in bonis debitoris.

Conclusio CCCLVI.

Si quis fuerit substitutus alicui, si decedat sine liberis, qui demum hæres effectus fuit sacerdos, si substitutus moriatur ante heredem grauatum, qui iam presbyter erat, perdit suum ius substitutionis, quod ad suos non transmittet. l. a substituto. ff. de acquir. rer. dom. & ibi Alberi. conditionalia enim non transmittuntur. l. vni. §. sin autem. C. de cad. toll. Boer. dec. 354.

Conclusio CCCLVII.

Vna citatio, & vnus defectus sufficit in condemnatione expensarum. Bal. in c. cum olim, de rescript. & ista seruari asserit de stylo curiarum Boer. dec. 52. nu. 2.

Conclusio CCCLVIII.

Executio arresti tam de iure, quam ex ordinationibus regis fieri debet realiter & de facto, non obstante propositione erroris, quem errorem pars aduersa proposuit. Barto. Bal. & Sal. in auth. qua supplicatio. C. de precib. imp. offer. & ibi etiam Io. Faber. & Boer. dec. 52. nu. 4.

Conclusio CCCLIX.

Olim omnes clerici & omnes ecclesiæ suberant Romano imperatori, per eum tit. vt ecclesiæ Romana centum gaud. anno. spacio. in contrarium Inn. in c. ij. de maior. & obed. voluntate demum imperatoris ipsi clerici fuerunt exempti, vt ibi per Inno. & Boer. dec. 69. in prin.

Conclusio CCCLX.

Dos matris mortuæ ad filios matris redire & venire debet, a quo materno superstitibus excluso. gl. in l. dos à patre. C. sol. matri. cuius glosæ opinionem generalis consuetudo approbavit, vt per Soc. consil. 9. par. j. filiis autem deficientibus ad patrem defunctæ redire debet. Ancha. consil. 349. & Rubeus Alex. consil. 79. & 166. consil. 42. in septimo vol.

Conclusio CCCLXI.

Confessio facta in causa criminali parte præsentem facit in iudicio sufficiens ad torturam. Sal. in l. in bonæ fidei. C. de iurei. quod si coram testibus extra iudicium non probaret in causa criminali. Ancha. consil. 3. nu. 5.

Conclusio CCCLXII.

Mutuuum si factum fuerit tutori aut curatori alicuius pupilli, aut minoris, ille pupillus aut minor non erit obligatus propter tale mutuuum, nisi illud probetur versus in vtilitatem pupilli, vel minoris: & sic ad hoc vt mutuans possit agere contra pupillum aut minorem, debet probare pecuniam versam fuisse in ipsius pupilli, aut minoris vtilitate. Soc. consil. 15. nu. 23. 1. vol.

Conclusio CCCLXIII.

Hæres mariti non possunt deducere viduæ dotē repetenti expensas à marito factas in defensione, & exactio. ne rerum dotalium, quia maritus est dominus rerū dotaliū, & facit fructus suos, qui ex rebus dotalibus colliguntur, & vt dominus tenetur tueri & defendere suis expensis res ipsas dotales. Spe. in tit. de dote post diuort. restit. §. formata, vers. illud etiam queritur, nu. 25.

Conclusio CCCLXIII.

Promissio facta per filiam quod dos reddatur patri filia præmorte, intelligitur talis promissio, si filia sine liberis moriatur. Liberi enim suscepti faciunt cessare effectū ipsius promissionis. Bal. in l. 2. C. de succed. edic. Soc. consil. 9. nu. 17. j. par. Bal. in l. 2. C. de bonis que liber. quod procedit etiam si pater fuisset stipulatus in omnem euentum dotem sibi reddi: quia semper intelligitur vt dos patri reddatur si filia decedat sine liberis. Bal. in d. l. 2. & Soc. ibi. nu. 20.

Conclusio CCCLXV.

Si filios familias sit relictus vsusfructus quamdiu aget in humanis, & ille ingressus fuerit religionem & monasterium,

per talem ingressum non perditur vsusfructus, sed transibit in ipsum monasterium, & durabit quamdiu filius aget in humanis. Henc. Boic. in c. fi. de pign. per l. corruptionem. C. de vsufruct. & hanc communem opinionem firmat Soc. consil. 10. nu. 20. par. j.

Conclusio CCCLXVI.

Maritus legans aliquid suæ vxori non videtur illud legasse animo dotem compensandi, & hoc in casu dubio. arg. l. creditorem. ff. de leg. ij. & l. si compensandi. & ibi Ias. C. de hæred. in lit. propterea ipsa vxor seu vidua post mortem sui mariti consequi poterit dotem ac legatum. Soc. consil. 10. nu. 24. vol. j. quod procedit quamuis dos & legatum consistant in pecunia. vt ibi per Soc.

Conclusio CCCLXVII.

Si testator mandauerit bona sua distribui inter pauperes, & ad hoc quosdam elegerit ad eam distributionem faciendam, illi quibus data fuit ea facultas eligendi, poterunt vnū ex ipsis met eligere, dum tamen sit pauper, & qualitatibus requisitæ, gl. Bar. & Bal. in l. plane. ff. quod cuiusque vniuer. & in l. si tibi. ff. mand. Soc. consil. 12. nu. 6. par. j.

Conclusio CCCLXVIII.

Ad hoc vt res ecclesiastica alienari possit, & ad vtilitatem alienationis rerum ecclesiasticarum, duo exiguntur, veritas causæ, & solemnitas formæ. 12. q. 2. §. his omnibus. vñ existentia alterius causæ non sufficeret. Archi. in c. hoc ius porrectum. 10. q. 2. doct. in c. 1. de reb. ecclie. non alien. causa autem potest esse duplex, necessaria scilicet & vtilis: vnde si non adsit causa necessaria, aut saltem vtilis, non sustineretur alienatio, quamuis alia solemnitates interuenirent. Soc. consil. 15. in prin. j. vol.

Conclusio CCCLXIX.

Quamuis in alienatione rerum ecclesiasticarum adsit prælati confessio & capituli quæ res talis alienatur ad exol. uendum mutuū, ad quod ecclesiæ tenebatur, ea tamen confessio non sufficeret: quia debet aperte constare de mutuo, & de debito: quare talis confessio non sufficeret: quia confessio de mutuo recepto facto per ipsum episcopum & capitulum non posset dare robur alienationi vt per eum videatur tale mutuuum factum esse pro necessitate vel vtilitate ecclesiæ. Archid. 10. q. 2. c. hoc ius porrectum. & c. 1. de reb. ecclie. non alien. lib. 6. Ancha. in c. j. de positi. Soc. consil. 15. nu. 3. art. 1. quare de mutuo est probandum, & quod illud fuerit versus in ecclesiæ vtilitatem. doct. in auth. hoc ius porrectum. C. de epif. & cle. & Soc. in eo loco.

Conclusio CCCLXX.

Licet litem pendente non videatur induci nisi per litem cōtestationem. l. amplius non peti. ff. rem rat. haberi. c. ex parte, de verborum significatio. tamen hodie quo ad effectum tituli, vt lite pendente, expeditum est per libellum & citationem, quæ peruenit ad partem, induci litem pendente, ita vt eo casu per solam citationem dicatur induci litem pendente coram iudice coram quo quis iam fuit citatus. cle. 2. vt lite pend. Soc. consil. 38. nu. 3. j. vol. Ad hoc tamen vt inducatur litem pendente per citationem, debet ea citatio peruenire ad notitiam citati. Dec. consilio 460. non potest tamen quis litem pendente allegare, quin primò ille qui eam vult allegare, comprobauerit coram primo iudice, & contumacia allegauerit. Bal. in l. nulli. C. de iudic. Socin. consil. 2. de mut. petitiō.

Conclusio CCCLXXI.

Sententia quæ nulla est, semper est nulla: ita vt nec per partes ratificari possit quo ad ipsius sententiæ validitatem, ad hoc scilicet vt valeat vt sententia, possunt tamen partes eam sententiam quæ nulla est ratificare, vt valeat in vim pacti: & valebit vt pactū, gl. approbata in l. 2. C. com. vtrius iud. Bart. in l. licet. C. de iudi. & oportet quod de consensu, ratificatione, & illius sententiæ approbatione facta per partes, constet per contractum. Cor. consil. 125. par. 2.

Conclusio CCCLXXII.

Minor vbi contraxit cum aliquo, si demum velit contra contractum venire, & appareat contractum nullum, tunc aduersarius debet probare pecuniam versam fuisse in vtilitatem minoris. vbi verò contractus ex se esset nullus, sed minor petit vt rescindatur fauore minoris ætatis, tunc minor debet probare se non fuisse factum locupletiorum, & pretium non fuisse versus in sui vtilitatem, l. penul. C. si aduer. cred. debet enim quisque probare fundamentum suæ intentionis. Salicet in lege prædiorum, C. de præd. mino. Soc. consil. 115. nu. 13. parte j.

Commu. opin. Tom. 4.

HHHH 3

Conclusio CCCLXXIII.

SI filius patre viuente paterna bona administrauerit, patre demum mortuo fratribus suis tenebitur reddere ratione de his quae uiuo patre administrauit, licet pater eam ratione non petierit, arg. l. cum operet. C. de bon. qua. lib. sed no q. exigatur ratio stricta, sicuti in extraneo. Socin. consil. 46. par. j. & consil. 192. nu. 5. ver. 2. Iaso. in l. si haeres. ff. de cond. causa data. Bertran. consil. 39. nu. 19. par. 2.

Conclusio CCCLXXIII.

TUTOR, & quilibet alius administrator, tenetur librum rationum conficere, & demum administratione facta rationem reddere. l. Lucius. §. tutela. ff. de adm. tuto. l. si. §. inter caetera. ff. de lib. leg. alias si hoc non faceret, ille administrator tenetur ad interesse declarandum in litem. arg. l. tutor qui reperiatur. ff. de adm. tut. & idem contra cum praesumetur qui non conficit librum rationum, sicuti & contra cum quinon fecit inuentarium. Soc. consil. 46. nu. 4. vol. j.

Conclusio CCCLXXV.

QVOTIES cōcurrerit difficultas probationis, & detur respectu partis aduersae, tunc datur iuramentum in litem veritatis respectu dolosi. gl. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Soc. consil. 46. nu. 5. j. vol. praesumitur autem dolus in eo qui facit id, ad quod scit, aut scire debet, se teneri ratione officij. l. carceri. ff. de test. reor. l. si procurator. §. dolo. ff. mad. & contra dolosos iuratur in litem. l. si quando. C. vnde vi. & Alex. consil. 69. nu. 5. in 4. vol.

Conclusio CCCLXXVI.

ACTUS insinuationis requirit cōsensum donatoris, & iudicij praesentiam recipientis ipsam donationem. l. secundum. C. de dona. sicuti enim donatio fit per donatorem, ita & ipsa insinuatio fieri debet coram iudice & requiri per ipsum donatorem. Socin. consilio 48. numero 10. j. volumine Rebus in suis com. in consil. reg. in tract. de dona. inf. articu. j. gloss. 4. videtur velle, donatarium debere etiam perere ipsam insinuationem, cum illius interfit, alioquin nihil consequi poterit.

Conclusio CCCLXXVII.

INSTRUMENTUM gaurentigiatum tunc demum est executoriale, si sit liquidum, & post factam liquidationem, & non ante. Bald. in l. j. C. de execu. rei iud. Soci. consil. 51. numero 5. j. volu. instrumenta tamen quae incerta sunt, possunt executioni demandari, dummodo in processu liquidentur. Bar. in l. pen. ff. de leg. 2. instrumentum conditionale non potest demandari executioni, nisi prius facta fuerit liquidatio. Bal. in eo loco, & Soc. vbi supra. & quantumuis instrumentum gaurentigiatum habeat executionem paratam, non tamen instrumentum conditionale, quod non meretur executionem ante purificatam conditionem. Cor. consil. 112. nu. 4. in j. vol. & consil. 223. nu. 4. vol. 2.

Conclusio CCCLXXVIII.

REDDITUS ecclesiae etiam laicis possunt locari. cap. in nostra. de loca. c. quereia. in pra. l. vices suas. Dec. in c. decernimus. ver. extra glossam, de iud. quia eo casu non agitur de prauidicio ecclesiae.

Conclusio CCCLXXIX.

DAMNUM datum à quadrupede refarciri debet à domino animalis & ipsius quadrupedis, non quadrupes datum dare cogetur, nec emendari, sed dominus ipse cogetur damnum emendare. l. 1. per totum. ff. si quadrupes paup. fec. dicatur. non quod dominus praecise ad illud damnum teneatur, sed liberatur praestando animal quod damnum inruit, d. l. j. & in prin. tit. si quadru. paup. fecisse dicatur, in Instiutio.

Conclusio CCCLXXX.

SOLUTO matrimonio, dominium quod erat penes maritum, si ipso iure transfertur in viduam. l. in rebus. C. de iure dot. & ibi gl. doct. & Bar. in l. j. ff. solut. matr. vnde cum statim mulier effecta fuerit vidua, dominium suarum rerum dotalium datur sibi, & cōpetit sibi rei vindicatio contra haeredes mariti. d. l. in rebus. Soc. consil. 56. nu. 2. j. vol.

Conclusio CCCLXXXI.

FALSUM committitur & in priuata scriptura, & committens falsum in priuata scriptura venit puniendus poena falsi. l. damnum, ad leg. Cor. de fal. vbi gl. & Bald. in rub. C. de fide instr. nu. 36. Et licet priuata scriptura fidem non faciat, per l. rationes. C. de fide instr. facit tamē adminiculum nisi reprobetur. ita Bal. ibi. & satis est quod scribens, in quantum potuit, perduxit crimen ad effectum, arg. l. j. ff. de variis & extra. cognit. Socin. consil. 62. nume. 3. j. volu. & Alex. consilio 145. vol. 6.

Conclusio CCCLXXXII.

LICET ex auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iud. possid. non debeat fieri executio, nec missio in bonis debitoris, nisi parimenfura debiti declarati, tamen vbi bona debitoris expressse vel tacite reperiuntur hypothecata creditori, tunc creditore instante poterit fieri executio in omnibus bonis ipsius debitoris obligatis, & poterit fieri missio in possessionem omnium bonorum. Specul. in tit. de contumacia. §. sequitur, in verbo, venditor. & ibi Ioan. Andre. additio super Bal. in auth. & qui super verbo, si vero. & Constantinus in com. in const. reg. art. 74.

Conclusio CCCLXXXIII.

LEGATUM factum & relictum sub conditione morandi cum filiis, debetur etiam post mortem filiorum: mortuis enim filiis legatum quidem manet, sed non conditio, & ideo ea simplex dispositio locum habebit. Bal. in l. j. C. de leg. Socin. consil. 68. numero 5. j. vol. Dec. consil. 601. & ibi plene vide.

Conclusio CCCLXXXIII.

QVANDO omnes testes descripti in instrumento contradicunt instrumento, vel quando vnus solus ex necessarijs contradixit instrumento, tale instrumentum non probat. Barto. Bald. & Imo. in l. j. §. si quis neger. ff. quemadmodum test. aper. Bald. & Salic. in l. in exercendis. C. de fide instr. & hanc communem opinionem asserit Soc. consil. 143. nu. 5. vol. 2. & consil. 20. vol. 3.

Conclusio CCCLXXXV.

QVIS soluendo partē debiti, videtur debitum ipsum approbare & agnoscere: prauidicat enim solutio, ita vt non possit demum allegare pecuniam non fuisse numeratam. l. cum fidei. C. de non num. pec. & ibi Bald. & Salic. eam nemo praesumatur iactare suam. l. cū de indebito. ff. de probat. quod procedit in dubio, verum posset admitti pars ad probandum solutionem iam factam, fuisse factam per errorem: interim tamen ea solutio prauidicat, donec error probetur. Admittitur tamen probatio in contrarium ad eum errorem probandum. Bal. in d. l. cum fidei. Soc. consil. 143. nu. 12. j. vol. probato interim errore, non poterit cogi ad residuum probandum, & adhuc repetere poterit per conditionem indebiti, quod indebitē soluit. Soc. ibid.

Conclusio CCCLXXXVI.

SUBSTITUTIO pupillaris facta filio legitimo & naturali trahit ad omnia bona ipsius pupilli. l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. Bar. in l. 2. in 5. quaest. in princ. ff. de vulg. & in tali substitutione venit etiam legitima ipsius filii. l. ex tribus. C. de inoffic. testa. cum talis substitutio sit filio fauorabilis. d. l. ex tribus. Quare mortuo filio ab intestato, proximiores excluduntur à legitima filio debita, & substitutus ad omnia bona admitteretur: & si substitutus sic grauatus alteri restituere haereditatem, nihil ex persona filij pupilli poterit retinere: detrahet tamen solam trebellianicam tanquam grauatus: reliquum autem restituet. Socin. consil. 144. nu. 6. par. j. nam licet filius in sua legitima non possit grauari. l. quonia in prioribus. C. de inof. test. tamē substitutus pupillariter poterit in legitima grauari. Bal. & Pau. Cast. in d. l. ex tribus.

Conclusio CCCLXXXVII.

COMMUNIS est haec conclusio, quod si donans tempore donationis quam fecit, de filiis cogitauerit, tunc per filios per superuenientiam non reuocatur donatio iam facta virtute l. si vnquam. C. de reuoc. donat. Soc. consil. 147. nu. 13. par. j. & ita inquit hanc opinionem communem esse, & ita concluditur in d. l. si vnquam. quae lex est fundata in verisimili mente donantis, quod scilicet non donasset si de liberis cogitasset. Quod si tunc cogitasset probetur ex quibusdā coniecturis, non haberet locum ea lex. ita Soc. ibi. & illi legi à patre donante non potest renunciari: cum sit inuenta in filiorum nascantium fauorem, & non donantis. Oldra. consilio 173.

Conclusio CCCLXXXVIII.

VENDENS rem eodem socio non iudicat suo cōsocio quin de sua parte possit disponere pro sua voluntate, & quin suam partem possit vindicare si forte confocius rem omnē communem vendidisset: nisi forte secuta fuisset praescriptio, quo casu contra focium vendentem ad partem pretij agendum esset. l. j. C. de commu. rer. alie.

Conclusio CCCLXXXIX.

RES subiecta restitutioni poterit herede alienari quate nus testator erat obligatus, & sic pro exoluendis debitis res subiecta

res subiecta restitutioni poterit alienari. authent. res qua. C. com. de leg. & fidei. Socin. consil. 23. numer. 2. volu. 3. & pro dote filiae exoluenda poterit alienari res subiecta restitutioni. d. authent. res qua.

Conclusio CCCXC.

QVOTIES collecta imponitur hominibus vnus villa, vt vni ex ciuibus debitum exoluatur, cui ciuitas tenebatur, ea collecta debet imponi omnibus ciuibus, etiam illi cui debitum exoluendum est, vt etiam ille pro sua parte teneatur ad contribuendum, & sua parte collecta deducta, reliquum illi exoluendum erit. l. ab omnibus. §. si alia, & ibi Pau. Castren. ff. de lega. 1.

Conclusio CCCXCI.

QVANDO ciuitas aliqua, aut villa tenetur emendare damnum datum vni ex ciuibus, seu habitatoribus ex ea villa pro tali damno dato reiciendo, collecta imponenda erit omnibus ciuibus, ad quam ille tenebitur pro sua parte, pro qua cum alijs contribuet & sibi tandem damnum refarcietur. l. ab omnibus §. si à Titio & ibi Cast. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCXCII.

DEMENS qui nullo modo habet vsum rationis non poterit matrimonium contrahere sicuti nec furiosus, cum vterque sensu careat. Quod si non omnino careat sensu nec intellectu, poterit matrimonium contrahere. Henric. Boic. in capitu. dilectus, de sponsalib. Socin. consilio 47. numer. 2. part. 3.

Conclusio CCCXCIII.

TESTATOR non potest in prauidicium creditorum confessionem inuentarij remittere haeredi, tutori verò potest. fin. Carb. tutel. Paul. Cast. in l. si §. j. C. de iur. delib. quia non potest testator creditoribus suis prauidicare quoniam haeredem possunt in solidum compellere ad exoluendum quod illis debetur, eo casu quo haeres non faceret inuentarium. Soc. consil. 51. num. 2. vol. 3.

Conclusio CCCXCIII.

SALLEGATUR erratum fuisse in testamento per notarium in ipsa dispositione, & sic in substantia dispositionis, talis error per septem testes debet probari: quia tunc agitur de probanda voluntate defuncti, quae per septem testes probari debet. l. haeredes palam. ff. de testam. Quod si allegetur erratum fuisse in aliqua qualitate seu quantitate testamenti, & tunc talis error per duos testes probandus esset. Bart. in l. cum proponeretur. ff. de legat. ij. & ibi gloss. & Bart. in d. l. haeredes palam. §. sed si nota. ff. de testam. Paul. Cast. in l. quoties. ff. de testam. & Socin. consil. 51. in fin. volumin. 3. Decius consil. 105.

Conclusio CCCXCIV.

QVAMUIS possessorium recuperanda sit maxime priuilegiatum, tamē multae exceptiones opponi possunt contra agentem eo possessorio, vt exceptio renuntiationis furorum iurium post spoliationem praesentibus iudicibus: quorum praesentia operatur, vt talis renuntiatio non dicatur metu facta, arg. l. transactione. C. de tran. Abbas in ca. sollicit. de restitut. spol. Item exceptio pacti transactionis facta post spoliationem. gloss. in cap. ex insinuatione, de procurat. & licet exceptio dominij opponi non possit [ex eo iudicio per l. si quis ad se fundum. C. ad leg. lul. de vi publ. tamen si de dominio constaret per publicum instrumentum, tunc iure opponi posset exceptio dominij, Imol. & Ioann. Andr. in cap. cum dilectus, de causa possessio. Socin. consil. 59. in princip. volum. 3.

Conclusio CCCXCVI.

LOCATOR tenetur curare vt conductor liceat vt frui re cōducta, aliàs teneretur ad remissionē mercedis, & ad interesse: & maxime vbi ille conductor impediret vt re cōducta culpa locatoris: at vbi absque culpa ipsius locatoris impediretur vt re cōducta, fieret solum remissio mercedis. Socin. consil. 156. num. 4. part. 2. & vbi conductor vt re cōducta impediret ab eo quem locator poterat impedire, & cui poterat prohibere, teneretur tunc locator & ad remissionem mercedis, & ad interesse. Aliàs si impediatur vt re cōducta conductor ab eo quem locator non poterat prohibere, teneretur solum locator ad mercedis remissionem pro rata. Socin. eo loco. si tamen suo facto impediatur ipse conductor vt re cōducta, locator non teneretur, Soc. cōf. 71. part. 3.

Conclusio CCCXCVII.

QVANTUMCUMQUE quis alteri indemnitate promiserit, ipsumque defendere, tamen si ille talis turbetur suo facto, & sua culpa, cessaret indemnitas: quia non debet con-

queri de his, quae ipse patitur sua culpa, & suo facto. l. quida cum filium. ff. de verb. obligat. Promittens enim indemnitate tunc demum tenetur, si ille cui fit promissio vexetur sine sua culpa, per reg. damnum, de regul. iuris. Socin. consil. 70. in princ. in 3. vol.

Conclusio CCCXCVIII.

VERBA haec quae ponuntur in contractu societatis inter aliquos, quod habeant viuere communiter, & stare in communione, significant quod omnes fructus communiter & aequaliter percipiantur, ita vt nec attendatur quod alter habeat maiorem familiam quam alter. l. fina. §. Lucius. ff. pro socio. Socin. consil. 73. num. 14. vol. 3. Bart. in l. Quintus. ff. de annuis lega.

Conclusio CCCXCIX.

QVOTIES res venditur cum pacto recobrij de retrouendo, si demum emptor alteri vendiderit, nihilominus contractus ille poterit resolui, ita vt competat primo venditori vtis rei vindicatio. Paul. Cast. in l. cum venderet. ff. de pignoratitia act. Socin. consil. 80. in princ. 3. vol. poterit enim ille primus venditor agere in vim pacti non solum contra primum emptorem, sed & contra quemcumque: & à quocumque poterit rem ipsam vindicare oblato pretio. Boer. deci. 181.

Conclusio CCCC.

PATER qui semel dotauit filiam, ita demum tenetur iterum dotem constituere, si dos sine culpa filiae deperdita fuerit. Quod si culpa filiae dos deperda ur, pater non tenetur iterum eam dotare. doct. in l. si cum dotem. §. j. ff. solut. matrim. & in auth. quod locum. C. de collat. & ita communiter tene ri asserit Socin. consil. 100. nu. 2. in 3. vol.

Conclusio CCCC I.

QVANDO pater legat centum filiae pro sua dote, & postea pater in contractu sui matrimonij ipsi filiae constituit eandem summam in dotem, pater hoc cenferur fecisse animo compensandi cum legato, ita vt demum filia non possit petere leg. tum. l. Titia §. qui inuita. ff. de legat. ij. l. filiae. C. de legat. & ibi doctores. Soci. consilio 100. numero 7. in 3. volumine.

Conclusio CCCCII.

TESTATOR instituens Titium & Meuum: & post eorum mortem, si deccant sine liberis substituit Caium: si demum Titius cohaeres moriatur sine liberis, Caius substitutus vindicabit illius portionem non expectata morte alterius cohaeredis. l. Lucius §. Caius. ff. ad Trebell. & hanc opinionem communem esse inquit Ioannes Dilectus in suo tractatu de modo testandi, libro 5. numero 10. Quod si testator dixerit, si omnes haeredes decesserint, talem substituo, & sic vtatur ea distinctione vniuersali: vel si substitutio fiat vltimo morienti: vel si copulatiue verba substitutionis concipiuntur, vel si dixerit, si ambo moriantur, his casibus substitutus non admittetur nisi post mortem omnium, ita Dilectus vbi supra.

Conclusio CCCCIII.

ACTIO ex stipulatu quae competit extraneo ad dotem repetendam, quae ipse dederat alicui mulieri in contractu sui matrimonij, est stricti iuris: quia non competit extraneo à lege prout est illa, quae datur viro ad ante dotem sibi constitutam petendam, aut mulieri ad dotem repetendam: nam tunc his casibus ea actio ex stipulatu est bonae fidei. §. fuerat. de actio. Quare opus erit vt extraneus constituens dotem alicui mulieri, actionem eam sibi acquirat ex perpetua stipulatione, quae erit stricti iuris. l. auia. C. de iur. dot. Bartolus & doctores, in l. de diuisione. ff. solu. matrimo. & l. in §. fuerat. de actio. nu. 15.

Conclusio CCCCIII.

ACTIO ex stipulatu, quae datur mulieri ad dotem repetendam contra haeredes mariti est semper bonae fidei, & sic ex parte mulieris agentis erit haec actio ex stipulatu bonae fidei. Item & ea actio quae datur marito, tam contra uxorem quam eius patrem aut alium constituentem dotem erit semper bonae fidei. gloss. & Bart. in l. de diuisione. ff. solu. matrimo. §. fuerat, nu. 14. de actio.

Conclusio CCCCIV.

IN donatione quam facit pater filiae, quauis res donata à filio cuincatur, non tamen locum habet cuius actio. Bald. in authent. ex testamento. C. de colla. l. in §. fuerat, numero 35. de actio.

Conclusio CCCCVI.

SI reperiantur duo instrumenta, vnum mulieris, alterum si fci eomet die confecta, instrumentum mulieris super constitutione iur. dotis praesumetur prius confectum. non

puto. ff. de iure fisci à fortiori idem censendum erit & in instrumento mulieris & alicuius priuati: nam semper ipsum instrumentum mulieris presumeretur prius factum quam priuari instrumentum. Iaso. in §. fuerat. de actio. nu. 7.

Conclusio CCCCVII.

Mulier in repetitione sua dotis praefertur creditoribus mariti habentibus tacitas hypothecas, non autem praefertur habentibus expressas gloff. & Ang. in §. fuerat, de act. glo. in laffiduis. C. qui potior. in pig. habeat. & ibi Bart. Bal. & Salicet. & inquit ibi Bart. hanc opinionem consuetudine approbati: & quam vt communem sequitur Iaso. in d. §. fuerat. num. 73. & hoc procedit in dote realiter marito exsoluata, & in dote etiam à marito confessata, vt ibi per Ias. nu. 74. quando est renuntiatum exceptioni dotis non numerata: vel lapsum est tempus ad eam exceptionem proponendam. I. fin. cum auth. ibi posita. C. de dote cau. his enim casibus mulier habet intentionem fundatam quantum ad dotis petitionem, vt sibi competat priuilegium tacite hypothecae. Bar. in d. laffiduis quod procedit respectu mariti & heredum eius, quibus nocebit ea mariti facta concessio de dote recepta, quando exceptioni dotis recepta est renuntiatum, vel tempus est elapsum ad eam proponendam: talis autem confessio de dote recepta bene nocet marito aut eius heredibus, sed non nocet creditoribus mariti, quibus nocet vera dotis numeratio. Ias. in §. fuerat. nu. 86. & glo. in d. laffiduis. & hoc verum est cum mulier conuenierit cum creditoribus mariti probantibus actualem numerationem factam fuisse marito: scilicet si illi creditores solum habeant confessionem mariti de recepto, sicut & ipsa mulier. nam tunc illis mulier esset praefenda, vt ibi per Ias. num. 91. verum licet ea simplex mariti confessio de dote recepta non prauidet creditoribus, nec ille habeat priuilegium tacite hypothecae verae dotis: tamē si ultra simplicem eam confessionem apparet aliqua alia indicia, seu coniecturae dotis datae & soluta ex talibus indicibus confessio ea adiuuaretur. Curtius Iunior consilio 69. nu. mero 3.

Conclusio CCCCVIII.

Priuilegium parationis quod habet mulier, vt praefertur creditoribus habentibus tacitam hypothecam in bonis sui mariti pro sua dote recuperanda, competet etiam & filiis ipsius mulieris ex ipso matrimonio, & non alijs ipsi mulieri succedentibus. Auth. si quod. C. qui pot. in pig. habeat. & hoc approbat Iaso. in §. fuerat. nu. 94. de actio.

Conclusio CCCCIX.

Si pater fecerit expensas pro suo filio studente, est presumendum patrem eas expensas fecisse de suo in casu dubio. I. quae pater. ff. fam. erciscun. tamen si filius peculium castrense, aut quasi, aut aduentitium haberet, & quando habet ea bona penes patrem, tunc censendum esset patrem eas expensas fecisse de bonis filij, & non de suo. Ias. in §. fuerat. nu. 111. de actio.

Conclusio CCCCX.

Pater filiam dotare tenetur quamuis ea nupserit sine ipsius patris consensu. gl. in c. hoc sacramentum, 36. qd. 2. gl. in ca. de raptoribus, 36. q. 1. quia de iure canonico potest filia nubere sine patris consensu. c. gemma, de spon. & matri. ergo nubendo non perdit dotem. Iaso. in §. fuerat, de actio. nu. 119.

Conclusio CCCCXI.

Actio petitionis hereditatis, est quidem realis actio. I. sed & si lege. §. petitio. ff. de petit. hered. & ibi Bar. & I. sin autem. §. sed et si. ff. cod. Est etiam & bonae fidei. §. actionum, de action. instit. & ibi Iaso. num. 24. quamuis aliae actiones reales non sint bonae fidei, sed stricti iuris. Illa tamen petitio hereditatis, quamuis realis, erit bonae fidei, vt ibi per Iaso. est etiam ea petitio hereditatis & personalis, vt ibi per Iason. & alios.

Conclusio CCCCXII.

Fiscus si intra annum non annotauerit bona alicuius condemnati, & intra viginti annos ea bona non occupauerit, exceptione praescriptionis reijci poterit. I. ij. de requi. reis.

Conclusio CCCCXIII.

Licet actus & contractus gestus cum Ecclesia non obseruatis solemnibus sit nullus, authent. hoc ius porrectum, C. de sacros. eccles. tamen si ecclesia vellet illi contractui stare, tenebitur ille contractus: quia contractus quidem est nullus ecclesia de nullitate opponendo, aliis non. glo. in c. in sede vacante. Innoc. in ca. de his que fi. à prel. sine cons. cap. Bal. in l. C. plus val. quod agit. Iaso. in §. actionum. numero 43.

de actio.

Conclusio CCCCXIII.

Quamuis in obligatione facti succedat obligatio ad interesse, ita vt quis praecise ad factum non teneatur, sed dando interesse liberetur. I. si quis ab alio. ff. de re iudic. tamē si quis per sententiam fuerit condemnatus ad aliquod factum, teneretur tunc praecise ad illud factum, & neque liberaretur soluendo interesse. gloff. in l. qui restituer. de rei vendicat. quam gloff. approbat ibi Bald. & Ias. in §. actionum. numero 48. de actio.

Conclusio CCCCXV.

Quo vendito debetur & sella, & frenum, & alia ornamenta ipsius equi: & quae ornamenta erant iam pro ipso equo parata tempore contractus: ad quae ornamenta habenda potest ipse emptor agere contra venditorem. I. aediles. §. vendē di. ff. de aedil. edicto. Illud venit in contractu, quod tempore contractus demonstratur, & ad ea praestanda cogetur venditor infra sexaginta dies. Bald. in l. ij. C. de edi. actio. numero 4. & Ias. in §. actionum. numero 53. de actio.

Conclusio CCCCXVI.

Tutor potest vendere frumentum pupilli non expectata carissima, nec tutor tenetur mittere frumentum ad alia loca, sed in loco vbi est, debet vendere. I. frumentum. §. omnem. C. de adm. tut. vbi Bar. & Bal.

Conclusio CCCCXVII.

Mulier in secundo matrimonio censetur constituisse eammet dotem, quam primo viro constituerat. censetur enim ea dos repetita in secundo matrimonio. I. diuis. ff. solut. matrimo. Socin. consilio 69. in 4. volumi. & Corne. consil. 254. in j. volumi. & haec sunt vera vbi secundum matrimonium est simpliciter contractum. Corne. consil. 157. j. volumin.

Conclusio CCCCXVIII.

Minor qui vendidit fundum non seruatis solemnitatibus, si tamen appareat pretium quod recepit conuersum fuisse in ipsius minoris vtilitatem, vt quia ipse minor debita aut alia onera exsoluit, & tunc minor non poterit rem ipsam recuperare, nisi pretium quod iam recepit, & quod in suam rem expositum est, restituar, quamuis contractus aliis nullus poster dici, vt qui factus fuerit non seruatis solemnitatibus. I. si pretium, & ibi Bald. C. de praedijs minor. In dubio tamen non praesumitur pretium fuisse verum in minoris vtilitatem. Ancha. consil. 338.

Conclusio CCCCXIX.

Vndus dotalis, vel quaecunque res dotales datae aestimatae in dotem, faciunt emptionem & transitum domini in maritum: ita vt maritus possit demum libere res eas aestimatas in dotem datas alienare, non obstantē lege Iulia de fundo dotali non alienando: iuxta l. quories. l. cum dotem, & l. cum inter virum. C. de iure dot. Bartol. in l. si aestimatis. ff. solut. matrimo. & hoc est verum vbi maritus est soluendo: alias autem vbi maritus non esset soluendo, mulier semper ad ipsas res posset in subsidium agere marito non existente soluendo. I. in rebus. C. de iure dotium. & ibi gloff. quam ibi approbant Bar. & Bal. & Ias. in §. actionum. num. 84. de actio. instit.

Conclusio CCCCXX.

Permutatio fit inter partes quādo ab vtraque parte datur certa species quae ab ipsis partibus est praestanda, & hoc pacto daretur partibus actio praescriptis verbis, quae tunc est bonae fidei. §. actionum & ibi Ias. nu. 98. de actio. vt do tibi librum talem, vt des mihi quid aliud, l. naturalis. §. penul. ff. de praescri. verb. sed quando ab vtraque parte, vel ab altera solū genus esset praestandum, dicitur talis actus contractus inominatus, do vt des, & non esset permutatio, & ideo actio praescriptis verbis, quae tunc est stricti iuris, agendum esset, glo. Bart. & alij in l. j. C. de rerum permut. Iaso. in §. actionum. nu. 92. de actio. vt si dicatur, do tibi Digestum meum vetus, vt des mihi vnum Infortiatum competens: non enim tunc esset permutatio, quae solum fit de specie certa ad aliam speciem certam. Ias. ibid. nu. 93.

Conclusio CCCCXXI.

Si venditor agar ad rem venditam sibi tradendam, non oblato pretio, poterit oblinere si à parte non sibi opponatur de pretio non soluto. Bald. in l. j. C. ne liceat tertio prouocari. per tex. cum gloff. in l. si foror. C. de colla. nam lex. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. locum habet & procedit parte petente, si opponatur de pretio non soluto, quod si nihil opponatur, poterit emptor oblinere. Bald. in l. j. C. de fruct. & lit. expen. gloff. & docto. in d. §. offerri, & Iaso. in §. actionum. nu. mēri

Conclusio CCCCXXII.

Triennalis solutio operatur eum effectum, vt qui tribus annis proximis, & quolibet ex illis tribus se demonstrauerit soluisse, erit ab hinc praesumptio quod retroactis tempore iam elapsis integre soluerit. I. quicumque, de apoc. pub. libro x. C. quae lex locum habet & extenditur vt procedat in quocumque qui debet singulis annis siue sit emphyteuta, siue vasallus, aut censualis, vel quicumque sit alius debitor, qui debet soluere anno quolibet, Ang. in §. scim. in auth. de non eligendo. Ias. in l. j. num. 3. C. de fidei. quod procedit vbi quolibet anno de tribus annis elapsis fuerit facta solutio: scilicet si debitor soluisset vnica solutione pro tribus annis. Ioa. Faber in ea l. j. quia plures actus separatim facti magis ligant, auth. siue ante. C. ad Velle. Gemin. in c. Raynuitius, in verbo, si abque liberis, in materia de leg. & fideic. nu. 182. Bald. in l. ij. C. de dotis pro. & Ias. in ea l. j.

Conclusio CCCCXXIII.

Quamuis emptor agere possit etiam pretio non soluto, vt dictum est, tamen si iudex videat pretium non solutum, ex suo officio, etiam parte non opponente poterit mandare emptori agenti quod pretium soluat & per suam sententiam hoc poterit dicere, etiam si non sit actum in iudicio de hac re. I. si pater, in fin. & ibi Bald. qui hoc ibi notat. C. de actio. empti. cum ea exceptio sit nata cū ipsa actione, vt plenius dicitur in decisione sequenti. Ias. in §. actionum. numero 137. 138. & 139. de actio.

Conclusio CCCCXXIII.

Omnia exceptio quae vna cum ipsa actione nascitur, & officio quae inest ipsi obligationi, potest à iudice suppleri, etiam si à parte non opponatur: nam eo ipso quod actor proponit actionem, videtur eam cum sua proponere, & conuenienter videtur ipsam exceptionem proposuisse, quae inest sui natura in ipsa obligatione, vt in pactis incontinenti appositis in aliquo contractu, qui contractus à parte producit, vt per Ias. in l. cum qui. §. qui ita. §. de verb. obligatio. numer. 12. scilicet autem si exceptio veniret extrinsecus. Bar. in l. lecta. ff. si certū petat. & in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. idem Bart. in d. l. cum qui. & Iaso. in §. actionum. numero 138. de actio.

Conclusio CCCCXXIII.

Debitor in diem si conuentus ante diem non opposuerit exceptionem quod antea diem conuenitur, iudex per suam sententiam poterit eum debitorem condemnare ad solvendum die adueniente: quia ea exceptio dilationis quae inest obligationi, quamuis non inest quo ad differendum iudicium parte non opponente, tamen bene inerat quo ad differendam solutionem in tempus debitum. Bar. in l. cum qui, in princ. §. qui ita. ff. de verb. oblig. & Ias. in §. actionum. nu. 140. de actio.

Conclusio CCCCXXV.

Exceptio pretij non soluti, vel non adimpleti contractus, est vna ex exceptionibus quae possunt opponi ad processum, & quae impediunt litis ingressum, seu contestationem, Iulianus. §. offerri, & ibi Paul. Castr. ff. de actio. empti. quem sequitur Angel. & Iason. in eo §. actionum. numero 141. de actio. quod procedit vbi à parte opponitur, vt iam superius dictum est.

Conclusio CCCCXXVI.

Exceptiones de quibus in actis non apparet, neque in instrumento, debent à partibus proponi: quia cum de illis iudici non possit constare, ergo ad eas non tenetur aduertere, ob id debent à parte proponi: cum de illis ex instrumentis non apparet. Ias. in l. cum qui ita. de verbo. obliga.

Conclusio CCCCXXVII.

Quādo aliquis promittit aliquid dare vel facere sub poena, ad hoc vt poena committatur contra eum, debet in mora constitui per interpellationem ad illud dandum, vel faciendum. I. si poena. ff. quando dies leg. ced. Bart. in l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig. I. si duo. §. ait praetor. ff. de const. pec. Dec. consil. 2. nu. 3. & consil. 313.

Conclusio CCCCXXVIII.

Promittens se facturum aut curaturum quod talis ratificabit talem actum sub tali poena, non committetur ea poena contra eum, nisi fuerit interpellatus. Dec. consil. 2. num. 3. nisi enim quis fuerit interpellatus, non dicitur stare per eum quominus illud faciat, Decius ibid.

Conclusio CCCCXXIX.

Fideiusor qui promittit aliquem praesentare infra octo dies, post eos octo dies elapsos non dicitur in mora, nisi fuerit ad id requisitus. Paul. Castr. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. Dec. consil. 2. num. 7.

Conclusio CCCCXXX.

Obligatus sub conditione ad aliquid dandum vel faciendum, non potest dici in mora per aduentum conditionis, nisi fuerit ad id interpellatus. Euenus enim conditionis non constituit quem in mora. Bar. in l. ita stipulatus. ff. de verb. oblig. & in l. quories. cod. & haec est communis opinio secundum Decium consil. 2. nu. 5.

Conclusio CCCCXXXI.

Triennalis solutio operatur eum effectum, vt qui tribus annis proximis, & quolibet ex illis tribus se demonstrauerit soluisse, erit ab hinc praesumptio quod retroactis tempore iam elapsis integre soluerit. I. quicumque, de apoc. pub. libro x. C. quae lex locum habet & extenditur vt procedat in quocumque qui debet singulis annis siue sit emphyteuta, siue vasallus, aut censualis, vel quicumque sit alius debitor, qui debet soluere anno quolibet, Ang. in §. scim. in auth. de non eligendo. Ias. in l. j. num. 3. C. de fidei. quod procedit vbi quolibet anno de tribus annis elapsis fuerit facta solutio: scilicet si debitor soluisset vnica solutione pro tribus annis. Ioa. Faber in ea l. j. quia plures actus separatim facti magis ligant, auth. siue ante. C. ad Velle. Gemin. in c. Raynuitius, in verbo, si abque liberis, in materia de leg. & fideic. nu. 182. Bald. in l. ij. C. de dotis pro. & Ias. in ea l. j.

Conclusio CCCCXXXII.

Dominus non tenetur de delicto commissio per suum famulum, Barto. in l. nec id. ff. de incend. ruin. & Bald. in l. j. C. de episcop. & cleric. Iason. in rubric. de seruus fugitiuis. numero 15.

Conclusio CCCCXXXIII.

Hospes qui tenet hospitium non tenetur de vulnere illato per suam familiam alicui hospitanti in suo hospitio, nec criminaliter, nec ciuilliter, nec ad aliquas expensas, nec ad aliquod interesse. Iason. in rubri. de seru. fugit. nu. 15.

Conclusio CCCXXXIII.

Res empta ex pecunia mea, non est mea, non est mea, & neque talis res ex eo efficitur mea, sed erit ipsius ementis. I. j. C. si quis al. vel sibi. I. si vt proponis. & ibi docto. & I. si ex ea pecunia. C. de rei vendic. Ias. in l. si ex ea pecunia, numer. 3. C. de fer. fugit. competit tamen mihi actio ad pecuniam condicendam: quia pro consumpta habetur. Paul. Castr. in d. l. si ex ea.

Conclusio CCCCXXXV.

Res empta ex pecunia vxoris à marito, non est vxoris, nisi in subsidium vbi maritus non esset soluendo dote. I. vxor marito suo. ff. de dona. inter vir. & vxor. aliis non. Salicet. in d. l. si vt proponis. num. 3. & ibi etiam Paul. Castr. in fi. C. de rei vendicat. & in summa res empta ex pecunia dotali nomine alterius quam vxoris non est dotalis, neque subrogatur in locum dotis. d. l. si ex ea pecunia. C. de rei vendic. & neque illi vxori actio acquiritur, nisi in subsidium. Quod si ex pecunia vxoris res empta esset nomine ipsius vxoris, talis res empta in locum dotis succederet, & vt res dotalis reputaretur. I. res quae. ff. de iure dotium. Roma. consilio 201. in princ. & res empta ex propria pecunia ipsius mulieris ab ipsa muliere, vel etiam ex pecunia viri, nomine ipsius mulieris, erit mulieris ementis. Stephan. Bertrand. consilio 54. j. volumin.

Conclusio CCCCXXXVI.

Res empta ex pecunia militis, est ipsius militis, & quam ipse miles potest vindicare tanquam dominus. I. si vt proponis. C. de rei vend. & ibi docto. dummodo sit miles armatae militiae. Salic. ibid. in princ.

Conclusio CCCCXXXVII.

Res empta ex pecunia minoris à suo administratore, vel ex pecunia pupilli à suo tutore est ipsius pupilli, vel minoris & ea vt dominus poterit minor vindicare. I. ij. ff. quādo ex facto tutor. Habet tamen ipse pupillus vel minor electionem vt rem emptam ex pecunia minoris vel pupilli, ipse pupillus aut minor vindicet, vel vt agat ad ipsam pecuniam repetendam: cum ea res pro pecunia ipsius pupilli, aut minoris obligata sit. I. si tutor. C. de fer. pign. dato. & ibi Bal. & Salic. in l. si vt proponis, num. 2. C. de rei vendica. & ibi etiam Paul. Castr.

Conclusio CCCCXXXVIII.

Res empta ex pecunia pupilli aut minoris ab alio quam à tutore vel administratore eorum, non est minoris, sed est pupilli, aut minori acquiritur hypotheca super ea re, I. si tutor, vbi Bald. C. de fer. pign. da. manum. nisi in subsidium vbi emptor non esset soluendo: nam tunc eam rem posset vindicare. I. filia, in fi. ff. de solu. Bart. & Salic. in d. l. si vt proponis. nu. 2. & ibi Castran.

Conclusio CCCCXXXIX.

Res empta ab administrare ecclesiae, & ex pecunia ipsius ecclesiae, est ipsius ecclesiae. scilicet si empta fuisset ab alio quā ab ipso administratore. Bal. in l. si tutor. C. de seruo pig. dato manumiss. Salicet. & Castr. in l. si vt proponis. C. de rei vendic.

Con

Conclusio CCCCYL.

Quamuis citatus dixerit se nolle venire, est tamen expectandus vsque dies citationis aduenerit, & ante dilationem positam in citatione non debet contumacia accusari contra eum: quia interim poterit suum propositum mutare, & adesse in die assignato, cum sit mutabile hominis propositum. l. deberi, & ibi Bal. C. de fidei liber.

Conclusio CCCXXLI.

Tutor vel curator minoris sicuti non potest rem minoris alienare sine decreto iudicis, ita nec locare pro vno anno aut pro duobus, cum hoc pacto quod finientibus illis duobus annis teneatur ille tutor relocare illum conducto: cum illud in se videatur continere speciem alienationis. Neque in auth. de non alienan. reb. eccl. vbi autem esset persona quae possit alienare, possit etiam cum eo pacto locare, & teneret tale pactum. Angel. in eo. §. neque. Alex. consil. 163. j. volum.

Conclusio CCCXXLII.

Filius familias ex omni contractu obligatur praeterquam ex mutuo & voto, & inquam, efficaciter obligatur. l. tã ex contractibus. ff. de iud. l. filius familias. ff. de actio. & oblig. & fiet executio contra filium familias etiam per capturam. l. ij. §. si vtrum, & ibi Bal. ff. de mino. l. in l. bonorum, num. 2. C. qui admitt. ad bono. poss.

Conclusio CCCXXLIII.

Diuturnitas temporis facit praesumi mandatum quod dicitur necessarium ad ipsum actum praecessisse. l. filius familias. C. de pet. hare. l. hoc asserit in l. bonorum, num. 1. §. C. qui admitt. ad bono. poss. & hoc procedit vbi essent in tali actu ad quem quis verisimiliter iure mandato non sufficeret. Dec. consil. 36. nu. 8. & praesumptio mandati inducitur ex diuturnitate temporis triginta annorum, sicuti & alia quae bet solemnitas extrinseca, quae ex cursu illius temporis inducitur. Curt. senior consil. 76. nume. 3. & Boer. decis. 2. 8. & Dec. consil. 409. & 34. 1.

Conclusio CCCXXLIII.

Ex diuturnitate temporis omnia praesumuntur acta solemniter. l. si filius. C. de pet. hare. l. sciendum. ff. de verbor. obligat. quod procedit in casu dubio. Sed quando ex inspectione instrumenti apparet solemnitas requisita non interuenisse, cessaret ea praesumptio, quae alias insurgit ex diuturnitate temporis. Alex. consil. 1. in 4. vol. l. in l. bonorum, num. 1. §. C. qui admitt. Decius tamen consil. 59. n. 7. inquit talem praesumptionem, quae est, quod non reperitur in instrumento, tolli ex contraria praesumptione, quae oritur ratione antiquitatis, vt per Felin. in c. sicut. de re iud. in versic. ita vt hoc sit verissimum, quod ratione antiquitatis omnia semper praesumuntur acta solemniter.

Conclusio CCCXXLV.

Si testator, haeredem suum instituat, vt si casus accidat suum haeredem decedere sine liberis, voluit bona sua ad uxorem suam, aut alium peruenire: decedere tunc haerede in vita testatoris illi testatori mortuo in hac voluntate, substitutum admittetur ad hereditatem ex vulgari comprehensa generaliter sub ea compendio. Boer. dec. 3. 8. nu. 162.

Conclusio CCCXXLVI.

Quis non probatur quod sit haeres alicuius, quamuis ille res hereditarias possideat: neque enim per hoc probatur eum haeredem esse. l. non hoc. C. vnde cognat. & ibi hoc notat Iaso. potest enim esse quod eas res possideat alio titulo, vt quia per antea eas res emerat. Ias. ibi. & quamuis filius fateatur quod possidet res paternas, non sequitur quod sit haeres, nisi hoc fateatur, aut probetur quod possidet vt haeres. ita Ias. ibi.

Conclusio CCCXXLVII.

Si quis denuntiaverit alicui, qui rem aliquam erat emptor, & a quodam tertio, quod ea res est sua, protestando illi quod non emat, quia est sua, & quod non est illius qui eam rem vult vendere, si ille emat non obstante tali protestatione, reddetur in mala fide. si de eum aliter protestans pro bet rem suam esse, & hoc si talis protestatio facta fuerit re integra. l. si fundum, & ibi Paul. Castr. C. de rei vendi.

Conclusio CCCXXLVIII.

Per simplicem denuntiationem de non emendo facta illi qui iam emisit, non constituitur illi emens in mala fide. l. si fundum, & ibi Paul. Castr. C. de rei vendi. Quod si ante contractum, talis emens redderetur in mala fide.

Conclusio CCCXXLIX.

Ad usufructuarium pertinent omnes fructus, omnes redditus, & omnes commoditates rei, cuius usufructus le-

gatus est. l. §. & 6. ff. de usufruct. & ad quem usufructuarium etiam pertinent omnes fructus pendentes. Recollecti vero ad haeredem pertinent. l. si pendentes, & l. si usufructus. ff. de usufr. Cor. consil. 1. 87. num. 2. j. vol. vtetur tamen ipse usufructuarium illis fructibus data cautione: nam in tali legato usufructus comprehenduntur res omnes quae reperiuntur, vt sunt grana, vinum, fructus omnes, vestimenta, & etiam pecunia, & cetera quae usu consumuntur. Habebit etiam usufructum animalium quae ibi reperiuntur. Stepha. Bertrand. consil. 57. j. volu. & hoc data cautione, per cum titulum, usufructuarium quoadmodum caueat. Ad ipsum etiam pertinet colere fundos, & soluere onera realia. l. fundi. ff. de usufr. lega. Ad usufructum vero non pertinent omnes fructus, nec redditus, sed quantum sufficit ad usum suum, & suae familiae. l. ple. num. in princ. ff. de usu & habit. & neque ad usufructum pertinet colere fundum, sed ad proprietarium, Paul. Castr. in rubr. de usu & habit.

Conclusio CCCCL.

Actor potest repelli a iudicio illi opponendo de iure tertij, quod est exclusivum iuris agentis: nam si actori opponatur de iure tertij, per quod ius agentis excluditur, ipse agens repellitur, cum constet ipsum agentem nullum ius habere, quamuis etiam reus nullum ius habeat, quia non curamus de iure rei, si non constet de iure actoris, l. fina. vbi Paul. Castr. C. de rei vendi.

Conclusio CCCCLI.

Vis potest fodere in suo fundo & auertere venam aquae quae decurrebat & erat in fundo vicini, in fundum proprium, dummodo hoc faciat vt sibi proficiat, & non vno. ceat suo vicino. Potest enim vicinus in suo opus facere ex quo auferat commo. stratum quae ad vicinum pertinet, dum tamen non faciat in fundo alieno: possum enim facere quod mihi prodest, quamuis vicino noceat. l. si tibi. C. de ser. & aqua, & ibi Paul. Castr. l. §. denique. ff. de aqua plu. arcend.

Conclusio CCCCLII.

Verba enuntiativa prolata propter se, & principaliter, hoc est, ad hunc solum finem, vt enuntient illud quod proferunt partes, ea verba disponunt. l. ex hac scriptura. ff. de dona. l. tale pactum. ff. de pactis. & Ias. in l. ex his verbis, C. de test. milit.

Conclusio CCCCLIII.

Verba enuntiativa propter aliud prolata non disponunt, & nihil operantur, vt quando proferuntur a pagano incidenter. l. ex his verbis, & ibi Ias. C. de mili. testa. nisi in aliquibus in quibus ea verba enuntiativa disponunt. Barto. & Salic. in l. cum aliquis. C. de iure delib. & in matrimonio probant: vnde si quis in instrumento faciat mentionem quod talis promissit centum nomine dotis pro matrimonio inter eos contracto, ea verba probant matrimonium inter eos contractum, non autem in praedictum aliorum. capit. per tuas, de probat. item si ea verba enuntiativa essent geminata, probant. Barto. & Angel. in l. cum scimus, de agricol. & cens. l. xj. C. verum quamuis ea verba enuntiativa non plene probent, faciunt tamen semiplenam probationem ad fauorem tertij. Barto. in l. ad monend. ff. de iure iurand. & Iaso. in l. ex his verbis, C. de mili. test. ea tamen verba enuntiativa inter partes contrahentes bene probant, quo ad effectum validitatis, de his de quibus principaliter in instrumento continetur, vt per Socin. consil. 3. 9. nu. 5. tertij part.

Conclusio CCCCLIII.

Permutans suum beneficiu cum alio quod non erat permutans, non perdit suum beneficium, & neque valebit ea permutatio: quia antequam valeat permutatio beneficii, oportet permutates habere ius in beneficiis. Rebu. in practica causarum beneficalium, in tit. de permut. nume. 9. non potest tamen permutans ad suum redire beneficium sine noua collatione, Panormi. in capit. cum venerabilis, de except. & ibi Felin. nume. 1. 1. de consuet. non petitur tamen noua collatio quando quis redit ad suum beneficium, vt de stylo Franciae ita obseruatur, licet de iure secus, ideo quod agere poterit possessorio is qui redijt ad suum beneficium, ita Rebu. in eo loco, numero 1. 2. quod etiam tenet Boer. decisio. 97.

Conclusio CCCCLV.

Qui ita dixit nego me occidisse hominem, sed si occidi, dico me fecisse ad meam defensionem, vel si appareat me illud fecisse, id feci me defendendo: talis ita dicens non habetur pro confesso, nec propter hoc puniri debet. Bald. in l. si quidem, C. de except. Felin. in c. pastoralis, & in c. cum venerabilis, nu. 1. §. de except.

Con

Conclusio CCCCLVI.

Constitens positiones, vt in tali instrumento continentur, si demum in tali instrumento nihil continetur, non dicitur confessus positiones. Bal. in l. ij. C. de erro. aduo. Felin. in c. cum venerabilis, num. 24. de except. quod si quis simpliciter respondeat alicui positionem eam confitendo, videtur omnes qualitates & coherentius confiteri secundum praecedentem interrogationem. Alexand. consil. 8. numer. 1. 3. in 3. vol.

Conclusio CCCCLVII.

Actio iniuriarum datur etiam pro iniuria illata ex repentino calore iracundiae, quae praesumitur dicta animo iniuriandi, & neque in praedictum iniuriati reuocari possit. l. si non conuicti, C. de iniur. & ibi Salicet. Est quidem verum quod iniuria dicta per iram puniatur pro iniuria simplici, non autem pro delicto, vel calumnia, quia nec reus dicitur. l. quid calore. ff. de regul. iur. Calor enim iracundiae inconfusus caret vitio, vt per Felinum in c. cum te, post gl. ibi, de sentent. & re iudi. ad hoc vt puniatur pro delicto, quando ex eo calore nullum fuit subsequutum detrimentum, quod si fuisset subsequutum aliquod detrimentum, puniretur talis calor iracundiae. decisi. Tholosana. 409. non quidem ex toto, sed poena esset mitigata, Deci. in ea reg. quod calore, numero 7. Datur etiam actio iniuriarum & pro modica iniuria quae semper infamat, Felin. in eo c. cum te. Et potest quis agere actione iniuriarum, si contra eum obijciatur aliquod delictum in genere, vel in specie: nam talis improperans dicitur iniuriam committere, Bart. & Bald. in l. turpia, ff. de leg. 1. Iniuria tamen quae in specie dicta est, redditur atrocior quam ea quae in genere maledictionis profertur. Bart. in d. l. turpia.

Conclusio CCCCLVIII.

Poster legando filiae suae centum cum erit vidua, si semel fuerit effecta vidua, consequetur legatum, quod demum non perdit quamuis postea nubat. l. si quis, & ibi Ias. C. de instit. & substitut. sufficit enim conditionem semel fuisse adimpletam, quamuis non duret implementum. l. cum vxori. C. quan. dies legat. ced. Ias. in d. l. si quis, nisi pater dixisset, lego filiae viduae, & quam diu stabit vidua: nam tunc secundo nubendo perderet legatum, vt plenius per Ias. in ead. l. si quis.

Conclusio CCCCLIX.

Si princeps causam delegauerit alicui existenti in dignitate: ille qui est in tali dignitate tempore commissionis cognoscet, licet postea priuetur ea dignitate. cap. statutum, in princ. de rescript. in 6. non enim est necesse qualitatem ad actum requisitam semper durare: sed sufficit quod fuerit in principio actus. gloss. & Panormi. in capi. et si principalis. de rescript. Ias. in l. si quis, numero 3. C. de instit. substitut. & restitut.

Conclusio CCCCLX.

Si testator dixerit, instituo talem sub nomine appellatio in tertija parte, talem in quarta parte, & talem in reliquo, & per consequens: vbi haeredes sunt diuersimode instituti & demum substituti hoc modo, vt si contingat aliquem ex haeredibus non esse haeredem, alios haeredes substituo: vno demum eorum non existente haerede, alij admittentur in vim substitutionis in similibus partibus in quibus erant instituti, quia ibi facta fuit substitutio, cum dicto, haeres, sit nome appellatio. l. j. C. de impu. & ibi Iaso. & cum sint instituti sub assignatione partium, in eis partibus censentur etiam substituti, sub quibus erant instituti: & partes adiectae in institutionibus censentur repetitae in substitutionibus, quando illa substitutio facta fuit sub nominibus appellatiuis, & in diuersis partibus erat facta institutio. d. l. j. & ibi Ias. nisi testator ex illis aliquos instituisset in vna parte, qui in ea essent coniuncti re & verbis, & alij in diuersis partibus: quia tunc si aliter ex illis coniunctis decedat, alter coniunctus admittetur. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg.

Conclusio CCCCLXI.

Si plures diuersimode instituti substituti fuerint sub proprijs nominibus, illi veniunt equaliter in substitutione non attentis portionibus hereditarijs. l. nonnunquam. ff. ad Trebel. cum enim institutio fit per propria nomina, tunc personis partes, seu portiones annumerantur, & sic habetur respectus personarum, & non portionum, propterea succedent equaliter: quae ratio consistit, vbi substitutio fuit facta sub nominibus appellatiuis. Ias. in l. j. C. de impub.

Conclusio CCCCLXII.

Si pluribus legatarijs res aliqua fuerint diuersimode & in diuersis partibus relictae, & demum legatarij ipsi fuerint

adiuicem substituti siue per propria nomina, siue per nomina appellatiua, tunc illi legatarij iuicem substituti semper in viriles admittentur in parte & portione illius qui iam defunctus est. l. vnica. §. sed vt manifestetur. & ibi gl. C. de caduc. tollen. Ias. in l. j. C. de impub.

Conclusio CCCCLXIII.

Instituti in diuersis partibus, & substituti sub proprijs nominibus, quae praecedunt nomen appellatiuum, haeredes equaliter succedunt vni ex haeredibus mortuo ab intestato, vt si testator instituit quibusdam heredibus in diuersis partibus, dixerit Titium, Caium & Sempronium haeredes meos substituo: eo casu succedent illi substituti aequaliter, quia ibi propria nomina ipsorum haeredum praecedunt: quod si nomen appellatiuum praecederet, tunc succederent substituti pro portionibus hereditarijs vt si instituit haeredibus in diuersis partibus, dixerit testator, haeredes meos Titium, Caium, & Sempronium substituo, attendenda enim in his sunt verba quae praecedunt. l. si seruus communis. ff. de stipul. ser. uor. Bal. in l. j. C. de impub. & ibi Ias. versic. 3.

Conclusio CCCCLXIII.

Instituti in diuersis partibus, & substituti sub nominibus indifferetis, puta filios, fratres, vel nepotes meos institutos, eos inquam substituo: tales ita substituti censentur substituti sub portionibus hereditarijs, ac si fuissent substituti sub nominibus appellatiuis, cum comprehendantur sub vna vnitatem. l. Lucius & Mania, & ibi hoc notat Bart. ff. ad Trebel. & Ias. in l. j. nu. 4. C. de impub.

Conclusio CCCCLXV.

Sicuti pater in suo testamento benedicendo filium non censetur eum haeredem instituisse: ita maledicendo censendum non est eum exhaereditasse, vt quia dixit, maledico filio meo, quia me verberauit, per hoc non videtur eum filium exhaereditasse: quia verba indignationis non disponunt. Iaso. in auth. non licet. nu. 2. C. de libe. praeteritis.

Conclusio CCCCLXVI.

Si filius causam ingratitudinis in patrem commiserit, per quam possit a patre exhaereditari, si pater eam iniuriam per pactum remiserit, non poterit filius ex ea causa exhaereditari. Paul. Castr. in l. n. C. de pact. post Bart. ibi. & Ias. in auth. non licet. C. de liber. praeter. num. 3.

Conclusio CCCCLXVII.

Si clericus passus fuerit se condemnari a iudice laico, & post condemnationem clericus in executione allegauerit priuilegium clericale, erit ille clericus in expensis condemnandus, cum in illis partem aduersam fatigarit. Felin. in c. exceptionem, de exceptio.

Conclusio CCCCLXVIII.

Reus qui rem possidebat petitam ab actore tempore citationis, vel contestationis litis, si demum rem ipsam petitam alienauerit, vel deserit possidere, praesumendum erit quod dolo deserit possidere. Bart. in l. qui petitorio. ff. de rei vendi. l. quod Celsus, in princ. & ibi doctor. ff. de exceptio. Felin. in capitulo aduersario. de exceptio. numer. 2. per I. qua dote, & l. semper. de regul. iur. Ias. in §. omnium. nume. 7. 3. de actio.

Conclusio CCCCLXIX.

Tempus ad appellandum decem dierum, currit a die quod lata fuit sententia & prolata, ita vt dies in qua fuit prolata ea sententia, computetur in termino decem dierum. Pan. in ca. super, arti. ij. de appel.

Conclusio CCCCLXX.

Sententia lata contra habitatores alicuius ciuitatis, aut castrorum, nocet non solum his contra quos lata fuit, sed & his qui nunc reperiuntur in ea ciuitate & loco: nam licet praecedentes decesserint, successores, & qui nunc reperiuntur in eo loco representant defunctos, & faciunt eundem populum, sic quod populus qui nunc est censetur eundem populum, l. proponatur. ff. de iud. l. sicut municipi. §. in decuriones. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Guid. Papae dec. 279.

Conclusio CCCCLXXI.

Solutio legatorum spectat ad onus fideicommissarij. l. ij. §. & ibi glo. C. ad Trebel. l. j. & ibi docto. ff. ad Trebel. debita autem hereditaria & funeris impensa spectat ad haeredem pro sua parte quartae Trebellianicae, & pro alijs tribus partibus restantibus, quae sunt nouem vnciae, onus resoluendi spectat ad ipsum fideicommissarium: praestatio vero alimentorum anni luctus respectu viduae spectat ad haeredem nam eo anno pendente, vidua in utilitatem heredis tenetur operari. l. sicut, & ibi Bart. ff. de oper. libert. tum quod illo anno durate haeres lucratur fructus omnium bonorum, quos non tenetur

netur reddere. l. j. §. exactio C. de rei vxor. actio. Guid. Pap. de cisione 296.

Conclusio CCCCLXXII.

Præscriptio non currit in his quæ sunt de se licita, & debentur iure communi absque partium cõuentione, nisi à tempore quo quis est prohibitus, vel iure cõtrario. l. quoties. ff. de seruit. gloss. & Bart. in l. j. & ij. C. de seruit. & aqua. & ideo quilibet in sua domo potest habere furnum ad suum panem coquendum, non obstante quòd dominus ibi per prius habeat furnum. lo. Faber in §. quæ. de actio. nisi aliàs fuisset prohibitum ne furnus esset. Faber ibi & Guido Papæ decif. 393. vel nisi ille dominus ius haben de furnum ex præscriptioe aut Principis concessione hoc habuisset. Guido Papæ ibid.

Conclusio CCCCLXXIII.

Quilibet possessor bonæ fidei cõpensat expensas factas causa cultura & fructuum, quemadmodum & expensas factas causa custodia cum ipsius fructibus. l. fundus. ff. fam. l. ercif. & ibi docto. tales enim expensæ factæ causa custodia, & aliæ factæ causa fructuum conseruandorum fiunt ad utilitatem ipsorum fructuum, & ad ipsos cõseruandos. l. si ita §. fin. & l. quæritum §. salinarum. ff. de fund. inst. Bart. in l. cum quæritur §. prediis. & ibi additio super verbo, non dicetur. ff. de leg. iij. contra opinionem Bart. in d. §. prædijs.

Conclusio CCCCLXXIII.

SI testator in suo testamento consistat se debere nõ capaci, talis cõfessio nihil operabitur: quia cõfetur facta in fraudem, & hoc in dubio præsumitur. l. quidam decedens. §. Titia. & ibi Bart. ff. de leg. ij. quare debitum erit probandum ab eo qui illud perit non obstante tali confessione, Alber. in d. §. Titia. quod etiam procedit etiam si talis confessio esset iurata, vt ibi per Bart. quia tale iuramentum non tollit fraudis suspicionem & Bal. in d. §. Titia, & in l. non dubium, C. de legib. Salicet. in l. generaliter, numer. 16. C. de non nu. pecun. ita vt necetiam in vim legati valeat talis confessio. Alber. in d. §. Titia, & Paulus Castrensis in d. l. generaliter, numero 11.

Conclusio CCCCLXXV.

SI maritus in suo testamento consistat se habuisse à sua secunda vxore aliquam summam pecuniæ, & quamuis iurauerit ita esse, non tamen standum erit tali confessioni, neque in vim illius ea vidua poterit eam summam perere, cum talis confessio etiam iurata facta ad utilitatem suæ secundæ vxoris non probat debitum. l. cum quis decedens, §. Titia. ff. de leg. iij. & ibi Bart. si tamen in ea voluntate maritus moriatur, hæres ad eam summam confessatam cogi possit, cum morte mariti confirmata fuerit. Bart. in d. l. cū quis decedens. §. Titia.

Conclusio CCCCLXXVI.

Quando est questio inter aliquos de beneficio, si aduersarius consistat beneficium ad partem aduersam pertinere, talis confessio alteri non proderit. cum sit questio de titulo beneficii: sed titulus est probandus, per quem constat eum habere ius in beneficio. glo. in c. ij. de rescript. quia beneficia ecclesiastica non possunt possideri sine canonica institutione. c. beneficium, de regu. iur. quod procedit vbi ille vult ex toto inducere probationem tituli ad illum beneficium ex sola confessione aduersarii. sed vbi quis de suo titulo docuisset, qui redditur dubius ex productis factis per aduersarium: tunc si talis aduersarius fateatur partem aduersam melius ius habere, & tunc bene prodesset aduersarii confessio seu declaratio, cum per eam confirmetur titulus. decif. capel. Tholof. 473. & Boer. decif. 39, nu. 2.

Conclusio CCCCLXXVII.

VS superueniens actori ex causa de præterito sibi prodest ita vt sequi debeat sententia in suam utilitatem, & condemnatio contra reum, & hoc quando superuenit illud ius post litem contestatam. c. Abbate sane. de re iud. in 6. Alex. consil. 176. volu. 2. l. in §. omnium. de actio. nu. 63. secus si ius superueniat ex causa de præteriti. d. c. Abbate sane, & l. in d. §. omnium.

Conclusio CCCCLXXVIII.

Actor qui tempore porrecti libelli, & litis contestate, erat dominus, postea desit esse dominus, & tandem dominium illius rei recuperavit, poterit obtinere in rei vendicatione. tempus enim medium non debet in quoquam obesse. l. ij. C. de litigio. l. tigni. §. fin. ad exhiben. l. in §. omnium, nu. 69. de actio. & Boer. decif. 39, nu. 3.

Conclusio CCCCLXXIX.

SI quis post datas dilationes ad probandum velit aduersarium iurare, & illi deferre iuramentum iudiciale, erit audiendus, & cogetur iurare aduersarius, nisi habuerit iustam causam recusandi iuramentum. Bart. in l. contractus, §. illo, per eum textum. C. de non num. pecu. & l. manifeste. ff. de iureiur. & ibi l. as. & iuxta hanc opinionem iudicatum fuisse refert Boer. decif. 96, nu. 6.

Conclusio CCCCLXXX.

QVIS statim in principio litis super intentione partis aduersæ tenetur aut iurare, si requisitus fuerit: aut referre, quamuis is, cui defertur, dicat se velle probare suam intentionem vel exceptionem per testes, & ita conclusum fuisse refert Boer. decif. 95, nu. 2. per eam l. manifeste. ff. de iureiur.

Conclusio CCCCLXXXI.

AD probandum contractum vsuarium tria debent concurrere. pactum de retrouendendo, vilitas pretij, & quod emptor sit solutus foenerari. & illa tria probata reddunt contractum foeneratiu. Bart. in c. ad nostram, de emp. & vend. & ibi Henri. Boich. & Alber. de Rofate in l. emptio. C. p. valere quod agitur. de Anchar. in d. c. ad nostram. quod si v. num ex illis tribus deficiat, contractus non diceretur foeneratiuus. Masuer. in sua practica de præscript. & Corn. consil. 224. vol. j. & ibi inquit eam esse cõmunem opinionem, quã confirmat Boerius decif. 102, nu. 3. & Soc. consil. 155, nu. 13. vol. 2. & illa vilitas precij nõ consideratur in hoc casu circa dimidium precij, sed etiam si minor illa vilitas dimidio illius precij, & quamuis sit citra dimidium. Boer. ibidem nu. 5.

Conclusio CCCCLXXXII.

VBI in aliquo contractu duo solum concurrunt, vilitas scilicet precij, & pactum de retrouendendo, non erit agendum contra contractum vt foeneratiu. sed solum remedio l. ij. C. de rescind. vend. Bart. consilio, 139. Boer. decif. 102. Inno. & omnes in c. ad nostram, de emp. & vend.

Conclusio CCCCLXXXIII.

PERIURUS quam defertur iuramentum in supplementum probationis: quia qualitas ea que testem repellit à ferendo testimonio, etiam repellit partem à tali iuramento. atqui periurium repellit testem, ergo & partem à tali iuramento. Soci. consil. 255, nu. 9. par. 2.

Conclusio CCCCLXXXIII.

VILITAS pretij maxima facit vt contractus præsumatur simulatus, vt si res quæ valet mille, vendatur pro centu: talis vilitas immoderata reddit contractum simulatum. c. 1. qual. feu. amit. Soc. conf. 304. in j. vol. & Boer. dec. 102, nu. 4. quòd si paucitas precij tantummodo intercederet quæ excederet dimidium, & tunc legitimus præsumeretur, & non simulatus, vt ibi per Soci.

Conclusio CCCCLXXXV.

Quando actum est rei vendicatione contra reum, qui interrogatus in iudicio dicit se possidere, cum tamẽ nõ possideret, & tandem per sententiam fuit condemnatus, & sic pro actore fuit iudicatum: si demum possessio quæ petebatur ab actore ad reum peruenerit ex noua causa, mittetur ea sententia executioni contra ipsum reum. l. si ante hereditatem §. si quis fundum. ff. de excep. rei iudic. & ibi Bartol. in l. qui se obtulit. ff. de rei vendicat. l. as. in §. omnium. num. 23. de actio.

Conclusio CCCCLXXXVI.

SENTENTIA in casu falsi lata inter partes non necet notario non vocato, & qui adhuc in ius non fuit vocatus nec auditus in ea falsitate. Felin. in c. cum Ioannes Eremita, de fide instru. Boer. decif. 117, num. 17.

Conclusio CCCCLXXXVII.

CVmagitur super falso, fiunt informationes: quibus demum visis, & parte super illis audita, & causa allegata, curia debet ordinare, quòd pars quæ agit, curabit testem venire & notarium ad certum diem, in qua tenebitur secum adferre schedam & suum prothocolum. & hoc receptum esse in curia asserit Boer. decif. 118, nu. 17.

Conclusio CCCCLXXXVIII.

VENDOR habens scientiam valoris rei venditæ, vendendo etiam si expresse non docuerit quod plus valet res ipsa, & maiorem rei valorem, non poterit vti remedio legis secundæ. C. de rescind. vendi. quia ille illi valori sicut expresse, ita & tacite videtur renuntiare. Bart. & doct. in l. si quis cū aliter. ff. de verbo. oblig. & Boer. decif. 142, n. 6.

Conclusio CCCCLXXXIX.

VENDOR ignorans rei valorem, & cū dubium sit & incertum an venditor sciat, an verò ignoret rei valorem quò vendit, donando in contractu maiore rei valorem, audietur nihilominus, si demum veniat remedio legis secundæ. C. de rescind. venditio. Nam quamuis in dubio quis præsumatur scire rei valorem, & vires suarum rerum, per l. quisquis. C. de rescind. vend. & ibi Salic. tamen talis præsumptio tollitur per aliam præsumptionem, quæ habet, quòd nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probat. & in dubio donatio non præsumitur. l. si cum aurum. ff. de solut. & quòd fortior præsumptio tollat aliam, & minus fortem præsumptionem. c. literis, de præsumpt. Et pcedit hæc regula atque decisio vbi vendens simpliciter maiorem rei valorem donaret. Bart. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Boer. decif. 142, nu. 6.

Conclusio CCCCLXXX.

VENDOR ignorans valorem rei quam vendit, in dubio si donet maiorem rei valorem, & id quod plus valet, etiã si excedat dimidium, poterit nihilominus ille venditor agere remedio legis secundæ, de rescind. vend. quia talis donatio pluris valentis debet se referre ad modicum, nõ aut vbi esset deceptio ultra dimidium. l. hæc adiectio. ff. de verb. oblig. & quam opinionem Boer. asserit veriore decif. 142, nu. 9. & 10. per l. si. idem que. ff. de cond. indeb. & ibi l. as. post alios. Et hæc procedunt, nisi in eo instrumento venditionis dictum esset, quòd illud plus quantumcunque esset magnu venditor donat, tunc bene cessarent omnia remedia. Bartol. in l. si quis cum aliter, & ibi l. as. & Boer. in ea decif. nam. 10. quare vtile erit in huiusmodi contractibus, quòd hæc verba apponatur, scilicet quòd venditor sciens valorem rei venditæ, & plus valere quam venditur, totum illud quòd plus valet, quantumcunque sit sine magnum, tunc partem, ex sua certa scientia, illud in quantum totum dat ipsi emptorita Barb. & alij in l. si quis cum aliter, & Boer. in ea decif. nume. 11. & quam partem vt veriore ibi approbat.

Conclusio CCCCLXXXI.

Quando filius vel filia agit ad supplementum legitimæ potest agere contra heredem & legatarios, quibus aliquid hereditarium legatum est à testatore, argum. l. lineam margaritarum. ff. ad l. falcid. vt scilicet pro rata illi teneatur, & insimul contra eos poterit agere, Bart. in l. in quartam, in vlt. quest. ff. ad l. falcid. Alberic. in l. si ex paternis. ff. de bon. libert. Bald. in l. omnimodo. C. de ino. test. & hoc vbi filij vel legitimi habent legitimam in corporibus hereditariis: nam tunc & hæredes & legatarij vocandi sunt: secus autem vbi filius petit legitimam in pecunia: quia tunc contra solos hæredes agendum esset cõditione l. omnimodo. C. de inof. test. Cor. consil. 143, in 4. vol. & ibi inquit hanc opinionem communem esse. Et hæc etiã procedunt vbi per legata vel ista in testamento legitima filioeum possit esse diminuta: nam eo casu & contra hæredem & legatarios agendum esset aliàs nõ. Alexand. in l. in quartam, & Boer. in ea decif. 145, circa finem, & Deci. consil. 235.

Conclusio CCCCLXXXII.

PER transactionem seu solâ diuisionem bonorum quæ fit inter aliquos, non videtur renunciatum esse substitutioni nec iuri fideicommissi, quod alicui in futurum competere potest. l. cum pater. §. hereditatem, in ij. & ibi Bartol. & alij. ff. de leg. ij. l. qui cum tutoribus. ff. de transac. Boer. decif. 147, in prin. & num. 10. & ibi ex plurium sententia asserit hanc opinionem communem esse. Paul. Cast. idem tenet in l. tres fratres. ff. de pact. etiam si esset facta diuisio cum pacto de non veniendo contra talem diuisionem. Boer. ibi. quia ius illud fideicommissi seu substitutionis dependet de futuro, & iuri de futuro non videtur per diuisionem renunciatum: nisi in ipsa diuisione specialis mentio facta esset ipsius iuris de futuro, plenè Boer. in eo loco, nu. 12. & 13.

Conclusio CCCCLXXXIII.

VIS potest in officio confirmari, modo fiat talis confirmatio nemine discrepante ex illis ad quos pertinet nominatio, aut electio. l. maiorem. ff. de pact. quare vniuersitas potest rectorem cõfirmare pro sequenti anno, si nemo discrepet. Deci. in c. cum omnes, de consuet. Boer. decif. 149, nu. 5.

Conclusio CCCCLXXXIII.

DONATIO alicui facta in contractu sui matrimonij ab eo qui nullos liberos habet, reuocatur per superuentiam liberorū. de Ripa in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. per eam l. si vnquam. Alex. consil. 71 lib. 4. & ibi inquit, eum qui dotem constituit, & donauit alicui mulieri, cum ille donans

nullos liberos haberet, eam dotem repeti posse, & reuocari per natiuitatem liberorum, etiam si ea dos soluta fuerit. secus autem si donans in contractu sui matrimonij, aliquid alteri daret: nam tunc donando in contractu sui matrimonij non posset reuocare, cum præsumendum sit de liberis cogitasse: quæ ratio cessat in eo qui donauit alteri causa matrimonij contrahendi, nam ea donatio bene reuocatur per superuentiam liberorum. ita declarat Steph. Bertrand. consil. 157. & consil. 333, volu. 2. & Boer. decif. 159, nu. 10. & ita iudicatum fuisse refert Papo in suo recueil des arrefts. in tit. de donations, arrest. 21.

Conclusio CCCCLXXXV.

FRATRES coniuncti ex vno latere nõ succedunt fratri mortuo coniuncto ex vtroque latere cum patre & matre defuncti, idem de sororibus, §. consequenter. §. si igitur in authen. vt fratrum filij, licet alij fratres & sorores ex vno latere tantum coniuncti succederent fratri defuncto ex vno latere vnã cum patre & matre, per l. fin. C. ad Tertul. & l. de emancipatis. C. de leg. hered. quæ iura per auth. defuncto, ad Tertul. corriguntur, vt ibi per Bald. & Boer. decif. 125, & tunc demum frater ex vno latere succedit fratri ex vtroque latere deficientibus fratrib. ex vtroque latere, & patre & matre ipsius defuncti. d. authen. defuncto.

Conclusio CCCCLXXXVI.

FRATER coniunctus ex latere matris tantu præfertur fratri coniuncto ex latere patris tantu in bonis quæ à defuncta matre peruenerant ad ipsum fratrem ex latere matris, vel ex linea materna, & econtrario frater ex latere patris tantu præfertur in successione sui fratris ex latere patris in bonis, quæ à patre et ex linea paterna peruenerant illi fratri sibi coniuncto ex latere patris. l. de emancipatis. C. de suis & leg. hered. & in authen. itaque, de legit. hæredibus. Corne. consil. 7, vol. 3. Boer. decif. 135, numero 3. & in summa, soli fratres cõsanguinei fratri cõsanguineo ab intestato succedunt in bonis à patre, aut linea paterna prouenientibus, & quæ peruenerant ad ipsum fratrem cõsanguineum tantum. & in bonis à matre quæ sitis soli vterini fratres, fratri vterino succedunt. d. l. de emancipatis, glo. Bene. in c. Rainutius. in verbo, & vxorem, nu. 663, in bonis autem neutralibus, & per defunctum fratrem acquisitis alium de quàm à patre, vel à matre, insimul & æqualiter succedunt fratres tam cõsanguinei, quàm vterini: hoc deficientibus patre & matre, & fratribus vtrinque coniunctis, authen. itaque, C. commu. de success. authen. defuncto. C. ad Tertul. & Roma. consil. 40, nu. 6. & Rubus Alex. consil. 40, nu. 6.

Conclusio CCCCLXXXVII.

FRATREM coniunctum ex vno latere excludit frater coniunctus ex vtroque latere in successione fratris mortui ab intestato coniuncti ex vtroque latere, & nepos ex fratre vtrinque coniuncto seu eius filius succedit patre suo, excludo fratre cõsanguineo sui patris. Corn. consil. 140, nu. 15, in j. volum. quando enim nullus fratrum coniunctorum superest, tunc filij eorum fratrum vtrinque coniunctorum vocantur ad successione eorum auunculi, aut patris, qui erat frater vtrinque coniunctus patri eorum filiorum, & excludunt patres ex vno latere, Corn. consil. 140, nu. 15, in j. vol. per auth. cõstante. C. de leg. hered. Guliel. Benedic. in rep. c. Rainutius. in verbo, & vxorem, nu. 663, alias est nu. 12, in 5, decif. d. verbi, & vxorem.

Conclusio CCCCLXXXVIII.

QVOTIES soli nepotes ex diuersis fratribus, vel pronepotes soli, vel nepotes & pronepotes mixtim cõcurrunt nullo superstite auunculo, aut patruo, in successione aui aut patris mortui ab intestato, succedunt in stirpes ipsi aui, & nõ in capita, ac sic patris & auunculis succederet. gl. in auth. cessante. C. de leg. h. er. & ibi Bart. idem Bart. in l. post cõsanguineos, §. j. ff. de suis & leg. hæred. Ioan. Faber in §. nos autem, de leg. agn. success. & Bart. consil. 176, & hanc partem tenendam asserit Guid. Pap. decif. 134, & secundum eam opinionem iudicatum refert, & quam tenet Gul. Bened. in repe. c. Rainutius. in verbo, & vxorem, nu. 63, 1. & Bal. in tit. de natur. success. feudi. c. j. inquit eam esse communem opinionem, & sequendam: & ideo aui ab intestato mortuo, si duo sui nepotes ipsi aui ex vno filio præmortuo, & tres nepotes ex alio filio præmortuo, duo nepotes habebunt vnã partem & alij tres nepotes aliam partem habebunt, & sic in stirpes fiet successio in bonis eorum aui, vel auiæ ab intestato mortui: ita etiam Angelus in §. cum filius, de hæred. quæ ab intestato deser. Papon in suo recueil des arrefts, in tit. de successions, Arrest. 10. & Stephanus Bertrandi consilio, 2, j. Commu. opi. To. 4.

parte. Et hoc casu nepotes inter se succedendo, non tenentur inter se conferre, cum veniant ex persona propria, secus si vnus ex nepotibus succederet cur. suo auunculo: quia tunc teneretur conferre, cum veniat referendo personam patris iam defuncti: Ale. conf. 50. nu. 16. vol 6. & Corne. conf. 195. part. 2. Idem censendum erit in successione patris auunculi, aut amita ab intestato relictis nepotibus & filiis ex diuersis fratribus, qui succedunt in stirpes, & non in capita. Iacob. de Bellouis. in §. reliquum, de hered. ab intestato venien.

Conclusio CCCCXIX.

Sex duobus substitutis datis alicui heredi, alter eorum viuo testatore decesserit, & tandem mortuo testatore heres infuturus decessit, alter substitutus admittetur ad omnem hereditatem & in totum in vim substitutionis succedet, & hoc siue illi duo substituti essent cõiuncti re & verbis, siue verbis tantum, & nec portio alterius substituti defuncti viuo

testatore cedet lucro ipsius heredis: imò tota hereditas ad substitutum, qui est superstes, pertinebit. l. vnic. §. in primo, & in §. his itaque. C. de cad. tollend. vbi Bart. plene, & Guid. Pap. decif. 335.

Conclusio CCCC.


Remedium l. ij. C. de rescin. vend. non habet locum in contractu emphyteuticario, vt dominus directus tanquã deceptus vltra dimidium possit contractum rescindere, vel censum annuum augere cõtra emphyteutã: quã nõ licet, & neque datur illi domino directo tale remedium: & neque potest se laesum dicere in concessione rei feudalis. l. si quis auctoritate, prope finem, de om. agro deser. lib. 10. C. quod lo. cum habet & in contractu dato in feudum, & in emphyteu. si, in quibus contractibus cessat tale remediũ d. legis ij. fecidum communem opinionem, de qua per Bened. in repet. c. Rainutius, in verb. & vxorem, nu. 932. & 935.



STEPHANI RANCHINI IC. CLARISSIMI, AC SENATORIS APVD MONTEMPESSVLANVM IN SVPREMA GENERALIVM Curia, Miscellaneorum Decisionum, seu Conclusionum ac Resolutionum vtriusque Iuris,

Pars Quarta.

Conclusio I.



Res subiecta restitutioni nõ possit alienari, auth. res que. C. commu. de leg. in vbi alienatio fieret ob imminẽtem necessitatem, puta propter famẽ, vel propter redemptionem personæ heredis, ea bona his casibus possent alienari, quantumuis sint ea bona restitutioni subiecta. Bart. & Ioan. de Platca in l. quemadmodum, de agric. & cens. lib. 10. C. Ias. in ea authen. res que. C. commu. de leg. & fidei. nu. 2. & 32.

Conclusio II.

Filius tenetur alere patrem inopem, senem, & impotentẽ, si filius sit diues, & hoc de iure gentiũ, & de iure positiuo l. si quis à liberis, in princ. ff. de lib. agnos. nam sicuti pater filium suum tenetur alere, ita & filius patrem, Bart. in authen. licet. C. de natur. lib. Paul. Cast. in l. j. §. ius autem. ff. de iust. & iur. Tenetur etiam & filius matrem alere, Alber. de Rosate in l. si quis à liberis, in princ. ff. de lib. agnos. & superiora procedunt, vbi pater & mater non haberent aliã vnde se alere possent. Ias. in authen. res que, nu. 9. C. commu. de leg. & fidei. & hæc probantur in l. j. & ij. C. de alendis liberis à parentibus.

Conclusio III.

Pater tenetur alere suum fratrem, aut sororem pauperẽ, quando frater est diues, & alter pauper. Barto. in l. j. C. de alen. lib. & Bart. in l. si quis à liberis, n. 13. ff. de lib. agnos. & Salic. in d. l. j. Ias. in authen. res que. nu. 10. C. commu. de leg. & fidei. Boer. decif. 129.

Conclusio IIII.

Quoties quis petit à iudice quod sibi soli profuturũ est, iudex id debet facere expensis petentis. l. prætor, in fin. ff. de eden. Quod si petit quis à iudice, quod sibi & aduersario profuturũ est, iudex id debet facere expensis vtriusque. l. sed & loci. §. ff. fin. regund. propterea si pars petat à iudice vt super negotio sibi commissio cõsulat doctos, id debet iudex facere expensis partium: cum illud sit vtrique parti profuturum. Specul. in tit. de assesso. §. salarium, nu. 4.

Conclusio V.

Sententiæ arbitri paretur metu poenæ. l. j. C. de arbit. l. non distinguemus, §. i. ff. de arbit. vel metu iuramenti, si illud interuenit. c. ij. & c. per tuas, de arbit. non quod iuramentum sit de necessitate: sed si illud interpositum sit ad actus confirmationem, valebit arbitramentum etiam sine poena, si partes se subscriperint sententiæ, vel si non appellauerint post decem dies, quia tacite tunc videntur sententiam homologare. Spec. in tit. de arbit. §. arbiter.

Conclusio VI.

Arbitrium est sententia vel laudum latum ab ipsis arbitris: cõpromissum verò est cõuentio partium remittentiũ aliquibus arbitris eorum negotium. Ioan. And. in Speculatore in tit. de arbit. §. arbiter, in verb. quosdam.

Conclusio VII.

Spiciente compromisso vnus ex compromissariis, vel vna ex partibus moriatur, acta iam facta coram arbitris, valebunt etiam contra heredes ipsorum partium, ita vt ad ea quæ iam facta sunt teneat compromissum, non autem quod extendatur vt in eo compromisso ab hinc teneatur amplius procedere. c. præfente, de arbit. l. penul. C. de arbit. non enim extenditur compromissum ad heredes compromittentium, nisi hoc in eo exprimat. c. fin. de arbit. l. diem proferre, §. j. de arbit. Specul. in tit. de arbit. §. deferre, nu. 1. & Panor. in c. si. nu. 5. de arbit.

Conclusio VIII.

Acta facta coram arbitris faciunt fidem coram iudice inter easmet partes, qualitercunque finiatur compromissum. l. j. C. de arbit. c. præsentata, de testibus, & hoc de actis causæ est intelligendum: quæ acta causæ in sua validitate debent stare vt fidem faciant, & dicuntur acta causæ attestations testium, confessiones partium, & similia quæ habent instruere causam ipsam, Panor. in c. si. nu. 6. de arbit. Bald. in l. pen. C. de arbit. in his enim quæ tempore variantur, & cursu temporis mutantur, talia acta super his facta nõ probant, l. j. §. j. & ibi Bart. ff. de vacat. munc. & in gl. in l. j. §. ff. de muner. & honrib.

Conclusio IX.

Actum siue conuentio de non diuidendo rem communem de iure non valet, l. in hoc iudicium, §. si conueniat. ff. com. diuid. si verò ad certum tempus fieret talis cõuentio, bene sustineretur. Alex. conf. 13. num. 1. in ij. vol. Bar. & Ale. in d. §. si conueniat, & iuramentũ interpositum de non contrahendo tali pacto in perpetuum non valet. c. si. de pact. in 6. Alex. in d. §. si conueniat.

Conclusio X.

Faciens testamentum, & promittens illud non reuocare etiam cum iuramento, poterit nihilominus eo iuramento non obstante, illud testamentum reuocare: hoc tamen faciendum est periurus: & hanc opinionem vt magis communem asserit Ioã. And. in reg. quod semel, de reg. iur. in 6. Ale. conf. 13. in ij. vol. & Oldrad. conf. 180.

Conclusio XI.

Actum conuentio de viuendo in communi, & de non diuidendo bona vsque ad certum tempus valet, per l. in hoc iudicium, §. si conueniat. ff. commu. diuid. tamẽ si vnus ex socijs ceperit esse rixosus, & molestus alteri socio, poterit ille socius etiam ante tempus contrahere ipsi pacto, & petere diuisionem ante tempus, l. si conuenit, & ibi Bart. ff. pro socio. & Bal. in l. iubeamus. C. de sacros. eccle. Alexan. consil. 13. nu. 4. in 2. vol.

Conclusio XII.

Actum, per quod quis promittit stare simplici dicto alterius, non valet: quia si ille non bene arbitraretur, semper ad arbitrium boni viri recurrendum esset. Specul. in tit. de probat. §. nunc videndum, vers. quid si tibi. quoniam ex sententia Bartoli, tale pactum nullius esset momenti, & neque qs cogetur stare tali assertioni. Bart. in 2. l. 193. in fi.

Conclusio XIII.

Libri qui donati sunt à patre filio doctore, vel filio studente, qui est effectus doctor in vita patris, non veniunt in bonorum collationem cõ aliis fratribus, sed efficiuntur vt proprii ipsius filij cui iam traditi fuerant, & sic efficiuntur vt peculium quasi castrense. Bart. in l. j. §. sed nec castrense. ff. de collat. dotis. Ias. in l. filia. ij. nu. 2. C. de colla.

Conclusio XIII.

Libri donati à patre filio studenti, & illi traditi, non veniunt in collatione: quia talis donatio facta à patre filio in potestate licet non valet à principio, tamen confirmatur per patris mortem, si pater in ea voluntate perseueret. l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxor. propterea talis donatio non confertur, sicuti nec alia donatio quæ morte confirmatur, cum habeat vim legati, & legata non confertur. auth. ex testamento. C. de coll. Ias. in l. filia licet. C. de coll. n. 3.

Conclusio XV.

In aliquo loco sint plures domini iurisdictionales, verũ in diuersis partibus, ille qui maior est in imperio, & qui habet maiorem partem quàm alij, bello imminente, aut alia necessitate præponendus est in administratione & custodia illius loci & castri. Boer. decif. 5. nu. 4.

Conclusio XVI.

Mortuo filio sine liberis relicto solo patre, aut sola matre, legitima ipsius patris aut matris in bonis sui filij mortui cum testamento, in casu in quo potest testari, erit triens, qui totus ad solum patrem aut solum matrem pertinebit: & hanc opinionem vt magis cõmunem tenent Paul. Castren. Alex. & Imola in l. plane §. duo. ff. de leg. j. & Ias. in auth. nouissima, nume. 36. C. de inof. test. & nouissime eã tenet Steph. Bertran. conf. 315. in 1. vol. conf. & resolu. & ibi inquit eam opinionem in causarum definitionibus, & in disputationibus seruari. & consil. 137. in 3. vol. quod si filius factio testamento sine liberis moriatur relicto patre & matre, ille triens inter patrem & matrem diuiditur, quod si ab intestato moriatur filius, succedent illi pater & mater, fratres & sorores vtrinque coniuncti, authen. defuncto. C. ad Tertul. quod si filios ille filius habuerit, nulla legitima patri aut matri deberetur in filij testamento. Boerius decif. 69. & Bart. & Paul. Castren. in l. pater filiam. ff. de inof. test.

Conclusio XVII.

Dos quando alicui debetur non iure naturæ sed vel ex testamento tertij, vel aliã, non potest peti ea dos vt legitima, sed solum peti poterit vt dos filia constituitur, & vt taxetur arbitrio boni viri, & hoc inspecta qualitate patrimonij ex quo dos debetur, & inspecta conditione personæ mariti & ipsius mulieris cui dos debetur. l. si filius. ff. de legatis, ij. Ang. in §. j. nu. 6. in auth. de restitutione, & ea quæ parit in vndec. mens. Alexand. consilio 7. numer. 8. in 2. volumine per l. quæro. ff. de iur. dot.

Conclusio XVIII.

Nomina debitorum sunt tertium generis. l. diuo Pio §. in venditione. ff. de re iud. Alex. conf. 12. nu. 7. in 2. vol. ita vt non comprehendatur appellatio rerum mobilium & immobilium, & non sunt res mobiles, nec immobiles, d. §. in venditione, & l. quam Tuberonis §. penult. ff. de peculio. Bart. in l. mouentium. ff. verb. signi. & Ias. in l. §. in venditione, nu. 7. Oldrad. consil. 219. & Decius consil. 237.

Conclusio XIX.

Testator instituendo quem heredem in omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus, & demum aliquem substituat, talis substitutus die substitutionis adueniente nõ habebit debita: quia debita non sunt bona mobilia, nec mobilia: ergo in illis non succedet, cum non succedat vni-

uersaliter. Bart. in d. §. in venditione, & ibi Ias. nu. 7. & Bart. in l. centurio. ff. de vulg.

Conclusio XX.

Illud quod venit officio iudicis, non dicitur debitum: quia officium iudicis nullam præsupponit obligationem: l. qui per collisionem, ad finem, ff. de actio. empti. gloss. quam ibi sequitur Ias. in l. si seruum §. effectus, numero. 48. ff. de verb. oblig.

Conclusio XXI.

Communis est hæc opinio, quod si promittens soluere in aliquo loco, & non soluerit, poterit demum conueniri in alio loco idoneo, & in quo alias sortitur forum, gloss. & ibi docto. qui ita tenent in l. j. ff. de eo quod certo loco. Ias. in §. plus aut. n. 27. de actio. & ibi inquit hoc obseruari.

Conclusio XXII.

Actor si plenè intentionem suam probauerit, ita vt sit in casu obtinendi sententiam, non poterit cogi ad iurandum si reus illi iuramentum detulerit. potest enim tunc actor iuramentum recusare, propterea quod iam probauit quod debebat, & neque valet consuetudo in contrarium. c. ij. de probat. & Ias. in l. manifeste, nu. 3. de iureiur.

Conclusio XXIII.

Ubi quis probauerit se mutuo dedisse pecuniam alicui, non tamen certam summam mutuatum fuisse, hoc casu ille probans mutuum pecuniam, non tamen de certa pecunia, poterit petere quod sibi deferatur iuramentum supplementium super ea certa quantitate, quod illi erit deferendum, & suo iuramento standum erit super certa pecuniae quantitate. Cepola cautela. 2. 10. Iudex tamē poterit tale iuramentum refrenare iuxta illud quod sibi videbitur verisimile con currentibus quibusdam coniecturis. Constant. in constitut. reg. articulo 28. qui allegat. Rainer. de Forli. in l. ff. de in lit. iuran.

Conclusio CXXV.

In causa appellat. in curijs supremis, ubi appellans est contumax, & appellatus comparet accusans contumaciam, illi appellato datur congedium ad appellantem contumacem, sauf si comparet intra tempus statutum. quo elapso si non comparet, expedietur ipsum congediu per grapharium, per quod congediu declarabitur appellans contumax, & dicetur bene iudicatum, & malè appellatum, ipsum appellantem in expensis condemnando erga appellatum, & in emenda erga regem. Audiatur tamen ipse appellans si comparet antequam congedium expeditum fuerit & parti traditum, re fusis expensis. ita Ioan. Imbertus in sua practica causarum fo

rensum in 2. libr. in ca. comme on pourra proceder à contumacier le defaillant es causes d'appel.

Conclusio CXXVI.

Ubi verò appellans comparet, & appellatus est contumax, vel ubi appellatus qui est anticipans comparet, & appellans qui est citatus in vim literarum anticipationis non comparet in die assignationis, dabitur conge & default, & ille appellatus & anticipans proponet suam petitionem super utilitate defectus, qui si demum non compareat in secundo defectu, dabitur tunc contra appellantem non comparetem secundus defectus cum ipsa, sauf quo pendente si non comparuerit penes grapharium, ea acta proponentur vnà cum expletibus, & cum ipsis literis appellacionis, vel anticipationis, & per curiam cunctis visis, & ea sententia visa, adiudicabitur utilitas illorum defectuum. ita Imbertus in eo loco iam allegato in decisione superiori, & in c. contre l'intimé ou appellant. alioqui idem dicendum in eo appellante qui comparet contra appellatum qui non comparet.

Conclusio CXXVII.

In curijs autem inferioribus tam contra appellatum, quàm contra appellantem contumacem semper dandi sunt duo defectus, quibus elapsis, si appellans non se praesentauerit, dicitur eum contumacem, & bene iudicatum. quod si appellatus non se praesentauerit, dicitur bene appellatum & malè iudicatum, & neque his casibus aduertendum erit ad merita causa ipsius appellacionis, & hoc in odium contumacis. ita Imbertus in loco iam citato in superiori decisione in ca. es cours inferieurs.

Conclusio CXXVIII.

Licet confessio facta sine causa non valeat, neque praui dicit, tamen confessio solutionis facta etiam in absentia aduersarij probat ipsam solutionem, licet ea confessio facta sine causa non probet ipsam obligationem, per l. Aurelio. §. fin. de lib. legata. Constant. in commen. in constitut. reg. articu. 28.

Conclusio CXXIX.

Duitiarum augmentum vel diminutio de facili obuenit, quare non sequetur, quod licet probatum sit quem semel fuisse diuitem vel pauperem, quod hodie talis praesumatur: quia in his quæ tempore variantur, de praeterito non inferatur ad praesens. l. spadonem, §. qui absolutus, & ibi Notatur. ff. de excus. tutor. Alex. consil. 27. numer. 4. in 7. vol. Secus tamen in his quæ cursu temporis non variantur: tunc enim ex praeterito bene inferatur in futurum, vel ad praesens. laf. in l. praetor ait, §. praetor ait, nu. 12. ff. de edendo.

Conclusio CXXX.

Ubi probare aliquem viuere, vel viuam fuisse certo & limitato tempore, est à principio fundamentum intentionis alicuius, oportet eum probare de vita illius temporis: nec sufficeret probare quod antea viuus fuerit. l. spadonem, §. qui absolutus. ff. de excus. tuto. ubi autem à principio motum est fundamentum intentionis alicuius, & alter etiam à principio habeat necesse se fundare in vita, tunc aduersarius non dicitur probasse de morte illius, licet probauerit quod longissimum tempus est quo ille fuit natus, nisi probet quod est ultra centum annos. l. fin. C. de sacros. eccles. lan vsusfructus. ff. de vsufru. Alex. consilio 27. circa finem in 7. vol. & sic qui mortem allegat, eam tenetur probare: sicuti & qui vitam allegat, eam tenetur probare. Boer. decif. 288.

Conclusio CXXXI.

Si testis deponens de atate, reddendo causam sui dicti: vel si interrogatus de causa scientia, dicat se scire per aspectu corporis, non dicitur probare atatem sufficienter: quia est potius iudicium quàm testimonium. Bald. in l. solam. C. de testi. nam sicut sententia lata ex aspectu non probat. l. minor 25. ff. de minor. ita nec testimonium ex aspectu probat. Ale. consil. 29. nu. 4. in 7. vol.

Conclusio CXXXII.

Præsens in aliquo actu non sequitur quod fuerit intelligens eorum quæ ibi aguntur: quare si testis dicat aliquè fuisse praesentem in aliquo actu, non per hoc probaretur quod fuerit intelligens. l. j. in fin. & ibi hoc notar Bart. ff. de author. praetan. Saly. in l. testium. C. de testib. Alex. consil. 29. nu. 20. in 7. vol. & hæc procedunt in teste, qui attestatur de praesentia alicuius. Cæterum si de sui praesentia, & tunc praesentia propria deponentis bene includit intelligentiam. l. diem. §. si coram. ff. de arbit. laf. in l. ij. §. fi. nu. 20. 2. ff. solut. matri. quod si notarius in aliquo actu dicat quem fuisse praesentem, vel si

vel si scriptura attestetur de presentia alicuius, tunc presentis dicitur & intelligens. Socin. conf. 1. 14. in j. vol.

Conclusio CXXXIII.

Instrumentum productum in iudicio & deperditum, si fuerit iudicis auctoritate registratum, tale instrumentum registratum bene probat. Ange. in authent. vt fratrum filij. nu. 3. la. in authent. si quis in aliquo ver. sexto fallit. C. de eden. & illa est communis opinio quod exemplo instrumenti registrato auctoritate iudicis fides est adhibenda. Deci. conf. 36. nu. 2. quod Alex. conf. 108. in 5. volu. videtur limitare vt probet contra eum qui fuerat citatus ad videndam produci illud instrumentum, & registrari, & non contra alium.

Conclusio CXXXIII.

Contra furem qui furto subtraxit aliquod instrumentum originale, probato furto contra ipsum, tenor instrumenti per solum iuramentum probabitur, per l. si quando. C. vnde vi. Alex. & la. in authent. si quis in aliquo, versic. in quantum. C. de eden.

Conclusio CXXXV.

Resignatio beneficii cum assignatione pensionis spectat ad solum potestatem tam in beneficiis collatiuis quam electiuis. Fell. in cap. ad audientiam, de rescript. Boer. decif. 2. in suis decif.

Conclusio CXXXVI.

Promittere vendere, renuntiare, aut donare, seu promissio de vendendo, donando, aut renutiando, aliud est quam ipsa venditio, donatio, seu resignatio. l. j. C. de pact. pig. Boer. decif. 3. in prin. & talis promissio vendere, non tenetur praecise vendere, etiam si habeat facultatem tradendi, sed praestando interesse liberatur. Deci. confil. 503. & 138.

Conclusio CXXXVII.

Iurisdictionis possessio etiam per vnicum actum exercitij iurisdictionis quaeri solet. Bar. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de act. itin. priu. Chassa. in com. in consuet. Burg. in tit. des iustices. in rub. num. 10. 4.

Conclusio CXXXVIII.

Si mulier multa bona mobilia in dotem dederit inuentori zata, si illa consumpta fuerint costante matrimonio, non tenebitur ipse vir, nec haeredes eius ad aestimationem eorum bonorum. Bal. in l. de his. C. de dona. inter vir. & vxor. Chaf. in tit. des droitz & appartenances. §. ij. in gl. & acquets. nu. 18. & in §. 24. in gl. nu. 9. poterit tamen mulier quod supererit petere, & ea habere, vt ibi per Chassa.

Conclusio CXXXIX.

De iure communi relationi, seu denuntiationi factae per aestimatores estimatarum super damno dato non debet dari quoad plenam fidem faciendam, iuxta notata per Bart. in l. diuus. de custod. reor. verum ex consuetudinibus & statutis locorum communiter est prouisum, quod super damno dato per accusatos, & super aestimatione ipsius damni statur relationi ipsius officialis in illis causis damnorum datorum. Alex. conf. 137. 7. volu.

Conclusio CXL.

Verba haec, pleno iure, important, ac si dictum esset, absque vlla diminutione. Bal. in l. precib. C. de impu. Alex. conf. 140. nu. 2. in 3. volu.

Conclusio CXLI.

Coniunctorum appellatione non veniunt spurij. l. si spurij. ff. vnde cognat. & sic spurij, aut alij incestuosi non dicuntur habere coniunctionem ratione agnationis vel cognationis, nisi quoad matrimonium impediendum. l. non facile. §. affines. ff. de grad. cog. respectu vero successione nulla est coniunctio. Alex. conf. 144. in 7. volumin. & consilio 60. volum. 2. ita vt nec frater spurij succedat fratri spurio. Ale. ibid. nu. 17.

Conclusio CXLII.

Vbi verba posita in aliqua dispositione sunt clara, inspecta propria significatione, nullus est locus interpretatio ni. l. ille aut ille §. cum in verbis. ff. de leg. iij. l. continuus. §. cu ita. ff. de verbor. oblig. vbi autem in aliqua dispositione sunt verba quae duplicem habeat sensum, tunc ea verba ex sequentibus & praecedentibus declarabuntur. l. si seruus plurium. §. final. & l. qui filius, in prin. ff. de leg. j. Bart. in l. si. ff. ad Treb. Alex. conf. 167. in 7. volu.

Conclusio CXLIII.

Vis potest interpretari suam confessionem. Bald. in additio. super Specula. in tit. de positio. vers. potest quis, quod procedit vbi cadere potest interpretatio, nempe vbi verba essent dubia: sed vbi essent clara, tunc nulla posset cadere interpretatio. Alexand. confil. 107. numero 5. in 7. vol.

lumine.

Conclusio CXLIII.

Aetas probari potest per parentes, non quod parentes sunt per aetate plenam fidem faciant ipsi iudici. gl. in l. etiam. ff. de probat. Constan. in ordinatione regias. artic. 54.

Conclusio CXLV.

Appellans excusatur ab expensis & emenda, vbi pronuntiat in parte bene iudicatum, & in parte male iudicatum, tunc enim hinc inde fieri debet expensarum compensatio. cap. Rainutus, & capit. Rainaldus, de testa. ca. cum Ioannes, de fide instrua. Bar. in authent. hodie. C. de iudi. Constan. in ordinat. reg. art. 118.

Conclusio CXLVI.

Executio sententiae non potest fieri sine citatione, siue fiat in bonis, siue in persona, quia vbi cumque absenti potest competere aliqua defensio, semper ille citari debet etiam in notorijs. cap. si de offi. deleg. in 6. Inn. in c. tua. de cohab. cle. Constan. in ordi. reg. art. 120.

Conclusio CXLVII.

Verba prolata ad complacentiam non inducunt dispositionem, puta si dicatur, de omnibus rebus meis faciam ad tuum libitum, vel si quis dicat alicui, omnia bona sunt tua, ea enim verba, & similia nihil disponunt. glo. in l. ij. vers. ipsi sunt, in quib. caus. coloni, censiti, libr. xj. C. lafo. in l. j. §. si quis ita. num. 1. ff. de verbo. obliga.

Conclusio CXLVIII.

Testes qui sunt producti ad probandum certam summam pecuniae, si auditi deposuerint de diuersis summis, non probant, imo varij reputantur: oportet enim quod appareat eos deponere de eadem quantitate & summa, ita vt tunc locum non possit habere regula, in maiori summa minor inest, quia in testibus de diuersis summis deponentibus, quando vna summa est probanda, non habet locum ea regula. la. in l. j. §. si stipulanti, num. 9. ff. de verbor. obligat. Alexan. confil. 50. numer. 10. in 5. volumin. & hoc procedit in probando mutuo: in quo probando saltem duo testes debent conuenire de summa quae petitur. Alexand. confil. 64. nume. 10. in 2. volumin.

Conclusio CXLIX.

Pater & mater expendens aliquid in rem filij non videtur impendere animo donandi, sed animo gerendi negotium filij: quod si pater aut mater aliquid impenderit in persona filij, hoc tunc videtur fecisse animo donandi. la. in l. i. C. de nego. gerit. Paul. Castr. in l. donationes. §. species. ff. de donat. nu. 2. non enim circa rem videtur pietas, sed bene circa personas. Bald. in d. l. alimentata.

Conclusio CL.

Donans vel legas alicui vsum fructum ex tali fundo, vel talis fundi vsum fructum, vel donans aut legans alimentum ex tali fundo, videtur solum vsum fructum abique proprietate legasse, toto tit. de vsufr. leg. Bart. in l. donationes. §. species. ff. de dona. & in l. iij. ff. de alimen. lega.

Conclusio CLI.

Officialis remotus ab officio propter suam culpam debet habere salarium pro tempore quo seruiuit, non pro futuro tempore quo non seruiuit. Bart. & la. in l. diem functo. num. 4. §. ff. de offic. assessor.

Conclusio CLII.

Assessor remotus ab officio sua culpa, perdit quidem salarium pro futuro tempore, sed non pro praeterito tempore, quoniam ratione seruitij debet consequi salarium. nec enim debuit gratis seruire postquam fuit toleratus, & sic consequetur quidem salarium pro eo tempore quo seruiuit, & computabitur tempus a die remotionis, & non a die culpae commissae. lafo. in l. diem functo. numero 78. ff. de offic. assessor.

Conclusio CLIII.

Mater das filio suo res aliquas in peculium, videtur pleno iure eas res concedere, ita vt talis concessio videatur esse vera donatio. l. donationes. §. species. ff. de donatio. & ibi docto.

Conclusio CLIII.

Peculium a patre filio concessum, si in emancipatione ipsius filij non fuerit aemptum per emancipationem, videtur confirmatum, ita vt valeat titulo donationis. l. donationes, §. pater, & ibi Roma. & alij. ff. de dona. idem dicendum de donatione facta filio in potestate: quae licet non valcat, validabitur tamen per emancipationem. Roman. ibi in ea lege. & sicuti

sicuti donatio a patre facta filio in potestate confirmatur per mortem patris donantis, ita & per emancipationem confirmabitur ea donatio inualida per l. donationes, C. dona. inter vir. & vxor. ita Roma. & Castren. in d. §. pater.

Conclusio CLV.

Vicarius Episcopi vt suspectus recusari potest ex persona ipsius Episcopi: vnde si Episcopus est suspectus, poterit statim eius vicarius vt suspectus recusari, & hoc siue ille vicarius procedat vt vicarius, siue vt delegatus, c. insinuante. & ibi Panorm. nu. 2. de offi. & potestate delega.

Conclusio CLVI.

Hodie de iure nouissimo tutor testamento datus, & cui aliquod legatum relictum fuit in eo testamento, perdit illud legatum si filij sui tutelam non assumpsit, & hoc nulla habita differentia seu distinctione an contemplatione compensationis, seu compensandi oneris ipsius tutelae hoc reliquerit, an vero alius ipse testator tale legatum esset facturum. Bart. Bal. Sal. & Cast. & la. post Alex. ibi in l. si legatarius. C. de leg. §. his autem. in authent. de haer. & falc. & in authent. hoc amplius. C. de fidei. & hac communem opin. sequenda esse inquit Rom. c. 23. §. ver. est videndum, nisi tutor electus impediret ab exercitio aliquo iure prohibente cum a tutela, vt i milite, qui non potest esse tutor. l. ab administratione. C. de le. tamentis ille tutor eligatur, & fiat illi legatum in eo testamento in quo est electus tutor: si demum propter militiam excusetur, obtinebit nihilominus illud legatum, & neque cogetur tutelam assumere, a qua iam excusatur. Idem & in minore censendum erit. glo. & doct. d. l. si legatarius. & Deci. confil. 178.

Conclusio CLVII.

Tutor datus in testamento, & qui fuit datus substitutus pupillariter pupillo instituto, non perdit substitutionem, tamen si a tutela excusetur. l. amicis illimos, in prin. ff. de excus. tuto. Bart. in l. post legatum §. amittere, ff. de his quib. vt indig.

Conclusio CLVIII.

Natura copulae est diuidere copulata, & pariter & aequaliter coniungere. l. ij. C. si plures vna sententia. quare si aliquid legetur Episcopo & capitulo, Episcopus dimidium habebit, & capitulum alterum dimidium. Ioan. Andre. in c. requisisti de testam. C. epola. confil. 52. nu. 4.

Conclusio CLIX.

De iure antiquo creatus tutor in testamento, in quo illi est factum legatum cum iniunctione oneris tutelae, perdebat tutelam, si tutelam non assumebat, quod legatum veniebat in utilitatem pupilli. l. si legatarius. C. de lega. quae regula non procedebat in eo qui non poterat esse tutor iure prohibente p. l. ab administratione. C. de leg. vt in milite & minore, vt iam fuit declaratum in decisione 156. in hac parte, vel nisi is cui legatum factum est, esset consanguineus testatori, per l. tutor §. qui tutores. ff. de excusa. tut. verum si legatum tutori relictum esset contemplatione ipsius legatarij & non propter onus tutelae, eo casu relicta tutela posset legatum petere. l. Ne fennius. ff. de excus. tuto. in dubio autem legatum relictum tutori, censetur relictum contemplatione oneris tutelae, & hoc vt facilius ille inuiteretur ad ipsam tutelam subeundam. Alexan. in d. l. si legatarius, in fi. Rom. confil. 23. §. in prin. de iure autem quo vitium fecus est, vt iam fuit declaratum in ea decisione 156.

Conclusio CLX.

Legitima filijs debetur deducto aere alieno & funeris expensa, l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. testa. debetur tamen ea legitima ante legatorum solutionem, & quae legata minimè diminuunt ipsam legitimam, sed ea deducta legata demum exoluantur. §. quam obrem, in authent. de resti. & ea quae parit. & la. in l. scimus. nu. 8. de inof. test. Boer. dec. 145. numero 3. Solui enim debent legata postquam alienum deductum, & post filij legitimam. Salycet. in l. omnimodo. C. de inof. test. nu. 5.

Conclusio CLXI.

Delegatio proprie fit, quando quis per stipulationem tanquam debitor delegantis aliquid promittit creditori ipsius delegatis, & cum ab eo creditore acceptatur, & hoc praecedente iussu ipsius debitoris: & sic ad hoc vt fit delegatio, oportet quod praecedat iussus debitoris delegantis. Secundo quod ille qui delegatur sit debitor delegantis principalis. Tertio quod hoc fiat per stipulationem: alioquin si quis promittat non praecedente iussu debitoris principalis: aut si ille qui delegatur non est debitor ipsius debitoris delegatis:

aut si abesset stipulatio, nulla diceretur delegatio. l. delegare, j. & ij. & ibi Bart. & Castren. ff. de noua. la. in l. singularia. nume. 36. ff. si cert. petat. Alexand. conf. 10. in 2. vol. nu. 8.

Conclusio CLXII.

Qui promittit pro alio, vel qui promittit illud quod alius debet, non liberat debitorem: quia videtur accessorie obligari. reg. l. si pro te. ff. manda. Alexand. consilio 10. numero 6. in ij. volumine, & neque hic potest dici delegatio, cum non interuenerint ea quae in delegatione requiruntur, de quibus in precedenti decisione. Et propterea vbi non est delegatio, non erit liberatio: & quod neque liberabitur debitor principalis. Alex. in eo consilio.

Conclusio CLXIII.

Vbi vero actor plene probauit suam intentionem, & reus suam exceptionem, nec clare nec concludenter probauerit, debet reus succumbere, & actor obtinet l. matrè. C. de p. ba. cap. auditis, de presc. Bar. in l. non solum §. sed vt probari. ff. de noui oper. nun. Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus, in fi. ff. ad trebell. Quod procedit etiam vbi reus semiplene probauerit. Alex. conf. 58. in prin. in 5. vol.

Conclusio CLXIII.

Filij positi in conditione non censentur positi in dispositione, & faciunt tales filij deficere fideicommissum, & venient ad defuncti hereditatem ab intestato tanquam proximiores. Deci. confil. 545. & ideo si quis pater filium instituerit, & quem grauauerit restituere hereditatem si decedat sine liberis, eo casu liberi suscepti excludunt substitutum: & hoc operatur ea conditio, si decedat sine liberis: & hoc procedit siue illa conditio apposita sit in testamento, siue in contractu matrimonij: nam semper filij suscepti excludunt substitutum, & succedunt patri mortuo ab intestato. l. Lucius, & ibi glo. ff. de haer. insti. & Boer. decif. 155. nume. 15. non quod filij suscepti dicantur succedere ex testamento in vim illius clausulae tanquam substituti, sed solum ab intestato succedunt, si eorum pater nullum fecerit testamentum. glo. in d. l. Lucius. de haer. insti. & ibi Bal. & Ale. in l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad trebell. Ioan. de Imola, in d. l. Lucius, post Barto. vbi inquit eam opinionem communem esse, propterea filij si patri succedunt ab intestato, cum non succedant tanquam substituti in vim illius clausulae, non poterunt reuocare alienata per patrem, si forte pater ipse aliqua bona ex ea hereditate alienasset. Bar. in dict. l. Lucius. & neque impediunt talis conditio quin pater institutus, & ita grauatus possit aliquid instituire in illis bonis, & neque impediunt filij, si forte eorum pater ita grauatus aliquod delictum commiserit, quin ea bona sisco acquirantur. Guid. Pap. decif. 39. & ibi post multa inquit glo. & Bart. opinionem in ea l. Lucius. ff. de haer. insti. seruari, & ab ea in iudicio non esse recedendum. Quae tamen regula fallit, vbi de filiis masculis facta fuisse mentio: vt si testator dixisset, si filius meus filius sine masculis decesserit, talis substituo, tunc filij masculi suscepti censentur tacite vocati, & venient ad hereditatem tanquam substituti ex ea dispositione testatoris. Habent enim ea verba duo capita in se. Vnum est masculorum inclusiuum, & alterum foeminarum exclusiuum, propterea exclusi foeminae masculi reperiuntur vocati. Guid. Papae decif. 184. & sic eo casu filij masculi positi in conditione censentur vocati in dispositione. Fallit & secundo, vbi testator sub duplici conditione alternatiua ita dixisset, si talis filius meus haeres institutus moriatur sine liberis, aut eius liberi sine liberis: vel etiam si copulatiue ita dicat testator, si filius haeres meus decedat sine liberis, & eius liberi sine liberis, talis substituo: his casibus propter talem duplicem conditionem filij censentur vocati tanquam substituti ex illis verbis: & sic censentur esse positi in dispositione. Bart. in l. centurio. ff. de vulg. Guid. Pap. dec. 184. la. in ea l. centurio. in hoc casu posteriori tenet cotrarium, quem secutus est Curtius senior confil. 63. nu. 5. & ibi inquit etiam eo casu filios semper positos esse in conditione sicuti in primo casu, & eam opinionem communem esse asserit ibi.

Conclusio CLXV.

Testator in praedictum creditoris non potest prohibere suorum bonorum alienationem, & neque potest impendere ius creditoris quo minus bona vendantur. l. creditoris arbitrio. ff. de distra. pigno. & ideo non poterit impedire testator quin creditores ex actione faciant in bonis ipsius testatoris. Bal. in l. rem quam, in fi. C. si aduer. vend.

Conclusio CLXVI.

Scriptura in iudicio producta, & in actis registrata, facit si dem, licet demum non reperitur originalis scriptura. Bal. in l. fin. C. de fide instr. Rebus. in comment. in const. regias, in tracta. de chirogra. & cedula. recog. in praes. nu. 70.

Conclusio CLXVII.

Privilegiatus qui certat de lucro captando, atque contra talem privilegium certantem de lucro captando, alter vter suo privilegio, cum certet de damno vitando. l. fin. ff. ex quibus causis. Bald. in authent. perpetua, C. de sacros. eccl. Dec. in reg. in re obscura. ff. de regul. iuris.

Conclusio CLXVIII.

Feudum de sui natura nobilitat possessorem. ita Anto. de Ifernia, in v. lib. feudo. in tit. de Capitaneo qui curiam vendit. quare tenentes feudum, & dummodo illo sint inuelti, & de ipso fecerint homagium, non tenentur ad contributionem talliarum. Guid. Pap. decif. 385. nisi tale esset feudum pro quo daretur annuus census: nam tunc magis accederet ad naturam emphyteusis, quam ad naturam feudi. Decius consil. 138.

Conclusio CLXIX.

Filia cui pater secundum nubenti dotem constituit non facta mentione de prima dotis constitutione quam pater fecerat in primo matrimonio, non poterit petere prater eam dotem in secundo matrimonio constitutam. l. dotem. ff. de iure dotium. Guid. Pap. decif. 315. & sic non ambas dotes petet filia, sed erit contenta ea quae secundo marito fuit constituta.

Conclusio CLXX.

Pupillo carente tutore poterit interim dari curator ad negotia & ad lites. l. si impuberi, & l. curator. ff. de tuto. & curator. datis ab his Bald. in l. contra iuris civilis regulas. ff. de pactis.

Conclusio CLXXI.

Ad hoc ut testamentum patris teneat, debet filius in eo institui, aut ex haeredariis ut non sufficiat ei aliquid relictum fuisse per fideicommissum, vel quod ille substituat per fideicommissum. Bart. contra glof. in l. scimus. §. cum autem. C. de inoff. test. & hoc observari in iudicando, asserit Guid. Pap. decif. 421.

Conclusio CLXXII.

Exceptionis praescriptio a parte opponi debet contra actionem a parte aduersa propositam. Bald. & Sali. in l. si cut. C. de iud. Bal. in l. C. si aduer. credi. & quod semper a parte opponi debeat ad hoc ut illius habeatur ratio tenet Boer. decif. 344. nu. 8. & ibi hoc tenet, & hanc esse communem opinionem ibi asserit. Praescriptio enim non tollit actionem ipso iure, sed ope exceptionis. Bal. in rubr. C. si aduersus credi. de Anchar. & Fely. in cap. ad aures. de praes. & Boer. in ea decif. nu. 3. & sic iudex licet videat ex actis praescriptionem inesse, si tamen illa exceptio a parte non fuerit opposita, iudex illius rationem non habebit, quia a parte opponi debet: posset tamen iudex ex se ad eam praescriptionem advertere, si velit, sed non quod ad hoc teneatur, si nolit, per l. non quicquid. ff. de iudi. ita Boer. in eo loco.

Conclusio CLXXIII.

Remedium. l. ij. C. de rescin. vend. non habet locum in contractu locationis & conductionis ad modicum tempus. Masuer. in tit. de emptio. versu. item pro re mobili. & hoc de consuetudine receptum esse asserit Rebus. in const. reg. in tit. de rescif. contractuum. artic. vnico in gl. 15. nu. 5. qui inquit ibi Masuerij opinionem in praxi seruari. & ea lex etiam in rebus mobilibus non habet locum, nisi qui deceptus est esset minor: nam tunc minor deceptus posset agere eo remedio. l. ij. vt per Rebus. in eo loco, n. 34. limitatur tamen haec regula quod in rebus mobilibus non habet locum. l. ij. quando illa res mobilis esset pretiosa, & magni valoris: nam tunc decepto competeret illud remedium. l. ij. vt ibi per Rebus. nu. 36. & adde quod dominus directus ad cetum perpetuum rem aliquam transferendo, non poterit agere eo remedio illius. l. ij. tanquam deceptus ultra dimidium, & neq; emphyteuta audietur ad petendam diminutionem census tanquam deceptus ultra dimidium. Masuer. in tit. de loca. §. item si dominus tradendo.

Conclusio CLXXIII.

Quamuis donatio simpliciter facta a patre filio in potestate non valeat, tamen morte patris donantis confir-

matur, dummodo traditio saltem facta interueniat. Dec. c. 6. 296. quod si interim res donata a patre fuerit alienata, tenebit ea alienatio, vt ibi per Deciu: & sicuti morte patris ea donatio confirmatur, ita & emancipatione subsecuta. Corne. conf. 42. in prin. in 3. volu. Donatio tamen a patre filio facta propter benemerita non confirmatur morte patris donantis, si benemerita non fuerint expressa ab ipso patre donante in ipso contractu donationis: ita vt propter talem defectum insertionis benemeritorum corrumpatur talis donatio, & corrumpatur, inquam, in totum, ita vt nec morte patris confirmetur. Chassa. conf. 7. num. 9. cum sequentibus. & Ang. in l. si donatione, & ibi Roma. C. de collat. & Constant. in const. reg. art. 133. quare quis debet esse cautus quando facit talem donationem propter benemerita, vt scilicet non faciat eam propter benemerita: nam si ea apposita sint, & de eis non appareat, non confirmabitur talis donatio per mortem patris donantis, vt ibi per Constantinum.

Conclusio CLXXV.

Ex generali consuetudine regni Franciae fructus ecclesiarum, qui iam acquisiti sunt, transmittuntur ad haeredes, ita glossator pragmaticae sanctionis in tit. de Annatis. §. item quod si ecclesia. in verbo videlicet.

Conclusio CLXXVI.

Castrum in se habet iurisdictionem, & quam in se continet. Innoc. in cap. ex literis, nu. 2. de iur. parr. & ibi Panor. qui inquit ibi castrum in se continere districtum & iurisdictionem ex consuetudine seu statutis hominum, & non de iure communi: & inquit Innoc. in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat. quod Castro certum territorium consuetum est assignari, quod sibi in iurisdictione debeat respondere, & vult Ludou. Roma. quod castrum, villa, & similia in se continet iurisdictionem.

Conclusio CLXXVII.

Castro vendito simpliciter, censetur venditum cum omni suo iure, scilicet iurisdictionis & imperij. l. ij. in fin. & ibi Bald. & alij. ff. de offic. eius. Boer. decif. 50. nu. 1. Roma. c. 6. 444. nu. 6.

Conclusio CLXXVIII.

Verba testium etiam latissima quandoque ciuilitate intelligi debent, atque ad moderationem reduci, ne in falsum incidant: vbi si iuxta verborum corticem intelligerent, impossibilis foret curatio falsitatis. Haec regulam dat Rom. conf. 390. in princ. quare si testis dixerit, non praeteribit dies quo tale quid factum non fuerit, licet demum probetur quod aliquibus diebus id non actum fuit, non per hoc falsum inducitur: quia ad ciuilitatem verba reduci debent. text. cum gl. in c. tenor. 3. 1. dist. cap. propositi. 3. 2. dist. & Rom. in eo consilio. Idem si testis dixerit, quod assidue, quotidie, vel semper quid factum fuisse, non propterea incidet in falsum ille testis, quamuis probetur aliquo momento temporis id non fuisse factum. Fely. in proem. Decreta. sunt enim verba testis ciuilitate intelligenda ne incidant in falsum. Roman. eo loco.

Conclusio CLXXIX.

Si quis alicui donet castrum, videtur etiam & territorium ipsius Castri donare, cum iurisdictione sit indiuisibilis, & cum sit castro concessa, ergo & territoria. Bald. in l. §. in initio. ff. de offic. praef. vrbis. per l. si aqueductus. ff. de contrahend. empt.

Conclusio CLXXX.

Administrator qui pecuniam domini credit, liberatur cedendo actionem ipsi domino. l. si cum. §. j. ff. de exercito. & ita pro illis nominibus non tenetur solvere domino creditam pecuniam, sed solum tenetur cedere ipsi domino actiones sibi competentes. gloss. in l. ij. in verbo, poterit. ff. de insti. acquiri enim sibi ille administrator qui pecuniam credidit actiones. l. si maritus, vbi Bald. C. de dista. pigno. & demum eas ipsi domino tenetur cedere & sic liberatur. Quod procedit, dummodo illi debitores essent soluendo, & idonei eo tempore quo credita fuit pecunia. Quod si demum effecti essent non soluendo illi debitores, non teneretur ipse administrator: sufficit enim ad hoc vt administrator sit liberatus quod tempore contractus debitorum erant soluendo, & fecit tales contractus vt bonus paterfamilias. l. negotium alienum. C. de nego. gest. Decius in consilio 533. numer. 3. in 4. part.

Conclusio CLXXXI.

Pater vni ex filiis plus quam alteri potest relinquere, dum tamen quod relinquitur vni ex filiis non sit minus legitima.

tima. l. parentibus. Cod. de inof. test. & ibi Bar. Deci. con. 547. in 4. volum.

Conclusio CLXXXII.

Testator si centum Titio legauerit vt emeret fundum, non cogitur ille Titius ad eum fundum emendum. l. Titio centum, in prin. ff. de condi. & demon. & poterit ille Titius recedere a tali dispositione testatoris, vt quae facta sit in sui fauorem: cui potest renuntiare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Deci. consil. 547. nu. 2.

Conclusio CLXXXIII.

Hostium incurfus dicitur vis maior, & computatur inter casus fortuitos. l. ij. & ibi Salye. C. de commo.

Conclusio CLXXXIII.

Iudex qui alius est incompetentens, potest tamen dicendo ius super ea incompetencia condemnare in expensis partem, per l. eum quem temere. ff. de iud. c. vt debitus honor. de appel. & ibi etiam Panor. idem Panor. in c. ex tenore, & ibi glo. de rescrip. de Ancha. in cle. j. vers. septimo. de resc. non potest tamen iudex incompetentens partem multare. Spec. in tit. de expen. §. in autem. nu. 10. & ita Ioan. And. in verbo, significatiombus. las. tamen in l. ex quacunque. nu. 13. ff. si quis in ius voca. non ierit. tenet secundum communem sensum, quod citatus coram iudice incompetenti potest multari, quod etiam videtur tenere Ioan. And. in eo loco iam citato, quod de iure canonico id quidem non licet, quauis ex hoc cederat.

Conclusio CLXXXV.

In contractibus in quibus dominium non transfertur, aestimatio ibi posita non facit emptionem ex natura contractus, vt in commodato, locato, deposito, & similibus contractibus: tunc aestimatio ibi facta non facit emptionem, & neque facit recipientem plus teneri quam exposcat naturalibus contractus, & operabitur ea aestimatio huc effectum, vt ex illa sciatur valor, & precium ipsius rei, eo casu quo ea res commodata aut locata esset deperdita, vel deteriorata. In contractibus vero in quibus transfertur dominium, & in quibus ex natura ipsius contractus aestimatio facit emptionem, vt in contractu emptionis: sicuti ibi aestimatio facit emptionem, ita & facit transire periculum in accipientem. l. plerumque. ff. commo. l. quoties de iur. dot. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. & hanc distinctionem ponit Ioan. And. in c. vnico. commo. & quam approbat ibi Panor. num. 23. & inquit eam opinionem sibi placere. aestimatio enim quae facit venditionem, facit etiam transire periculum casus fortuiti in accipientem, quia est emptio. Alia vero aestimatio quae non est emptio, non facit transire periculum in accipientem, quia ibi nulla est emptio. & hanc sententiam inquit Henri. Boich. in d. c. vnico. commo. expresse probari in d. §. damna. & eam Pet. de bella peritica approbat in l. si pascenda. C. de pactis. & haec procedunt respectu ipsius contractus principalis, & in re principali locata: secus in accessorio rei locatae, vt si in contractu locationis instrumentum aestimatum tradatur colono, talis aestimatio facta in eo instrumento aestimato, quod est accessorium ipsius locationis, facit emptionem. l. cum fundus, & ibi glo. ff. loca. Boich. & de Ancha. in eo cap. vnico. commo.

Conclusio CLXXXVI.

Atrocinius cadit inter casus fortuitos, & inter eos computatur. l. j. C. de depos. l. §. fortuitus. C. de pigno. actio. Furtum autem non cadit. glo. in l. ij. §. hoc edicto, in verbo, si furt. ff. nau. caupo. & gl. in §. sed iste. de actio. nisi quando illud furtum fieret a coniuncta persona, tunc bene computaretur ille casus fortuitus. Pet. de Ancha. & Boich. in c. vnico. de commo. vel verius ex las. sententia, aut culpa potest imputari illi qui fuit passus furtum quia praecessit talis actus, qui potest culpae ascribi, & tunc furtum non est casus fortuitus: aut nulla culpa praecessit, ita vt culpa non possit imputari illi qui passus est furtum, & tunc furtum computabitur inter casus fortuitos. Ang. & las. in eo §. sed iste. nu. 46. de actio. & Deci. conf. 473. nu. 6.

Conclusio CLXXXVII.

Creditor prorogando terminum suo debitori, censetur eum prorogare vna cum vris, seu ipso interesse. Socin. in l. lecta. ff. si certum peta. & Boer. decif. 284. nu. 9.

Conclusio CLXXXVIII.

Si quis heres institutus sit, & ei datus substitutus si decedat sine liberis, & interim viuentis substituto effectus fuerit presbyter, non idcirco statim erit locus substitutioni: quia per simplex sacerdotium non perditur ius substitutionis. de Ancha. in c. in praesentia. de proba. & sic quamuis institutus efficiatur presbyter, non propterea faciet deficere ius substituti-

tutionis, seu fideicommissi, nisi ille institutus ingrederetur: monasterium animo non excundi & illi se deuouerit. Boer. decif. 354. nu. 3. & 12. & ibi inquit omnes ita tenere, & eam opinionem communem esse. & quod magis est, si interim moriatur substitutus superstiti instituto, qui iam factus erat presbyter, ille substitutus non transmittet ad suos speculius substitutionis, & perdit ius ipsius substitutionis, per l. substitutio & ibi Alberi. de Rosate. ff. de acqui. rer. domi. Boer. eo loco nu. 12. & 13. Quod si institutus monasterium ingredia- tur, quod in communi non sit capax bonorum, & tunc instituto ingrediente monasterium, statim substitutus admittetur. Alex. consil. 13. in 3. vol. nu. 4.

Conclusio CLXXXIX.

Prohibitus alienare, non propterea prohibetur quin possit heredem instituere, siue illa prohibitio fiat a lege, vel a testatore, vel a contrahente. Alex. conf. 55. in 3. vol. nu. 5.

Conclusio CXC.

Recognoscens castrum in feudum, non per hoc talis recognoscens videtur territorium recognoscere, nisi obseruantia, vel vsus communis loquendi, vel actus aliquis interior aliam interpretationem induceret. Oldradus c. 12. 1. Recognoscens tamen castrum videtur & iurisdictionem recognoscere. Oldrad. ibi.

Conclusio CXCI.

Haereditas ex suo corpore descendit appellatio refertur ad omnes haeredes in infinitum, dummodo sint de descendentibus, vt sunt filij, nepotes, pronepotes, qui omnes dicuntur descendere ex corpore ipsius aui. Chassan. c. 62. nu. 13.

Conclusio CXCI.

Si testator duos haeredes instituerit, alterum alteri substituendo, & si vtrumque contingat decedere, substituit Titium, & Titio Caium substituit, & contingat demum adita hereditate Titium decedere, & post Titium eos duos haeredes institutos, eo casu Caius vltimo substitutus succedet: quia substitutus substituti est substitutus instituti. l. coheredi. in prin. ff. de vulg. & ibi docto. & ita iudicatum refert Papon in suo recueil des arrests, in tit. des substitutios, arrest. 2. & Decius conf. 138. & 421. nu. 5. perempto enim primo gradu substitutionis sequens admittitur.

Conclusio CXCI.

Inter alios res iudicata tertio non nocet, sed solum illis inter quos fuit lata per eum titulum, res inter alios acta. l. j. & ij. C. tamen sententia lata in causa alicuius pedagij inter certos mercatores & muliones, & exactorem seu dominum alicuius pedagij in vtilitatem exactoris nocebit non solum illis mulionibus qui sunt in causa, sed & aliis qui non erant in iudicio: nam vbi semel constitit de institutione pedagij, aliquo iusto titulo, tunc talis sententia semel lata faciet ius quo ad omnes alios transcentes. Ita conclusum fuisse refert Guid. Pap. decif. 549. dum tamen non appareat collusum fuisse inter partes. ita Guid. Pap. decif. iam dicta.

Conclusio CXCI.

Instrumenta publica non probant sine subscriptione notarij, verum scripturae quae repertae sunt in archiuo publico, & reuera sub publica custodia faciunt fidem sine subscriptione, & illis scripturis fides adhibetur etiam si non sint subscriptae, quando scilicet prepositus ad custodiam ipsius archiui faceret tales scripturas ibidem contineri. text. cum glo. in c. ad audientiam, de praescrip. Domi. de S. Gemin. c. 62.

Conclusio CXCV.

Matrimonium per consensum partium dissolui non potest, & quantumuis in hoc consensum praesent, non propterea dissolutum erit matrimonium. cap. ij. de transla. prela. Dom. de S. Geminiano conf. 63.

Conclusio CXCVI.

Distributiones quotidianae non continentur appellatione beneficiorum: quia illae quotidianae distributiones sunt potius quaedam salaria, quae dantur seruientibus ob seruitia pro labore diurno, & diurno, sicuti sunt stipendia quae dantur militibus ob laborem & seruitium. c. licet, de preb. in 6. Geminia. conf. 35. nu. 2.

Conclusio CXCVII.

Clausula motus proprii operatur solum remotionem subreptionis. ca. si motu proprio, de preb. in 6. non tamen inducit remotionem inhabilitatis, vel defectus remotione concurrentis in persona per qua scribit, & neq; per ea clausulam concedens intelligitur velle prejudicare iuri alterius. Com. opi. Tom. 4. KKKK

Decius in d.c. si motu. Gemina. conf. 195. in princ.

Conclusio CXCVIII.

SUCCESSOR IN BENEFICIO TENETUR EXOLUERE DEBITA QUAE DEBENTUR RATIONE IPSIUS BENEFICII, UT SUNT DEBITA REALIA TALLIARUM, DECIMARUM AUT ALIORUM ONERUM, QUAE RESPICIUNT RES IPSAS, & IPSUM BENEFICIUM & QUAE DEBENTUR RATIONE & INTUITU RERUM IPSIUS ECCLESIAE, & AD EA SUCCESSOR IN BENEFICIO TENETUR. CAP. J. DE SOLUT. & IOAN. ANDR. IN CAP. J. DE IMMUN. ECCLES. IN 6. & CLE. J. DE CENS. TAMEN SI SUCCESSOR EA ONERA & DEBITA SOLUERIT, & QUAE IAM DEBITA ERANT PER SUUM PREDECESSOREM POTERIT DEMUM ILLE AGERE CONTRA EIUS HAEREDES, AUT BONA TENENTES: NAM LICET DICATUR SUCCESSOREM POSSE CONVENIRI PRO ILLIS ONERIBUS REALIBUS A SUO PREDECESSORE DEBITIS, NON TAMEN NEGATUR QUIN SUCCESSOR SOLVENDO POSSIT EA ONERA REPETERE AB HAEREDIBUS SUI PREDECESSORIS, SI QUAE SINT ALIAS DE SUO TENEBITUR. GEMINA. CONF. 3. PRO DEBITIS VERO PERSONALIBUS NON TENETUR SUCCESSOR. C. J. DE SOLU.

Conclusio CXCIX.

MULIER POTESIT ACCUSARE OCCIDOREM SUI MARITI ETIA SI NON SIT HAERES ILLIUS. ITA IACO. DE ROM. IN L. QUI CRIMEN. C. QUI ACCUS. NON POS. QUEM IBI SEQUITUR BAL. & IOAN. FAB. IDEM BAL. IN L. J. COD. & IDEM INQUIT IN SPONSA. & BOE. DECIF. 233.

Conclusio CC.

COMMUNIS & VERA EST HAEC CONCLUSIO, QUAE VNI TESTI DE CONSENSU & VOLUNTATE VTRIVSQUE PARTIS ASSUMPTO CREDITUR PROPTER PARTIUM VOLUNTATEM. ITA SPECULATOR COCLUDIT IN RIT. DE TEST. §. RESTAT. QUOD PROCEEDIT, VBI PARTES CONCORDARENT & IN DICTO, & IN PERSONA VNUS, SALIC. IN L. IN BONAFIDEI. C. DE REBUS CRED. PLENE IAS. IN L. J. §. EAD. NU. 8. FF. DE VERB. OBLIG. & IBI ASERIT EAM ESSE COMMUNE OPINIONEM, & SERVARI, QUIA HOC FIT DE VOLUNTATE PARTIUM, & POSSUNT SIBI IN HOC IUDICARE. HOC QUIDEM INDISCRETE & GENERALITER FIERI NON POSSET UT VNI TESTI CREDATUR: QUIA ESSER CONTRA PUBLICAM FORMAM PROBATIONIS, SED QUAE VNI TESTI IN SPECIE CREDATUR, BENE FIERI POTESIT. IAS. IN EO LOCO, & CHAF. CONSIL. 34. NU. 36.

Conclusio CCI.

TESTIS AFFIDATUS, & PRODUCTUS AB VTRAQUE PARTE NON PROBatur: quia licet non possit opponi aliquid contra personam illius testis, ut quia sit approbatus a partibus, potest contra eius dicta opponi ita ut per consequens non probabit, & ad hoc ut vni soli testi credatur, debet ille esse approbatus, & in persona, & in dicto: secus autem vbi solum esset affidatus, & in persona approbatus, cum adhuc eius dictum reprobari possit. ITA CHAF. CONF. 34. NU. 36.

Conclusio CCII.

QUIS QUAMVIS NOTORIE & MANIFESTE FUERIT PRODIGUS, POTESIT TAMEN ADHUC CONTRAHERE ANTEQUAM SIBI A IUDICE INTERDICATUR, & SIC ANTE INHIBITIONES FACTAS, NE QUIS CUM ILLO CONTRAHAT, QUIS POTERIT CONTRAHERE, BAR. BAL. & ALIJ IN L. IS CUI BONIS. FF. DE VERB. OBLIG. & EAM CONCLUSIONEM COMMUNEM ESSE ASERIT IBI IAS. NU. 9. NISI ILLE TALIS PRODIGUS ACTUM FECISSET, SIVE CONTRACTUM IN VSUM MANIFESTA PRODIGALITATIS: QUIA TUNC ILLE CONTRACTUS NON TENERET, QUAMVIS FACTUS FUERIT ANTE INHIBITIONES FACTAS A IUDICE. I. SI QUIS CUM SCIRET. FF. DE VUC. P. EMPTO. & IBI BAR. & ALIJ. & IAS. IN CA. LIS CUI. NU. 10. & BOE. DECIF. 23. NU. 79.

Conclusio CCIII.

SOCIETAS TACITE PRAESUMETUR CONTRACTA EX DUTINA COHABITATIONE, & EX RATIONE ADINUICEM NON REDDITA. BAR. IN L. TITIVM & MAVIUM §. ALTERO. FF. DE ADMI. TUTO. DECI. CONF. 21. QUOD PROCEEDIT DUMMO DO TRIA CONCURRENT, NEMPE QUOD INSIMUL CUM HAEREDITATE INDIUISA POST PATRIS MORTEM VIXERINT, & QUOD OMNIA LUCA INTER SE COMMUNICAUERINT, EO QUOD SUPERLUERANTUR AD INVICEM RATIONEM NON REDDIDERINT, & EX HIS PROBATA SUFFICIENTER, SEQUETUR TACITAM SOCIETATEM INTER ALIQUOS CONTRACTAM FUISSE. BALD. IN D. L. TITIVM §. ALTERO. BALD. IN L. SI PATRUUS. COMMU. VTRIVSQUE IUDI. COD. BONORUM ENIM COMMUNICATIO & CONTINUATIO IN COMMUNIONE, COMMUNISQUE HABITATIO VTRIVSQUE FAMILIAE & FRUCTUUM EX POSSESSIONIBUS COMMUNICATIO, & EXPENSARUM CIRCA RES & PERSONAS, & RATIO NUSQUAM REDDITA INTER EOS, COMMUNICATIOQUE LUCRORUM, EX HIS OMNIBUS VIDETUR SOCIETAS CONTRACTA. DE ANCHA. CONF. 303. HAEC ENIM NON POSSUNT FIERI CITRA IUS & NOMEN SOCIETATIS, & HAEC DECLARANT ANIMUM EIUS CONTRAHENDI.

Conclusio CCIII.

SOCIETAS NON CONTRAHITUR INTER FRATRES QUAMVIS INSIMUL HABITENT, & HABEANT HAEREDITATEM COMMUNEM, NISI LUCA INTER SE COMMUNICATA FUERINT: quia quando vnus negotiatur, & alter non, societas contrahi non potest, ex quo alter nihil ponit. BAR. IN L. TITIVM §. ALTERO. FF. DE ADMI. TUTO. IACOBUS IN TITULO DE FRATRIBUS DE NOVO BENEFICIO INUESTITIS, IN VSBUS FEUDORUM.

Conclusio CCV.

PER PROHIBITIONEM ALIENATIONIS SIMPLICITER FACTAM A TESTATORE EXTRA FAMILIAM NON INDUCITUR FIDEICOMMISSUM IN UTILITATE VENIENTIUM AB INTESTATO, QUI MINUS ILLE PROHIBITUS ALIENARE NON POSSIT HABERE HAEREDEM AB INTESTATO: non enim per talem prohibitionem alienationis inducitur fideicommissum, sed tunc demum secuta contrauentione, videlicet si prohibitus alienare, bona ipsa venderet aut alienaret extra familiam, tunc enim ad ipsam familiam deberent redire, & reuertii. I. PERO. §. CUM PATER LIBERTUS. FF. DE LEG. II. SED NON FACTA ALIENATIONE, IUS IPSUM FIDEICOMMISSUM NON ACQUIRITUR ALIIS DE FAMILIA SUPERSTITIBUS: & IDEO ILLE TALIS HAERES PROHIBITUS ALIENARE, POTERIT HABERE HAEREDEM ETIAM EXTRANEUM IN ILLIS BONIS. NON ENIM VIDETUR FACERE CONTRA PROHIBITIONEM QUI ALI. QUEM SIBI HAEREDEM RELINQUIT. I. CUM PATER. §. CUM INTER. FF. DE LEG. II. & IBI BAR. IDEM BAR. IN D. L. PERO. §. FRATRE. FF. DE LEG. II. BAR. & DOCTO. IN L. SI QUIS ITA. §. EA. FF. DE VERB. OBLIG. DECI. CONSIL. 21. & CONSIL. 513. & ALEXAND. CONSIL. 155. VOLUM. II. DUMMO DO EUM INSTITUAT HAEREDEM, QUI ALIAS AB INTESTATO ESSER SIBI SUCCESSURUS, DECI. CONF. 2.

Conclusio CCVI.

PROHIBITIO ALIENATIONIS EXTRA FAMILIAM FACTA NON SIMPLICITER, SED PER MODUM CAUSA & RATIONIS, VEL QUANDO ILLE PROHIBITIONI VERBA DISPOSITIVA TESTATORIS ADDUNTUR, INDUCIT TALIS PROHIBITIO ITA FACTA FIDEICOMMISSUM IN UTILITATE VENIENTIUM AB INTESTATO, QUI NON SUNT DE FAMILIA TESTATORIS, LICET TAMEN SINT PROXIMIORES IPSI HAEREDI GRAUATO, QUI EST PROHIBITUS ALIENARE, CENSENTUR ESSE EXCLUSI. DECI. CONF. 21. NU. 2. UT SI TESTATOR ULTRA PROHIBITIONEM ALIENATIONIS EXPRESSE DISPO. FUERIT IPSA SUA BONA IN SUA DOMO REMANERE, & IN ILLIS QUI SUNT DE SUA PARTELA. EX HIS ENIM VERBIS & SIMILIBUS INDUCITUR VIDETUR FIDEICOMMISSUM, CUM ITA EXPRESSE TESTATOR DISPOSUIT. BAR. IN L. CENTURIO. VERS. QUERO ULTERIUS. FF. DE VULG. VEL ETIAM SI TESTATOR ULTRA PROHIBITIONEM ALIENATIONIS EXTRA FAMILIAM DISPOSUERIT QUOD SUA BONA DEBERENT REMANERE APUD SUOS FILIOS, VEL NEPOTES IN PERPETUUM, QUIA TUNC ULTRA PROHIBITIONEM ALIENATIONIS, ADEST TESTATORIS DISPOSITIO, & SIC INDUCITUR FIDEICOMMISSUM. I. CODICILLIS. §. INSTITUTO. FF. DE LEG. II. DECI. IN EO CONF. NU. 24. VEL SI TESTATOR ULTRA PROHIBITIONEM ULTRA FAMILIAM VOLUERIT & INSERIT BONA SUA PERPETUO IN FAMILIA REMANERE, QUIA VERBUM IUSSIT, VEL VOLUIT, IMPORTAT FIDEICOMMISSUM. I. J. C. COMMU. DE LEG. VEL FIDEICOM. VEL SI INSIMULEA VERBA APPONERENTUR, QUIA TUNC EX ILLIS VERBIS REITERATIS & GEMINATIS, VOLUNTAS TESTATORIS MAGIS DELIBERATA AC EXPLORATA DEMONSTRATUR, PER NOTATA IN L. BALISTA. FF. AD TREBE. QUARE HISCASIBUS & SIMILIBUS, LICET ALIAS PROHIBITIO ALIENATIONIS SIMPLICITER FACTA EXTRA FAMILIAM NON EXCLUDAT ALIOS VENIENTES AB INTESTATO IPSIUS HAEREDIS QUI EST PROHIBITUS ALIENARE, D. L. CU PATER. §. CUM INTER. FF. DE LEG. II. HOC TAMEN FALLIT IN CASIBUS PRAEDICTIS, & QUANDO EA VERBA PROHIBITIONIS SUNT GENERALIA, VEL GEMINATA. ARET. IN L. VENTRE. FF. DE ACQUI. HAEREDIT. VEL ETIAM SI TESTATOR ITA DIXERIT, Volo quod bona mea in familia remaneant, nam adhuc induceretur fideicommissum, DECI. EO CONF. NU. 4. HAEC ENIM TESTATORIS DISPOSITIO, QUOD BONA REMANEANT IN FAMILIA, INDUCUNT FIDEICOMMISSUM INTER EOS QUI SUNT DE FAMILIA TESTATORIS. & IN SUMMA QUANDO ULTRA PROHIBITIONEM ALIENATIONIS EXTRA FAMILIAM, VERBA PRINCIPALITER DISPOSITIVA REPERIUNTUR: VEL QUANDO RATIO PROHIBITIONIS PRECECESSIT ALLEGARI, VOLUIT TESTATOR SUA BONA IN FAMILIA REMANERE, FIDEICOMMISSUM NASCITUR INTER EOS QUI SUNT DE FAMILIA TESTATORIS. ITA NOTATUR IN L. QUI ROM. §. COLHAEREDES. FF. DE VERB. OBLIG. SECUS QUANDO SIMPLICITER EXTRA FAMILIAM PROHIBITIO ALIENATIONIS INTERVENISSET: quia tunc nisi secuta contrauentione per haerodem non oriretur fideicommissum. DECIUS EO CONF. NU. 5. & COL. 42. 5. & EO CASU POSSIT ILLE HAERES GRAUATUS HABERE HAEREDEM AB INTESTATO, & EX TESTAMENTO CUM QUI ALIAS AB INTESTATO ESSET SUCCESSURUS. DECI. CONF. 23. IN PRIN.

Conclusio CCVII.

EXEMPLUM INSTRUMENTI PROBAT, QUANDO ILLUD EXEMPLUM AB ADVERSARIO TRADITUM & PRODUCTUM FUIT TUNC

tunc enim sine dubio tale exemplum faciet fidem, etiam si nulla solemnitas interuenisset. BAR. IN L. IN FRAUDEM. §. NEQUE. FF. DE IURE FISCO. & DECI. CONF. 36. NU. 2.

Conclusio CCVIII.

TESTES QUI DEPONUNT ALIQUEM COMMISISSE HOMICIDIUM, SED AD SUI DEFENSIONEM, PROBANT IPSAM DEFENSIONEM: quia licet hoc percipiatur iudicio intellectus, tamen per visum talis mens bene comprehenditur, BAR. CONF. 57. IN FINE. QUEM REFERT & SEQUITUR BAL. IN L. SOLAM. C. DE TESTI. & DECI. CONF. 54. IN FIN. & CONF. 459. QUOD PROCEEDIT ETIAM SI TESTIS ILLE NULLAM RATIONEM REDDAT, DECI. IBI. NUME. 6. & CORNEUS CONF. 162. PRIMO VOL.

Conclusio CCIX.

COLLATIO BENEFICII FACTA SUB HIS VERBIS, confero tibi tale beneficium si vacet per mortem talis, vel alio quouis modo, valet & tenet. GLO. IN C. SUSCEPTUM, DE RESCR. IN 6. & IBI DOCTO. & LAPUS ALLEGATIONE SECTA, & VALEBIT TALIS COLLATIO, ETIAM SI ILLA FACTA FUERIT IGNORANTI VACATIONEM, & IMPETRANTI, DUM TAMEN IN VERITATE VACET ILLUD BENEFICIUM, ITA LAPUS IBI.

Conclusio CCX.

LAUDUM LATUM AB ARBITRIS FUERIT INIQUUM PROPTER ENORMEM LAESIONEM, CONTRA ILLUD POTERIT AGI AD BONI VIRI RECURSUM DATA MAGNA ILLA LAESIONE, NON OBSTANTE PACTO & IURAMENTO DE NON PETENDO RECURSUM AD BONI VIRI ARBITRIUM. PANOR. IN C. QUINTAUALLIS, DE IURCIU. BAR. IN L. SOCIETATEM. §. ARBITRORUM. FF. PRO SOCIO. PER NULLAM ENIM CAUTELAM VERBORUM FIERI POTESIT, QUO MINUS PETATUR REDUCTIO, SI LAUDUM INIQUUM FUERIT PROPTER ENORMEM LAESIONEM, & HANC OPINIONEM COMMUNEM ESSE ASERIT DECI. CONF. 60. NU. 2. & HOC PROCEEDIT, SIVE ANTE LAUDUM QUIS PROMISERIT SERVARE QUOD DICETUR AB ARBITRIS, & DEMUM LAUDUM ILLUD LATUM RATIFICAUERIT, SIVE POST, DECI. IN EO CONF. QUOD SI LAESIO DIMIDIUM NON EXCEEDERET, CESSARET RECURSUM, UT IBI PER DECI. & SI LAUDUM EXCEEDERET FINES COMPROMISSI, ERIT NULLUM, ADEO QUOD NON POTERIT RATIFICARI, DECI. COL. 11. NU. 2. & SOCI. CONF. 87. IN 3. VOL. SED LICET NON POSSIT RATIFICARI UT VALEAT IN VIM LAUDI, QUANDO ILLUD EST NULLUM, POTERIT TAMEN RATIFICARI UT VALEAT IN VIM TRANSFACIONIS, SOCI. CONF. 105. IN 4. VOL. & ROM. CONF. 175. & CORNE. CONF. 125. PAR. 2. QUOD SI TALE LAUDUM NON ESSET NULLUM, & FUERIT RATIFICATUM A PARTIBUS DICETUR RES IUDICATA. SOCI. CONF. 101. IN 3. PAR.

Conclusio CCXI.

PATER QUI NULLA HABET BONA, & QUI REPERITUR VSFUFU. STUARIUS BONORUM SUAE FILIAE, QUAM NULLUS VULT DUCERE IN VXOREM CUM EA NUDA PROPRIETATE, POTERIT COGI DARE IPSI FILIAE PROPRIETATEM TANTUM DE VSFUFU, QUANTUM DARET IN SUA DOMO ALENDO CAM FILIAM, VEL COGETUR DARE VSUM FRUCTUM, DUM TAMEN DE EO TANTUM PATRI RELINQUATUR Vnde se & alios filios alere possit. BOE. DECIF. 7. NU. 9.

Conclusio CCXII.

Ratificatio facta per dominum validat gesta per falsum procuratorem, etiam si lata sit sententia pro se: vel si sit talis casus in quo requiritur speciale mandatum. Bald. & Sal. in l. si maritus. C. mand. & ita communiter teneri asserit Fel. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. verfic. amplia quinto. de refer. & ita additio. habet enim locum ratificatione in his, in quibus requiritur speciale mandatum. Alex. consil. 133. nu. 8. in 6. volum. & Dec. consil. 281.

Conclusio CCC.

Donans rem aliquam Titio ad suum vsu, vt fundū, domum, vel quid aliud, videtur & proprietate donasse: & hoc tam in contractibus locum habet per l. donationes. §. species. & ita ibi Docto. ff. de don. qua in vltimis voluntatibus. ita vt legans domum alicui ad illius vsu videtur & proprietatem legasse. Bar. in d. §. species. & ibi etiam Paul. de Castro.

Conclusio CCCI.

Nominatus & graduatus debet esse capax saltem tempore quo vacat beneficium, alijs non potest beneficium obtinere: & ideo si is habeat beneficium curatum vel aliud incompatible cum alio quod vult petere cum sit ad illud inhabilis, non poterit requirere simile beneficium

vel acceptare sine dispensatione, & nec posset postea obtineri dispensatio. ita Rebuf. in Concordatis. in rubric. de col. laf. §. volumus. super verbo: per istum textum. Is enim qui habet vnus beneficium, non potest esse idoneus ad aliud petendum nec obtinendum. c. is cui. de praeb. in 6.

Conclusio CCCII.

Per adeptionem pacificam secundi beneficii vacat quidem primum. c. de multa. de praeb. & Oidead. consil. 1. & ibi inquit quod beneficia promotorum non vacant, nisi cum plenam & pacificam quis fuerit adeptus possessionem, quod procedit vbi Episcopus alicui habenti beneficium, alterum contulerit, nam tunc collatio illa, non est nulla, & non vacabit primum beneficium, quin prius ille pacificam possessionem fuerit adeptus. Rebuf. in Concordatis. in §. volumus. in verbo. per istum.

Conclusio CCCIII.

Beneficium tertio collatum poterit cum alio permutari etiam ante leuationem bullarum, etiam si sit collatum per simplicem signaturam. Rebuf. in com. in concordatis in tit. de mandatis apostoli. §. j. in verbo literas. mandata autem cum alijs literis, nec e contrario non possunt permutari. nec beneficium, cum literis mandati apostoli. ita Rebuf. ibi.

Conclusio CCCIII.

Metus aut iustitiae denegatio non probatur per iuramentum partis, sed legitime ea sunt probanda. Rebuf. in concordatis. in tit. de friuolis appella. §. si quis vero. in verbo quis. verfic. derogatur.

Conclusio CCCV.

Iurisdictiones sunt in Fracia patrimoniales Guliel. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo, duas. de testa. & ita sunt in nostro patrimonio ipse iurisdictiones, sicuti alicuius est in nostro patrimonio. vt scilicet vendi & transferri possint de vno in alium. Rebuf. in concordatis. in tit. de causis. in princip. & potest superior subditis suis praecipere ne litigent coram alio iudice, & potest impedire praerogationem iurisdictionis. c. ex tenore. & ibi Pan. de foro compe. & hoc ne tollatur seu minuatur iurisdictione ordinariorum. ita ibi Rebuf.

Conclusio CCCVI.

Renunciatio non nocet renunciati si per partem non fuerit acceptata: si enim qui verba aduersarij non acceptat, non potest se ex illis inuare. Bal. in l. iij. C. de repud. har. Rebuf. in concordatis. in tit. de reg. acceptatione. in gl. vnica.

Conclusio CCCVII.

Confessio confitentis non nocet, quando illa per partem non fuit acceptata. Imò contra eam licitum est venire postquam non fuit acceptata. Bald. in authent. nouo iure. C. de poena iudicis qui male iudicauit. Rebuff. in concordatis. in rubr. de Regia acceptatione.

Conclusio CCCVIII.

Sequestratio in omni possessorio retinenda in beneficijs intra annum fieri debet: & sequestrabitur res seu beneficium de cuius possessione agitur: ne partes ad arma veniant, nulla tamen fieri debet sequestratio post triennale possessionem. Rebuf. in concordatis. in tit. de annatis. verfic. 3.

Conclusio CCCIX.

Sola nominatio quam quis facit de aliquo cum nominas filium aut compatrem, non reddit eum talem neque sequitur quod ex eo quod quis aliquem suum filium nominat, quod propterea sit eius filius. l. non nudis. C. de probat. Rebuf. in tracta. nominationum. num. 2.

Conclusio CCCX.

Nominationes ex recepta consuetudine concedi debent tantum tempore quadragesimae: & si alio tempore concederentur, non valerent, & concessio illarum nominationum non teneret. Rebuf. in tracta. nomi. in septima quaestione. in princ.

Conclusio CCCXI.

Nominationes etiam diebus festis & diem dominico concedi possunt. Cum ea quae sunt merae voluntatis & voluntariae iurisdictionis etiam diebus feriatis exerceri possunt. Rebuf. in tracta. nomi. in vij. q. nu. 1.

Conclusio CCCXII.

Nominationes etiam in Ecclesia concedi possunt: tutius tamen erit vt extra Ecclesiam & diebus profestis concedantur. Rebuff. in tracta. nomi. in vij. q. nu. 4.

Conclusio CCCXIII.

Nominationes in quocunque loco concedi possunt, & non vitiantur propter locum. Rebuf. in tracta. nomi. in vij. q. num. 5.

Conclusio CCCXIII.

L^Egatum rei alicuius factum Titio cum hoc onere quod legatum eam rem non alienet: si demum ea res ad alterum pervenerit per ius accrescendi, ille talis eam rem non poterit alienare. l. vnic. §. fin. autem. C. de cadu. tollend. Rebus. in tracta. nominat. in octava quaestione nu. 13.

Conclusio CCCXV.

F^Ise alieni succedens debeat uti eo iure quo is uti debuit. fer cui succedit. l. non intelligitur. §. si posteriori. ff. de iure fisci. Rebu. in tracta. nomi. in octava quaest. nu. 14.

Conclusio CCCXVI.

C^Olligitur pedagium supra pontem qui corrui, & demum est refectus: poterit semper idemmet vectigal exigere quod per antea colligebatur: refectus est enim pons cum eadem qualitate & iure ut per antea. Bal. in l. si plures. C. de cod. insertis.

Conclusio CCCXVII.

S^I patronus propter suam negligentiam perdat potestatem presentandi, superior qui succedit, & ad quem ius presentandi devoluitur, non poterit conferre: quod requirit natura illius beneficii, ut si debeat dari vni ex familia fundatoris, superior vni ex illa familia tenebitur conferre. ita Rebu. in tracta. nomi. in octava quaest. nu. 16.

Conclusio CCCXVIII.

S^Ubsstitutus à vicario habente potestatem substituendi poterit ipse vicario conferre, quia substitutus capit potestatem ab episcopo & non à vicario, qui eum substituit in vim potestatis sibi ab episcopo concessæ. Rebu. in tracta. nomi. in octava quaest. nu. 23.

Conclusio CCCXIX.

L^Icet capitulum sede vacante non possit beneficia conferre ad episcopum pertinentia: poterit tamen creare vicarium qui demum poterit providere super beneficiis, quorum collatio erit necessaria, ne contingat diuturna vacatio. Pan. in cap. cum nobis. de maior. & obedien. Rebu. in tracta. nomi. in octava quaest. nu. 30. & illi vicario insinuatio fieri poterit. ut ibi per Rebu. potest etiam insituere ad presentationem patroni ipsum capitulum sede vacante. Dec. con. 224. nu. 3.

Conclusio CCCXX.

C^Apitulum sede vacante poterit beneficia vacantia commendare & economum creare donec per superiorem prouisum fuerit: quod est singulare secundum Pan. in c. bone. de appella. & Rebu. in tracta. nomi. in octava quaest. nu. 30. & potest etiam ipsum capitulum sede vacante insituere ad presentationem patroni. Dec. con. 224. nu. 3.

Conclusio CCCXXI.

I^Nsinuatio nominationum debet fieri tempore quadragesimæ & literæ gradus, nomina, cognomina illorum qui se volunt insinuari, debent eo tempore quadragesimè insinuari: & ita de consuetudine receptum esse refert Rebu. in tracta. nomi. in decima quarta quaest. nu. 5.

Conclusio CCCXXII.

B^Ona fides in dubio præsumitur, cum olim. c. auditis. de præsumpt. & maxime in eo præsumitur quem constat fuisse vsum aliquo respatio decem annorum. Inno. in c. ij. de integ. restit. mino. & Hyp. de Marf. in rub. de proba. vers. etiam contra. & Boer. Decif. 42. nu. 3.

Conclusio CCCXXIII.

I^Nsinuatio nominationum fieri debet singulis annis, & si in aliquo anno quis omiserit insinuationem, non poterit pro illo anno petere beneficium in vim gradus aut nominationis, ij enim qui cessant insinuare in aliquibus annis, pro illis annis priuantur, non propterea pereunt eorum nominationes. ita Rebu. in tracta. nomi. in 14. q. nu. 20.

Conclusio CCCXXIII.

A^Nimal venditum si moriatur infra triduum præsumitur quod tempore venditionis fuisse morbosum, & teneretur venditor reddere pretium quod iam recepit. Ias. in l. lecta. nu. 20. ff. si cert. peta.

Conclusio CCCXXV.

V^Dex potest supplere etiam parte non opponente vbi que actus alicui fieri constat. glo. in l. j. C. qui & aduers. quos. Ias. in l. lecta. nu. 22. ff. si cert. peta.

Conclusio CCCXXVI.

D^Ictio vterque est nomen collectivum seu vniuersale. & sic requirit concursum vtriusque, & est etiam nomen distributivum, & tunc attribuit actum cuilibet in solidum. §. ne autem. & ibi gloss. in verbo, vtraque, in authent. de iudi. & sic illa dictio vterque, est dictio collectiva & distributiva: dictio

vero vter & alter sunt dictiones meræ distributivæ, & nullo modo collectivæ. Alexand. in l. cum quidam. C. de impuberum.

Conclusio CCCXXVII.

I^Nstrumenta antiqua probant, & eis creditur propter antiquitatem: etiam si in ea sint verba enuntiatiua. Bald. in l. cu aliquis. C. de iure delibe. Dec. conf. 428.

Conclusio CCCXXVIII.

C^Omparatio, ad hoc ut rectè fieri possit, debet fieri cum peritis in arte qui sunt iurati, & quod examinentur præ sente iudice: & debent literæ esse similes, quod si in aliqua parte esset dissimilitudo non faceret fidem talis comparatio: ut habetur in §. si quis igitur. in authent. de fide instrument. secundum Alber. in l. comparationis. C. de fide instrumentorum, & talis comparatio ita facta, facit plenam fidem & probationem. Alexand. consil. 88. in 7. volum. nisi quod ad fidem apodicticæ quæ datur à parte parti. in qua apodicticæ comparatio facit semiplenam probationem: in alijs autem scripturis sola comparatio facit plenam fidem. Alexand. consil. 114. in 7. volum. numer. 4. & consil. 58. eodem volum. & de consuetudine ita feruari asserit Alb. in eodem loco, cuius dictum in practica feruari asserit Constantinus in commen. in cõsti. regias. articul. 93. & testes de tali scriptura deponentes, quavis dicant eam scripturam esse Caij, semiplene solum probant: si autem dicant de veritate contentorum in scriptura, videlicet quod viderunt mutare pecuniam, tunc plenè probabunt, dum tamen sint testes & sufficientes ad actum. Rebus. in constitutionis regias in tractat. de chir. ogra. in præfatione. numer. 33. vel si testes dicant illam scripturam scriptam esse manu talis ex eo quod fuerunt præsentis & cum scribi viderunt. his enim casibus tales testes plenè probant sine alia comparatione scripturæ. Alexand. consil. 239. in 6. volum. in. numer. 6.

Conclusio CCCXXIX.

R^Escriptum obtentum appellatione remota valet & refertur solum ad friuolam appellationem. sed si expressè appellatio remoueat, & sic refertur ad principem concessum per quod remoueat appellatio etiam à diffinitiva, valeret adhuc tale refertum. Bartol. in l. j. §. fin. ff. à quibus appellat. non liti. Dec. consil. 339.

Conclusio CCCXXX.

V^Dex ordinarius probata recusatione, contra eum poterit de consensu partium alteri causam committere, aliàs hoc non possit, quod si solum proposita esset recusatio, & antequam ius diceretur super ea, sine partium consensu, posset iudex alteri causam committere, & hanc opinionem communem esse asserit Pan. & Feli. & de Anchar. in c. si quis contra. de foro compet. & ibi etiam Collectarius. numer. 4. & delegatus autem post propositam recusationem nunquam potest alteri causam committere etiam de partium consensu. c. iudex. de offic. delegat. & Pan. in capitul. si quis.

Conclusio CCCXXXI.

E^Xceptio solutionis dilatoria post sententiam opponi non potest: quia ante litem contestatam vel saltem post opponi potest. Bald. in l. peremptoria. numer. 21. c. sentent. recindendi non posse, & est exceptio liti finitæ, quia per solutionem eius quod debetur tollitur omnis obligatio. Barto. in l. cum quærebatur. nume. 3. ff. iudi. solui. Ang. in §. æque. num. 9. in l. de actioni. & est decisio Capellæ Tholosan. deci. 335. & ibi Aufre.

Conclusio CCCXXXII.

S^I socius itinerando causa societatis damnum aliquod fuerit passus, ut quia à latronibus fuit spoliatus, vel aliud damnum passus est: tale damnum societati est imputandum, & non sibi soli. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Roman. in l. si pecuniam. §. si seruum. nume. 19. ff. de cond. causa data. & sic non tenetur socius de rapina sibi facta in itinere: tenetur tamen de furto sibi facto: quod iuris præsumptione contingit propter malam custodiam. Bald. in §. damna. vel si exercendo negotia societatis fuerit vulneratus, nam expensis societatis expensæ omnes exolui debent quæ fiunt circa curam illius. l. socium. §. final. cum l. sequent. ff. pro socio. sed si extra causam societatis socius fuerit passus damnum, vel si agendo negotia societatis in culpa fuerit eundo per loca suspecta, & tunc socius nihil petere possit: quia fuit in culpa quæ non venit in contractu societatis, Alex. consil. 133. in fin. in 2. vol. Roma. consil. 145.

Conclusio CCCXXXIII.

M^Vlier transiens ad secunda vota qua erat hæres mariti perdit hæreditatem quod ad filios primi mariti iure directo

recto devoluitur, & non iure fideicommissi, & sic tota ea hæreditas ad filios primi matrimonij transmittitur. l. femine. C. de secundis nup. ita ut statim filijs comperant actiones hæreditariæ, absque vlla restitutione. cum sint directo iure hæredes, & nihil poterit eis mater detrudere. Ioa. de Ripa in d. l. femina. nu. 44. 48.

Conclusio CCCXXXIII.

Q^Uoribus creditor & debitor sint diuersorum territoriorum: non debet ire debitor ad creditorem pro solutione facienda: sed creditor debet ire aut mittere ad domum debitoris pro ipsa solutione recipienda & ad interpellandum ipsum debitorem Bart. in litem illa. §. j. de consil. pecu. & debet peti pecunia in domo & loco domicilij ipsius debitoris: & in dubio locus domicilij debitoris censetur destinatus ad solutionem faciendam: & ideo si forensis contrahat in aliquo loco, & sic ex contractu efficiatur debitor absque alia loci insertione vbi fieri debeat solutio, & eo casu, censetur actum quod fiet solutio in domicilio debitoris. arg. l. exigere dotem. ff. de iudi. Cor. consil. 70. nu. 9. & 10. in 2. vol. Ias. in l. quod ubi Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. nu. 2.

Conclusio CCCXXXV.

L^Icet pro legatis præstandis tres competant actiones, rei vindicatio, actio ex testamento & hypothecaria. l. vl. C. commu. de lega. & fidei. iudicium tamen ordinarij requiritur, & neque est ab executione incipiendum. Bene super verbo: si absque liberis. de leg. & fidei. nu. 191. & neque legata habent executionem paratam.

Conclusio CCCXXXVI.

H^Aeres monitus à iudice si post annum non adimpleverit voluntatem defuncti in eo quod respicit commodum pecuniarium alicuius, priuatur non solum hæreditate, sed & legatis & prælegatis sibi factis in eo testamento, & hoc quando testator non dedisset specialem executionem. authent. hoc amplius. C. de fidei. & hanc opinionem vt magis communem quod perlat prælegata tenet Ias. in d. authent. hoc amplius. & sequitur Bened. in ca. Raynurtius. in verbo, si absque liberis. de lega. & fidei. nu. 204. & d. beti iudex personaliter hæredem admonere, ita vt non sufficeret præceptum illi factum, in absentia de satisfaciendo voluntati defuncti. Angel. in §. si quis. nu. 14. in authent. de hæred. & falcis.

Conclusio CCCXXXVII.

V^Endens rem aliquam eam tenetur tradere si vendens eam habeat aliàs succedit obligatio ad interesse. §. pretium. de emp. & vend. in l. i. & hanc opinionem esse communem asserit Roma. in l. dedi tibi. nu. 9. ff. de condi. causa data.

Conclusio CCCXXXVIII.

T^Ranslatio dominij non est de natura obligationis ex parte venditoris in contractu venditionis. l. rem alienam. ff. de contrah. emp. verum de natura illius contractus est, quod res ipsa quæ traditur, tradat a quo transferendi dominium, si tradens sit dominus, quod si non sit dominus quod eam animo transferendi conditionem vsucapiendi. l. ex empto. ff. de actio. emp. quod non procedit vbi quid in genere vendetur. Roma. in d. l. dedi. nu. 10. ff. de condic. causa data.

Conclusio CCCXXXIX.

N^On solum debitor liberatur per oblationem, consignationem & pecuniæ depositionem à se factam vbi creditor recusat pecuniam recipere: sed & liberatur per oblationem, consignationem & depositionem à tertio factam pro ipso debitore. l. qui decem. §. j. & ibi Bart. ff. de sol. & hoc esse verum asserit Paul. Castren. in l. solutionem. nu. 3. ff. de sol.

Conclusio CCCXL.

D^Enunciatio fieri debet hæredibus venditoris qui tenentur de evictio, vt scilicet illi hæredes veniant ad defendendum: & omnibus hæredibus ea denunciatio fieri debet, aliàs contra eos non possit haberi regressus. Pau. Castren. in l. in executione. in prin. nu. 9. ff. de verbo. oblig. aut saltem contra eum cui denunciatio non fuit facta non haberetur regressus.

Conclusio CCCXLI.

V^Seruitutis tam actiue quam passiue transit in singularem successorem. l. via. §. si fundus. & §. quæcunque. ff. de ieruit. rusti. præd. quæ si fundus alienetur ad cuius vtilitatem seruitus fuit constituta, tale ius seruitutis transit in singularem successorem, & hoc quoniam talis seruitus constituta fuit iure meræ seruitutis: secus vbi esset constituta iure meræ cuiusdam facultatis, tunc enim ea facultas non transfret. l. apud Iulian. §. si quis. ff. de leg. j. Item & hoc procedit vbi pro tali iure seruitutis esset annua pensio soluenda, nam si successores eam annuam pensionem soluat, vt tunc quidem eo iure seruitutis, secus si eam pensionem non soluat. l. in venditione. ff. de actionibus emp. & Roma. in l. stipulationes. num. 27. ff. de verbor. obligat.

Conclusio CCCXLII.

V^Di in quibus vires corporis exercentur sunt liciti. l. solent. & ibi gloss. ff. de alea. hoc enim expedit reipublice, vt homines in talibus ludis se exercent, & vt se reddant aptos ad rempub. defendendam. Lustus autem alearum, & alij ludi in quibus vires corporis non exercentur, sunt illiciti. Castren. in l. Papinianus. §. si quis. ff. de præf. verb.

Conclusio CCCXLIII.

H^Abens exemptionem à tallijs & collectis, si per triginta annos soluerit ipsas tallias aut collectas, perdit suam immunitatem: quia contra formam suæ immunitatis & contra sua priuilegia per si longum tempus soluerit: per tale enim tempus videtur præscriptum tali immunitati. Guid. Pap. dec. 387. Ioa. de Platea, & Lucas de Penna, in l. ij. de his qui sponte munera subierunt.

Conclusio CCCXLIII.

H^Abens immunitatem à tallijs seu collectis seu exemptionem, si patitur se describi in libris cõpelsi & soluat cũ alijs descritis in eo libro, si intra tempus debitum postquã id soluit, non appellauerit, non poterit demum se iuuare tali exceptione & immunitate cui per hoc videtur renunciati. l. j. §. si quis. ff. quemadmod. appellat. sit. Ioa. de Platea in l. ij. de his qui sponte munera subierunt.

Conclusio CCCXLV.

V^Dex simul & semel non potest procedere super declinatoria fori & meritis cause, talis enim repugnantia reddit actum & processum nullum. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iuris. Aretinus in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 2. ff. de acquir. poss.

Conclusio CCCXLVI.

P^Ater si dissipet bona suorum filiorum debet ab illo auferri eorum bonorum administratio. l. fi. C. de sentent. pass. quod si propria bona dissiparet non subiecta restitutioni, tunc filij possent petere sibi assignari tot bona vnde viuere possent: cum pater suos filios teneatur alere: quod si pater dissipet bona subiecta restitutioni in vtilitatem filiorum post mortem ipsius patris: & tunc auferenda etiam erit ab illo patre ea bonorum administratio, & bonorum possessio filijs danda erit: ita tamen vt pater inde à filijs alatur. l. Imperatores. ff. ad Trebel. Bald. in l. defuncto. C. si in fraudem patroni aliena facta fuerit. & quamuis ipsemet Bal. sibi cõtrarius in hoc fuerit, in l. non potest. ff. de adopt. tamen superiorem Bal. opinionem in d. l. defuncto. tenet & sequitur Ias. in l. si constante. in princip. ff. solu. matrimo. num. 198. & 199. & Boer. dec. 61. num. 18.

Conclusio CCCXLVII.

L^Egitima filijs titulo institutionis à patre testante relinquitur qui debet in suo testamento, & quamuis aliàs cessent iuris solemnitates à iure requisitæ in testamento quæ à patribus conduntur inter liberos. l. hac consuetudine. §. ex imperfecto. C. de testa. tñ ea legitima titulo institutionis filijs relinquitur debet. §. aliud quoque capitulum. i. authent. vt. cũ de appella. cogno. & hæc est communis opinio legistarum & canonistarum. vt per Ias. in authent. nouissima. de inof. testamen. num. 16. & à tali communi opinione in iudicando non esse recedendum, attestatur ibi Ias. idem Stephanus Bertrandi consil. 130. in 3. volum. numero 2. verum si in illo testamento patris, sub alio titulo legitima relicta esset: tale testamentum sustineretur per clausulam codicillarem, si posita sit in testamento. per quam clausulam venientes ab intestato censentur rogati de restituendo hæreditatem filijs eorum quotæ & portiones cuilibet ex filijs. ita Bart. ibi.

Conclusio CCCXLVIII.

Appellatione domus de qua est facta mentio in aliquo testamento venit agnatio seu familia: ita ut si quis aliquem instituat heredem sub conditione, aut sub alio gravamine, ut post suam mortem hereditas pertineat ad suam domum: vel quod reueratur ad domum paternam: intelligendum erit quod bona seu hereditas redeat ad eos qui sunt de sua agnitione, cognatione seu sua familia. Ale. conf. 2 13. nu. 3. in 6. vol. & Alber. de Rosate in l. pronuntiatio. §. familiar. ff. de verb. signific. gl. cum vnus. ff. de ali. legatis. & ibi gl. in verbo domum. Corneus conf. 88. in j. vol. omnes enim qui sunt ex aliqua progenie dicuntur esse de eadem domo: praefertur tamen filij testatoris etiam si essent feminae & ceteri tenentur vocati ordine successiuo, & prior gradu posteriores excludit. Cor. in eodem loco, nu. 6.

Conclusio CCCXLIX.

Pactum factum in contractu societatis quod superveniens succedat praemortenti, intelligitur si ille decedat sine liberis, & liberi suscepti facient deficere & cessare tale pactum: per l. cum accutissimi. C. de fidei. Boc. in suis decisionibus, decis. 2 14. nu. 2. & similiter habetur, in titulo de societate. Alias cessantibus liberis valet tale pactum, & est obseruandum: & neque eget aliqua insinuatione. Alex. conf. 83. nu. 14. vol. 2.

Conclusio CCCL.

Pater quantumvis acquirat pro se & suis filiis poterit nihilominus vni ex liberis illud aut legare aut donare. Bal. in auihen. si quas. vers. in contrarium. C. de sacrosanct. eccl. Chassa. conf. 28. nu. 9. & conf. 57. potest enim ab vno reuocare & in alterum transferre, & expressè & tacite hoc pater facere potest.

Conclusio CCCLI.

Quando pater stipulatur pro se & suis filiis ad hoc ut filius illud obtinere possit, vel in ea re succedere: sufficit quod sit filius, & nec aliud requiritur, & hoc procedit in casu in quo pater stipulatur pro se & sub nomine sui filij: & sufficit eam qualitatem inesse, de qua inter contrahentes actum fuit. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. quando vero sub nomine heredis contracta fuit stipulatio, & tunc ad hoc ut filius succedere possit, debet esse haeres patris, & non sufficeret eum fuisse filium. l. etiam. ff. de sol. matrim. Bal. in auth. si quas. C. de sacrosanct. eccl. nu. 4. vers. in contrarium.

Conclusio CCCLII.

Secundum iuris dispositionem non est permittum omnibus infeudare & dare res in feudum: sed hoc quibusdam personis concessum est, ut per eorum nobilitatem, dignitatem vel per aliquam consuetudinem possint dare in feudum, ut in eo titulo qui feudum dare possunt, hodie tamen tam maiores quam minores & minimi valuafores possunt infeudare & dare in feudum seu retrofeudum: ut in eo titulo de natura feudi, quoniam & rustici possunt infeudare. ita Iacobus Aluarotus in titulo, de his qui feudum dare possunt. §. marchio. nu. 8. & ibi etiam Bal. & vasallus alteri vasallo suo feudum potest infeudare, ita Bald. in eodem loco.

Conclusio CCCLIII.

Prohibitio alienationis in testamento in utilitatem alicuius facta alienatio ea fieri poterit consentiente eo in cuius fauorem facta fuerat ea prohibitio, ea prohibitione non obstante. l. quoties. & ibi doct. C. de fidei. quod intelligit, ubi alienatio cum causa facta fuisset, aliis si simpliciter a testatore fuisset facta ea prohibitio esset nudum praecipuum quod non impedit alienationem. Iaf. in ea l. quoties. post glossam ibi. cum verò prohibitio facta est cum causa, tunc bene tenet, ut ibi in ea l. quoties.

Conclusio CCCLIII.

Fater in testamento fratris poterit agere querela inofficiosa testamenti conditi à suo fratre, si in eo spurius aut alius natus ex adulterio vel illegitimo coitu esset haeres institutus, cum tunc reperiatur turpis persona haeres instituta. quo casu & in odium illius datur huic fratri ea querela contra fratris testamentum, quae querela solui datur fratri vtrin-

que coniuncto contra testamentum fratris vtrinque coniuncti instituentis turpem personam. l. fratris. & l. fratres. C. de inoffic. testa. Alex. conf. 58. in 4. volumin. gloss. Benedic. in repet. capitu. Rainutius. in verbo: Rainutius. numer. 58. & haec procedunt etiam si ille filius esset solus filius naturalis: quoniam & hic dicitur turpis persona. Curt. Iunior consilio 37. & datur etiam haec querela fratri contra fratris testamentum in quo instituit eum qui habet concubinam cum sit vxoratus, nam talis dicitur infamis infamia facti tenendo concubinam. & haec querela datur contra heredem infamem infamia facti. Deci. conf. 530.

Conclusio CCCLV.

Haeres institutus si grauatus sit in testamento restituere hereditatem vni ex filiis quem ipse haeres elegerit, quāuis demum ille haeres vnum ex illis filiis heredem instituerit, ita ut eum instituendo videatur eum elegerit, poterit nihilominus ipse haeres variare & alterum heredem eligere seu instituere in alio testamento: quod procedit ubi electio ante tempus facta fuisset a testatore statutum: nam si post tempus facta fuisset electio, non potest esse variatio. l. vni ex familia. in prin. & ibi Pau. de Cast. post Bar. ff. de le. ij. quod si grauatus nullum ex filiis elegerit, omnes filij testatoris admitterentur. Alexand. consil. 12. in iii. volu. poterit etiam talis grauatus plures eligere. Boer. decis. 204. num. 32.

Conclusio CCCLVI.

Alter ex coniugibus per transitum ad secunda vota non perdit ea quae obtinuit à praedefuncto coniuge ex contractu oneroso: & ex contractu societatis inter ipsos coniuges ut superueniens lucretur mediam partem: eo enim casu is qui superviuit eam mediam partem lucrabitur, & quā non perdit transendo ad secunda vota: imò suam eam partem faciet, & quam minimè tenebitur referuare filiis primi matrimonij. Bald. post gloss. in l. hac edictali. & in authentic. ex donatione. Boer. dec. 285. numer. 10. Papon tamen in suo recueil des arrestz au tiltre des nopces arresto 5. videtur ibi contrarium tenere.

Conclusio CCCLVII.

Si recedentia alicui fuerit adiudicata & pars aduersa passa fuerit eam recedentiam per triennium ut ille recedentarius vsus fuerit ea recedentia per illud triennium, non poterit demum ille recedentarius molestari ab eo contra quem lata fuit illa recedentia super eo beneficio, cuius iam obtinuit recedentiam. & ita fuisse iudicatum refert Rebuff. in tit. de pacificis possessoribus pagina 24. num. 1671. & Papon in suo recueil des arrestz au tiltre du triennal possesseur, arrest second. & dernier & proderit talis recedentia etiam contra tertium agentem ut per Papon in eo arresto: quem refert Boer. dec. 24. in prin.

Conclusio CCCLVIII.

Naturales liberi effecti legitimi per subsequens matrimonium reuocare poterunt donationem factam ab eorum patre quantumvis donationis tempore illi fuerint iam nati, nondum tamen legitimi, nam talis donatio sicuti per supervenientiam liberorum reuocatur, ita & per subsequens legitimationem ex matrimonio subsequenti per eam l. si vnquam. C. de reuoc. dona. & ita Papon refert fuisse iudicatum: in titulo des donations. arrest. 2 1. Boer. ramè de hoc dubitat deci. 149. in fin.

Conclusio CCCLIX.

Princes si conferat aliquod officium alicui minori, non propterea censetur cum eo dispensare: neque per hoc praesumitur certa scientia principis, quare tales literae contententes concessionem illius officij poterunt impugnari. Bal. in vsibus feudorum. in titulo per quos fiat inuestitura in princip.

Conclusio CCCLX.

Testis infamis infamia facti, quae infamia provenit ex accusatione propter aliquod delictum, non repellitur per hoc à testimonio ferendo. & talis infamia proveniens ex ea accusatione delicti non repellit quem ab ipso testimonio, quod procedit in causa civili, in criminali vero repellit post testis infamiam facti. Bald. in l. j. C. de summa Trinit. & Corn. consilio 91. numero 33. in j. volumi. illi tamen testis exami-

examinato in causa civili fides omnino adhibetur. Testis vero infamis infamia iuris quae inferitur per sententiam iudicis ut quia fuit condemnatus propter aliquod delictum repellitur à testimonio ferendo: & talis infamia repellit quem ut non possit esse testis: ita Bal. in titulo, an remoueri debeant testes qui pares esse desierunt, in vsibus feudorum nume. 2.

Conclusio CCCLXI.

Iuramentum in supplementum vterioris probationis ad hoc ut deferri possit: debet esse facta probatio per vnum testem qui deponat de negotio principali: alioquin nisi deponeret de ipso negotio, quamuis deponat super eo quod est remotum ab ipso principali & à natura illius negotij principalis, tale iuramentum non esset deferendum in supplementum. Bartolus in titulo de consuetudine recti feud. §. sacramentum. numero, 3. in vsibus feudo. & neque deferri potest illud iuramentum quando vterque semiplena probauit: quia vna semiplena probatio alteram tollit. Boer. decis. 95. nu. 7.

Conclusio CCCLXII.

Actio seu accusatio iniuriarum non est publicum sed priuatum crimen, & priuata accusatio & non publica. Baldus in titu. de pac. iura. firmanda §. iniurię numero, 4. in vsibus feud.

Conclusio CCCLXIII.

Feudum acquisitum per vnum ex fratribus in simul habitantibus non efficitur commune: etiam si esset acquisitum ex pecunia communi, erit quidem commune quo ad fructus durante communionem: expensa tamen facta in acquirendo ex re communi debet pro parte restitui & pro rata competenti: ita Iacobus Aluarotus in titulo de fratribus de nouo beneficio inuestitis. §. si duo fratres. in princip. in vsibus feud. & ad hoc ut feudum ab vno ex fratribus acquisitum dicatur & sit commune, tria requiruntur: primum, quod in simul illi frates habitant: secundum, quod sit acquisitum ex bonis communibus & communi nomine. tertium, quod dominus qui inuestiuit hoc sciat, aliis non efficeretur commune. Aluarotus in eodem loco, nu. 2.

Conclusio CCCLXIII.

Testis qui extra iudicium dixerit se nihil scire super eo, super quo interrogandus est: si postea in iudicio tanquam sciens deposuerit, valebit eius depositio & eius declaratio. Bald. in §. j. in tit. quid sit inuestitura. in vsibus feudorum. ex quo inferitur quod ipse testis non incidit in falsum, quamuis primo ipsam veritatem celauerit extra iudicium, dum tamē ille testis nondum iurasset, alioquin si cum iuramento vni extra iudicium affirmauerit non posset demum cum iuramento contrarium in iudicio affirmare, quia in falsum ille incidit. l. Lucius. & quae ibi notantur. ff. de his qui notantur in infamia. & Iaco. Aluarotus in tit. de notis feud. §. notandum. nu. 2. in vsibus feud.

Conclusio CCCLXV.

Pater quantumvis ad secunda vota transferat, & si habeat liberos ex primo matrimonio, non propterea desinit esse administrator bonorum filiorum suorum ex primo matrimonio. l. generaliter. C. de sec. nup. licet mulier couolado ad secunda vota priuari debeat tutela. ita Ang. in §. qa vero. in auth. de non eligen. fecun. nuben. sed & neque pater perdit vsufructum bonorum aduictiorum filiorum suorum ex primo matrimonio quamuis filius vnus moriatur. gloss. 2. & ibi Bald. C. de bonis mater.

Conclusio CCCLXVI.

Posthumus qui praeteritus est in testamento patris & demum viuo patre restante posthumus ipse mortuus fuerit, non rumpit testamentum, & sustinebitur illud testamentum & conualecet de iure pratorio: licet de iure civili nullum posset dici: quia natiuitate posthumus rumpit testamentum, si in eo nulla fuerit facta mentio de ipso posthumo. quod procedit si filius natus post patris testamentum viueret: sed ubi filius natus moritur viuo patre testamentum illud sustinetur. gl. in l. posthumus. ff. de iniust. rupto. & Gul. Bened. in repetitione ca. Rainutius. in verbo in eodem testamento, in prin. nu. 226.

Conclusio CCCLXVII.

Legata relicta in testamento quod est nullum, propter filij praeteritionem, quando scilicet filius praeteritus est à

patre debentur, & sola haereditas institutio irritatur. authen. ex causa. C. de liber. praeter. quod si filius à patre ignoranter fuerit praeteritus: tunc legata non deberentur, & in totum corrumpit illud testamentum. & hanc conclusionem vt communè ponit Guliel. Bened. in verbo, in eodem testamento. j. numero 23. 233. & 234. in repet. capitu. Rainutius. & eam opinionem, quae est Barto. vt magis equiorem & approbatam tenet Iaf. in ea auth. ex causa. nu. 4. & ibi inquit in iudicando non esse ab ea recedendum. nisi essent legata necessaria facta pro male ablatis, vel nisi alter filius esset ignoranter praeteritus, & alter institutus. nam tunc legata deberentur. vt ibi per Iafon. in ea authen. ex causa. nu. 6.

Conclusio CCCLXVIII.

Fideicommissum vniuersale conferatur per authenticam, ex causa, C. de liberis praeteri. sicuti & cetera legata conferuntur relicta in testamento in quo filius est scienter praeteritus, tunc enim eo testamento nullo declarato ob filij praeteritionem filius praeteritus eam hereditatem accipiet, & demum eam reddet fideicommissario cui per testamentum illud erat ea hereditas restituenda. & hoc secundum communem opinionem quam eam asserit esse Iafon. in ea authen. ex causa. nume. 6. & Bene. in verbo, in eodem testamento j. numero 237. in repe. c. Rainutius.

Conclusio CCCLXIX.

Clausula codicillaris semper operatur effectum vt habeat vim fideicommissi vniuersalis quoquo modo fideicommissum irritetur siue ratione omissionis solennitatis siue exhæredatione vel praeteritione: ita vt venientes ab intestato teneantur restituere. Iaf. in authen. ex causa. nu. 23. C. de lib. prate.

Conclusio CCCLXX.

Citatio facta ad certum diem vel ad certam horam, si ille actus fieret alia hora vel alio modo quam fuit deductus in citatione, non valebit ea citatio, nec ille actus aliter factus tenebit. l. aut qui aliter. in prin. & ibi Bar. ff. quod vi aut clam. Corn. consil. 65. in j. vol. nu. 3. nisi iudex eam sessionem in aliam horam continuasset: vt ibi per Corneum.

Conclusio CCCLXXI.

Pupillus habet priuilegium personale praelationis in bonis sui tutoris, protutoris, curatoris & gestoris negotiorum, & hoc aduersus tutorem, protutorem, curatorem & negotiorum gestorem. ratione cuius priuilegij praefertur pupillus alijs creditoribus ipsius tutoris, protutoris aut curatoris. per l. dabimus. gl. si negotiorum. ff. de priui. creditor. & hoc priuilegium ipsi pupillis competit & non eorum haeredibus. d. l. dabimus. Contra autem alias personas quae non obligantur ratione alicuius administrationis non habent pupilli tale priuilegium. Corn. consil. 67. in j. vol.

Conclusio CCCLXXII.

Maior & minor quis non praesumitur: quare illi qui se fundat in etate alicuius incumbit onus probandi eam etatem. l. si minorem. C. de in inte. resti. mino. Corn. consil. 68. nu. 13. j. volu. si quis tamen tutorem vel curatorem habuerit praesumendum erit eum minorem esse. Corn. consil. 98. nu. 2. in prin.

Conclusio CCCLXXIII.

Mater filio suo mortuo ab intestato succedit & concurrens vnā cum fratribus & sororibus vtrinque coniunctis ipsi defuncto. authen. defuncto. C. ad tertu. excludit tamen ipsa mater fratres aut sorores defuncti, ex altero latere solum coniunctos. Corneus consil. 75. in j. vol.

Conclusio CCCLXXIII.

Mora licet purgari possit ante litem cotestata. l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig. tamen ubi contractus est iuratus, non poterit mora purgari. l. si quis maior. C. de tran. item & non potest mora purgari ubi quis venit contra factum, & illud tractat aliter quam actum est. eo enim casu mora purgatio est: cum facta pro infectis haberi non possint. Corn. consil. 101. nu. 6. j. vol.

Conclusio CCCLXXV.

Actus gestus contra tenorem alicuius prouisionis iurate tenet, licet contra faciens sit periurus, & ideo si quis iurauerit aliquid non facere, & demum illud fecerit tenebit. Commu. opi. To. 4. L. I. L.

quidem actus & factum illud, non obstante eo iuramento, contra faciens autem est periuus. Pan. in c. dilecti. de probat. vbi approbat hanc opinionem. & Corneus consil. 102. j. vol. num. 11.

Conclusio CCCLXXVI.

Obligatus ad aliquid dandum vel faciendum, sub poena tenebitur probare se impleuisse id ad quod tenebatur: & creditor minimè tenetur probare negatiuum licet videatur esse fundamentum suae intentionis. doct. in l. ij. C. de iure emph. & haec est communis sententia & opinio indubitata teste Corn. consil. 113. numer. 8. & consil. 110. in j. vol.

Conclusio CCCLXXVII.

Contractus innominatus reuocari potest propter non obseruantiam pactorum, & contra non obseruantem agi potest conditione ob causam ad resolutionem & contractus. l. fin. ff. de condi. ob causam. Contractus vero nominatus propter non obseruantiam pactorum non rescinditur, sed agi potest contra non obseruantem pacta ad eorum pactorum & contractus obseruationem. Cor. consil. 208. num. 2. j. vol. seu ad interesse vel ad poenam: nisi in casu l. cum te. C. de pac. inter empt. & vendi. vbi est casus specialis quod contractus nominatus rescindi potest propter non obseruantiam pactorum: & cum ibi sit casus specialis, ius commune crit in contrarium. ita Corn. consilio 121. numero 2. in j. volumin. verum licet contractus nominatus non retractetur propter non obseruantiam pactorum & contractus, hoc procedit quod ad actionem consequendam, ad repetendum data. d. l. final. secus autem quo ad exceptionem opponendam contra non obseruantem agentem tamen ex eo contractu quem non obseruat: contra quem exceptio bene potest opponi. Corneus loco quo supra. nu. 18.

Conclusio CCCLXXVIII.

Si mulier dotem alicui mulieri constituerit videtur eam animo donandi constituisse ipsi mulieri & non animo repetendi: nisi stipulata esset eam dotem sibi reddi. l. vni. §. accedit. C. de rei vxo. actio. Cor. consil. 124. nume. 2. vol. j. & ille dicitur extraneus qui non habet filiam vel filias in potestate. d. §. accedit. & ibi Bald.

Conclusio CCCLXXIX.

Domini in antiquis per famam probari poterit, ita vt agentis intentio virtute dominij de praesenti sit fundata ex probatione antiqui dominij probati per famam. & hac communem opinionem seruari asserit Dec. consilio 428. & Boer. decif. 42. nu. 32.

Conclusio CCCLXXX.

Testes licet se non allegent contestes, non ex hoc censeri debent singulares, quia de iure non probatur: & sapè contingit quod vnus testis recordetur & notitiam habeat de facto, de quo probando agitur: & tamen non recordabitur de testibus qui tunc erant praesentes, quia fortè eos non nouerat, vel eos non vidit, vel de illis non recordatur, & propterea iniquum esset quod propter hoc quod non se allegat contestes, repellentur vt singulares. ita Corn. consil. 134. num. 3. in j. volumi. & in dubio testes praesumuntur cōtestes nisi appareat quod sint singulares ratione loci vel temporis. Innoc. in c. qualiter. 2. de accus. & Alex. consil. 4. num. 8. in 6. volu.

Conclusio CCCLXXXI.

Fama quae semper est coniuncta cum communi opinione non plenè probat, sed solum semiplenè secundum quod dam: & secundum alios, non probat, sed adiuvat alias probationes l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. Corn. consil. 151. numer. 11. j. vol.

Conclusio CCCLXXXII.

Socius si rem emerit communi nomine & pretium solue rit, censetur illud de suo soluisse: ita vt soluens poterit deum partem pretij à suo socio repetere. l. ij. & ibi Bar. & Bal. C. pro socio. & ibi inquit hoc bene notandum esse. Cor. cōf. 277. j. vol. semper enim praesumendum est quem negotiari cum propria pecunia, si non aliud appareat. per l. & magis. ff. de solu. Dec. consil. 21. nu. 10.

Conclusio CCCLXXXIII.

Remedium l. ij. C. de rescind. vendi. non habet locum in transactione: vt deceptus ultra dimidium possit vti eo remedio, quod remedium cessat in eo contractu transactionis, & ita iudicatum fuisse refert Rebuff. in consil. regias. in tit. de resciss. contract. art. vnic. num. 18. & 19. & iuxta eam iudicari inquit.

Conclusio CCCLXXXIII.

In sententia, si fiat mētio seu summaria recitatio actorum, talis summaria recitatio ita facta partibus praesentibus & non contradicentibus probat ea acta sic interuenisse saltem donec probetur contrarium. Rebuff. in titulo de praecōnis & licita. articu. vlti. gloss. vlti. numer. 25. quod si esset facta ea summaria actorum recitatio in absentia partis, non probaret, nisi lata esset ex antiquo, & esset sententia antiqua: quia tunc praesumeretur ea acta interuenisse. Bald. in Lemancipatione. C. de fide instrumen. Dec. consil. 538. nume. 6. & Corn. consil. 125. in 2. volu.

Conclusio CCCLXXXV.

Ascendentes eiusdem gradus nulla habita distinctione lineae vel sexus, succedunt aequaliter descendenti nullam habita distinctione vnde bona prouenerint siue ex parte patris aut matris. itaque auus paternus & maternus admittitur pariter ad bona nepotis mortui ab intestato vnde cūque ea bona prouenerint, siue à patre siue à matre. & hoc ex generalitate authenticae defuncto. C. ad Tertul. contra Bartoli opinionem in l. quod scitis. C. de bonis quae liberis. vbi tenet auum paternum nepoti mortuo ab intestato & sine liberis succedere in bona quae à patre prouenerant ad ipsum nepotem: & auum maternum nepoti mortuo succedere ad bona quae à matre ad ipsum nepotem prouenerant. Cuius Bartoli opinio reprobata, dicendum est in distinctione ascendentes qui reperiuntur proximiores succedere descendenti nullam habita distinctione vnde bona prouenerint. Corneus consilio 94. numero 11. & consilio 286. numero 7. in j. volumi. vbi ex multorum sententia tenet ascendentes eiusdem gradus nulla habita distinctione, vnde bona ad ipsos descendentes prouenerint succedere ipsis descendenti. sequitur Guliel. Benedic. in repeti. capitul. Rainutius. in verbo, & vxorem. numero 637. licet laso. in l. post dotem. ff. solut. matrimon. numer. 10. Bartoli opinionem tenuerit: Corneus tamen & aliorum opinio est verior, ex textu & generalitate illius authenticae defuncto. C. ad Tertul. & idem Corn. consil. 7. in 3. volu.

Conclusio CCCLXXXVI.

Fratres consanguinei praeseruntur vterinis in bonis quae à patre ipsi fratri prouenerant. vterini vero fratres praeseruntur consanguineis in bonis quae à matre ad ipsos filios prouenerant. per l. de emancipatis. C. de legi. haered. & per l. quod scitis. C. de bonis quae liberis. Corne. consil. 94. nume. 10. & consil. 286. in j. volu. Boer. dec. 185. numer. 3. quae distinctio bene seruatur in fratribus vterinis & consanguineis: licet in alijs non seruetur talis distinctio: puta cum auus paternus & maternus succedunt alicui eorum nepoti, qui nulla habita distinctione succedunt aequaliter: ita Corn. consil. 286. num. 8. vsque ad finem.

Conclusio CCCLXXXVII.

Aurum de palliola licitum est vnicuique perquirere in ripa fluminis & neque per hoc tenetur ille perquirens aliquid dare principi, dum riuus illud aurum portet in montem propinquorum, vt ibi cudatur, non licet tamen illud extra deportare. ita Do. Franciscus Marc. decif. 583. in secunda parte.

Conclusio CCCLXXXVIII.

Pater filio suo pupillo potest substituere pupillariter per iura vulgata, talis tamen substitutus si fuerit grauatus restituitur alteri quod habuit à pupillo, non detrahet legitimam nec Trebellianicam de portione quae ad ipsum impuberem spectabat. Bald. in l. ex tribus. C. de inoffic. testamento. & in l. cum virum. numer. 18. C. de fidei. Corn. consil. 291. numero 11. & 12. in j. volumi. & Soci. consil. 144. in j. vol. & Cor. consil. 49. in 4. vol. nu. 7. & 8.

Conclusio CCCLXXXIX.

Debitum contractum ex contractu vel quasi censetur esse contractum ex causa voluntaria & ex causa necessaria vt vero debitum contractum à lege, non facto seu voluntate praesumptum debitoris dicitur esse debitum ex causa necessaria. Cor. consil. 292. nu. 5. in j. vol.

Conclusio CCCXC.

Tria requiruntur ad probandum consuetudinem, nempe actus frequentia, tacitus populi consensus, & temporis immemorialitas: quemadmodum in l. ij. C. quae sit longa consuetudo. Corn. consil. 293. nu. 22. in j. volu.

Conclusio CCCXCI.

Compendiosa substitutio facta filio impuberi in se continet vulgarem expressam verbis generalibus: & pupillarem etiam expressam verbis generalibus, & ideo si filius impubes moriatur viuo testatore siue post mortem parificator conditio compendiose substitutionis quo casu militabit vulgaris: in vim cuius substitutus admittetur ad patris testatis hereditatem. vt plenè liquet per Corneum consil. 297. n. 9. 10. & 11. j. vol. & sic testamentum illud accipiet vires ab illa vulgari substitutione quae dicitur expressa verbis generalibus: quod si esset omnino tacita vt est illa vulgaris quae est comprehensa sub pupillari, & filius in pupillari etate moreretur viuo patre tunc substitutus pupillaris non posset succedere, quia testamentum non posset sumere vires à tacita vulgari, vt plenius per Corneum in eodem consilio.

Conclusio CCCXCII.

Testamentum valet de quo testes deponentes conueniunt in substantia licet aliqui adiciant plura verba & alij testes adiciant pauciora, qui per hoc non dicuntur singulares cum in effectu & in fine conueniant. l. qui sententia. C. de poenis. quinimò si omnes testes proferrent eundem sermonem & eadem verba, & neque plus vel minus adicerent, redderentur suspecti. l. 3. §. vlt. ff. de test. Cor. consil. 298. vol. j.

Conclusio CCCXCIII.

Non solū heres sed & legatarius poterit petere vt testamentum publicetur, & petere vt testes auditi in eo testamento examinentur, & illud demū publicari super eo legato. Bal. in l. publicati. C. de testa. & idem in fideicommissario vniuersali qui alias suum fideicommissum non posset consequi nisi adeatur haereditas. Corn. consil. 298. nu. 7. & 8. in j. vol.

Conclusio CCCXCIII.

Haereditas rogatus haereditatem restituere compelli potest à fideicommissario, quod caueat de restituenda hereditate casu restitutionis adueniente. l. cum Archimedorum. C. vt in posses. lega. & per totū titulum vt legatorum seu fideicommissorum nomine caueatur. nisi essent filij primi gradus qui non tenentur cauere. per l. iubemus. C. ad Trebe. item & haeres grauatus potest cogi vt faciat inuentarium ex quo tenetur rationem reddere. l. cum tale. §. Titius. ff. de condi. & demon. & sufficit illud facere ad instar tutoris, & neque requiritur ea solemnitas de qua in l. fin. §. fin. autem. C. de iure deliber. sed sufficit descriptionem facere. ita Corne. in consil. 303. nu. 22. j. vol.

Conclusio CCCXCV.

Codicilli ante & post testamentum fieri possunt. l. si quis nullum. §. si ff. de iure codici. & fieri etiam possunt nullo condito testamento. d. l. si quis. in princ. & l. conficiuntur. ff. eodem. & in quibus codicillis licet nequeat dari vel adimmi hereditas. l. 2. C. de codicil. tamen possunt adimmi iure legati vel fideicommissi non solum res singulares sed etiam ipsa haereditas per l. Scenola. ff. ad Trebe. Corn. consil. 305. in princ. in j. vol. & facta institutio in codicillis resoluitur in fideicommissum. Cor. consil. 324. nu. 5. vol. j.

Conclusio CCCXCVI.

Factum quod fit ab aliquo, & quod potest se habere ad causam necessariam & voluntariam, in dubio ascribetur factum illud causae necessariae. argu. l. rem legatam. ff. de adi. leg. & Cor. consil. 316. nu. 30. vol. j.

Conclusio CCCXCVII.

Vbi debitor aliquod legat suo creditori, non censetur illud legatum factum animo cōpensandi nisi aliter hoc probabitur per l. creditorem. ff. de leg. 2. & l. si non compensandi. C. de heredi. insti. Corn. consil. 316. nu. 29. vol. j. & ideo si debitor in decem, leget suo creditori centum, consequetur & decem debita & centum legata. Socinus consilio 18. in 4. volumine.

Conclusio CCCXCVIII.

Statutum prohibens mulierem testari vel contrahere sine consanguineorum cōsensu vel sine eorum praesentia, debet intelligi in mulieribus quae habent consanguineos qui possunt adesse & consensum praestare. Bart. in l. j. C. de vir & vxor. quod si non essent praesentes in loco vbi actus celebratur, adeo quod non possunt de facili haberi, vel si alii sunt inhabiles: poterit mulier tunc contrahere & testari, & talis contractus seu testamentum ita factum sine praesentia consanguineorum qui sunt absentes vel inhabiles sustinebitur. ita Corn. consil. 316. nu. 32. in j. volu. quod si quis demum istum contractum impugnet, debet ille impugnans articulare & probare, quod mulier eo tempore quo

contraxit aut testata est, habebat in eo loco cōsanguineos, qui enim actum impugnat debet probare ea quae sunt causa impugnationis. ita Corn. eodem loco, nu. 34.

Conclusio CCCXCIX.

Vra quae volunt collationem fieri debere, locum habent in collatione dotis & aliarum donationum inter viuos & in his locum habet ea collatio. authen. ex testamento. C. de collationibus. & non locum habet collatio in partibus inaequalibus, in quibus haeredes sunt instituti diuersimodè, quia portiones inaequales in quibus haeredes sunt instituti diuersimodè non veniunt in collationem, in quibus portiones inaequales cessat collatio. Decius. consil. 58.

Conclusio CCCC.

Probatio non dicitur plena quando vnus testis deponit de vero actu, cum idonea causa scientiae: & alter testis deponit de partis confessione facta ab aduersario parte praesente super eadem re: tales enim depositiones non plenè probant, cum tales testes censentur esse singulares. Bal. in l. si ex cautione. C. de non numer. pecu. Corn. consil. 341. in fin. in j. vol.

Conclusio CCCCII.

Poenā ab aliquo peti non potest nisi prius constet quod ille qui ad poenam vulgata agere impleuerit contractum ex sua parte eo quod impleuerit ea quae sunt contenta in eo contractu, alias quis poenam etiam couentionalem non posset petere: quia nitens ex aliquo contractu debet ex sua parte imprimis contractum adimplere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Bart. in l. quero. §. inter. ff. loca. Corn. consil. 343. nu. 6. j. vol. & consil. 246. in 3. vol.

Conclusio CCCCIII.

Filia in sua dote potest haeres institui: & procedit non solū in sua dote iam constituta, sed & in dote constituenda, & hoc propter ius accrescendi. Bal. in authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. Guido Papae consil. 98. in princ. inquit ibi tamen securus esse quod vltra dotem iam constitutam aliquid sibi relinquatur.

Conclusio CCCCIII.

Si cui usufructus omnium bonorum legatus fuerit ab aliquo qui fundum ex illis bonis alteri legauerat: non habet ille usufructuarius usufructum illius fundi qui in specie alteri legatus fuerat. generi enim per speciem derogatur per regulam generi. de regulis iuris. & Decius consilio 590. num. 6.

Conclusio CCCCIII.

Bona secundi mariti sunt pro sua vxore quae illi nubuit secundo, non reddita ratione tutelae liberorum suorum primi matrimonij, tacite hypothecata pro ipsa redditiōe tutelae & pro eo quod debetur ex ratione tutelae administratae ab ipsa vidua, quae nunc est secunda vxor: & quae nunc nupit non reddita ratione, & antequam alium tutorem ordinari fecerit, & antequam soluerit quod debet ex ratione illius tutelae. l. 2. C. quando mulier offi. tute. fungi. & l. pe. C. in quibus causis. & haec locum habent si mater verè vtrix administrauerit: nam si de facto tutelam gesserit, cessabit dispositio earum legum, & bona mariti secundi non erunt tacite hypothecata pro ipsa muliere quae de facto tutelam gessit. dispositio enim quae de tutore loquitur, non se extendit, & neque locum habet in eo nec contra eum qui de facto administrauerit se gerendo pro tutore. Decius consil. 591.

Conclusio CCCCIV.

Iuramentum in odium violenti datur contra eum qui deliquit in casu. l. si quando. C. vnde vi. sed non datur contra tertium qui conuenitur ex delicto alterius. Bart. in d. l. si quādo. talis enim probatio per iuramentum in odium violenti est priuilegiata, & sic restringi debet vt solum locum habeat contra violentum. Dec. consil. 591. in fin. & laso in ea. l. si quando.

Conclusio CCCCVI.

Si res alicuius in solutum data fuerit, cum autoritate iudicis, non poterit illa datio in solutum reuocari: etiam si debitor pretium obtulerit. Alexan. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. quamuis Bart. ibi contrarium voluerit, debito rem scilicet audiendum esse: si infra biennium debitum obtulerit creditori. per l. fin. C. de iure dominij impetran. quia ea lex final. procedit in pignore conuentionali, & non in pignore praetorio: quod pignus praetorium femel alicui adiudicatum non reuocatur per oblationem pretij Commu. opi. To. 4. LIII. 2

& hæc est communis opinio contra Bart. vt per Deciu conf. 592. & habet etiam illa datio in solutum vim secundi decreti: quod nõ reuocatur nec reuocari potest: cum habeat vim sententiæ diffinitiuę vt ibi per Decium.

Conclusio CCCCVII.

Hæc verba, instituo Titium hæredem, & si moriatur sine hærede substituo talem, referuntur ad filios hæredis & ita restituntur ac, si testator dixisset si moriatur sine liberis talem substituo per lex factio. §. lina. ff. ad Trebel. & Franciscus Curtius Senior. conf. 44. num. 5. & Alex. conf. 10. nu. 9. in 3. volumi. aliàs si ea verba, si moriatur sine hærede, deberent se referre ad omnem hæredem: nusquã esset locus substitutiõni. Bart. in l. fin. & Decius conf. 544. nomen enim hæredis appositum in substitutione non comprehendit alios quam descendentes. in contra. hęc autem & in legibus comprehendit omnem directõ succedentem. Bald. in titulo de natura successiois feudi. & Alex. conf. 44. in 6. volu.

Conclusio CCCCVIII.

Substitutio duobus facta per nomina collectiua non habet locum, nisi cõditio impleta fuerit in persona vtriusq; l. penult. C. de impu. & ideo oportet vtrumque ex institutis mortuum esse ad hoc vt substitutus admittatur. idem si duobus copulatiue facta fuerit, vt instituo Titium & Meuiũ heredes: & si moriatur talem substituo: nam ad hoc antequã substitutus admittatur requiritur vtrumque ex hæredibus decessisse, & cõditio debet esse adimpleta in persona vtriusque. per d. l. penult. Decius conf. 194. Alex. conf. 11. in 3. volu. & hoc quando adest persona quæ ex præsumpta mente defuncti excludit substitutum, aliàs non. Alex. confilio 157. in 5. volumin.

Conclusio CCCCIX.

Confanguinitas probatur per testes deponentes de auditu dici. & hoc est speciale in probanda confanguinitate: & in probatione illius confanguinitatis admittuntur testes de auditu dici: nam cum confanguinitatis probatio sit difficilis, sufficit eam probare ex indicijs & præsumptionibus. ita Decius cõf. 595. sola autem nominatio fraternitatis vel confanguinitatis non probat confanguinitatem. l. nemo. ff. de hæredi. instit. & per testes debent probari gradus qui in facto consistunt, & ex quibus iudex possit confanguinitatem colligere. Decius conf. 524. & 531. & intellige quod testes de auditu sufficiant ad probandam confanguinitatem dummodo sint testes graues, & fide digni. aliàs non probant. Decius in illis locis. & potest etiam probari per famam publicam. Alex. conf. 181. volu. 7. & Corneus confil. 78. in 3. volu.

Conclusio CCCCX.

Imbreuiatura notarij seu nota originalis notarij prædefuncti erit efficax, dum tamen reperta sit inter alias notas illius notarij, etiam si ea reperiatur sine subscriptione & signo ipsius notarij. Cyn. in l. contractus in fi. C. de fid. instru. & ex ea nota poterit alius notarius ad hoc commissus conficere instrumentum publicum & authenticum, & cui commissus sunt rogationes notarij iam defuncti. Sali. in ea l. cõtractus. quod procedit vbi ea scriptura habet omnes proprietates instrumenti publici. Alex. confil. 14. in 6. volu. nu. 8. & 25. & ibi inquit quod satis est, quod imbreuiatura sit inter rogationes notarij, vt habeat ea verba: actum in tali loco, coram talibus testibus, & sufficit quod instrumentum sumptum ex ea imbreuiatura sit manu notarij scriptum qui sumpsit eas imbreuiaturas, licet in ea nota originali nõ requiratur aliqua subscriptio. Alex. conf. 181. volu. 7. & Boer. decif. 37. numer. 10. & Decius confil. 447.

Conclusio CCCCXI.

Mandatarius ad hoc vt tanquam talis possit aliquid agere tenetur ostendere se mandatam habere vel habuisse ad illud faciendum, aliàs ipse nomine proprio obligaretur. l. j. & ibi doct. C. credi. cuius pig. non debere. Idem in eo qui vedit vt procurator qui de mandato docere debet & neque deum esset testis legitimus si vellet dicere se ad hoc fuisse procuratorem & mandatam habuisse, quia videtur testis in sua propria causa. Alex. conf. 32. in vj. volu.

Conclusio CCCCXII.

Vbi alimenta debentur iure obligationis ex cõtractu vel testamento, si non fuerint exoluta ea alimenta peti poterunt etiam pro tempore præterito. vbi autem deberentur ea alimenta solui officio iudicis: vt sunt ea quæ a patre filio debentur: vel e contra, & tunc præterita alimenta peti nõ poterunt. l. si quis a liberis. §. si vt paratus. ff. de ali. præstan. Alex. confil. 88. num. 20. volu. 6. & Corneus confil. 183. j. vol. num.

5. & conf. 212. in 3. vol. Roma. confil. 458.

Conclusio CCCCXIII.

Filia quantumuis sine patris cõsensu nupsit, poterit ad huc iudicis officium contra patrem implorare vt ei dotem constituat, & ad quam dotandam pater compelli poterit. gl. in c. semel 32. quæstio. 2. Alexand. confilio 88. numero 3. in 6. volu.

Conclusio CCCCXIII.

Legatarius vel fideicommissarius particularis potest esse testis de contentis in testamento. §. legatarijs. de rest. insti. sed non fideicommissarius vniuersalis, qui testis esse non potest. Bald. in l. dictantibus. C. de testa. Alex. confil. 118. nu. 32. in 6. vol. & quamuis omnes testes essent legatarij non propter hoc rejicerentur. l. fin. d. l. dictantibus. vbi autem hæres ageret contra eos qui sunt successuri ab intestato, soli legatarij non haberentur pro idoneis testibus: licet aliud sit quando contra alios ageretur, ita vt in omnem euentum habituri essent legitimum: quia tunc essent testes idonei. nisi ageretur inter hæredem & legatarios, quia tunc non essent testes idonei. Pan. in cap. in super. n. 9. de test. & Ioãnes Dilectus in suo libro de arte testandi. tit. 2. num. 9.

Conclusio CCCCXV.

Vsufructuarius si res percipiat quæ vsu statim consumi possunt, vt sunt res quæ functionem in suo genere recipiant, cuiusmodi sunt pecunia, frumentum, oleum & similes res, debet cauere de illis rebus restituendis in eodem genere sicuti eas vsufructuarius recipiet, & in eadem qualitate: vel pretium earum rerum, si istæ res ætimate date fuerint. l. si olei. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu. Alex. conf. 120. in 6. vol. & idem censendum erit de rebus quæ ipso vsu consumuntur. d. l. si olei. vt sunt res tenues quæ ipso tempore consumuntur. §. constituitur. de vsu & hab. insti. Soci. conf. 9. in fine in 4. volu. Idem enim censendum est de rebus quæ vsu ipso & tempore minuuntur quod ad formale cautionem. Socin. confil. 9. in 4. volum. Alex. conf. 120. in 6. volum. & est in potestate ipsius vsufructuarij cauere de restituendo res similes in eadem quantitate, qualitate vel in earum estimatione. Alex. eodem loco. vsufructuarius autem qui percipit res immobiles aut res mobiles pretiosas, quæ vsu ipso non facile consumuntur, tenetur cauere de illis rebus vtendo arbitrio boni viri. Soci. eo loco. per l. si vaforum. ff. de vsufruct. quem ad. cauat. Steph. Ber. conf. 57. in j. vol. Alex. conf. 58. in 3. vol. & talis cautio a testatore remitti non potest: vt per Alex. ibi. & plenè Angel. in d. §. constituitur.

Conclusio CCCCXVI.

Procurator quantumuis generalis & habens mandatam generale non potest tamen interuenire in casibus in quibus requiritur mandatam speciale. glof. in l. si quis mihi bona. in verbo: specialiter. ff. de acquir. hæred. Alex. conf. 133. nu. 2. vol. 6. procurator autem generalis cum libera bene potest interuenire in actibus in quibus requiritur mandatam speciale. Domi. de Sancto Geminiano in c. qui ad agendum. §. procurator. de procura. in 6. Bal. in l. & nocere. ff. de pact. & in l. illud. §. in fin. de minor. in quibus locis ita concluditur, quod in casibus in quibus requiritur speciale mandatam, sufficit mandatam generale cum libera.

Conclusio CCCCXVII.

Quis potest ratificare actum nomine suo gestum, in quo requiritur speciale mandatam: quoniam ratificatio potest locum habere in actibus in quibus requiritur mandatam speciale. l. fin. l. si quis mihi. §. iussum. nu. 36. ff. de acquir. hæred. Alex. confil. 133. num. 8. volumine 6. vbi autem præcedit mandatam, ratificatio non est necessaria. Cor. cõf. 190. j. vol. & potest fieri ratificatio etiam absente parte. Bart. in l. Pomponius. ff. de neg. gest. Alex. conf. 136. volu. 6. & potest quis ratificare gesta per falsum procuratorem etiam inuito aduersario. Steph. Ber. conf. 189. par. 2.

Conclusio CCCCXVIII.

Testis si dicat se confanguineum talis cum a iudice interrogatur non faciet femiplenam probationem, & nõ dicitur omni exceptione maior. Bart. in l. admonendi. ff. de iur. iur. Alex. cõf. 180. n. 5. vol. 6. propterea iudex propter talem declarationem sibi factam ab eo teste non debet deferre iuramentum in supplementum illi, qui ita probauit per eum testem sibi confanguineum. Alex. loco quo supra.

Conclusio CCCCXIX.

Mulier propter adulterium perdit dotem, etiã maritus eam agat ciuiliiter ad dotis perditionem, & neque requiritur accusatio de adulterio. l. cum mulier. ff. sol. matr. l. si.

cum ibi notatis. de adul. & hanc opinionem cõmunem esse asserit Alexand. & in iudicando ab ea non esse recedendum. confil. 189. nu. 8. in 6. volu. quare iura quæ volunt maritum lucrari dotem propter mulieris adulterium procedunt etiã vbi maritus ageret ciuiliiter dummodo ea mulier adulterij fuerit conuicta. Alex. vbi supra.

Conclusio CCCCXX.

Procurator constitutus ad fideiubendum potest renunciare beneficio ordinis cedendarum actionum & beneficio ordinis: & hoc, quia ita fieri assuetum est, & in generali mandato venit id quod est de consuetudine. l. si prius. §. placuit. vbi Bart. ff. de aqua plu. arcen. & Pan. in cap. j. vt lite non contest. & Ioannes Nicolaus in l. generaliter. numer. 67. de secund. nupt.

Conclusio CCCCXXI.

Interesse per coniecturas probari potest & iudex ex illis cõiecturis poterit taxare ipsum interesse. Bart. in l. non ignorat. C. de fructi. & liti. expensis. Alex. conf. 189. num. 11. vol. 6. & hoc quando directõ probari non possit: quia tunc per cõiecturas & præsumptiones probari possit, & iudex ex suo officio potest illud interesse estimare. Ang. in §. non solum. insti. de verbor. oblig. & Rebus. in repe. l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo quod interest. in verbo: subtilitatem. numer. 16. & 79.

Conclusio CCCCXXII.

Falsi suspicione non caret qui adfert vel præsentat literas falsas: & quantumuis non aliter constet eum portantem istas falsas literas, non aliter falsum commississe poterit nihilominus ille capi & detineri, cum sit cõtra cum iuris præsumptio. ca. in memoria, in d. cap. super eo. de crim. fal. & qui vti vti falso rescripto, intantum est de falso suspectus quod scilicet falsum illud commiserit, vt puniri possit nisi doceat de suo auctore & purget suam innocentiam. l. iubemus. C. de probatio. Alex. confil. 205. volu. 6. & si alleget se illud rescriptum falsum ab alio recepisse & non probet: credendum erit illud rescriptum fabricasse falsum & tanquam falsarius puniri poterit. l. maior. & ibi Sal. C. ad l. Cor. de fal. quod si pbat se ab alio falsum rescriptura recepisse, adhuc puniendus erit tanquam vtens scienter falso rescripto, nisi ille ab vsu falsi desistat. Sal. in d. l. maiorem. C. ad leg. Corn. de falsis. idem dicendum est & contra eum qui producit scripturam falsam in loco suspecto: nam contra eum est suspicio falsi. Decius confil. 175.

Conclusio CCCCXXIII.

Attemptata reuocatio in causa appella. fieri poterit etiã secuta victoria in ipsa causa appell. l. chirographis. §. adeo. ff. de administ. tut. & ibi Bart. & reuocari debent omnia facta tam per eum qui appellauit si ipse succumbat quã facta per iudicem post appellationem, si illius sententia irritetur, & facta pendente appellatione reuocantur in pristinum statum per officium iudicis appellationis. vt per Bart. in eo loco.

Conclusio CCCCXXIII.

Si statuto caueatur quod mulier non possit contrahere sine cõsensu suorum propinquorum, & illa mulier nullos propinquos habeat, poterit tunc liberè contrahere. Bal. in l. in coniunctione. C. de nupt. Alex. conf. 206. in 6. volu.

Conclusio CCCCXXV.

Fideicommissum non censetur remissum per diuisionem factam inter aliquos virtute compromissi & arbitramenti quæ quidem diuisio non inducit fideicommissi reciproci remissionem. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat. l. cum pater. §. hæreditatem 2. ff. de lega. ij. & hanc opinionem communem esse asserit Alex. conf. 208. nu. 4. vol. 6. & hoc quando illa diuisio est simplex, & hoc etiam procedit vbi in ipsa diuisione seu compromisso esset generaliter prouisum à diuidentibus se nihil contra diuisionem facturos, nam adhuc nõ dicitur discessum à tali fideicommissio & neque per hoc induceretur remissio illius fideicommissi vt per Bart. in §. duo fratres. & Alex. in eo. conf. quod si in tali diuisione facta per partes adiectæ fuissent clauis latissime: vt si dictum fuisset stabitur diuisioni & super reb. dubijs nihil petet alter ab altero in perpetuum aliqua ratione vel alio iure vel de facto, si diuidentes essent certiores futuri fideicommissi illud tunc videretur remissum, aliàs non: & in dubio ignorantia præsumitur. l. veritas. ff. de prob. Ale. loco quo supra. & Boer. decif. 243. tit. 10. nequæ enim videtur transactum super futuro iure, nisi de iure futuro in ipsa transactione specialis fieret mentio. Boer. ibi nu. 11. & Dec. cõf. 495.

Conclusio CCCCXXVI.

Filia quæ nupsit indigno vel sine consensu sui patris non meretur tantam dotem sicuti si digno nupsisset, & quamuis pater posset cogi dotare filiam. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. tamen hoc casu pater non cogeretur ad tantam dotem & tam amplam constituendam. glof. & ibi Archi. in c. de raptoribus 36. qõ. 1. non quod ea filia sit propterea exheredanda nec priuanda dote, sed solum poterit diminui & constitui secundum viri qualitatem. l. siue generalis. ff. de iure dotium. Alex. conf. 209. in 6. volu.

Conclusio CCCCXXVII.

Licet bona pupillorum non possint sine decreto alienari & absque obseruatione solemnitate de quib' in l. magis puto. §. nec passim. ff. de rebus eorum. tamẽ si testator mã dans bona sua vendi: dando potestatem ea bona alienandi: poterunt tunc ea bona alienari & vendi sine decreto etiam si testator adultus fuerit & pupillos habuerit. l. j. & l. prædicti. C. quando decreto opus non sit. Bald. in l. j. in princ. ff. de bonis damnata. Alex. conf. 255. in 6. volu. patris enim authoritatis facere potest rem pupilli alienabilem vt per Bald. in eo loco.

Conclusio CCCCXXVIII.

Intitoris confessio probat contra dominum. l. si. ff. de insti. action. & creditoris confessio de recepto probat verã numerationem sibi fuisse factam, ita vt si ille creditor confiteatur summam debitam habuisse à fideiussore, talis confessio fideiussori proderit vt ille fideiussor contra debitorem agere possit. ita Dec. conf. 493. nu. 5. & 6.

Conclusio CCCCXXIX.

Testis vnus si deponat de certo actu celebrato certo die & certo loco, & alter testis deponat de illo actu non tamen quod præcisè deponat de eodem die vel loco, de quo fortasse non recordatur: tamen tales testes dicuntur concordare & cõuenire de tali actu. satis est enim quod taliter in genere deponant ita vt concordari possint cum illo teste deponente de certo loco vel tempore. Alex. conf. 236. nu. 3. volu. 6. nisi probatio illius diei esset de substantia l. optimam. C. de contr. stipu. cap. ex tenore. de testibus. Alex. eodem loco. & conf. 171. in 7. volu.

Conclusio CCCCXXX.

Libro alicuius creditoris in quo continetur debiti facta solutio per debitorem suũ, statur, & tali libro creditoris & illi datur plena fides contra ipsum creditorem. l. quædam. §. nummularios. cum glo. magna. ff. de edendo. Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona. Alex. conf. 245. in 6. volu. & sic si in eo libro mercatoris aliquid reperitur scriptum contra eum erit scãdam tali libro quamuis ille mercator neget scriptum suam manu vel sua voluntate, & contra eum tali libro erit standum: satis est enim quod in libro quem tenebat ipse mercator, ita scriptum reperitur & per consequens sua voluntate præsumitur scriptum, dum tamen probetur eum esse librum: nisi ille mercator aliter probaret. Bald. in rubr. de fide instru. verf. sed hic quæro. & Alex. vbi supra.

Conclusio CCCCXXXI.

Confessio ab vno ex cohæredibus facta alteri non nocet, neque nocebit alijs cohæredibus. l. j. & 2. C. quibus res iudi. non nocet, licet confessio vnus ex pluribus reis debendi facta alijs noceat, quando plures sunt obligati in solidum: sed si essent obligati pro hæreditarijs portionibus, confessio per vnum facta alteri non noceret. Alex. confilio 176. in 6. volumin.

Conclusio CCCCXXXII.

Tutor nomine pupilli & pro pupillo vel de rebus pupilli potest compromittere vbi per statutum vel ex forma legis municipalis cautum esset quod causa pupillorum compromitteretur. eo enim casu tutor poterit compromittere. Alex. conf. 254. in 6. volu. Confessio autem voluntaria tutoris non probat contra tutorem: confessiones enim administratorum voluntarię non præiudicant minoribus vel pupillis. de Ancha. conf. 330. nu. 7.

Conclusio CCCCXXXIII.

Vbiunque particula seu, quæ est aduerbium, reperitur in aliqua dispositione reddit eam dispositionem conditionalem. l. cum vir. ff. de condi. & demonstrat. num. Bart. in l. j. ff. de condi. & demonstr. Alex. conf. 9. in 7. volu.

Conclusio CCCCXXXIII.

Reus qui conuentus fuit ad actionem rei vindicationis si post litem contestatam per eum fletur vt non possit rem petitam restituere, dicitur dolo facere, & tenetur ac si rem petitam posset restituere, prout poterat tempore litem contest. l. qui petitorio. ff. de rei vend. & ibi Bar. & Ale. pñ. 12. in 7. volu.

Commu. opi. To n. 4.

LLL 3

Conclusio CCCXXXV.

Socij debent librum rationum inter se conficere de his q̄ sunt inter eos, & de his quæ dant & accipiunt. l. quædam. in prin. ff. de eden. Bal. in rubr. de fide instr. vers. sequitur de scripturis, & tenetur ipsi socij rationem reddere de ipsis fructibus, & debet reddi ratio arbitrio boni viri. per l. Thais fororem. ff. de fidei. liber. Cur. consil. 196. in 3. vol. & quilibet socij administrans tenetur rationem reddere de administratis per actionem pro socio, quæ est actio generalis. Alex. consil. 132. in 5. vol. Bar. consil. 39. nu. 18. vol. 2. & consil. 180.

Conclusio CCCXXXVI.

Nuncijs vel procurator non possunt esse testes circa negotium illis demandatum. l. ff. de testi. dato quod com modum vel incommodum ad eum procuratorem vel nuncium non pertinet nisi tamen ille nuncijs vel procurator vtraque parte volente deponeret. Bart. in l. de ferre. ff. de iure fisci. Alex. consil. 43. nu. 2. in 7. vol. in subsidium tamen bene admitti possent etiam ad deponendum in negotio sibi demando. vt per Alex. in eod. consil.

Conclusio CCCXXXVII.

Proxenetæ non potest compelli in testem nisi vtraque parte volente: tamen si vellet testificari pro altera parte, poterit admitti. §. penult. in authent. de testi. Alex. consil. 43. in 7. vol. nu. 3. & consil. 186. nu. 2. vol. 7. & consil. 13. nu. 17. j. volu. & ibi tenet quod repelli poterit etiam si nullum commodum sentiat, nisi producatur ex consensu vtriusque partis: tunc enim propter talem approbationem ipsarum partium possent admitti ipse proxenetæ tanquam testis legitimus. Alex. consil. 128. volu. 2. & idem in mediatore dicendum est cui soli non creditur. Dec. consil. 463.

Conclusio CCCXXXVIII.

Venditor qui rem vendidit præcedente subhaftatione poterit adhuc se læsum dicere in pretio, & minus vendidit se quam res valeat. l. cum ibi notatis, de prædijs curia. & ita communiter teneri asserit Alex. consil. 117. num. 4. vol. 7.

Conclusio CCCXXXIX.

Testis minor viginti quinque annis in criminalibus licet non possit admitti in testem ab accusatore ad probandam aliquam accusationem: tamen à reo produci poterit ad suam innocentiam probandam: & hoc casu minor in testem admitti poterit. Alex. consil. 119. nu. 6. in 7. volu.

Conclusio CCCXXL.

Creditor qui in iudicio petit aliquam summam vel simpliciter facit petitionem de aliqua summa absque tamē particula taxatiua tantum: non impeditur quin & reliquum petere possit, & aliam summam sibi debeat: quod si peteret aliquam summam sibi debitam, cum ea particula taxatiua tantum, non posset aliud petere. l. cum furti. & ibi Ias. nu. 7. ff. de in lit. iura. Bald. & Ias. in l. si quidem. C. de tranf. sed si creditor pro residuo aliquam summam peteret, tunc hoc modo petendo pro resto, vel petendo cum particula tantum, ille creditor nihil aliud posset petere, nā per hoc videtur fateri hanc ultimam esse solutionem. Ias. in d. l. si quidem.

Conclusio CCCXXLI.

Testis interrogatus de præsentia testium qui aderant tēpore actus, quosdā nominavit quos dicit fuisse præsentem in eo actu, & non nominat Titium qui iā super eo facto deposuerat, non per hoc dictum illius Titij testis deponentis rejicietur, neque etiam sequetur quin ille Titius sit cōtestis, etenim licet ille testis non nominet Titium, non tamen negat eum fuisse præsentem. Alexan. consil. 185. nu. 6. in 7. vol. possunt enim testes dici concordēs & cōtestes, & dicuntur de eodem facto deponere licet alius testis non nominet aliū in contestem. Alexan. consil. 156. num. 13. vol. 5. quod si testis dicat Titium fuisse præsentem, qui Titius demū hoc neget, testimonium illius Titij erit suspectum & inualidum. Alexā. consil. 9. in 4. volu. nu. 1.

Conclusio CCCXXLII.

Testis qui interrogatus dicit se non recordari, & demum secundo interrogatus deponit tanquam certior factus, non per hoc rejici poterit. Bald. in capi. 1. quæ sit inuectura in vrb. feudo. & Alex. consil. 191. in 5. volu. nu. 4.

Conclusio CCCXXLIII.

Venditor qui tenetur de euictione emptori non tenetur illi lite pendente contribuere ad sumptus litis super euictione: quia non est certum eos debitos esse adhuc. l. petitor. ff. de libe. lega. Bal. in l. cum testamento. C. de testamen. manu.

Conclusio CCCXLIII.

Neptis quæ summam pecuniæ pro sua dote à suo auo receperat suo patre viuente: patre suo mortuo ab intestato illam dotem à suo auo acceptam tenebitur conferre succedendo suo patri cum alijs suis fratribus si istam dotem habuerit sui patris contemplatione: quod si auus suæ neptis dotem constituerit contemplatione ipsiusmet neptis, non teneretur eam dotem conferre succedendo suo patri cum alijs suis fratribus: quod si dubium sit an sui patris an intuitu ipsius neptis dos à suo auo constituta sit, in hoc dubio teneretur conferre eam dotem: idem censendum erit si ea neptis à suo auo dotem habuerit, & si quaratur an teneatur eam imputare in sua legitima in successione sui patris, nā si eam dotem habuerit contemplatione sui patris, eam sibi in sua legitima de lata, in bonis paternis computabit: quod si intuitu ipsius neptis, non imputabit: sed suam integram dotem in bonis paternis habebit. in casu autem dubio eam dotem imputabit. Alex. consil. 3. num. 4. in 4. volum. & Decius consil. 81. num. 5.

Conclusio CCCXLV.

Emphyteuta poterit probare solutionem canonis factam fuisse etiam per testes. Bald. in l. testium. C. de testi. nu. 2. & Cor. consil. 315. volu. 4.

Conclusio CCCXLVI.

Maritus si rem dotalem vendiderit poterit demum, cum fundum dotalem vendicare, & ei datur rei vendicatio, & hoc scilicet mulieris contemplatione, & per consequens ex sua persona vt scilicet fruatur re dotali in supportatione onerum matrimonij. l. pro oneribus. C. de iure dot. Alexand. consil. 109. in 4. vol. tenebitur tamen maritus precium quod recepit reddere, & ita communiter teneri asserit Alex. in eod. consil. nu. 2. ea tamen mulier non posset agere pendente matrimonio. Bald. in l. doce ancillam. C. de rei vendic. & Alexā. eodem loco.

Conclusio CCCXLVII.

Iudex coram quo reus conuentus in actione reali opponit quod res quæ petitur non est in suo territorio: vel si reus actione personali conuentus dicat quod non est suus iudex, & quia non cōtraxit in eo loco debet ipse iudex imprimis summarie cognoscere de tali exceptione ante litem cōtracta tionem, & cognoscat de sua iurisdictione. Bart. in l. præscriptione. nu. 7. C. si contra ius. & Alex. consil. 1. in 5. vol.

Conclusio CCCXLVIII.

Filius id quod lucratur propterea quod alter ex suis parentibus transit ad secunda vota non sibi debet imputare in suam legitimam. Bald. in l. hac edictali. C. de secundis nupt. in si. princip. & Alexand. consil. 27. in princ. in 5. volum. quoniam id filio obuenit non ex iudicio patris aut matris, sed ex legis dispositione propter offensam ipsius illatam transendo ad secunda vota. Alex. eodem loco. vers. secundo respondetur. Item etiam filius in suam legitimam non debet imputare id quod pater eius acquisiuit ex renūciatione quæ filia sibi fecit accipiendo suam dotem ab ipso patre, qui pater si demum contraxerit secundum matrimonium, id quod acquisiuit ex renūciatione facta per filiam, acquiritur omnibus filijs primi matrimonij: & nihil ad filias primi matrimonij debet peruenire. Ita Papon in suo recueil des arrestz, in tit. des nopces. arrest. 9. & id omne filij primi matrimonij habent inter se commune. Ita Francisc. Marci decif. 85. in 2. part.

Conclusio CCCXLIX.

Abes exceptionem à soluendis tallijs vel collectis si per aliquot annos illas soluerit, præiudicat sibi soluēs, in eo quod soluit, sed non in futurum. l. ij. & ibi gl. & dd. ff. de priui. veter. l. ij. & iij. de his qui sponte publi. mu. subeunt. & ibi Sali. C. de excus. tuto. nisi ille per triginta annos soluisset. Alexan. consil. 33. num. 2. in 5. volu.

Conclusio CCCCL.

Pater si in suo testamento confiteatur etiam cū iuramento Titium penes se deposuisse aliquam summam pecuniæ, non faciet filio suo præiudicium per talem confessionem respectu suæ legitimæ in qua pater suo filio non potest præiudicare. Alex. consil. 57. nu. 2. in 5. volu.

Conclusio CCCCLI.

Procurator qui sine mandato domini causam & litem in iudicio fuit prosecutus, si demum cōstituerit eum dominum etiam absq; ratificatione gestorum non poterit postea à dño accusari quod fuerit falsus procurator: operas enim illud mandatū superueniens confirmatione superiorū quæ acta fuerunt siue ante litem contestatā siue post, Ias. in l. lul. num. 3. ff. qui satisda. cogan. Alexan. consil. 112. in 5. volum. & sic consilii

constitutio procuratoris superueniens, operatur ratificatio nem eorum quæ gesta fuere per eundem procuratorem vt ibi per Alexandrum.

Conclusio CCCCLII.

Mulier habens liberos ex primo matrimonio non potest aliquem contractum facere cum suo secundo viro per quem consequi possit ille secundus vir plus quam vnus ex filijs primi matrimonij. per l. hac edictali. C. de secund. nup. Alex. consil. 158. in 5. vol.

Conclusio CCCCLIII.

Vtrot datus in testamento & qui exoneratus fuit ab onere rationum reddendarum & cui etiam liberatio legata fuit legando illi quod possit ab eo exigere ex causa talis tutelæ poterit nihilominus ille tutor conueniri de his quæ gestit dolo malo, & in ipsa administratione omisit, & p restituentis rebus pupilli quæ apud eum esse reperientur. l. quidam decedens. & ibi Bar. ff. de adm. tut. Alex. consil. 164. in 5. vol. Istud eū legatū liberationis non impedit quo minus ipse tutor teneatur rationes reddere ratione doli & reliquorū, sed totum illud in quo apparebit eum debitorem esse remittendum erit. Decius consil. 192. & hæc locum habet in dolo, qui cōstitit in faciēdo, & in reliquis quæ apud ipsum tutorem reperuntur à quibus non videtur liberatus. Decius ibidem. & consil. 349. & si forte in assumenda tutela promiserit reddere integram administrationem non propterea videtur illi legato renuntiasse. Alex. ibidem. & Dec. consil. 178. & quamuis eo casu non impediri possit quamuis rationes teneatur reddere, tam ratione doli quam reliquorum: tamen totum illud in quo apparebit debitor remittetur: & ibi per Decius à dolo tamen non erit liberatus.

Conclusio CCCCLIII.

Filius naturalis tantum qui suum patrem naturalem tantum habet si ex suo legitimo matrimonio filios habuerit legitimos & naturales: tales filij legitimi ac naturales ex ipso filio naturali non dicuntur ipsi auo legitimi successores, quamuis sint ipsi auo nepotes ex filio naturali. l. fi. C. de natura. liberis. Alex. consil. 174. in 5. vol. & qui nepotes ipsi auo ab intestato succedunt. Alex. consil. 74. in 3. vol.

Conclusio CCCCLV.

Filia quantumuis successioni paternæ renunciauerit non propterea phibet quin possit petere quod pater pdidit per transitum ad secunda vota iure ita disponente: quod ius petendi id quod pater perdidit per transitum ad secunda vota, defertur liberis primi matrimonij. l. foemina. C. de secun. nup. Guil. Ben. in rep. c. Rainutius. in verbo, duas. nu. 288. & Dec. consil. 346. in 3. vol. & consil. 206.

Conclusio CCCCLVI.

Interruptio præscriptionis facta per vnum non prodest alijs ita vt si quis litem mouerit contra aliquem, & litem fuerit contestatus, talis motio litis & cōtestatio prodest solum mouenti litem & per consequens talis interruptio præscriptionis prodest actum exercenti & quo ad ipsum operatur suum effectum, & non contra alios ita vt ille actus stringi debeat ad illam personā. l. inter quatuor. ff. diuer. & tempo. præscr. & quo ad alios obuiet ille possidēs se liberat eades habere. l. loci corpus. §. competit. ff. quem. seru. amitta. glos. prag. sanc. in verbo, termino rem. in tit. de paci. poss. & Boer. decif. 24. nu. 2. fiet etiam ipsa interruptio præscriptionis per libellum oblatum coram arbitris, & missionem executionis. Oldra. consil. 176. interruptio tamen facta ab vno ex correis credendi, prodest alteri. Alex. consil. 98. in 7. vol.

Conclusio CCCCLVII.

Prothocolum seu imbreuiatura quæ non reperitur conglutinata cum alijs imbreuiaturis in codicibus vel prothocolis notarij: sed per se reperitur in alio loco, non facit fidem nisi tenor illius probaretur per duos testes etiam non numerarios. Boer. decif. 36. ex quo enim non reperitur in loco non authentico, seu in loco vbi sunt alie scripturæ publicæ illius notarij non præsumetur vera. Boer. ibidem.

Conclusio CCCCLVIII.

Substituto locus erit & admittetur substitutus si hæres institutus viuo testatore decesserit, & hoc ex vulgari tacita specialiter & expressa, tamen generaliter contenta in compendiosa Boer. decif. 38. nu. 16.

Conclusio CCCCLIX.

Inbeneficialibus qui obtinuit beneficiū vel per resignationem vel ex causa permutationis aut aliās, non tenetur docere de titulo sui prædecessoris, sed illi sufficit demonstrare suum prædecessorem fuisse reputatum pro tali beneficiario, nisi quis veniret per viam subrogationis in locum

alterius, quæ subrogatus in beneficio qui venit in ius alterius tenetur docere de iure alterius, in cuius locum subrogatur. Boer. decif. 42. nu. 3.

Conclusio CCCCLX.

Præscribens rem aliquam per tempus longissimum non tenetur docere de suo titulo, quia in præscriptione longissimi temporis titulus non requiritur de iure ciuili, quod ius ciuile attenditur de consuetudine & stylo Curiarū Regni Franciæ. Boer. decif. 82. nu. 3.

Conclusio CCCCLXI.

Nepos patre suo mortuo cui eius pater auis ipsius nepotis donationem fauore matrimonij fecerat, aut matre mortua cui eius pater dotem cōstituerat: & demum suo auo mortuo condito testamento in quo vnus ex suis filijs hæredē fecit, & in quo eidē nepoti aliquid pro sua legitima reliquerat, si velit ille nepos petere suam legitimam supplementum: tenebitur imputare donationem factam suo patri, aut dotem suæ matri cōstitutam & quam eius pater aut mater acceperat. l. illam. C. de colla. & ibi Pau. de Cast. in si. qui aliās contrarium consuluerat consil. 29. & 109. in j. part. & inquit in illa l. illam. quod id quod ibi tenet verum est, & quod ipse nepos imputat in suam legitimam dotem aut donationem quam eius pater aut mater acceperat quādo ille nepos succedit suo auo patre suo iam mortuo, aut matre iam mortua representando suum patrem aut matrem: & hæc est Bar. opinio in l. in quartam. ff. ad l. Fal. quoniam ea dos aut donatio originaliter processerat ab ipso auo, propterea nepos illud acceptum à suo patre aut matre tenebitur imputare. Secus aut vbi nepos aliquid à suo patre aut matre habuisset quod non originaliter ab ipso auo processisset, quia tunc ille nepos illud non imputaret succedendo suo auo post mortem sui patris aut matris, & ita tenet Roma. in d. l. illam.

Conclusio CCCCLXII.

Actor licet in rei vindicatione aliquam causam fuerit prosecutus in forma communi, & in prosecutione singulariter seu particulariter fuerit prosecutus se dominium habuisse à Titio, si in hoc fuerit victus & appellauerit, in causa appelli poterit allegare quod ab alio illam rem habuerit alio titulo, aut per præscriptionem, aut aliās. gl. in l. per hæc. in verbo: ad nouam. C. de tēp. app. Boer. decif. 42. nu. 13. quia in prosecutione est licitum actori variare, nisi actor se aliter in conclusione libelli ad aliquam causam. Boer. eod. loco. nu. 14.

Conclusio CCCCLXIII.

Actor in iudicio possessorio si vnam causam deduxerit & illam probauerit debet obtinere & in illius vtilitatē sequi debet sententia contra reum. Inno. in c. querelam. de elec. Boer. decif. 43. nu. 23.

Conclusio CCCCLXIII.

Maritus in dotis restitutione non tenet sumptus factos per eum ad perpetuam rei dotalis vtilitatē vel necessitatem, cum fructibus compensare ab ipso marito perceptis, quia maritus eos fructus percepit vt suos. l. doce ancillā. C. de rei vend. Boerius decisione, 44. numero 25. nisi esset leuis expensa quæ cum fructibus esset communicanda. Boer. eodem loco.

Conclusio CCCCLXV.

Emptor qui rem aliquam emit in diem vel sub condicione, non debet facere reparaciones vitales in re quam emit. potest autem necessarias facere, sed moderatè & quas demum poterit repetere. l. creditor 2. C. de pig. actio. Boerius decif. 47.

Conclusio CCCCLXVI.

Debitor ex delicto siue sit debitor fisci vel priuati ex causa quæ descendit ex delicto non potest cedere bonis sed tunc locum habet regula, qui non habet in ere luat in corpore. Sali. in l. j. C. qui bonis cedere poss. & hæc cōmunē opt. esse sequendam asserit Capol. in suis cōsilijs. cōsi. 9.

Conclusio CCCCLXVII.

Testis qui aliās repellendus esset à testimonio, ex eo quod est coniunctus illi pro quo vult adferre testimonium, non poterit propter hoc repelli vbi pariter ille testis esset cōiunctus vtrique parti: quia tunc cessat suspitio & causa affectio nis par, facit cessare omnē affectionem & non repellit testē. l. non solum. §. de vno. ff. de rit. nup. & Alex. cōf. 156. in 5. vol.

Conclusio CCCCLXVIII.

Substitutio facta posthumo hoc modo, si posthumus moriatur sine pupillari etate aut aliās, talem substituto: si posthumus non nascatur viuus locum etiam habebit ea substitutio, quia talis substitutio facta posthumo in casu posthumus morietis

deficiet etiam eo posthumo non nato. Soci. conf. 52. nu. 3. in j. vol. Iaf. in l. j. nu. 2. 8. ff. de vulg. & Boer. decif. 2. 8.

Conclusio CCCCLXXIX.

SI duo fratres sunt in simul inhabitantes aut duo socii quorum vnus habet filios qui multum operantur & alter nō, in diuisione bonorum aut aliās, ratio operam ipsorum filiorum erit habenda. Alex. consil. 99. nu. 2. in 2. vol. propter eam qui habet plures filios ad operandum plus debet consequi. Alex. ibidem nu. 4. & si quis habeat plures filios non laborantes poterit compelli ad hoc vt deducatur expensa: & quæ expensa eorum filiorum qui non laborant debet deduci, vt per Cor. conf. 122. in 2. vol.

Conclusio CCCCLXX.

Pater qui est legitimus administrator bonorum filij sui poterit pro re alieno exolucendo & pro exolucendis debitis sui filij, vendere res aduentitias ipsius filij: & eo casu & ob necessitatem sui filij licet patri vendere ea bona. Bald. in l. f. C. de bonis que liberis. & hoc potest pater etiam sine decreto & absque alia obseruatione solemnitatū. Bald. in ea l. f. sin autem. & Ioā. Nicolaus in l. generaliter. C. de fecun. nupt. nu. 50. & 51. & Decius consil. 209.

Conclusio CCCCLXXI.

Legitimatio alicuius filij que fit per rescriptum Principis tunc demum valet, si in eo rescripto qualitas aut defectus eius qui debet legitimari exprimitur: nēpe si sit aut tantum naturalis aut spurio, aut aliās incestuosus, aut natus ex adulterio. ita Anto. de Butrio, in c. per venerabilem: qui filij sint legi. Dec. consilio 462. in 4. vol. nu. 4. & 5. & si plures ad sint defectus omnes exprimi debent, & non sufficeret quod vnus exprimeretur. Decius ibidem supra nu. 6.

Conclusio CCCCLXXII.

Sola nominatio quæ fit inter aliquos qui se nominant compates aut parentes: aut si quis aliquem vocet suum filium, talis nominatio nullam facit probationem, glo. in c. per tuas de probat. neque faciet præsumptionem vt faciat transire onus probandi in contrarium in aduersarium. Paul. de Cast. in l. non nudis. C. de probat. & Decius consil. 462. nu. 9. vsque ad nu. 14. & consil. 529. qui inquit ibi quod ea nominatio in fratrem aut consanguineum nō probat eam fraternitatem aut consanguinitatem.

Conclusio CCCCLXXIII.

Nepotes nati ex filio spurio quamuis illi sint legitimi, ab intestato tamen auo non succedunt. Bal. in l. f. C. de natura. lib. & Decius consil. 462. num. 16. ex testamento tamen auo suo possunt succedere, si illi ab ipso auo fuerint hæredes instituti, & sic ei ab intestato poterunt succedere: quod procedit non existente legitima sobole ipsi auo. per illam l. f. & hanc cōmūnem opinionem esse asserit Paul. de Cast. consil. 306. Dec. consil. 365. Bar. in glo. l. vlti. nu. 7. ff. de his qui vt indig. & Alex. consil. 74. in 3. vol.

Conclusio CCCCLXXIII.

Metus semel illatus mulieri per maritum aut alteri per alterum non videtur purgari quandiu manet ille metus & causa illius ex qua metus ille subsistebat: ita vt nec ex interuallo censeatur purgatus. Bar. in l. f. ob turpē causam, ff. de cōdi. ob turp. caus. ob id talis metus vxori illatus à suo marito pendente ipso matrimonio nusquam videtur purgatus. Bal. in l. 2. C. de eo quod metus causa. vbi inquit quod metus semel illatus nusquam purgatur ex interuallo duran te eadem causa metus. & Panormit. in c. j. de eo quod met. cau. & Corn. consil. 41. part. 2. & Decius consil. 219. nu. 7.

Conclusio CCCCLXXV.

Ratificatio quæ sequitur actum inualidum cōfirmat actum ipsum quando validitas actus pendet à nudo consensu ratificantis. ita Ioānes de Imol. in c. j. nu. 3. de eo quod metus causa, quinimō & actus nullus per tacitum consensum potest ratificari. Panor. in eodem c. j.

Conclusio CCCCLXXVI.

Substitutio semel extincta non potest reuiuiscere, ob id si substitutio alicui facta fuerit si decedat sine liberis extinguitur ea substitutio existentibus liberis tempore mortis: quamuis demum liberi moriantur, sufficit enim quod filij reperiantur tempore mortis hæredis instituti ad hoc vt deiciat ea substitutio, & quamuis postea deficiant liberi non reuiuiscit ea iam extincta substitutio. l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebell. Decius consil. 477. & consil. 511.

Conclusio CCCCLXXVII.

Stipulatio scilicet scribere manu aut voluntate aut mandata, non statim inchoatur, & neque probat ita esse necesse est creditur. Imo. consil. 91. & Dec. consil. 510. num. 2.

in histamen que sunt verisimilia talis scriptura pro scribere te facit fidem. Decius ibidem.

Conclusio CCCCLXXVIII.

Dispositio facta ab homine restringitur ad primum actum & in primo actu cōsumitur, etiam si ille actus effectum non habeat. Bald. in l. j. C. de his que pœne nomine. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. Decius consil. 512. numero 7. Soc. consil. 91. in 4. vol. secus autem in dispositione facta à lege que non restringitur ad primum actum, licet bene dispositio hominis, vt iam dictum est, & hæc est cōmūnis decisio probata per eam legem, & hoc procedit in dispositione affirmatiua, secus in negatiua vel prohibitiua, quia illa dispositio negatiua habet tractum successiuum. Iason in l. si sic stipulatus. nu. 3. ff. de verb. oblig.

Conclusio CCCCLXXIX.

Si iudex articulos impertinentes admiserit tãquam pertinentes poterit demum eos reicere etiam factis probationibus super illis impertinentibus articulis non obtante quod prius eos admiserit, quia talis admissio est sententia interlocutoria que reparari potest: propterea quod quantum ad ipsum iudicem nusquam interlocutoria transit in effectum rei iudicare Iaso in l. quod iussit. ff. de re iudi. Dec. consil. 517. nu. 2. & cōf. 84. in fi. Zabarella in cle. sap. §. & ga. in 2. nota. de verb. signi. dicuntur autem impertinentes articuli qui ad causam non faciunt directè nec in directè, & pertinentes dicuntur qui faciunt ad causam directè vel in directè. Bal. & Iaf. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiu. & etiam dicuntur pertinentes qualitercumque adimminiculentur negotio principali in dubio autem articuli admitti debent. Pau. de Cast. in l. f. si quis cautio. Dec. in eodem consil. iam allegato. & Iaf. in authen. j. n. 18. debent admitti omnes articuli saluo iure impertinentiū, Guid. Papæ decif. 347. & Dec. consil. 162.

Conclusio CCCCLXXX.

Substitutio tam breuiloqua quàm compendiosa facta per sonis imparibus nempe vni pupillo & puberi dicitur solum fideicommissaria etiam respectu pupilli, & sic solum continebit obliquas substitutiones non directas. Paul. de Cast. Sal. & Iaf. in l. in testamento. C. de mili. testa. Cor. consil. 180. j. vol. & consil. 197. nu. 3. in i. vol.

Conclusio CCCCLXXXI.

Substitutus admitti debet ad hereditatem testatoris vbi institutus recusat adire eam hereditatem, & sic si hæres nolit esse hæres admittetur substitutus per l. iam dubitari. ff. de hæred. insti. & l. cum proponas. C. de hæred. insti. vel si hæres propter incapacitatem non possit adire hereditatē, admittetur etiam substitutus. l. 2. C. de hæ. redi. insti. vel si substitutio ex post facto annullatur, & hoc siue institutus mortuus sit viuente testatore: quo casu res rediit ad causam cadu ci. l. j. §. pro secundo. C. de cadu. tollend. hīs enim casibus in quibus ipsa institutio non potest locum habere vulgariter substitutus semper admittetur, & testamentum incipiet vires habere à substitutione vulgaris. l. i. §. f. ff. de lib. & posthu. Decius consil. 529.

Conclusio CCCCLXXXII.

Per querelam in officiosi testamenti que datur fratri cōtra testamentum fratris instituendo turpem personam in suo testamento impugnatur in solidum illud testamentum non solum quod ad legitimam, sed & in totum impugnatur & totum rumpitur. Bar. in l. fratris. C. de inof. testa. & ibi Sal. qui hoc ibi tenet. & hanc opinionem communem esse asserit Dec. consil. 530. & Iaf. in ead. l. fratris. nu. 8. & neque correctæ est ea lex, & nec aliæ leges que hoc volunt.

Conclusio CCCCLXXXIII.

Si testes deponūt de aliqua quantitate sed nō de certa, tūc scia quantitas certa declarari poterit per iuramentum eius qui dicit se certam quantitatem tradidisse, & ideo si creditor certam pecuniam se mutuasit probauerit, & testes quidem deponant de eo mutuo, sed non de certa quantitate, iudex deferre poterit iuramentum super ea certa pecunia. Dec. consil. 539. nu. 11. & 22.

Conclusio CCCCLXXXIII.

Datio in solutum similis est venditioni. l. f. ff. ex quibus caus. in post. eatur. que datio in solutum reuocari potest de iure communi. l. successores. C. de solu. etiam si quis pretium duplicatum emptori inuito obtulerit. l. non est. C. de rescin. ven. Decius consil. 558. quamuis Bart. contrarium teneat in l. si firmit. §. Iulianus. ff. de dam. infect. vbi inquit debitor emittendum esse offerentem pretium creditori, cui res vel in solutum data fuit: sed contra Bart. est commnis opinio

nio in contrariū, vt plene per Alexā. in d. §. Iulianus. & Dec. vbi supra, & consil. 592.

Conclusio CCCCLXXXV.

Clausula codicillaris hunc effectum operatur vt venientes ab intestato censentur esse grauati restituere hæreditate hæredibus institutis, retenta prius Trebellianica. Oldra. con. 171. nu. 18. l. ex testō. vbi gl. & Bar. & Doct. C. de fidei. Dec. consil. 561. quod tamen fallit vbi testamentum rumpitur in casu in quo frater instituit turpem personam hæredē in suo testamento, quia tūc prosequente altero fratre & eo agente querelam, testamentū adeo rumpitur vt nec fidei commissum quidem debeat. Cum enim testamentum fratris per querelam rumpitur instante altero fratre omnia disposita in eo testamento nulla sunt. l. Titia. ff. de inof. testa. & ea clausula validat quidem testamenta quæ deficiunt ex defectu solemnitatis: secus si deficiant propter defectum testantis. Oldra. consil. 171. nu. 18.

Conclusio CCCCLXXXVI.

Debitor qui in certo loco tenetur aliquid dare suo creditori, si demum creditor ibi non reperitur, debitor non poterit dici in mora constitutus, etiam si ibi debitor nō fuerit reperitus. Bar. in litem illa. ff. de consti. pecu. Dec. consil. 566. nam quoties præcedit dispositio de dando aliquid vel faciendū, aliās pœna venit committenda, hoc intelligendū est, si ille fuerit in mora dandi vel faciendi: alias sine mora non tenetur ad aliquam pœnam, quia non esset in mora si reddidit quæ morosum. ita Bart. in l. si duo. §. h. c. verba. ff. de consti. pecu. & Decius in eodem con. quod si creditor ibi non reperitur, non tenebitur debita alibi deponere: quia ex quo nullus comparet creditor primus est effectus in mora, in non comparendo, & in pari culpa substituetur. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. oblig. licet Bart. in l. si reus paratus. ff. de procurat. vbi vult debitorem teneri pecuniam deponere penes tertium, vbi creditor nō reperitur. quod tamen ex alio per sententiam non est necessarium, licet ad maiorem cautelam hoc fieri possit. Decius in eo consil. & Alexan. consil. 92. lib. j.

Conclusio CCCCLXXXVII.

Compendiosa substitutio his verbis fieri potest: cum sit filio impuberi, si filius meus sine liberis decedat talem substituo. Pau. de Cast. consil. 410. nu. 1. part. nu. 2. & Dec. cōf. 572. in princ. & sic fieri potest sub illis verbis: etiā si nō apponantur illæ dictiones quādoque decesserit, quæ verba nō sunt de compendiosa substitutione saltem de substantia illius. Ioānes Andreas in capit. si pater. per illum textum de testa. in 6. Pan. in c. Rainut. de testa. & est casus ibi in eod. c. Rainutus. Condicio enim illa mortis, si moriatur sine liberis, dicitur habere tractū successiuū cū quis mori possit & in pupillari ætate & extra pubertatem. l. pri. ff. de cōdi. & demōstra.

Conclusio CCCCLXXXVIII.

Probatio illa dicitur plena quæ fit per vnum testem deponentem de rei veritate. & per testes deponentes de cōfessione extrajudiciali facta per partem etiam altera absente. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Decius consil. 196. nu. 6.

Conclusio CCCCLXXXIX.

Confessio patris qui in testamento inquit bona per suū filium empta nomine ipsius filij fuisse empta de pecunia ipsius patris, non nocet filio, & neque tali cōfessionis seu declarationi statim in præiudicium filij ad suam legitimam. ita Cor. consil. 174. nu. 7. vol. j.

Conclusio CCCXC.

Rescriptum ad hoc vt nō sit subreptitium vel obreptitiū debet mentionem de primo facere & primis literis iam impetratis. c. postulasti de rescrip. Fel. in c. super literis. vers. exprimenda. de ref. & de processu etiam fieri debet mentio. Imol. in cap. j. nu. 7. de rescrip. sunt enim & omnia in rescripto exprimenda quæ possunt mouere principem ad concedendum difficilem. d. c. super literis. fallit tamen quando secundum rescriptum tenderet ad eundem effectum cū primo, & eo casu quamuis de primo rescripto in secundo non fieret mentio secundum non vitaretur eo, quia princeps facile secundum concederet tendens ad eundem effectum cum primo. Cor. consil. 107. in j. vol. de actu etiam qui nullus est in rescripto non debet fieri mentio. Socinus consil. 120. nu. 3. in 4. vol.

Conclusio CCCXCI.

In computatione legitime & quartæ Trebellianicæ quæ duc quartæ filio instituto & grauato debentur per c. Rainut. de testa. ita est aduertendum quod si sint quinque filij legiti-

ma quæ est dimidia inter filios est imprimis auferenda & de mūm trebellianica erit quartā residua. l. cor. consil. 331. nu. 22. in pri. vol.

Conclusio CCCXCII.

Instrumentum quantumvis propter aliquem defectū vitietur & nullum vel inualidum reddatur, actus tamen de quo instrumentum est confectum nō propter hoc vitietur dummodo per testes possit probari, & quia substantia actus non dependet ex instrumento, sed solum probatio, dū tamen sit talis actus qui de se non requirit scripturam. Pau. de Cast. consil. 44. part. j. & sufficit talis probatio ipsius actus, dummodo fiat ea probatio per testes descriptos in eodem instrumento inualido, vt ibi per Pau. de Cast.

Conclusio CCCXCIII.

Transactio facta super viribus testamenti seu super eo quod dependet ex testamento, valet etiam si in ea transactione non sint apposita hæc verba: viso testamento, vel lectis verbis testamenti. dummodo aliās cōstet transigentes habuisse cognitionem eorum quæ sunt contenta in illo testamento. Bar. in l. de his. ff. de transact. & ab ea opinione quam Iaso. ibi asserit magis communem & obseruari in iudicando ab ea que non esse recedendum inquit ibi.

Conclusio CCCXCIII.

Arbitri qui protulerunt sententiam cōtra formam eorum commissionis & quam non obseruauerunt, partes eam non tenentur obseruare, & neque valet talis sententia neque id quod egerunt ipsi arbitri, quare iterum agere poterunt, cum non dicuntur functi eorum officio. l. quid tamen. de arbi. Pau. de Cast. consil. 103. j. par. & Bart. in l. si vt proponis. in prin. nu. 1. C. quo. & quan. iudex. & hoc procedit vbi arbitri non obseruauerunt formam commissam, quo casu non expirat eorum mandatum: quia non sunt eo vsi, & res censetur integra. quod si formam iuris non seruauerint in decidendo & tūc appellandū esset. Bal. ibid. neque possunt arbitri interpretari obscuritatem si qua sit in eorum sententijs nisi à partib⁹ illis data fuerit hæc potestas in compromisso. Alex. consil. 18. in 7. vol.

Conclusio CCCXCIV.

Debitoris confessio seu illius recognitio non potest nocere alteri etiam habenti per prius causam ab ipso debitori & neque alteri potest præiudicare etiam si talis debitoris confessio esset iurata: vt per Pau. de Cast. consil. 134. j. part. vt si debitor fuerit cōfessus se per prius pecuniam ab altero accepisse, & sic se fuisse per prius alteri obligatum quod talē rem vendidisset. vt ibi per Pau. Cast.

Conclusio CCCXCV.

Filius quantumvis sit iuste exhæredatus & per consequens à sua legitima sibi debita in bonis paternis, illud tamē ius petendilegitimam transferretur ad suos filios qui sunt nepotes ipsius aui qui est pater eorum patris exhæredati: & debitor ea legitima ipsius nepotibus talis & tanta, quanta debita fuit ipsi filio exhæredato ex cuius persona ipsi nepotes veniūt. per l. si is qui. & l. pater filium. ff. de inof. testa. cum ibi notatis. non enim debent attendi demerita filij, sed potius merita ipsorum nepotum. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono. posse. contra tabu. & hoc communiter teneri inquit Pau. Cast. cōf. 171. in pri. vol. nu. 3. quod si filius & sic pater nepotum esset à suo patre qui est auus nepotum, hæres institutus, aut ei sua legitima fuisset relicta, tunc ipsi nepotibus testatoris qui sunt filij hæredis instituti, nihil deberetur. Pau. Cast. vbi supra.

Conclusio CCCXCVII.

Filius vel filia non tenetur matrem suam que iam conuolauit ad secunda vota instituere in suo testamento: nec ei aliquid relinquere: neque matris eo casu præterito vitietur filij testamentum: is enim qui exclusus est ab intestato, si demum in ipso testamento præteritus fuerit, non poterit dicere testamentum nullum. Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. præter. atqui mater que conuolauit ad secunda vota est exclusa à filij successione ab intestato, ergo præterita in testamento filij non poterit dicere illud testamentum nullū, quamuis in eo fuerit præterita. Pau. Cast. consil. 215. j. par.

Conclusio CCCXCVIII.

Debitor qui reperitur alicui obligatus ex pluribus causis, & pro quibusdā debitis pro quibus fideiussores dederat & pro alijs nō: si soluerit quandā summam pecuniæ creditori, non expresso in solutione pro quo debito soluerit, censetur soluisse pro illis debitis pro quibus dederat iam fideiussores, & in dubio censetur habuisse respectum ad obligationem fideiussoriam, & principaliter voluisse vt ea obligatio

obligatio fideiussoria tolleretur, quia ea obligatio pro qua interuenit fideiussor censetur durior alijs obligationibus quae sunt sine fideiussione. l. & magis. ff. de sol. Pau. Cast. cōf. 238. & cōf. 331. in 3. vol.

Conclusio CCCCXCIX.

Confessio de soluto & solutio sunt diuersa, & ideo si quis in prima instantia proposuerit aliquos articulos in quibus articulum fuerat de solutione, & neque per testes probauerit, & sic videtur fuerit proreter demum à tali sententia appellari, & in articulo appell. poterit proponere per facta noua & diuersa à primis, confessionem de recepto factam ab aduersario: cum talia facta sunt inter se diuersa, ita vt vnum sine altero possit stare, & ideo non obstante publicatione tertium facta in prima instantia super eo soluto admittetur ad probandam eam confessionem de recepto tanquam factum nouum & diuersum à primo iam deducto. Paulus Cast. cōf. 258. part. j.

Conclusio CCCCC.

Nepos ex parte vtriusque cōiuncto succedit suo patruo vtriusque suo patri p̄defuncto cōiuncto, exclusio suo

patruo consanguineo vel vterino suo patri tantum qui solū erat suo patri cōiunctus ex vno latere. authen. cessante. & in authen. post fratres. de legi. hære. Corn. cōf. 140. n. 15. j. vol. Cur. lun. cōf. 46. Guil. Bene. in rep. c. Rainu. in verbo ex vxorem. nu. 663. & Corn. cōf. 219. in 3. vol. & sic non attenditur.

Conclusio CCCCCI.

Filius matrem suam quantumuis stuprum commiserit in viduitate, per hoc eam ex hæredate non poterit: nec etiā si transferit ad secunda vota, quia tales causae non sunt de illis ex quibus parentes possunt exheredari, de quibus in §. aliud quoque capitulū. in authen. vt cū de appella. cognof. Pau. de Cast. cōf. 416. in 4. vol. quamuis non teneatur eā instituire, nec aliquid ei relinquere si illa mater ad secunda vota tranierit, vt dictum fuit decisione 496. in hac parte.

FINIS.



STEPHANI RANCHINI I C.

CLARISSIMI, AC SENATORIS APVD MONTPESSVLANVM IN SVPREMA GENERALIVM

Curia, Miscellanearum Decisionum, seu Conclusionum

ac Resolutionum vtriusque Iuris,

ac Resolutionum vtriusque Iuris,

Pars Quinta.

Conclusio I.



REDITOR qui egit contra vnum ex correis debendi insolidum & qui inter se habent beneficium diuisionis partē debiti recepit ab vno eorum: non prohibetur propterea agere contra alium correum pro eo quod nō recepit, etiā primo contra quem egerat non discutit, & etiam eo non reperto non soluen do. l. si ex toto. §. i. ff. de leg. j. & l. si. C. de fidei. & Paul. de Cast. cōf. 391. j. part. & quando sunt duo correi credendi vnus ex illis habet actionem insolidam contra quemlibet ex correis. Ang. in princ. de duob. reis. infu.

Conclusio II.

SI quis maritus recognouerit se recepisse à sua vxore decem & octo in suo testamento recognouerit se recepisse decem & octo: dicendum erit ea decem & octo recognita à marito inclusa esse in illis decem prius recognitis in testamento ab ipso marito: & ita solum decem & octo debebuntur recognita in testamento, & si tam summa decem: quem summa decem & octo de quibus facta est mentio in testamento soluta essent, decem repeti poterunt per conditionem indebiti tanquam indebitē soluta fuerit ea summa decem librarum. l. j. ff. de condit. indebit. & probatur hæc superior regula per l. diuortio. ff. de verborum obligat. & in l. Titia. j. §. q. inuita. ff. de leg. 2. Paul. Cast. cōf. 405. j. volum. tantummodo ea summa decem & octo debet peti & non summa decem, quae in maiori summa decem & octo videtur inclusa.

Conclusio III.

HAeres grauatus de restituendo hæreditarē sub conditio ne, si interim pendente conditione heres grauatus rem venditam à testatore sub pacto de retrouendendo recuperauerit, ea quidem res recuperata debet pertinere ad fidei commissarium qui tenebatur pretium illi heredi restituere, & si hæres pretium quod exoluit recuperabit. Dec. cōf. 238. in fine.

Conclusio IIII.

PRincipalis debitoris confessio nocet fideiussori & etiam instrumentum cum principali confessione nocet fidei

iussori. c. 2. de fideiuss. Pau. Cast. cōf. 443. j. vol. nu. 2.

Conclusio V.

Confessio facta in aliquo instrumento in utilitatem alicuius tertij in quo constituitur se tradere Titio cōtrahenti summam talem, quam ille contrahens & confitens dicit se eam mutuo accepisse à Caio non probat illud mutuum fuisse factum ab ipso Caio qui est tertius. Bar. in l. adimonē. di. versitem. quero quid sit in instrumentum. ff. de iureiur. Pau. Cast. cōf. 92. in 2. vol. & talis confessio respectu illius Caij qui est tertius non facit fidem ad hoc vt ille tertius se possit super ea fundare ad mutuum repetendum: faciet tamen semiplenam probationem sicuti & confessio facta absente parte. c. si. de success. ab intesta. ita vt si ea quantitas sit parua poterit illi tertio deferri iuramentum in supplicium probationis, si vero ea summa esset magna tale mutuum esset aliter probandum. Cast. eod. loco. nisi talis confessio à marito fieret propter dotem, nam tunc fauore dotis teneret ea confessio. Cast. ibidem.

Conclusio VI.

Substitutio facta si filius decedat sine liberis expirat, si filius decedat relicto nepotibus, & sic relicto filijs ex eo filio herede instituto quamuis filius mortuus fuerit. Pau. Cast. cōf. 131. part. 2. Bald. in l. j. C. de condi. infer. Boer. Deci. 13. nu. 9. Dec. cōf. 377. & Oldra. cōf. 267.

Conclusio VII.

Legitime supplementum petitur contra hæredem & nō contra legatarios, quando legata consistunt in pecunia numerata vel in quantitatibus, quia tunc legatarij nihil hæreditarium possident, quod si legata consistant in speciebus hæreditarijs & tunc si filius in illis rebus legatam veller habere partē suā legitimam poterit ab illis legatarijs partē suā legitimam tangentem pro rata vendicare, & eo casu agendum esset & contra hæredem & contra legatarios possidentes res hæreditarias, qui legatarij demum regressum habebunt contra hæredem vt ab eo recuperent æstimationem partium euictarum. verum si filius non curet habere partē in singulis rebus, sed contentus sit habere suam legitimam in æstimatione, poterit contra solum hæredem agere: ita Cast. cōf. 204. part. 2.

Conclusio VIII.

Vxor cui maritus in testamento alimenta reliquit poterit ea vxor in simul & dotem suam & alimēta petere, nisi per

per testatōrē hoc expressē illi fuisset prohibitum: alioquin nisi vtrumque petere possit, tale legatum alimentorum esset sibi inutile. Pau. Ca. p. 224. par. 2. quare ne tale legatū ipsi vxori reddatur inutile præsumēdum erit testatōrem voluisse suam hæredem grauari duplici onere, quod alias non presumetur. l. Titia. §. q. inuita. ff. de leg. 2. Pau. Cast. vbi supra. & Soci. cōf. 10. nu. 24. i. par. & in c. officij. de testa.

Conclusio IX.

Legatum efficitur caducum si legatarius moriatur ante testatōrē, & eo casu legatum remanet penes hæredem, testator si legatarius substitutum vel cohæredem non habuerit. l. vni. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & neque ad hæredem legatarij tale legatum caducum transmittitur. Pau. Cast. cōf. 402. in 2. vol.

Conclusio X.

Posthumi institutio facta sub his verbis, si vxor mea sit prægnans, institutio posthumi hæredem: refertur non solum ad posthumi qui est in vtero, sed & alios omnes qui nascuntur in aliud tempus cōprehendit talis institutio, & ea verba si prægnans sit, erunt & ad aliud tempus referenda in quo filius nascetur. Pau. Cast. cōf. 409. par. 2. referentur ea verba non solum ad filium qui est in vtero, sed & ad concipiendum. l. placet. & ibi laff. de lib. & posthu.

Conclusio XI.

Donatio causa mortis facta à filio familias sine sui patris consensu poterit validari si pater postea suum consensum præstiterit, dum tamen cum præset viuente filio: quia post mortem filij si pater præstaret consensum non valeret talis cōsensus neque validaret eam donationē & sic patris consensu subseq̄ui potest eam donationem, & necue propterea infirmaretur talis donatio quamuis tempore factæ donationis consensu ille non interuenisset dummodò viuente filio interuenierit. Paul. Cast. cōf. 438. nu. 2.

Conclusio XII.

Substitutio compendiosa facta alicui post mortem hæredis, si interim ille institutus recuset eam hæreditatem adire substitutus ille admitti poterit ad eam hæreditatem in vim vulgaris comprehensionē sub ea compendiosa, quæ vulgaris facta in vno casu in aliū extenditur. Pau. Cast. cōf. 361. vol. continet enim talis compendiosa & vulgarem ante aditam hæreditatē & post aditā cōtinebit fideicom. Paul. Cast. ibid.

Conclusio XIII.

Consuetudo hoc obseruat principem non vt iure prælationis de re feudali aut emphyteutica vendita, & tenetur princeps inuectiue emptorem. Guil. Ben. in ca. Rainutius in verbo, & vxorem. n. 857. & illud ius prælationis in donatione non habet locum. Gui. Papæ deci. 47. & Chaf. in cōf. Burg. in tit. des cens. §. 12. in verbo, retene. num. 2. & non habet etiam locum in contractu permutationis. Gui. Papæ deci. 308. & Boer. deci. 9. nu. 6. Cessat etiam ius prælationis in eo casu in quo quis emit vnum tenementū terrarum quæ detinentur sub directo dominio plurium dominorum: nam tunc vnus ex illis dominis directis nō poterit vnā ex illis rebus iure prælationis retinere, quia omnium rerum vnica est venditio in simul de rebus omnibus & sub vnico precio. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. nam si vnus ex dominis directis vellet vnā ex illis reb' retinere iure prælationis quæ detinetur sub sua directitate, emptor possit alias res recuflare, neque teneretur reliquas res recipere. Guid. Papæ deci. 48. Ecclesia etiā vbi habet directum dominium non pōt vt iure prælationis ex generali consuetudine. Boer. in consuet. Biturig. in titu. de consuet. recti. feud. §. j. in glo. hæc consuetudo. Cessat etiā hoc ius prælationis, si res vendatur cum pacto de retrouendēdo. eo casu & in superioribus cessat hoc ius prælationis vt per retroenditōrē in eo loco aliās ius prælationis locum habeat in feudo. Francif. Marc. dec. 2. in 2. parte.

Conclusio XIII.

SI post sponsalia facta inter aliquos contracta per verba de presenti sponsa fornicata fuerit, vel incidat in aliquā deformitatem non propterea sponsa dimitti poterit. c. quæ admodum & ibi Pan. num. 13. de iure. & Francif. Marc. deci. 730. in 2. par. facit gl. in c. raptor. 27. q. 2. & Soci. cōf. 28. in j. par. quod si essent sponsalia per verba de futuro possit qui dem tunc sponsus eam relinquere. gl. in d. c. raptor. propter tenim modicam causam sponsa per verba de futuro dimitti potest. si autem essent celebrata sponsalia per verba de presenti non possit sponsam sponfus dimittere, nisi quod ad thorum separari. Pau. in cod. c. quem admodum. de consensu tamē tam sponsi quam sponse possit à Papa obtineri dispensationem.

fatio dummodo non fuerit secuta copula carnalis inter ipsum sponsum & sponsam. Pan. in c. cum ex in iuncto. de cōuer. coniuga. & Soc. eo. cōf.

Conclusio XV.

SPes fideicommissi conditionalis mortuo fideicommissario ante euentum conditionis non transmittitur ad suos hæredes & posteros. l. vnica. §. si autem. C. de cadu. tollen. Guil. Ben. in rep. c. Rai. in verbo, si absque liberis, in materia fideicommissariæ substitutionis. num. 70. quod procedit vbi tale fideicommissum fieret in testamento vel in alia vltima voluntate. nam tunc illud fideicommissum minimè transmittitur, secus vbi fideicommissum esset relictum in contractu vel in alia dispositione inter viuos: quia tunc bene ad suos hæredes transmittitur. §. ex cōditionali. in f. de verb. obli. & Ben. eo. loco. nu. 111. & Chaf. cōf. 65. nu. 5.

Conclusio XVI.

VIS potest onerare suum heredē onere fideicommissi vel in testamento vel in codicillis, & quis etiā eū cui donat donatione causa mortis pōt grauari vt sua bona aut partē eorum restituat alteri. l. cum pater. §. eorum. ff. de leg. 2. & et quis grauari potest eū cui inter viuos aliquid donat vt bona donata aut partē eorū alteri restituat. l. quod oties. C. de do. quæ sub mod. & sic & in vltima voluntate, & in contractu inter viuos quis grauari potest eum cui aliquid relinquit aut donauit vt illud alteri restituat. Ben. in verbo: si absque liberis. de fidei. substi. nu. 20.

Conclusio XVII.

REDITOR qui semel rem aliquam in fideiussorem accipit à suo debitore, inuito non potest cogi alterum fideiussorem accipere, & neque fideiussor extrahi poterit ab ipsa obligatione inuito eo creditore cui iam fideiussit. ita Bald. in l. si pater. C. de coll.

Conclusio XVIII.

VIS vocari debet ad onera personalia in ea ciuitate vbi est ciuis, à quibus muneribus personalibus is qui non est ciuis debet eximi & excusari. l. cum neq. de incolis. li. x. & l. vni. de mulie. & in quo loco. & ibi Barr. & Io. de Platea nu. 5. eodem libro. & propter solam domum & possessionē quæ q̄s habet in aliquo loco nō est p̄pter id cōsensus ciuis, nisi ibi inhabitaret. d. l. cū neq. & ibi gl. & de Plat. eod. loco.

Conclusio XIX.

DEBITOR pro suo creditore non potest testificari nec tutores, curatores, negotium gestores, procuratores pro eorum dominis testificari minimè possunt. Bar. in suo tract. de testibus in c. testium. ver. venditio. nec venditor pro emptore testificatur nisi onus euictionis remissum esset. nec procurator aut mandatarius in eo quod concernit effectū mandati. Alex. cōf. 32. in 6. vol. & quamuis procurator reuocatus fuerit, adhuc non possit esse testis. Domi. de Rora deci. 126. in nouis. nec creditor pro suo debitore possit adferre testimonium in causa pignoris vt ibi per Bart. alias autem creditor pro suo creditore possit adferre testimonium laf. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. nu. 3. ff. de verbo. oblig. laf. in l. si cui legetur. §. j. ff. de le. j. fideiussor pro eo pro quo fideiussit testificari potest, vbi non est causa propria ipsius fideiussoris, alias reicietur. Bart. in eod. loco. quod procedit vbi non esset soluendo, vel vbi fideiussor non renunciauisset authentica. presente. C. de fideiuss. alijs vbi debitor est solū de vel fideiussor non renunciauisset beneficio de fideiussoribus bene tunc possit esse testis. laf. in eadem l. si cui. item & testis abiici potest à parte, si habeat cum eo litem criminalem: vel ciuilem omnium bonorum vel maioris partis bonorum gloss. & Doctores in ca. cum oporteat. de accusa. & in c. penult. & Bart. cōf. 122. vol. 2. nu. 1. fideicommissarius vniuersalis non potest esse testis & testificari pro testamento, quia habetur pro hærede. Aufre. in tractat. de repro. testi. §. salūtras. laf. in l. dictantibus. C. de testa. Affines & consanguinei in causa criminali, non admittuntur. Dec. cōf. 133. excommunicatus etiam non potest esse testis, etiam in iudicio seculari. Salic. in l. placet. C. de sacro. eccle. nec illi etiam qui sunt salariati. Decius cōf. 94. Aduocatus in causa in qua est. Aduocatus non potest esse testis pro aliquo. in alijs autem causis in quibus non est Aduocatus bene potest esse testis. Corn. cōf. 309. nu. 15. part. 4. item & vassallus & pro domino, & contra dominum potest esse testis, & substitus etiam ratione iurisdictionis potest pro domino ferre testimonium. Franc. Marcus deci. 383. part. 2.

Conclusio XX.

Vbi ad probandum aliquod interesse adducuntur testes qui super æstimatione ipsius interesse variè deponunt

nam aliquis existimat interesse in decem, alius in viginti, & duo sunt qui conueniant in vna summa & sint cōtestes: & tunc depositioni eorum qui sunt contestes standum erit, nec dictis eorum derogatur per testes alios qui deponunt de minori summa. Alex. conf. 64. nu. 8. in 2. vol. per tex. in c. j. de arbi. in 6.

Conclusio XXI.

Si testes varij sint ad probandum valorem rei alicuius ita vt vnus deponat rem esse valoris quinque, alter dicat re esse valoris decem, & alius quindecim: valebit eorum depositio respectu minoris summae, quia in maiori summa & minor continetur, & in qua illi videntur contestes. Sali. in l. 2. C. de rese. ven. Alex. conf. 64. nu. 9. vol. 2.

Conclusio XXII.

Feudatarius siue vasallus rem acceptam in feudū pōt dare in emphyteusim. lo. Fab. in §. adeo. de loca. & cond. in insitu. Chassa. in consuet. Bur. in tit. des fiefz. §. 8. in verb. en alienant. num. 2. 5. & ibi tenet hoc de consuetudine seruari, per quam cōsuetudinē feudā redacta sunt ad instar patrimoniorum. licet de iure secus, & poterit etiam feudatarius imponere seruitutem ipsi feudo. §. quid ergo. de inuesti. in re aliena facta. & Bal. in l. & in prouinciali. C. de serui. & durabit ea seruitus quamdiu res ipsa penes eum aut eius heredem permanebit: & necque propterea feudo erit priuandus sed solum sibi praeiudicat quantum ad illam seruitutem. ita Iacob. Aluar. in cod. §. quid ergo. in vñibus feudor.

Conclusio XXIII.

Descriptio rerum semper fieri potest vbi subest causa vt illae res quae sunt probari possunt, vt scilicet non diminuantur, quae alias facile possent diminui & tolli. l. j. §. eligitur. & in §. item ait. & ibi Bar. ff. de ventre in possess. mitten. Cor. conf. 26. 1. par. 4.

Conclusio XXIII.

Quando vnus testis solus fuit a notario causa examinatus q̄ testis demū dixit se non ita deposuisse vt a notario scriptum reperitur: tūc magis notario quam testi credi debet dūmodo notarius sit legalis vir & bonae fame, quod si omnes testes examinati ab ipso notario dicerent se non ita deposuisse prout a notario scriptum est: tunc scripturę notarij non staretur. Angel. in l. j. §. si quis neget. ff. quem. testa. aper. Alex. confil. 65. nu. 7. volu. 2.

Conclusio XXV.

Renunciatio facta per aliquem de omnibus casibus fortuitis generaliter non valet etiam si dictum esset in renūciatione generali de omnibus casibus fortuitis quos partes voluerant habere pro expressis & specificatis comprehendendo omnes casus qui accidere possent. Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. nu. 8. & 12. & l. n. 2. & 6. ff. si quis cautio. Renunciatio vero specialiter facta de quibusdam casibus deductis in specie ea renūciatione generali secuta de cæteris omnibus casibus fortuitis valet & talis renūciatio generalis refertur solum ad alios casus similes expressis vel minoribus, & non refertur ad casus grauiiores. Bart. in eodem §. quæsitum. in fine. & ibi l. n. 1. §. Felin. in ca. sedes. num. 3. de refeci.

Conclusio XXVI.

Nepos habens patruum fratrem sui patris ex vtroque latere & alterum patruum fratrem ex altero latere rātū: si demū nepos ille moriatur relicti illis patris illi nepoti defuncto succedent tam patruus ex vtroque latere quam patruus ex altero latere equaliter. ita Curt. lun. conf. 46. ga tunc non curatur de pluralitate vinculoꝝ quæ solum consideratur cum tractatur de succedēdo fratri vel patruo aut ascendentibus aut descendentiibus. secus quando plures ne potes ex diuersis fratribus vel quando duo patrum tractant inter se de succedendo nepotibus. Bart. in l. post consanguineos. §. legitimam. ff. de suis & leg. hære. Curt. vbi supra.

Conclusio XXVII.

Donatarius medię partis bonorum mobilium & immobilium non creditoribus hereditarijs, & illi donatario debetur integra dimidia ipsorum bonoꝝ, quæ dimidia non poterit diminui ratione æris alieni, & quod æs alienum ab herede donatoris in altera dimidia extendendum erit. l. æris alieni. C. de dona. & in hoc casu non veniunt iura & actiones actiue nec passiuę. Dec. conf. 237. nu. 4. verbum enim bonorum nō est verbum iuris, sed corporum. & ideo in tali donatione non veniunt iura nec actiones quæ remanent penes heredem cum alia parte hereditatis, ergo talis donatarius non conuenietur a creditoribus hereditarijs ipsius donatoris, quod procedit in actione personali: sed si fuissent bona

obligata tempore donationis tunc essent trāsata cum onere obligationis prius contracto, & isto respectu donatarius possessor medię partis illorum bonorum possit molestari p actionem hypothecariam. l. si fundus. §. in venditione. ff. de pigno. Deci. in eodem conf. idem erit dicendum quamuis donatarius medię partis esset donatarius medię partis bonorum mobilium & immobilium & actionum qui adhuc non teneretur ad debita. Deci. in eodem conf. licet bona dicantur deducto ære alieno: quod locum habet in vniuersali bonorum dispositione vt per Decium in eodem loco.

Conclusio XXVIII.

Si quis cum suis filijs hæres institutus sit & alius etiam sub suo proprio nomine: vt si dictum sit instituo Titium cū suis filijs & Semproniam heredes, eo casu Titius cum suis filijs habebunt vnam dimidiam & Semproniam aliam dimidiam. l. vlt. C. de impu. quod procedit etiā si filij ipsius filij proprijs nominibus vocati fuerint, nā tunc nomina proprijs filioꝝ censentur expressa declaratiuē, & non per viam principalis dispositionis. quod si dispositiue proprijs nominibus nominati fuissent, admitterentur pro virili. Dec. conf. 382. sicuti & alij hæres nominati proprijs nominibus admittuntur pro virili per d. l. vlt. quod si plures sub nomine appellati in institutio Titium & filios fratris, nā filij fratris pro vno haberentur & hæreditas in duas partes diuidenda esset. l. si communis. ff. de stipula. serui. quod si esset apponita hæc dictio æquē, æqualiter omnes admitterentur, nam ea dictio æquē facit eos pro nominatis haberi. idem si cum pluribus institutus tertius substituitur cum adiectione nominis distributiui, nam adhuc & pro virili admitterentur ex natura illius distributiui quæ facit singula haberi pro nominatis & expressis. d. l. vlt. & Dec. in eodem conf.

Conclusio XXIX.

Ex transactione non debetur laudimium vbi ex ea transactione contracta inter contententes actorem scilicet & reum, res ipsa super qua transigebatur penes reū remaneret & ipsum possessorem quia tunc ipsius rei nulla fit alienatio. Stepha. Ber. conf. 32. l. j. vol. conf. & resol. quod si res ipsa relaxetur alteri & tradatur, laudimium debebitur ex tali transactione per quam res ipsa ad alium quā ad ipsum possessorem perueniat. Alex. & alij in l. si pro fundo. C. de tranfac. ille qui dimittit rem & transfert ad alium videtur eam rem alienare & sic debetur laudimium. Bal. in tit. de controuer. inter vassal. ex relaxatione autem quā quis facit de re existente penes alium, nullum nouum titulum illi tribuit, & tūc ea transactio non est species alienationis. Alex. & l. in ead. l. si pro fundo. & Alex. conf. 95. in 6. vol. & Roma. conf. 166.

Conclusio XXX.

Abens dilationem a lege vel principe tenetur interim satisfadere. l. vniuersa. C. de prec. imper. offeren. habens autem dilationem ex suo contractu & ex prouidentia non tenetur satisfadere pendente ea dilacione nisi mutare suam conditionē & fieret pauper. l. si creditores. ff. de priuile. credito. l. in omnibus. ff. de iudi. Bald. in l. si constante. §. quoties. ff. sol. matri.

Conclusio XXXI.

Marius obligans vel locans omnia sua bona non videtur nec obligare nec locare bona dotalia. Bal. in l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matri. Soci. conf. 29. nume. 11. in 4. vol.

Conclusio XXXII.

Emptor qui possessionē rei empte est adeptus, p̄fertur alteri emptori etiā si prius ipsam emisisset. l. quoties. C. de rei vendica. in d̄ctu autem locationis hoc non obseruatur, sed secundus conductor cui facta fuit traditio si teneat rem conductam poterit se defendere contra primū conductoꝝ agentem q̄ eū, vt sic per viā exceptionis erit potior, proponēdo exceptionē retentionis & receptionis, neq; tenebit illi primo cōductori rem ipsam restituere quia ille primus cōductor nullum ius habet reale in re conducta & nec secundus conductor aliqua obligatione tenetur illi primo cōductori, cum quo nullo modo contraxit. quod si secundus conductor nullam possessionem nec detentionem haberet rei ipsius conductæ non esset potior, sed agere posset ad interesse, contra locatorem si impediatur vti re conducta. l. in operis. ff. locati. de Rota deci. j. in titu. de locato. Soci. 29. nu. 7. in 4. vol.

Conclusio

Conclusio XXXIII.

Promittens indemnitate iudici & cum indemnem conferuare in promissione iudicis legalibus: vt de praesentando aliquem ad iudicis requisitionem, nō intelligitur iudicem corrumperere, & valet huiusmodi promissione legalis, etiam si pertineant ad ipsius iudicis securitatem, qui alias conueniri posset per titulum de magistratibus conuenientis. sed promittens eam securitatem aut indemnitate iudici ad hoc vt ferat sententiam tunc faciēs tales promissiones in solitas intelligitur corrumperere iudicem, & turpiter eū iudice pepigit. & talis promissio non valet. Bal. in l. vt puta. §. sed & si dedi. ff. de condi. ob turp. caus. l. in l. j. ff. de condi. ob turp. caus. quod si contra iudicem proteclatur accipiendo eum in partem formatam posset tunc iudex indemnitate accipere. Franc. Marcus. Deci. 602.

Conclusio XXXIII.

Tertius qui pecuniam accipit etiam vt verum deponat, tenetur poena falsi: si enim quis dederit pecuniam alicui vt testificetur etiam in bonam causam: quamuis ille deponat secundum veritatem nihilominus dicitur corruptus & falsarius, & perinde punitur ac si falsum dixisset. gl. in l. j. & ibi Bar. ff. de falsis. Pau. Cast. & l. in l. j. ff. de condi. ob turp. caus. Franc. Marc. deci. 602. in 2. par.

Conclusio XXXV.

In restitutione fideicommissi vniuersalis quod relictum fuit verbis generalibus & vniuersalibus, vel per verba collectiua aut per verba futurum significantia veniunt prælegata facta vni ex hæredibus grauato, quæ prælegata ab ipso herede grauato sunt restituenda fideicommissario, vna cū ipsa hæreditate. l. cum virum. C. de fidei. & ibi Doct. & Boer. deci. 280. in prin. vt per hæc verba. grauato te vt restituas quicquid ad te peruenit ex bonis meis: nam verbum quicquid, est collectiuum vniuersaliter. l. in d. l. cum virum. & Boer. in eodē loco. idem si testator dixerit: grauato te vt restituas omnia bona mea, quia qui totum dixit nihil excludit. idem si dixerit: rogo te vt restituas omne quod inuenies in bonis meis, his enim casibus & hereditas & prælegata ipsa veniunt restitueda, siue illa prælegata relicta sint ante grauamentum fideicommissi, siue post. Boer. in eadem deci. nu. 1. vbi verò fideicommissum nō esset relictum sub verbis generalibus aut vniuersalibus, nec sub verbis collectiuis, & recurrit ad distinctionemque habet, nepe quod aut testator primò rogauit heredem, & postea illi prælegauit, & tunc non veniunt prælegata in restitutione fideicommissi. l. Titia. ff. ad l. falc. & illa est communis opinio. Aut e contrario quia primò prælegauit & postea rogauit ipse testator, & tunc prælegata veniunt in restitutione ipsius fideicommissi, quando testator mentionem fecit hæreditatis, vt quia dixit: rogo te vt restituas portionem hereditatis, aliàs non, nisi prælegata tota essent distributa, vt ibi Boer. nu. 8. & in summa quando prælegata p̄mittuntur & fideicommissum sequitur absque verbis vniuersalibus, & prælegata in fideicommissum comprehenduntur: quod si fideicommissum præcedit & prælegata sequantur, & non veniunt in restitutione. Boer. ibidem. & Deci. conf. 254. Soci. conf. 3. in 4. vol.

Conclusio XXXVI.

In restitutione fideicommissi non veniunt legata quæ facta sunt heredi instituto quæ legata quamuis non valeant quia a se ipso legari non potest. l. planē. §. si duobus. ff. de leg. j. tamen ea legata non veniunt in restitutione fideicommissi, nec bona testatoris quæ ad heredem ex contractu inter viuos perueniunt. Boer. deci. 280. nu. 7.

Conclusio XXXVII.

Vtor tenetur exigere debita a debitoribus pupilli alias nomine proprio teneretur. l. ij. C. arbi. tut. tamen si debitum esset tale vt plus expenderetur in eo exigendo quā esset debitum ipsum, excusandus esset ipse tutor. per l. mediterraneę. de annonis. & ibi Bar. & Ioannes de platea.

Conclusio XXXVIII.

Testamentum secreto factum, vt cū aliquis adduxerit testes secreto in domum alienius coram quibus ille testatus fuit non per hoc numpetur illud testamentum dum tamen hæres scriptus sit capax hereditatis, nec per hoc hæres quamuis adduxerit testes suos amicos vel parentes absentibus consanguineis ipsius testatoris p̄ueniendus esset. l. quod si dubitet. ff. de acq. hered. Bar. in l. si qui. de delato.

Conclusio XXXIX.

Quando bona tacite relinquuntur non capaci & bona fisco applicantur. l. nō intelligitur. ff. de iure fisci. & hoc in poena eius qui accomodauit tacitam fidem nō capaci.

quando verò bona palā relinquuntur incapaci in testamento, tale relictum non valet, & remanet penes eum qui relinquit. l. non ambigitur. §. j. ff. de iure fisci. & qñ bona indigno relinquuntur siue tacite siue expresse ea bona fisco applicantur. toto titulo, de his qui. vt indig. Bar. in l. j. de delat. & spurij computantur inter incapaces & non inter eos qui sunt indigni. Bar. ibi.

Conclusio XL.

In societate partes æquales esse debent. l. si non fuerint. ff. pro socio. nec debet vnus plus lucri percipere quàm alter, nec valet pactum q̄ partes sint inæquales in his qui in societate inuitantur. d. l. si non fuerint. & sic partes lucri & damni debent esse æquales. qđ procedit vbi capitale est æquale, quod si capitale esset inæquale, & partes lucri & damni poterunt etiam esse inæquales, & proportionabiles ad portiones capitales. Bal. in l. j. in 4. questione. & ibi Sali. in 7. quest. C. p̄ socio. Cor. conf. 98. nu. 4. in 4. vol. habenda est enim consideratio, quod qui plus contulit in societate, plus consequi debet. Soci. conf. 265. nu. 6. par. 2. & Cor. conf. 24. in j. vol.

Conclusio XLI.

Vbi creditor accipit pignus a suo debitore & actū est inter eos vt pignus nō vendatur, eo pacto nō obstante creditor poterit pignus ipsum vendere, dum tamen prius præcedat trina monitio contra debitorem. l. si conuenit. ff. de pig. actio. quod si nihil dictum sit quod non vendatur, licebit creditori pignus ipsum vendere facta prius semel denūciatione ipsi debitori. d. l. si conuenit. & vbi actum est, seu dictū, quod licebit creditori pignus ipsum vendere, & tunc illi licebit vendere absque vlla denūciatione. gl. in l. creditor. C. de dist. pig. l. in l. si. nu. 1. C. de iure emphy.

Conclusio XLII.

Confessio facta per creditorem quod pecuniā recepit a fideiussore probat veram nūciationem respectu ipsius fideiussoris: ita quod ille fideiussor agere possit cōtra ipsum debitorem pro quo fideiussit. Deci. conf. 493. nu. 6. confessio enim de soluto post triginta dies, & vera solutio æquiparantur. l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non numerata. pecu. quin etiam talis confessio de soluto, vel illa scriptura in qua fit ea confessio procedit debitori cōtra creditorem. Alex. conf. 123. in 6. vol.

Conclusio XLIII.

Legatum alimentorum non est reiterabile. l. libertis. ff. de alimen. lega. & ibi Bar. & ideo si vir vxori legatum alimentorum fecerit, deinde filijs vel alijs alimenta relinquat in eis bonis: illud secundum legatum erit modicę vtilitatis. ita Ioa. dilectus in suo lib. de arte testā. in tit. sexto: cautela 23. duæ enim cause lucratiuę ex diuersis testamentis non possunt cōcurrere. & Alex. conf. 134. nu. 9. in 6. vol.

Conclusio XLIII.

Donatio per natiuitatem liberorum reuocari potest, siue illa sit donatio omnium bonorum, siue partis bonorum, quod si res certa donetur quæ factem ascendat ad quartam partem bonoꝝ poterit etiam reuocari per l. si vnquam. C. de reuoca. dona. Soci. conf. 22. par. 3. minima autem donatio non reuocatur per eam. l. & hæc est cōmuni opinio vt per Deci. conf. 581. nu. 3. Cur. lun. consil. j. nu. 18.

Conclusio XLV.

Quoties annuatim a testatore legatur certa quantitas frumenti alicui legatario: non debetur statim ea frumenti quantitas: sed erit soluenda eo tempore quo frumentū colligitur. l. Firmio. §. pater. ff. quādo dies legati cedit. & ibi Bar. in l. legatarius. ff. de leg. 3. Soci. conf. 4. nu. 10. in 4. vol. idem erit dicendum in legato aliorum fructuum, qui debentur eo tempore quo fructus colligentur annuatim, & non in principio cuiuslibet anni, quod si legetur in finem certa quantitas fructuum & certa summa pecunie, vt vnus; debebitur tempore quo fructus colliguntur, cum simul vt siue legatū sit. l. in l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. quod si vestitus legatus sit, tradentur vestes quando legatarius egerit. Soci. cōf. 11. in j. in j. vol. & conf. 10. eodem vti. quod si legata sint alimenta ea debebantur de mense in mensem, & in principio cuiuslibet mensis. l. si pecunia. ff. de ali. & ciba. lega. Soci. in eodem cōf. quod si victus legatus fuerit, in principio cuiuslibet ann debebitur. Soci. ibid.

Conclusio XLVI.

Confessio facta absente parte licet non faciat plenam probationem. Bar. in l. admonendi. ff. de iure iur. Cor. conf. 63. in j. volum. & ibi inquit hoc communiter teneri. & conf. 113. nu. 16. in j. vol. & conf. 123. nu. 3. cod. vol. dum tamē illa confessio per duos Com. opin. Tom. 4. M M M M

testes probetur, qui licet non deponit de confessione facta...

Conclusio XLVII.

Testis dictum se illius depositio qua partim continet verum...

Conclusio XLVIII.

Quasi possessio per vnum actum acquiritur dummodo ille actus fuerit fortitus effectum...

Conclusio XLIX.

Mulier qua habet patrimonium si nubendo illud in dotem non constituerit, non dicitur constitutum in dotem...

Conclusio L.

Patres naturales ex eodem patre & matre inter se possunt succedere, & sunt inter se successibiles...

Conclusio LI.

Fructus cum expensis factis causa querendorum, colligendorum & conservandorum fructuum regulariter compensantur...

Conclusio LII.

Substitutio fidei commissa facta duobus etiam sine expressione nominis collectivi non vendicat sibi locum in persona primi mortui...

ita fuisset cum expressione nominis collectivi ut sub his verbis, si ambo, vel si uterque decesserit...

Conclusio LIII.

In successione ab intestato vocatur hi qui sunt proximiores defuncto & qui coecepti erant tempore mortis illius...

Conclusio LIV.

Socius acquirens feudum aut rem emphyteuticam non dicitur eam communicare sociis ne dominus directus habeat alium vassallum...

Conclusio LV.

Colonus qui promittit terras laborare arbitrio boni viri, si demum hoc verratur in dubium, tenebitur probare se laborasse...

Conclusio LVI.

Fideiusor creditor contra se agenti potest compensatio opponere de his qua ille creditor debet debitori principali etiam ex alia causa...

Conclusio LVII.

Fideiusor is censendus est qui dicit creditori alicuius permitto tibi pro tali: talis enim ita promittens videtur in dubio fidei iurare...

Conclusio LVIII.

Si vnus ex heredibus institutis moriatur viuentem testatore & post testamentum ab ipso conditum, demum eo testatore mortuo substitutus admittitur ad illius portionem...

Conclusio LIX.

Relictum pro anima dicitur relictum ad pias causas, & tale relictum ad pias causas tractari potest tam coram iudice laico quam coram iudice ecclesiastico...

Conclusio LX.

Vis recusari potest propter inimicitias siue ille sit iudex siue arbiter siue testis quamuis inimicitia prouenerint ex parte illius...

Conclusio LXI.

Testes quantumuis in quandam consequentiam referant commodum ex eorum depositionibus dummodo non principaliter consequantur commodum, dicuntur testes idonei...

Conclusio LXII.

Filia renuntians successioni paternae cum iuramento non reuocatur talis renunciatio per natiuitatem liberorum quos demum habuit ea filia quia...

redes matris quae renuntiauit, Alex. conf. 29. nu. 10. in iij. vo.

Conclusio LXIII.

Verbum haeres, positum in testamento circa substitutionem comprehendit solum descendentes ut si testator dicat, si haeres decedat sine herede...

Conclusio LXIII.

Legatum relictum uxori quo relinquit uxorem suam dominam & usufructuaria omnium suorum bonorum donec vitam vidualiter seruauerit, & casu quo non possit pacifice stare & viuere cum suis filiis hereditibus institutis relinquit illi...

Conclusio LXV.

Quando plures insitit, vel substituti sunt inter quos ordo charitatis seu ordo necessariae vocatiois cadit, quae eis debetur legitima successio, tunc videtur inuitari ordine successio...

Conclusio LXVI.

Quando plures sunt inuitati per nomen collectivum, puta familiae, domus, agnationis, liberorum, vel filiorum, & inter quos est ordo charitatis naturalis & affectionis ab intestato...

Conclusio LXVII.

Quando plures sunt substituti copulatiue & nominati inter quos cadit sola ratio ordinis successiois ab intestato videtur simul vocati & coheredes puta instituto fratre meo & Ioanne Anthonio & eius filios d. l. f. C. de impu. & idem fortius ubi charitas non causaretur a natura ordinata...

Conclusio LXVIII.

Quoties lex vel statutum prohibet aliquid fieri, & sic procedit prohibitive licet aliter atque aliter & non expressè procedat ad actus annullationem, tunc actus factus contra legis vel statuti prohibitionem non valet & est nullus...

Conclusio LXIX.

Protestatio alicui facta non nocet, neque quis illi debet parere nisi veritas illius causae sibi ostendatur. l. nomen. C. quae res pignori oblig. pos. vel nisi protestatio fieret cum commissione & auctoritate iudicis...

Conclusio LXX.

Dominus potest ratificare gesta per suum procuratorem generaliter etiam in causis requirentibus speciale mandatum. Archidia. in c. qui ad agendum de procurat. in 6. Alex. conf. 78. nu. 16. in 5. vol.

Conclusio LXXI.

Quilibet potest allegare & proponere innocentiam alicuius rei qui est persequentis & accusatus & est absens etiam sine mandato: & talis proponens eam innocentiam admitti debet & probatione facta super ea innocentiam profertur inquisito accusato & absenti...

Conclusio LXXII.

De iure canonico causae suspicionum propositae contra iudices debent plene probari. ca. suspicionis. de officio delega. tamen causae suspicionum quae contra naturam proponuntur sufficiunt quod per solum iuramentum recusantis probentur & neque requiritur causa expressio neque plena probatio...

Conclusio LXXIII.

Constitutio procuratoris facta ad causam iam ceptam operatur ratificationem eorum quae gesta fuerant per ipsum procuratorem priusquam mandatum susciperet...

Conclusio LXXIII.

Id quod ab auctore datur nepoti censetur aduentitium & illi datur ipsius nepotis contemplatione, & non patris sui qui est filius ipsius nepotis. l. que sit. & ibi Bar. ff. de leg. 1. l. post alios in l. Gallus. §. quod si is. nu. 2. ff. de lib. & posth. nisi auctore daret nepoti vel nepoti id ad quod de iure tenebatur...

Conclusio LXXV.

Quod filius seorsum habitans a patre acquirat, acquirat sibi quantum ad proprietatem & quo ad usufructum acquirat patri. l. cum oportet. de bonis quibuslibet. Alex. conf. 138. vo. 5.

Conclusio LXXVI.

Vis non presumitur natus ex illo quem constat rem habuisse cum ea muliere ex qua demum ille natus est & neque propterea praesumendum erit ex eo viro eam fuisse mulierem grauidam. Alex. conf. 157. in 5. vol.

Conclusio LXXVII.

Instrumentum quod habet rasuras seu cancellationes circa ea in quibus vis instrumenti non consistit, & sic quando cancellatio seu rasura est circa id quod non est de substantia totius instrumenti, non vitiat ipsum instrumentum, cancellatio autem seu rasura quae est circa id quod non est de substantia ipsius instrumenti, vel circa annum vel nomen tabellionis vel nomen partium vitiat ipsum instrumentum & non valet in aliquo...

Conclusio LXXVIII.

Verba generalia habent in se supponere & se referre ad ea quae sunt de natura contractus. Bal. in l. a procuratore. C. manda. & hic terminus omnis positus in aliquo contractu restringitur ad ea quae sunt de contractu ipso. l. si stipulatus. de vfuris. & Bal. in d. l. a procuratore.

Conclusio LXXIX.

Substitutio ita facta, institutio fratris, & si moriatur sine liberis ex se natis, Caium substituo: cessabit non solum si extiterit filius ex ipso herede: sed et si extiterit nepotes ex filio ipsius fratris. l. Lucius. ff. de heredi. insti. & Alex. conf. 37. nu. 12.

Conclusio LXXX.

Substitutus in vim pupillaris admittitur non solum si sit pupillo substitutus, ut in hoc exemplo, testator dixit, instituo filium pupillum, & si moriatur in pupillari aetate Caium substituo, & quodcumque Caius decedat substituo Sempronium. Caius mortuus est, demum pupillus decessit quare illi pupillo Sempronius succedet. l. in l. i. nu. 2. ff. de vulg.

Conclusio LXXXI.

Haeres institutus & cui datus est substitutus non potest ab intestato succedere: sed repudiando hereditatem aut eam nolens adire facit locum substituto. l. filium. ff. de acqui. hgr. Lancelotus Politus in tractatu substitutionum in materia vulgaris nu. 31.

Conclusio LXXXII.

Filius familias sine voluntate sui patris de aduentitiis suis rebus in quibus pater habet usufructum non potest disponere etiam quo ad suum praediuicium: nec valeret alienatio nec alia dispositio, etiam quoad proprietatem ipsorum bonorum ita ut ipse nec filius qui fecit talem alienationem possit contra eam venire & eam reprobare atque factum suum circa talem alienationem per l. quemadmodum C. de agric. & censitis lib. 10. & hoc per l. si filius. C. de bonis quae Com. opi. Tom. 4. MMMM 2

liberis. & ibi Bald. & alij & Paulus Castren. in l. & hæredi. §. si-
lius. ff. de pactis nu. 4.

Conclusio LXXXIII.

Spurij appellatione coniunctorum non veniunt de linea
cõsanguinitatis. l. si spurius. ff. vnde cognã. propterea in-
ter eos spurios nulla cadit successio, & neque inter se succe-
dere possunt. gl. in l. in hac parte. ff. vnde cognã idem de filiis
naturalibus qui inter se etiam non succedunt vt ibi per glo.
& inquit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. qd
appellatione coniunctorum non veniunt spurij quare si sit sta-
tutũ qd coniuncti teneantur ad cõpromittendũ & c. sunt tam-
en quo ad matrimonij coniuncti: sed nõ quoad alia d. l. si
spurios. Alex. conf. 144.

Conclusio LXXXIII.

I duo testes pro aliquo deposuerunt in aliquo negotio &
alius testis dicit contrariũ vnus testis nõ elidit dicta aliorũ
Bar. in l. i. ff. de ventre in spic. Conclusio LXXXV.

Testes quorum vnus deponit de solutione census vnus
anni, alter de solutione alterius anni, & alius de solutiõne
facta in alio anno non sunt singulares, & ideo probant eum
in effectu conueniant. ita Chaff. conf. 16. nu. 19.

Conclusio LXXXVI.

Dominus iurisdictionalis habet intensionẽ fundatã quoad
dominiũ territorij qd est eius iurisdictionis contra ali-
quem particularem, qui aliquam rem possideat existentem
intra fines sui territorij sed non quoad hoc vt sit sibi tributa
ria Chaffa. conf. 18. nu. 22.

Conclusio LXXXVII.

Executores dati in testamento ad hoc vt illi constituan-
tur in negligentia requirunt vt moneantur intra cer-
tum tempus. x. qui voluntatem defuncti & demum execu-
toribus negligentibus permillum erit episcopo exequi id
quod ille testator mandauerat. ca. nos quidem. c. si hæredes
de testamentis. quod si interea executores moriantur executio
respectu suæ causæ deuoluetur ad ipsum episcopũ. l. nulli &
l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cler. & Pet. de ancha.
conf. 45. & sic deuolutio fit ad episcopum aut per negligẽ-
tiam aut per mortem executorum.

Conclusio LXXXVIII.

Substitutio ita facta à patre pluribus filiis quorum aliqui
erant puberes & alij impuberes, instituo filios meos hæ-
redes & si quis eorum in pupillari etate vel postea quando-
cunque sine liberis decesserit substituo superstitibus, talis sub-
stitutio erit omni tempore fideicommissaria etiam respec-
tu pupilli. & hoc vt seruatur æqualitas inter ipsos. Bald. &
Sali. in l. in testamento, in princ. C. de testam. militari. ita vt
si pupillus moriatur in pupillari etate & mater & alij veniẽ-
tes ab intestato succedent exclusis sororibus pupilli ex vno
latere. auth. defuncto. C. ad Tertul. cum tamen onere resti-
tuendi hereditatem & parte pupilli substitutis retenta quar-
ta trebellianica & legitima, quæ ipsi filio pupillo debita erãt
ita Cor. conf. 197. in. vol. nu. 3. 4.

Conclusio LXXXIX.

Procurator qui accipit à domino mandatum vt aliquid
agat extra locum: si ille procurator eundo inciderit in la-
trones à quibus fuit spoliatus vel in via fuerit infirmitate op-
pressus non poterit à domino petere damna passã seu sum-
ptus factos illi non poterit imputare. l. inter causas. §. non
omnia. ff. mandati. Panor. in cap. cum pro causa nume. 4. de
procu. Hæc enim sunt à mandato extrinseca: socius tamen
socio imputat damna quæ fuit passus ratione societatis. l.
cum duobus. §. damna fatalia. ff. pro socio & Panor. in eo
c. cum pro causa.

Conclusio XC.

Bona illius qui seipsum occidit cõscientia perpetrati sce-
deris de quo iã postulatus est ad fisco debent spectare,
l. 3. §. ff. de bonis eorum qui sibi mortem conscii. l. in fraudẽ,
§. eius bona. ij. ff. de iure fisci. Bona vero illius qui se occidit
tadio vitæ vel doloris impatientia propter mortem sui filij
vel pudore æris alieni nõ erunt publicanda. sed ad successore
res debebunt spectare fisco excluso d. l. 3. §. si quis autem. ff.
de bonis eorum. & cum variis modis quis sibi mortem infer-
re possit in dubio nõ videtur quod quis sibi mortẽ intulerit
ob crimẽ mortis quare hoc pbandũ esset. Dec. cõ. 43. 8. maxi-
mẽ in eo qd accusatus vel inquisitus est de aliquo crimine.

Conclusio XCI.

Facultas alienandi alicui concessa per testatorem put sibi
placuerit non significat absolutam voluntatem alienandi
concessam esse: sed debet ea referri ad arbitriũ boni viri ita
scilicet vt sine causa ille nõ possit alienare. l. Thais. §. foci. ff.

de fidei. libert. Cor. conf. 173. nu. 5. in 3. vol.

Conclusio XCII.

Mater in testamento sui filij relicta usufructuaria & cui
minus legitima relicta est poterit consequi integrã
legitimam quæ erit triẽs in substantia & nihilominus usufruc-
tum consequetur. Cor. cõf. 176. in 3. par. tales enim fru-
ctus qui post mortem filij percipiuntur nõ sunt de substan-
tia bonorum filij defuncti vt ibi per Cor.

Conclusio XCIII.

Vxor licet cogi non possit ferre testimonium cõtra ma-
ritum tamen propter inopiam probationum cogi po-
terit ad testificandum contra ipsum maritum, & sic in substi-
dium cogetur, aliàs non. Alex. conf. 102. nu. 8. in 7. vol. Ro.
singulari. 393. Hipp. de Marfi. in sua practica caufarum crimi-
nialium in verbo diligenter nu. 121.

Conclusio XCIII.

In successione nepotis ab intestato mortui succedunt æ-
qualiter auus maternus seu auia materna cum auo pater-
no vel auia paterna in omnibus bonis ipsius nepotis, nulla
habita differentia vnde cunque bona prouenerint siue à ma-
tre vel eorum contemplatione: sed sufficit probare qd ne-
potis tẽpore suæ mortis ea bona possidebat & qd est eius ne-
potis hæreditas. ita Cor. conf. 265. contra Bartoli opinionẽ
qui putabat in bonis à patre ipsi nepoti prouentis aum pater-
num succedere. in l. quod scitis. C. de bonis qd liberis: sed
superior opinio est vera.

Conclusio XCV.

Donator qui donauit omnia sua bona retento sibi v-
sufuctu nõ tenetur cauere vt alij usufructuarij ad hoc
vt possint vti eo usufructu per eum titulum, usufructuarius
quemadmodum caueat. suadet enim ratio vt talis donator
subleuetur à tali cautione & ne vexetur à suo donatario cui
iam sua bona donauit. ita Cor. conf. 267. par. 4.

Conclusio XCVI.

Beneficium ecclesiasticum per contractum matrimonij
dicitur vacare si probetur matrimonium contractum
fuisse per verba de presentĩ: licet non fuerit cõsummatum,
& neque requiritur consummatio ipsius matrimonij sed so-
lũ quod sit contractum per verba de presentĩ ad hoc vt
beneficium dicatur vacare, per sponsalia tamen contra-
cta per verba de futuro non diceretur vacare. est decisio
dominorum de Rota dec. 26. in antiquis. Deci. tamen tenet
conf. 166. clericum matrimonium contrahentem non pri-
uari beneficio quamuis de facto contraxerit: sed debere pri-
uari.

Conclusio XCVII.

Hæredes donantis qui volunt reuocare donationem fa-
ctam per eorum patrem beneficio. l. si vnquam. C. de re-
uo. donat. non habet necesse eã reuocare quia iam ipso iure
est reuocata per natiuitatem liberorum. Alber. de Rosat. in
d. l. si vnquam. Guid. Papæ dec. 214. requiritur tamen qd per
iudicem fiat reuocatio: interim tamẽ ipso iure est reuocata.
& hoc tenet Ioan. Nicolaus in repet. l. generaliter num. 8.

Conclusio XCVIII.

Matrimonium quod per puberem & impuberem con-
tractum est, licet respectu impuberis dicatur claudica-
re, tamen si interim pubes matrimonium cum alio contra-
xerit antequam impubes ad ætatem legitimam peruenerit
ita vt iam per carnalẽ copulã matrimonium perfecerit, tene-
bit illud matrimonium non obstante quod prius matrimo-
nium contractum fuerit etiam per verba de presentĩ cum
impubere: dũ tñ ille pubes prius secundũ illud matrimonij
perfecerit ante inhibitiones sibi factas. c. si inter. de spõsa. &
matrim. & ibi Hostien. & Inno. Est quidem verum quod pub-
es qui contraxit cum impubere tenetur spectare impube-
rem, donec peruenerit ad ætatem legitimam: sed hoc proce-
dit ratione promissionis iam factæ, & non respectu matri-
monij quod nullum est propter defectum ætatis ipsius impu-
beris, per eum titulum de desponsa. impu. & quamuis demũ
ille pubes non spectato tempore contraxerit, tenebit illud
secundum quia vinculum fortius rumpit debilius, c. si inter,
de sponsa. & matr. item licet inter puberem & impuberem
fuerit matrimonium contractum per verba de presentĩ tam-
en fictione iuris fuerunt reuera sponsalia de futuro. c. vni-
de desponsa. impub. in 6. illa est decisio dominorum de Rota
dec. 450. in nouis. in rubri. de sponsa.

Conclusio XCIX.

Maritus relictus ab vxore dominus usufructuarius &
massarius suorum bonorum institutus filiis hæredibus
solum debet habere alimenta sicuti & e contrario vxore re-
licta usufructuaria à suo marito filijs hæredibus institutis
quo casu vxor & demum vidua nihil aliud præter alimentũ
consequi potest. Bald. in auth. quod locum. C. si secun. nupf.
mulier. Ioan. N. colaus in l. generaliter. num. 3. 2. C. de secun.
nupt.

Conclusio C.

Mater vidua quæ nõ gerbat tutelam suorum liberorũ,
si tamen ea secundũ nubat non petito tutore filiis suis
impuberibus priuabitur successione filij sui si ille decedat in
pupillari etate, aliàs nõ. & alias pœnas minime patitur qd uã-
uis filius impubes moriatur, sola tamen successione filij sui
priuatur. Ioan. de Garro. in auth. eisdem pœnis. num. 8. C. de
secun. nup.

Conclusio CI.

Relictio in integrum contra tres sententias siue inter-
locutorias siue diffinitiuas nõ datur, quin prius doceatur
de aliqua causa noua propter quam verisimile sit ipsum
petentem restitutionem fuisse lesum. l. minor. cum sua glo.
ff. de mino. decisio dominorum de rota. 2. in nouis.

Conclusio CII.

Pater conuolando ad secunda vota non perdit ea quæ à
filio adquiserat ex filij sui testamento in quo fuerat ab
ipso filio institutus. idem de matre quæ non perdit ea quæ à
filio adquisierat ex filij testamento siue id sit ante transitũ
ad secunda vota siue id sit post ea. auth. ex testamento. C. de
secun. nup. Neque perdit pater secundo matrimonij con-
trahendo ea quæ filius habuerat & ab auo vel à suo fratre
sed & nec bona profectitia perdit ipse pater. perdit quidem
proprietas bonorum maternorum quæ ad filium peruenerunt.
Papon in suo recueil des arrests in tit. des nopces tãt
premieres, arrest vij. & Socinus conf. 34. in j. par. nu. 4.

Conclusio CIII.

Tutor pendente tempore quo reddit rationes suæ tutelæ
non tenetur interim dare aliquam summã pecuniæ suo
pupillo pro prouisione, sed expectare debet ille pupillus ex
tunc cause idem Papo refert iudicatum in suo recueil des ar-
rests in tit. des inuentaires arrest premier.

Conclusio CIII.

Sialiquis moriatur relicta ascendentibus in gradu dispari
vt si habeat patrem suum & auiam maternam eo casu pa-
ter in solidum suo filio succedet excluso auo materno aut au-
ia materna & succedet inquam pater in omnibus bonis filij
sui etiam si ea bona ad filium peruenerint ex matris succes-
sione & sic ex linea materna aut alias. Item si quis moriatur
matre & ab intestato sola mater succedet & tanquam pro-
ximior ab intestato excluso auo materno etiã de bonis quæ
ex linea paterna prouenerint. auth. defuncto. C. ad Tertul.
Gul. Bene. in c. Rai. in verbo & vxorem nu. 637. & hoc pro-
cedit vbi nulli ad sunt filij defuncti aut collaterales ex vtro-
que latere, aliàs locum haberet auth. defuncto.

Conclusio CV.

Grauatũ de restituenda hereditate per viam contractus
non detrahit quartam Trebellianicam sed solum quan-
do quis grauatũ per viam illius voluntatis. l. in l. post mor-
tem. nu. 5. C. de fidei.

Conclusio CVI.

Pater promittens dotẽ pro sua filia & demum legans in
suo testamento ille filius videtur hoc fecisse animo cõ-
pensandi illud qd promiserat. quod procedit etiam si legãdo
simpliciter dixerit, lego filio meo: etiam si non adiecerit pro
dote hoc intelligitur per l. si cum dotem. §. si patri. ff. soluto
matr. Alexan. in l. huiusmodi. §. cum pater. in pri. ff. de leg. j. &
ibi inquit hanc communem esse opinionem. & procedit siue
summa promissa sit æqualis vel inæqualis summæ relicte.
Alex. ibi nu. 3. & procedit etiam siue prius præcedat legatũ
siue subsequatur & e contrario. Alex. ibi. hoc tamen non pro-
cedit vbi promissio consisteret in quantitate & id quod leg-
atum est consisteret in specie: quia tunc vtrumque debere-
tur. Ale. ibi in prin. & nu. 5. & e contrario Soci. conf. 100. in
4. par. nu. 9. quod si pater filio pro sua dote legauerit & de-
mum eam filiam matrimonio collocauerit, & centum pro
sua dote constituisset patre mortuo poterit filia reliquũ pe-
tere bonorum in l. Lucius. j. ff. de leg. ij. Ale. con. 134. in 6. vo.

Conclusio CVII.

Iudex in preparatorijs & ordinatorijs iudicij debet serua-
re statuta seu consuetudines loci vbi proceditur seu vbi
exercetur. l. iij. ff. de testi. dum tamen illa statuta sint rationa-
bilia in decisiõis autem seu circa decisiõia ipsius negotij
debet insequi & obseruare statuta seu consuetudines loci
contractus. l. si fundus. ff. de cuict. de Imola in rubrica de
consue. nu. 5. & 6.

Conclusio CVIII.

Pater pro dote quam filius eius recepit à sua vxore de mã
dato vel iussu ipsius patris tenetur etiam in solidum: & ad
ueniente die restitutionis poterit cogi ad illius restitutionem.
l. si cum dotẽ. §. transgrediamur. & ibi doct. ff. sol. matr. Cor.
conf. 303. in 4. vol. numero quinto. filius etiam in solidũ te-
netur & sic tam pater quam filius in solidum conueniri po-
terunt vt ibi per Cor. & nu. 6. non distinguendo ad quem pe-
cunia peruenerit ex quo iussu patris dos soluta fuit. Quod si
filius sine consensu patris aut sine eius iussu aut mandato do-
tem à sua vxore acceperit, & tũc solus filius teneretur & nõ
pater. d. §. transgrediamur & Cor. in eo conf.

Conclusio CIX.

Quoties duo sunt rei seu correi debendi & vni eorũ cre-
ditor succedit, quia creditor succedit debitori, correat
ope exceptionis de equitate in totum liberandus est, si in to-
tum locus fuisset repetitioni contra correat: si vero p parte
fuisse locus repetitioni contra correat, & solum pro ea
parte liberabitur contra eum creditorem qui correat succe-
dit, & hoc propter confessionem actionis resultantẽ ex eo
qd creditor debitori succedit: Quo casu actio confusa est. l.
debitor. ff. de pactis. l. Vranus. & ibi Bar. ff. de fidei. Cor. cõf.
303. parte 4. nu. 8.

Conclusio CX.

Testamentum ad hoc vt valeat, testes qui super eo depo-
nunt, debent deponere de toto tenore testamenti, adeo
qd si aliqui plus probent alij minus, non valeret eorum depo-
sitiõ, & tales testes obici possent. Cor. con. 309. part. 4. nu. 9.

Conclusio CXI.

Qvando sunt duo correi debendi si causa propter quam
se obligat pertinet ad vtrumque, censentur inter se fi-
deiubere & quilibet pro sua rata tenetur. qd si causa propter
quam se obligarunt spectaret ad alterum eorum tantum, al-
ter ad quem negotium nõ pertinet dicitur fideiubere p eo
ad quem negotium pertinet in solidum. Bart. in l. reos. ff. de
duo. reis. Cor. con. 316. 4. vol. nu. 2. Quare si plures rei debẽ-
di constituantur, & in rei veritate ad vnũ eorum pecunia
mutuo data peruenerit, alij qui pecuniam non acceperunt
sunt loco fideiussores habendi, ita Romanus conf. 114. Est
quidem verum qd respectu conditionis omnes dicẽtur prin-
cipales in obligatione: licet ad vnũ pecunia peruenerit. &
hi ad quos pecunia non peruenerit, poterunt implorare vt eo-
rum sumptibus actio dirigatur contra eum ad quem perue-
nit pecunia. Roma. ibi. & hoc quando principaliter & in so-
lidum simul sunt obligati ob id si causa obligationis sit cõ-
munis & alter eorum totum soluisset, repetet ab alijs p cot-
ta. Quod si causa obligationis ad vnũ tantum spectaret,
& alter ad quem causa non spectat totum soluisset, repetet
totum quod soluit ab altero. Cor. in eo conf. nu. 2. & consil.
12. 4. par. vel si vnus ex eis correis conuentus fuerit in vno
iudicio eo pendente siue in causa principali siue in causa ap-
pelli, poterit & alter correat etiam cõueniri. Ang. in §. duo,
nu. 12. in fi. de duobus reis.

Conclusio CXII.

Si pater & frater patris dotem promiserit pro filia ipsius pa-
tris solus pater tenebitur: quoniam onus dotandi filiam
pertinet ad ipsum patrem. l. qui liberos. ff. de ritu nup. & fra-
ter vt fideiussores censetur interuenisse. Cor. conf. 316. in iij.
vol. nu. 3.

Conclusio CXIII.

Mutuum non probatur si testes adducti ad probandum
mutuum deponunt solum de confessione mutui rece-
pti & nihil de numeratione dixerint. Socin. conf. 3. num. 6. j.
vol. nisi & de confessione mutui recepti articulatum fuisset
quia tunc per confessionẽ probaretur numeratio. l. Publica.
ff. de positi. & Soc. ibidem nu. 10.

Conclusio CXIII.

Ad mortem damnatis non est denegandum sacramen-
tum eucharistiæ si illud petant: verum dic illa qua de-
Com. opi. Tom. 4. MMMM 3

fertur & dat sacramentum & tribus diebus post illi damnati debent esse immunes a poena mortis. cap. qua. fitu. 1. 3. quest. 2. c. super eo. de hare. i. fexto. c. l. de pœnit. & remiss. & hoc in terminis tenet Franciscus Marc. dec. 10. secunda parte. & ibi asserit illud sacramentum etiam ad mortem damnatis concedendum esse.

Conclusio CXV.

Quoties vinum venditur ad mensuram seu in genere & vinum deperdatur, periculum vini deperdit post mensurationem & degustat. & mensurationem facta si vinum deperdatur periculum illius vini pertinebit ad venditorem, & sic duo requiruntur ad hoc vt periculum vini deperdit, & qd ad mensuram venditum sit emptoris, degustatio scilicet & mensuratio. si vero vinum in specie vendatur, post degustationem periculum vini pertinebit ad emptorem, si vero ante degustationem vinum acuerit, periculum erit venditoris & dicitur venditio in specie quando venditur vinum quod est in dolio. prima decisio probatur in l. quod sapè. §. in his. ff. de cōtra. empt. & in l. si vina. ff. de per. & com. rei venditæ. ita Franciscus Marc. decif. 58. in 2. part.

Conclusio CXVI.

Donatio facta à milite vel à doctore aut ab aduocato vel à clerico suæ cōcubinae aut mulieri coniugatae aut viduæ de qua erat aliqua sinistra suspicio nō valet & reprobata est talis donatio. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. & ibi doct. l. milites. §. mulier. ff. de testa. mili. & ibi Ang. & reuocanda erit talis donatio in fauorem fisci & fisco ea bona donata essent applicanda. l. mulierem. ff. de his quibus. vt indign. & per consequens nullū ius quereret nec ipsi mulieri nec eius hæred. firmaretur tamen iuramento donantis Bald. in l. milites. C. de testa. mili. ita Franc. Marc. dec. 127. in sec. par.

Conclusio CXVII.

Quoties vacat dignitas in aliqua ecclesia & canonicatus est annexus aut præbenda, quis potest eam dignitatem vacantem impetrare siue vacet per mortem siue per renunciationem & valebit talis impetratio etiam si de canonicatu aut præbenda nulla facta fuerit mentio: quia ille canonicatus & præbenda veniunt accessorie ad ipsam dignitatem, & maxime si ille impetrans eam dignitatem impetrauerit cum suis iuribus & pertinentijs, & valebit etiam procuratoris constitutio ad aliquam dignitatem resignandā nō facta mentione de canonicatu & præbenda: quia talis constitutio procuratoris solum se extendit ad annexa & in annexis ad vnius acquisitionem venit & alterius acquisitio. l. ad rem legatam. ff. de procu. & maius dignū trahit ad se minus dignū. c. quod. in dubijs de consec. eccl. Franciscus Marcus decif. 134. in ij. par.

Conclusio CXVIII.

Exceptio criminis opposita in possessorio reintegrandæ vel retinendæ in materia beneficii & contra impetratam interdictionem reintegrandæ vel retinendæ in ea materia beneficii, talis exceptio criminis reicij debet & non est admittenda nisi esset talis exceptio criminis que insinceret ipsum possessorem vt est crimen hæresis. gl. in cap. quo iure octaua. dist. & licet exceptio criminis impediatur ordinis executione, non tamen habet obstare in possessorio nisi produceretur sententia super crimine quod induceret priuatione beneficii. ita ponit Innoc. decif. 397. in 2. parte.

Conclusio CXIX.

Quando à curia suprema datur commissarius ad testes audiendos qui est vnus ex consiliarijs curiæ, poterit ille recipere interrogatoria quæ dantur à parte aduersa & poterit reserare superflua: quod si detur commissarius alius quā vnus ex consiliarijs curiæ nō poterit illa interrogatoria recipere: eo casu interrogatoria in curia erunt producenda quæ demum remittentur cum articulis ad commissarium & quando datur illa interrogatoria testes super illis sunt audiendi expensis producentis. Ioan. Andr. apud Speculatorem in tract. de testibus. §. qualiter de interrogatorijs. Franciscus Marc. dec. 427. in 2. part.

Conclusio CXX.

Arrestum quod fertur super desertione alicuius appellationis ab interlocutoria à qua appellatum fuerat erit etiam interlocutorium: si vero feratur super desertione appellationis à diffinitiuā, illud arrestum esset etiam diffinitiuum. Guido Papæ decisio. 11. & Franciscus Marc. decif. 461. in 2. part.

Conclusio CXXI.

Major pars dicitur etiam respectu vnius. quare si in aliquo processu sint opiniones pares in opinione data hæc paritate opinionum, ille qui præest in consilio poterit opinari & cōcludere in alteram partem, & illa pars respectu illius concludentis erit & dicitur maior pars. Franciscus Marc. decif. 469. in 2. parte. & tenet Speculator in tit. de sentent. §. iuxta.

Conclusio CXXII.

Si pater bona filij sui vendiderit, poterit nihilominus ea bona vindicare tãquam administrator legitimus bonorum filij & sic contra proprium factum venire: quia hoc facit nomine filij sui cum officium suum sit necessarium, & si pater in eo cōtra iura iurasset se non contrauenire tali venditioni quia tunc sua sponte non posset agere, remedium erit qd filius agat & qd pater patrem cogat ad consentiendum. Bald. in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliberan. vel die qd pater quantumvis in venditione bonorum filij sui iurasset non contrauenire, poterit nihilominus ex persona filij sui alienata reuocare etiam veniendo contra factum suum. gloss. in l. cum à matre. C. de rei vindicatione. neque obstat iuramentum appositum in contractu quia pater venit non ex persona sua: sed tanquam administrator bonorum filij sui. idem in marito vendente rem suæ vxoris qui demum poterit alienata reuocare non obstante iuramento à se p̄sito, quia venit ex persona suæ vxoris & nō ex sua propria. gl. l. cum vir. ff. de vfua. hæc Franc. Marc. dec. 503. in 2. parte. & Ioan. de Imola in cap. cum contingat, de iure iur.

Conclusio CXXIII.

Princeps committens causam iudici inferiori, si causa que illi delegatur sit inter subditos ipsius iudicis & non sit alterata natura causæ talis commissio ceterum potius ordinaria excitata quam delegata. c. licet. de offi. iud. quod si esset alterata natura causæ vt quia adponeretur clausula qd procedatur summariè, & de p̄ano & dicitur delegata. d. c. licet. & que ibi notantur. l. in l. & si prator. ff. de officio ep̄. quod si committatur causa, inter aliquos qui non sunt de sua iurisdictione, erit causa delegata. & in his casibus in quibus causa committitur ordinario inter extraneos vel inter suos, cum alteratione iurisdictionis ordinariæ iudex ille cognoscat vt delegatus & ad superiorem appellandam erit, nempe ad committentem, cuius autoritate ille cognoscat. cum alias inter ipsas extraneos nullam habeat iurisdictione alias cognoscat ordinariè iure proprio & ad superiorem appellandam erit. Si vero curiæ sup̄me committatur aliqua causa etiam inter extraneos non appellandam erit quia cōpetit iurisdictione vt vniuersis de collegio. videtur etenim seruata prerogatiua & dignitas iudicium quibus committitur, & quibus facta fuit commissio sub nomine dignitatis. ita Franc. Marc. dec. 535. in 2. parte.

Conclusio CXXIII.

Legatum vsufructus factum alicui non perditur quamuis ille legatarius effectus fuerit monachus, quia ius ipsum vtendi coheret personæ: remanet apud ipsum vsufructuariū, vtilitas quidem ipsius vsufructus pertinebit ad monasterium quamdiu viuet vsufructuarius qui non perdit ipsum vsufructum per ingressum monasterij. Soc. cōf. 10. & ibi tenet hanc esse communem opinionem. nu. 22. & quam tenent doct. in cap. cum constet. de pigno. & neque etiā perdetur legatum alimentorum victus vel vestitus per ingressum monasterij.

Conclusio CXXV.

Pensio in principio cuiusque anni dicitur debita. l. si seruus communis Titij. §. fin. ff. de stipul. seruorum, & ibi Barto. vbi tradit hanc regulam, quod obligatio in multis annis multiplicatiua, in principio anni dicitur cedere. l. in l. qd hoc anno. in fin. ff. de ver. obli. & sic in principio anni debet fieri solutio, quod tamen nō procedit vbi pensio ex fructibus esset soluenda: quia tunc fructibus receptis esset soluenda. l. Firmio. §. pater. ff. quando dies legati cedit. R. beuf. in tract. de pacif. post.

Conclusio CXXVI.

Si is cui debetur pensio annua moriatur post principium anni, cum pensio iam sit debita, transit ad hæredē ea pensio integra pro illo anno. l. à vobis. ff. de annuis legat. quod si respectu seruitij debeatur, tunc pro rata seruitij erit solucnda. Rebus. in tract. de pacif. nu. 130.

Conclusio CXXVII.

Quoties dati sunt plures exequutores in testamento vnus sine alio nihil potest nisi in tribus casibus scilicet si alius, vel si alij duo defuncti sint & vnus tantū superstit qui

Conclusio CXXXIII.

Cum sunt duo tutores dati aliquibus pupillis vnus ex illis poterit cum pupillis palam & bona fide contrahere altero tutore autorante, nec enim inconueniens est cum sunt duo tutores vt alter gerat negotium & alter alteri gerenti præstet autoritatē. l. si hæres. ff. de acquirenda hered. & ibi Bal. Socin. conf. 160. in ij. vol. & l. nō exultimo. ff. de adm. tuto. & l. cum ipsa. C. de contra. empti.

Conclusio CXXXV.

Domini quamuis tempore donationis filium haberet si adhuc post factam donatione alios ex suo matrimonio susceperit, talis donatio reuocata erit per natiuitatem aliorum filiorum: nam quamuis filium haberet tempore donationis non cogitauit tamen de aliis nascituris, & hæc pos sunt simul stare quod filium habeat tempore donationis & quod de aliis non cogitauit. l. is qui. ff. de iure codicill. Soci. conf. 22. nu. 10. in 4. vol. & conf. 216. in ij. vol. num. 5. quæ tamen lex si vnquam non habet locum in filio qui renuntiauit paternæ successioni quia talis renuntiatio non est donatio & ideo filij suscepti ab ipsa matre non poterunt reuocare talem renuntiationem in vim illius l. si vnquam. Socin. conf. 39. parte 3.

Conclusio CXXXVI.

Scriptura antiqua reperta in antiqua ecclesia non probat nisi illa esset reseruata sub publica custodia inter alias publicas scripturas, facit tamen adminiculum. Innoc. & alij in c. 2. de fide instr. Socin. conf. 258. nu. 5. par. 2. & scriptura reperta in archiuis publicis & que postea est sub publica custodia probat quidem quando inter subditos producit, alias non. Bal. in l. exemplo. C. de proba. & in rubr. de fide instr. & Socin. eod. conf.

Conclusio CXXXVII.

In societate non vniuersali socius si aliquas expensas faciat quæ non fiant contemplatione societatis ille expensæ societati non erunt imputandæ: in societate vero vniuersali omnes expensæ que fiunt censeantur fieri causa societatis quia tunc non possent fieri expensæ quæ non sunt cōtracte causa societatis propterea societati sunt imputandæ nisi ille puenirent ex delicto vel culpa socij. l. cum duobus. §. socium. ff. pro socio. Soc. conf. 29. i. num. 1. par. 2.

Conclusio CXXXVIII.

Possessio probatur ex eo quod quis colit agrum aliquem & fructus percipit, per hos enim actus colligendo fructus & laborando possessio probatur. Bar. in l. Titia. ff. de solu. Bal. in l. ij. C. finium regun. & quasi possessio iuris depascendi probatur probando quod pecora in eo loco depascantur vel ea vendendo & recipiendo pretium aut pensiones. Bar. in l. qui vniuersas. §. quod per. ff. de acq. pos. & Soc. cōf. 15. in 3. vol. ite & ex receptione mercedis probatur possessio Barto. in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. de acq. poss. c.

Conclusio CXXXIX.

Legatum vsufructus factum vxori quandiu vixerit & vitam vidualem seruauerit & si ad secunda vota transierit cum vsufructum legat suis filiabus que non nupte fuerint vxore mortua reperiretur filia, que non est nupta, cui vsufructus ille debetur & non hæredi. ideo dicendum est si testator dixerit lego vsufructum vxori donec vitam vidualem seruauerit, & post eius mortem siue filium vsufructum filibus que non nupte erunt relinquit: Si demum vidua nubat & filia reperiat non nupta illi vsufructus debetur: quia casus mortis & transitus ad secunda vota equiparantur: sed casus mortis extenditur ad casum transitus ad secunda vota. plenè Soci. cōf. 30. part. 3. & l. in l. si mater. C. de inst. subft. & restit. sub condi. factis.

Conclusio CXL.

Dos quæ pater in actu matrimonij filij sui habuit ab vxore filij sui patre mortuo frater cohæres cuius vxor iam dotē patri tradiderat, eam dotem vt propriam habeat & quæ ipse pater imprimis recuperabit & ei veniet restitueda & de mun. dote recepta fiet inter eos fratres bonorū diuisio, nā eam dotem ipse frater vt maritus recipiet & demum vt cohæres partem hereditatis consequitur. l. 2. C. fam. ercif. cōf. 42. parte 3.

Conclusio CXLI.

Actum de retrouendendo habet locum si venditor primo emptori pecuniam obtulerit quantumvis ille ven-

solus poterit exequi defuncti voluntatem: vel si alij recuset vel si alij sint absentes vel impediti impedimento non modo tempore: nam his casibus ille qui solus recipietur poterit solus exequi defuncti voluntatem, & hoc speciali fauore vltimarum voluntatum. nisi testator aliter expresserit. cap. si. & ibi gloss. & doct. de testa. in 6. & Socin. conf. 11. in 1. volumine.

Conclusio CXXXVIII.

Reus qui in iudicio in quo fuit citatus nō comparuit, demum in alio iudicio conueniatur, non poterit allegare sitis pendentiam in alio iudicio in quo non comparuerit: & non poterit vti beneficio primæ instantiæ ex quo eam non approbavit propter suam cōtumaciam. Soc. conf. 4. i. n. 2. in 1. volum. dum tamen actor coram primo iudice comparuisset & contumaciam accusasset. Bald. in l. properandum. C. de iudi. & Soci. ibi.

Conclusio CXXXIX.

Actor qui partem debiti petit coram aliquo iudice suum debitorem non poterit pro alia parte debiti etiam ea instantia finita coram alio iudice eundem actorem conuenire gl. in §. si minus. de actio. Soc. in ca. 2. vers. 11. fallit de mutuis petit. & conf. 41. nu. 4. in 1. vol.

Conclusio CXXX.

Si pater filia suæ fundum in dotem constituerit & demum ab infestato mortuus fuerit relictis alijs liberis cum filia, qui omnes patri ab intestato succedunt tenebitur filia eundem fundum in sibi in dotem constitutum conferre & in medium apponere: expensas tamen in eo fundo factas, vt quia fortasse eundem fundum in vineam reduxit eū fundum plantando, poterit deducere. l. j. & ij. ff. de impensis in reb. dotal. factis. quod si ille fundus effectus fuerit pretiosior nō propter plantationem: sed propter mutationem temporis illud plus in quo est factus pretiosior quod esset eo tempore quo habuit illud plus, erit tanquam aduentitium & nō tenebitur cōferre, quod si esset plus valoris ex sola temporis mutatione, tunc vt esset erit conferendus. Soc. conf. 64. in primo volumine.

Conclusio CXXXI.

Donatio à patre filio facta qui est in potestate & quæ nō statim valet: sed morte patris confirmatur nō venit in collationem bonorum cum alijs fratribus, quia ea donatio habet vim legati & legata non conferuntur. l. illam. C. de collatio. ergo nec ea donatio erit conferenda: donatio autem quæ statim valet, vt est ea que est iuramento firmata bene valet & venit in collationem. Soci. conf. 9. i. in 1. vol. auth. ex testamento. C. de colla. & ibi doct. in legitima tamen talis donatio quæ non statim valet filio non imputatur. l. si quando §. generaliter. C. de inof. test. Soci. conf. 93. nu. 2. in 1. vol. & donatio facta filio emancipato & q̄ statim valet bene cōferetur. doc. in auth. ex testamento. C. de colla. hanc opinionem communem esse asserit Decius conf. 59. & procedit etiam si illa simplex donatio esset facta post emancipationem quæ semper cum filijs in potestate esset conferenda, & ibi per Decium: emancipatus autem succedendo cum emancipatis nō confert, vt ibi per Decium.

Conclusio CXXXII.

Testis non iuratus qui falsum deposuit non debet puniri de falso. Nam testis de falso nō aliter puniendus est, nisi q̄si falsitas est alicui nocua, sed depositio testis qui nō est iuratus, nō nocet: ergo siue verum siue falsum deposuerit, nō erit puniendus. Soc. conf. 103. in ij. vol. & neque etiā testis de falso puniendus esset quāuis à parte instructus deponat: cum parti permissum sit testem instruere. Bal. in l. si nu. 17. C. si falsis instr. Soci. conf. 103. parte 2.

Conclusio CXXXIII.

Vxor maritum suum non potest criminaliter adulterij accusare sed solum civiliter hoc poterit ad thori separationem & ad dotis repetitionem. Sali. in l. 1. C. de adult. Soci. cōf. 148. in 1. parte. & neque potest dicere mulier quod maritus adulterium commiserit: sed solum quod impudice viuit & luxuriose. Sali. ibi numero secundo, quoniam proprie adulterij committitur respectu vtriusque cognoscentis. f. & cognita. & quando quis tēdit ad thorum alterius & cū vter que est coniugatus: & quandoque tatum respectu mulieris cognita & cum solutus ad vxoratum tendit, cum is vadat ad thorum alterius. l. j. de adulter. & Socin. conf. 148. part. 1. & Franciscus Marc. decif. 742. & Panor. capi. 1. vt lite non contest. Decius conf. 212.

ditor alteri rem ipsam vendidisset, sufficit enim quod primo emptori pecunia oblata fuerit ad hoc vt rem ipsam possit vendicare. Pau. Cast. in l. si cum venderet. ff. de pignor. actio. ne. Soci. consil. 30. in 3. vol.

Conclusio CXLII.

Dotis constitutio & instrumentum confessionis dotis potest fieri etiam constante matrimonio. Socin. consil. 82. in 3. vol.

Conclusio CXLIII.

Substitutio fideicommissaria facta simpliciter post mortem plurium licet non ab ultimo sed simpliciter illi inter se videntur substituti. Soci. consil. 104. in 3. vol.

Conclusio CXLIII.

Pecunia quoties ad aliquem vsu in aliqua ciuitate deputata est, vt si ad emptionem frumenti pecunia certa sit deputata pro habenda frumenti abundantia, officiales publici non possunt eam pecuniam minuere nec conuertere ad alium vsu. l. ij. & ibi Io. de Platea. & Iac. Rebuff. de frumento vrbis Romae. lib. 11. C.

Conclusio CXLV.

Vs accrescendi in contractibus diuidis non habet locum. Quare si pactum de retrovendendo tribus factum fuerit & vnus eorum sit exclusus aliquo modo, alij duo non possunt agere quare ille emptor non potest cogi reuendere, nisi omni vnus consentientibus. & neque est locus iuri accrescendi. Soc. consil. 16. nu. 9. & 10. in 4. parte. Iac. in l. si Titio & Menio. ff. de verb. oblig. nu. 5. in contractibus autem ac iuribus indiuiduis ius non decrescendi locum habet. Soci. ibi. nu. 27. ob id cum quis pluribus scit re tradidit, cum talis obligatio sit indiuidua, si vnus ex illis sit exclusus a iure reuendi, talis ius accrescit ceteris. Soci. ibi. nume. 26.

Conclusio CXLVI.

Faciens pactum de retrovendendo que ille emptor emerat a duobus quibus demum fecit illud pactum de retrovendendo si vnus eorum velit reemere & alter non, tenebitur ille qui vult reemere offerre totum pretium emptoria. Alioquin non tenetur ille emptor reuendere nisi prius totum pretium illi oblatum fuerit: sed si totum pretium illi offeratur tenetur reuendere. Bart. in l. cum vsu fructu. ff. de vsu. leg. Soci. consil. 16. nu. 34. in 4. vol.

Conclusio CXLVII.

Fideiussor soluens pro eo pro quo fideiussit potest contra partem principalem agere etiam sine cessione actionis, & quantumvis creditor qui pecuniam accepit non cesserit actionem fideiussori, poterit inquam agere vt sibi satisfiat & de pecunia soluta, & de omnibus damnis & interesse que ratione fideiussionis perdidit. cap. 2. de fideiuss. & ibi Panorm. secus autem est in fideiussore contra fideiussorem. Nam si vnus ex fideiussoribus totum debitu soluerit non potest contra alteru cōfideiussorem agere, nisi illi pars a creditore sit cessa actio. l. cum aliter. C. de fideiuss. Collecta. in d. c. 2. nu. 12.

Conclusio CXLVIII.

Fideiussor qui se obligauit sub nomine fortis & ad omne interesse alicui creditori pro debitore, si demum soluerit & vsuras & principale ipsum a suo debitore repetet. c. 2. de fidei. Ioan. Andr. in c. damnus de reg. iur. Henric. Boich in d. c. 2. nu. 3. vel etiam si soluerit vsuras promissas a debitore pro quo fideiussit eas repetere poterit. Boich in eo loco. vel etiam si fideiussor promississet soluere & vsuras & sortem & demum ad id coactus soluerit poterit omne repetere: aliis autem vbi fideiussor sponte soluit vel sua culpa aut per errorem non possit a debitore repetere. l. exceptione. & ibi gl. ff. de fideiuss. l. si per impressionem. ff. de cuius. Boich in illis locis & Ioan. de Imola in eo. c. 2.

Conclusio CXLIX.

Maritus qui fideiussit & se obligauit pro sua vxore quod habeat ratam eam donationem quam fecit, non per hoc illa vxor obligabitur quin possit venire contra eam donationem legis, si vnquam, beneficio, de reuo. donationib. cum enim principale non teneat nec accessorium. Soc. consil. 22. in 4. vol. nu. 15. quolibet enim conuentio de non contrahendo debet intelligi nisi ex iustis causis quis contrahat & lege permittent vt ibi per Soc.

Conclusio CL.

Fideiussor qui promissit obseruantiam contractus gesti ab aliquo minore non tenebitur si demum contractus minor irritetur ex aliqua causa promissa: quia potest vt ead. defensione qua minor vti poterat. l. 3. ff. de fideiuss. tut. annul. lata est prima causa & secunda annullatur. Soc. consil. 22. in 4. vol.

Conclusio CLI.

Si pater filiis suis preceperit simul stare & habitare in communione, non per hoc filij stare coguntur in communione: sed ea verba solum important quod fructus equaliter colligantur & equaliter expendantur, adeo q licet vnus ex illis habeat maiorem familiam quam alter non propterea tenebitur plus conferre. & verbum illud communiter debet intelligi pro equaliter. l. si. §. Lucius. ff. de leg. 2. Bar. in l. Quintus. ff. de an. legatis. & sic solum ad talem effectum ea verba sunt referenda & sic dotes de communi non debent statui. Alex. consil. 76. in 4. vol.

Conclusio CLII.

Debitor soluendo creditori sui creditoris liberabitur demum ope exceptionis a suo creditore quando ea solutio facta fuerit ignorante ipso suo creditore & dummodo ipsius creditoris interesset eam pecuniam solutam fuisse, cum pecunia. ff. de neg. gestis, & l. si opera. ff. de except. doli. alioquin si illius non interesset talis solutio cum debitorem non liberaret, Soc. consil. 65. in iij. vol. liberaretur autem si eo creditore volente aut ratum habente ille debitor soluisset creditori sui creditoris. Bar. in l. solutum. §. solutam. ff. de pigno. actione.

Conclusio CLIII.

Licentiatu qui demum doctor factus fuit praefertur illi doctori qui gradum doctoratus obtinuit posteaquam ille iam licentiam obtinisset, & sic licentiatu & post certu tempus doctor creatus praefertur illi qui gradum doctoratus assumpsit post gradum licentiae quem ipse alter assumpsit: nam vbi finis habet necessariam consequentiam ad principium, tunc finis ad principium retrahitur. l. dani infecti. §. Sabini. ff. de damno infecto. & hoc ita esse tenuit Soc. consil. 70. in 4. vol.

Conclusio CLIII.

Creditor qui habet pro vno debito generalem & specialem hypothecam in vna re & alius creditor qui sit posterior habeat solum specialem in alia re, Primus creditor qui habet generalem hypothecam non poterit in vim illius generalis hypothecae facere executionem super re qua est alteri specialiter hypothecata. l. 2. C. de pig. quod praedit vbi per talem generalem hypothecam satisfieri possit illi primo creditori: quia tunc ad alia bona etiam specialiter hypothecata alteri creditori esset recurrendum aliis non, vbi ea generalis hypotheca in aliis bonis possit sufficere. Sal. in ea. l. 2. & Soc. consil. 15. in 4. vol.

Conclusio CLV.

Minor qui in contractu sui matrimonij dotem a sua vxore recepit si eam vt vir discretus receperit bona sua pro dote restitutione erunt obligata: quia cum ille sit vsus iure communi non debet haberi loco minoris: aliis autem non est obligata. Soc. consil. 81. nu. 17. in 4. vol.

Conclusio CLVI.

Executor alicuius sententiae superioris si illi opponatur exceptio qua in executione opponi possit, non tamen debebit ille de ea cognoscere sed ad superiorem remittere debet & interim super se debet super ea executione. Si tamen videat eam exceptionem non ob stare poterit super ea executione procedere Bart. in l. a diuo Pio. ff. de rei iud. & Soci. consil. 83. nu. 20. & 21. in 4. volu.

Conclusio CLVII.

Executor sententiae incidenter per viam exceptionis poterit de nullitate sententiae cognoscere: sed non principaliter: ratione enim incidetium augetur iurisdictio. l. quoties. C. de iudic. Bald. in l. aduersus. C. si aduer. rem iudicat. & Socin. consilio 83. in 4. volumin. & vbi patens est nullitas & qua ex actis facile ostenditur, inferior poterit cognoscere de tali nullitate. Salicet. ibi & Socin. in eo consilio, numero 23.

Conclusio CLVIII.

Filius spurius licet a patre suo institui non possit, tamen ab haerede sui patris institui poterit etiam in bonis qua a patre peruenierunt ad ipsum haerem & sic talis haeres a patre poterit filium spurium instituere etiam in bonis habitis ab ipso testatore. Bar. Paul. de Cast. & alij in l. si is qui haeres. ff. de vulg.

vulga. nisi appareat institutum haerem grauatam fuisse a testatore de restituenda haereditate filio spurio. Iac. ibi per l. non intelligitur. §. ff. de iure fisci. Soci. consil. 84. in 4. vol.

Conclusio CLIX.

Clausula, si sine liberis moriatur subintelligitur in substitutione fideicommissaria facta filio simpliciter. l. cum auus. ff. de condi. & demon. verum si cum filiis institutis sit insimul extraneus institutus vnà cum filiis ipsis & insimul fuerint grauari non subintelligitur ea clausula: nam cum in persona extranei non subintelligatur nec etiam in persona filij. l. iam hoc iure. ff. de vulg. Soc. con. 94. nu. 10. in 4. vol.

Conclusio CLX.

Ratificatio quidem in absentia partis fieri potest & neque requirit partis praesentiam, quando scilicet talis declaratio & ratificatio tendit ad declarationem voluntatis actum gerentis. l. Pomponius. ff. de neg. gestis. Sed quando actus tendit principaliter ad obligandum facientem actum & tunc talis ratificatio fieri debet in praesentia eius cui acquiratur. Soc. consil. 105. in iij. vol. neque enim possum declarare nec ratificare aliquid parte absente, vt ex mea declaratione aut ratificatione alteri parti ius quaeratur. & in ratificatione requiritur illa forma qua requiritur in actu principali. Dec. consil. 332.

Conclusio CLXI.

Si minor petat restitutionem in integrum in negotio quod habet ille commune cum maiore etsi negotium illis sit commune restituitur in integrum minoris proderit & maiori & in eo negotio quod commune & maiori & minori post publicatas attestaciones minor petat restitutionem in integrum, & eo casu restitutio concessa minori ad probandum proderit & maiori, quod si negotium inter eos esset separatum & non prodesset restitutio concessa minori non proderit inquam maiori. l. j. C. si vnus ex pluribus Soc. con. 110. in iij. vol. nu. 6. item & restitutio minore super vno capitulo probationis & maior restitui debet Soci. ibi. nu. 2.

Conclusio CLXII.

Donatio facta a patre filio in potestate qua excedit summam quinquaginta aureorum si non fuerit insinuata non confirmatur morte patris etiam si perseverauerit in eadem voluntate etiam infra quinquaginta aureos & hoc ratione rei & personae & ne duo singularia in vna re concurrant. Soc. consil. 115. nu. 5. in ij. vol.

Conclusio CLXIII.

Oblatio verbalis sufficit ad poenam euitandam & ne quis incidat in commissum & sic ad euitationem poenae sufficit. l. acceptam & ibi notatur. C. de vsu. Soci. consil. 119. in fi. in iij. vol.

Conclusio CLXIII.

Fideiussores plures qui pro aliquo debitore fideiusserunt tenentur in solidum & quilibet eorum in totum & in solidum potest conueniri. l. non recte. C. de fideiuss. §. si plures & ibi glo. & doct. qui dicunt hoc obseruari in sti. de fideiuss. verum si vnus ex illis fuerit coeuentus poterit opponere beneficium diui Adriani vt scilicet non teneatur nisi pro sua parte. d. §. si plures. & talis exceptio vsque ad sententiam & etiam in art. appell. opponi potest. Io. de platea in d. §. si plures. & ibi etiam Ang. & tali beneficio diuisionis inter ipsos fideiussores potest renuntiari & talis diuisio inter eos confideiussores diuiditur si sint soluendo alias non. d. l. non recte.

Conclusio CLXV.

Promittens factum alienum videtur promittere se facturum & curaturum quod illud quod promiserint fieri, ita vt videatur ille promittens liberatus si fecerit quod potuit. l. quoties & ibi Iac. ff. de verb. oblig. & hoc quando quis simpliciter promissit: secus si promittens obligatur de suo proprio obseruare: quia tunc ad interesse teneretur licet fecerit quicquid potuit. Deci. consil. 345.

Conclusio CLXVI.

Agens in iudicio contra alium debet prius implere quod illi incumbit priusquam agat. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empr. quia is qui non facit quod debet, non potest petere quod sibi debetur. Deci. consil. 361. & Rubeus Alexandri. consil. 30. & Deci. consil. 380.

Conclusio CLXVII.

Vbiunque consensus alicuius requiritur ad aliquem actum faciendum sufficit quod ille consensus interueniat ante vel post ipsum. arg. in l. per fundum. ff. de seruitu. rustic. praed. Dec. consil. 367. nu. 4.

Conclusio CLXVIII.

Testator habens tres fratres A, B, & C, eos haeredes instituit & illis institutis sic substituit, si quis meorum haeredu sine filijs moriatur portio eius ad coheredes perueniat. moritur A relicto vno filio: moriuntur demum B, & C, sine liberis: & quoniam filius dicti A, mortuus est, descendentes ipsorum B, & C, petunt portionem qua debita erat ipsi A, qui poterunt excludi ex eo quia iam respectu ipsius A, defecerat substitutio quia iam habuit liberos, & nec curatur quid demum de illis filiis fiat, sufficit enim cum A, liberos habuisset tempore suae mortis. Dec. consil. 377. circa prin. Paul. Cast. in l. ex facto. §. penult. ff. ad Trebel. & Dec. consil. 511.

Conclusio CLXIX.

Agens ad poenam debet probare se ex sua parte impleuisse id ad quod tenebatur alioquin repellendus esset & hoc procedit siue sit poena legalis vel conuentionalis. Alex. consil. 212. in 2. vol. vel quia liquida debet esse causa vt poena petatur. Bald. in cap. 1. in tit. qui. domi. pro seu. per l. in testamento in pri. ff. de condit. & demonst. & is qui obseruat contractum ex sua parte potest ad poenam agere contra eum qui non obseruauit: verum contrahendo non potest ille ad poenam agere quia non debet vtrumque consequi scilicet & agere ad poenam: & contrahendo, poterit quidem vel contrahendo re vel poenam petere. l. rescriptu. §. si pacto. ff. de pact. Decius consil. 380. Alex. in l. semel mora. ff. solut. matrim. & vbi poena petitio admittitur liquidissima probatio eorum qua adducuntur fieri debet, & neque per coniecturas sufficeret probare. Alex. consil. 33. in 2. vol.

Conclusio CLXX.

Testator si filium instituit haerem & si moriatur sine liberis Titium substituit si haeres non filium sed nepotem & sic filium ex suo filio reliquerit, cessabit ea substitutio, atque per nepotem excludetur substitutus: nam quoties testator dispositiue de filijs loquitur, appellacione filiorum & nepotes continentur. l. Lucius. ff. de haered. inst. Bar. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis & posthu. Dec. consil. 391.

Conclusio CLXXI.

Legatum sub conditione relictu etiam a patre filio factum non transmittitur etiam ad liberos ipsius filij si filius decedat pendente conditione. Alex. in l. cum quidam. C. de impu. vnde est quod si testator relinquat aliquid suo nepoti, & adijciat quod si deceaserit sine liberis quod reuertatur ad suum haerem, si interim haeres moriatur non fiet transmissio ad haerem ipsius haeredis vniuersalis: non enim fiet transmissio ad haerem si decedat pendente conditione. Bald. in l. in causa ij. §. Pomponius. ff. de minor. Iac. in l. j. nu. 94. ff. de leg. j. Item & legatum relictu sub die mortis non transmittitur ad haerem legatarij si legatarius interim decedat ante purificatam conditionem legati. l. j. §. dies. ff. de cond. & demon. Decius consil. 417. Pendencia enim conditionis etiam in filio impedit transmissionem vt per Iac. in eo loco. nu. 93.

Conclusio CLXXII.

Si in vno instrumento plures res vendantur & cuique rei est pretium constitutum, videntur plures venditiones ex quo cuique rei pretium est constitutum. l. cum eiusdem. §. si plura. ff. de edilitio edicto. Non tamen possit habere locum remedium. l. ij. C. de resc. vend. si emptor dicat se laesum circa vnã rem quia dicit venditor se eam rem non vendidisse, nisi cum alijs. Iac. in l. scire debemus. ff. de verb. obl. Quod si plures res vnico pretio vendite essent, & tunc vnus contractus iudicaretur. Dec. consil. 344. & consil. 421. Boer. decif. 253.

Conclusio CLXXIII.

Societas ex communicatione fructuum non praesumitur. fructuum enim communicatio non facit quod propterea sit communicata proprietates ipsorum bonorum. Salic. in l. si patruus. C. com. vtriusque iudi. Deci. consil. 425. & neque inducitur societas bonorum ex eo quod debeant viuere communiter. Dec. consil. 442. nu. 25. & 32.

Conclusio CLXXIII.

Qui non potest alienare non potest pati quod praescriptio in praerudicium alterius sequatur quia praescriptio est alienatio. l. alienationis. ff. de verb. signif. Iac. Aluar. in cap. 1. §. hoc quoque. de success. feud. & sicuti expressa alienatio alteri non nocet, ita nec tacita quae resultat ex praescriptione. & quae causa tur ex negligentia alterius. Dec. consil. 445. nu. 8.

Conclusio CLXXV.

Testes deponentes de confessione facta a creditore cum tamen articulatam fuisse de vera numeratione de qua testes non deponunt dicuntur deponere extra articulata & non probant. Quod si articulatam fuisse de confessione & de qua testes etiam deponunt bene probarent. Alex. cof. 2. 5. nu. 1. in 2. parte & conf. 179. parte 2.

Conclusio CLXXVI.

Homicidium perpetratum ab aliquo & quod incontinenti factum fuit, & cum debita proportione armorum intel ligitur factum ad defensionem, & non ad vindictam nisi de contrario constaret. & ratio est, quia id quod fit incontinenti de bet praesumi factum licite & ad repellendum offendentem. l. merito. ff. pro socio Ang. in §. ius autem vers. quartum inst. de iure natural. Deci. con. 4. 59. & 469.

Conclusio CLXXVII.

Exactores publici qui exigunt pecunias a debitoribus, dnt ea in florenos redigere, nec florenos in pecunia p. l. vnicā de auri publici psecutoribus. lib. 10. C. & ibi Bar. & alij ex quo datur intelligi qd pecuniam qua illi exactores recipiunt debent ea reddere in specie in qua eam pecuniam receperunt. cum tantummodo eius pecunie custodiam habeat & in deposito ea suscipiant & neque possunt officiales talem pecuniam publicam mutuo dare nec etiam eam pecuniam in eorum utilitatem conuertere. l. 1. & ibi Bar. & alij. de his qui ex publi. ratio. & in l. 2. d. lib. 1. C. & Deci. conf. 477. nu. 9. & hac procedunt ubi exactor ille incontinenti tenetur pecuniam sisco restituere: tunc enim non potest pecuniam dare mutuo cum eam teneatur ad votum principis reddere. & ita ea l. 1. de auri publici. intelligitur. & sic ad eam pecuniam exactam reddendam in specie videtur obligari: fecus si ad tempus illis permillum sit eam custodire & reddere ad tempus: quia tunc possunt eam pecuniam dare mutuo. Deci. conf. 6. & j. dec. 393.

Conclusio CLXXVIII.

Fideicommissum quoties familiae relinquitur si supersint defuncto frater & filius alterius fratris praemortui frater solus succedet excluso nepote filio fratris & sic non in simul concurrunt frater & alterius fratris filius. Bal. in l. cum filio. §. in fideicommissio. ff. de leg. 2. & hanc opinionem de iure asserit in l. si auia. nu. 6. C. de adilitio edict. in hoc enim fideicommissio vocantur proximiores testatori & non concurrunt auunculi cum filiis fratrum quia auunculus proximior est quam nepos & filius alterius fratris. Lauiculo. C. de suis & leg. har. & cum agitur de successione legali bene verum est quod auunculus cum filio fratris praemortui succedit vna cum auunculo per authen. cessante. C. de suis & leg. her. & per eum titulum vt fratrum filij. sed quando agitur de successione ex dispositione testatoris & sic de titulo hereditario proximior debet admitti Deci. conf. 478. & 480. & j. confil. in legato enim quod familiae relinquitur, qui sunt proximiores succedunt gradatim. Deci. con. 1.

Conclusio CLXXIX.

Donatio facta de omnibus bonis simpliciter refertur solum ad bona praesentia & solum intelligitur de omnibus bonis. l. si. §. 1. ff. de leg. 2. Decius conf. 488.

Conclusio CLXXX.

Si testator quatuor filios habens eos heredes instituit substituendo hoc modo vt si aliqui moriantur sine liberis vult quod alij succedant & sic successiue de vno ad alterum & ad vltimum testatore mortuo tres filij mortui sunt cum liberis nouissime vltimus mortuus est sine liberis: dicendum erit substitutionem cessare & defecisse & neque nepotes qui sunt filij fratrum iam defunctorum succedent in vim substitutionis quae iam expirauit eo tempore quo ille vltimus mortuus est, cum iam alij praemortui essent & sic tempore suae mortis nullum fratrem habebat: quare illi nepotes succedent illi patruo ab intestato: si ille nullum testamentum fecerit: quantum autem pertinet ad fratres alios iam defunctos res clara est quod defecerit conditio vt quiliberos haberent.

Conclusio CLXXXI.

Maritus si nomine vxoris rem emerit marito tamen est tradita possessio rei emptae & non vxori, ipse maritus dicitur verus dominus & emptor & nomen vxoris ceterum ibi appositum simulatē. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Deci. conf. 545. nu. 16.

Conclusio CLXXXII.

Testator quendam instituit heredem & cum grauauit vt fratribus testatoris hereditatem restituat quos substituit, & erat tres fratres eo tempore: demum vnus ex fratribus moritur relicto filio ex se: huiusmodi moritur relicto duobus fratribus ipsius testatoris & filio alterius fratris quoniam mortuus erat si quaeratur nunc an filius defuncti fratris testatoris admittatur ad ipsam substitutionem vna cum patris, dicendum erit quod non: & soli fratres qui nunc reperiuntur admittentur ad eam substitutionem excluso filio alterius fratris iam praemortui. Iaf. in l. qui liberis. §. haec verba. num. 4. ff. de vulga. & in hoc fideicommissio ubi agitur de successione ex dispositione testatoris filius fratris non subintrat locum sui patris, sed solum in legali successione. Dec. conf. 481. nu. 9. & conf. 1.

Conclusio CLXXXIII.

Attentata non reparantur quando sententia executio. Ani demandatur post tempus datum ad appellandum etiam demum impetrata fuerint literae restitutionis in integrum aduersus lapsum fatalium, nam quod petitur restitutio in integrum post executionem iam factam illa impeditur quidem in posterum ne fiat: sed non quod reuocet iam factam. Fran. Marc. dec. 53. in 2. parte.

Conclusio CLXXXIII.

Coniunx conuolando ad secunda vota non solum tenetur reseruare filiis primi matrimonij ea quae accepit & habuit a suo praedefuncto coniuge sed & ea quae illi sunt donata ab extraneo in contractu ipsius matrimonij qui extraneus si ambobus coniugibus donationes alicuius rei fecerit vno demum mortuo relicto liberis illa res donata reseruanda erit. l. generaliter. C. de secund. nupt. Fran. Marc. decif. 76. & 10. Nicol. in d. l. generaliter. nu. 50. Quod si extraneus dederit aliquid vxori viri contemplatione aut e contrario: tale lucrum est illius cuius contemplatione illa res donata erit. l. Nicol. in d. l. generaliter. nu. 51. cum alijs.

Conclusio CLXXXV.

Possessio probari poterit per vnum actum collationis vel praesentationis & sufficit vnus actus collationis vel praesentationis ad acquirendam quasi possessionem, dum tamen talis collatio vel praesentatio fuerit immediata. cum de beneficio de praebendis in 6. Fran. Marc. dec. 109. & ille qui vltimo loco praesentauit dicitur esse in possessione, dum tamen illa praesentatio sit facta bona fide & quod admissa fuerit & praesentatus fuerit in possessione. Decius conf. 124.

Conclusio CLXXXVI.

Frater instituens fratrem suum & filios fratris ad hereditatem illius testatoris admittetur & fratres & eius filij in simul & non ordine successiuo. frater tamen habebit dimidiam hereditatis, & eius filij etiam dimidiam. de Anch. in c. Rainaldus de testamentis. Iaf. in l. Gallus. §. quidam recte. nu. 22. 23. & 24. ff. de libe. & posthu. Idem si testator heredi instituto substituat suum fratrem & filios eius. d. fratris & succedet frater ex vna parte & eius filij ex alia. Alex. conf. 22. num. 6. part. 3. & Soc. conf. 51. nu. 14. par. 5.

Conclusio CLXXXVII.

Vxor relicta domina & usufructuaria filio herede instituto extraneo quantum ad partem filij consequetur solum alimenta: quantum vero ad extraneum habebit integrum usufructum. Barto. in l. Titia. §. Titia. ff. de lega. 2. Socin. in l. cum auus. ff. de condition. & demonstratio. versiculo 7. infertur.

Conclusio CLXXXVIII.

Si plures sint domini directi a quibus aliquis tenet rem in sempiternum & illa res vendatur & alter ex dominis consenserit venditioni petieritque ius suum & laudimium pro sua parte: alter vero ex dominis directis vult rem retine re iure praedationis & petit partem aestimari quae ab alio tenetur, talis dominus debet audiri & iure praedationis poterit eam partem retinere quam venditor habet pro indiuiso & alter confors non poterit impedire quo minus iure retentiois vtatur quo ad suam partem quam habet pro indiuiso cum alio domino. est decisio quam ponit Oldrad. conf. 34.

Conclusio CLXXXIX.

Si auus moriatur relicto quinque nepotibus ex filio praemortuo, legitima omnium eorum erit semis: quia illi veniunt

Conclusio CXCIX.

Filius si aliquid sibi debeatur a patre occasione maternae successione id ab heredibus patris poterit petere quantumvis pater in suo testamento illo filio relinquendo legitima dixerit quod nihil aliud ille filius possit petere: eo enim non obstante petet quod sibi debetur ex bonis maternis. Oldrad. conf. 297.

Conclusio CC.

Iudex recusatus quantum ad cognitionem negotij principalis est ligatus posteaquam illi recusatio proposita fuit: sed non est ligata eius iurisdicchio quantum ad coactionem arbitrorum. Oldrad. conf. 303.

Conclusio CCI.

Testibus duobus deponentibus super negatiua in delictis ad defensionem, plus creditur quam duobus affirmatiua in delictis deponentibus ad ea delicta probanda. gloss. in c. clericum. 81. dist. Franc. Marc. dec. 286. in 2. part.

Conclusio CCII.

Tertius comparēs in iudicio & qui petit se iungi processui qui agit inter aliquos debet iungi in eo statu in quo est processus & sic poterit prosequi instantiam inchoatam in eo statu in quo ipsum processum inuenit, & si tum sit iam contestata non debet de nouo contestari & si testes sint publicati super eisdem articulis aut directe contrariis non debet admitti. Innoc. in c. cum super. de re iudica. & Fran. Marc. quest. 318. omnes enim quorum interest durare causa debent venire ad causam & admittuntur in statu in quo eam inueniunt. Oldrad. conf. 255.

Conclusio CCIII.

Capitalis inimicitia oritur quoties crimē capitale vel graue deducitur contra aliquem per viam accusationis. l. q. cum natu maior. ff. de bonis dam. l. 3. §. fin. de adi. lega. Fran. Marc. quaestione 324. & etiam cum crimen deducitur per viam exceptionis in specie praesentium. de test. in 6. Mar. in eo loco.

Conclusio CCIII.

Inimicitia leuis repellit iudicem vt suspectum quae inimicitia per coniecturas probari potest. Bald. & Paul. Castr. in l. liberi. C. de inof. test. Si tamen proponatur recusationes contra iudices & non probentur licet illi iudices sint prenotati propter eas recusationes: tamen non propterea abstinebunt: sed cognoscent de causa. Fran. Marc. q. 324.

Conclusio CCV.

Fideiusor qui pro aliquo fideiusor de iudicato soluendo lata sententia, & si ab ea fuerit appellatum expirabit cautio illius fideiusoris: non enim tenetur fideiusor qui acceptus fuit in prima instantia, de eo quod iudicabitur in causa appellationis: post enim sententiam latam expirat ea cautio. l. cum apud. ff. iud. solui. & hoc procedit siue prima sententia fuerit absolutoria siue condemnatoria. Bart. & alij in d. l. cum apud, nisi dictum esset quod ille fideiusor semper teneretur vel se obligaret in omnem causam. Fran. Marc. dec. 357.

Conclusio CCVI.

Si is qui in testem productus est in sua depositione aliquid confiteatur productus non potest petere talem testem condemnari ex tali confessione facta in ipsa depositione: quia ille vt testis deposuit & non vt pars: & sic talis testis ex confessione facta in sua depositione non potest condemnari. c. cum dilectus. de ordi. cog. Fran. Marc. dec. 439.

Conclusio CCVII.

Quoties partus aditus est extra domum mariti, & ab alia muliere quam ab vxore, tunc probatio quod est filius est difficilis, & neque dicto mulieris standum erit quae asserit talem filium fuisse ab eo progenitum & licet probetur quod quis fecit lactare talem partum, non per hoc ille videtur talē partum vt suum cognoscere, & sic alia erunt probanda. ita Fran. Marc. dec. 457.

Conclusio CCVIII.

Mercatores dum sunt in loco nundinarum non possunt capi pro reprefalijs: sed bene dum sunt in itinere eundo & redeundo. Fran. Marc. dec. 415.

Conclusio CCIX.

Renunciatio hereditatis iam quaesita facta etiam in contractu matrimonij, & et a maiore 25. annis reuocatur per superuentiam liberorum per l. in vnum. C. de reuoca. donationib. quae res locum habet in donatione hereditatis iam quaesita. ita Moderni in tract. de donationib. factis. numer.

veniunt in eorum persona propterea quilibet debet suam partem habere quando scilicet nulli alij extant liberi nec alij nepotes ipsi auo. Sali & Iaf. in auth. nouissima. C. de inof. testa. nu. 51. & Alex. conf. 63. in ij. vol.

Conclusio CXC.

Si quis moriatur relicto duobus filiis ex se & nepotibus ex alio filio praemortuo, legitima eorum erit triens & illi nepotes pro vno habentur representando personam eorum patris, & in stirpes succedent illi nepotes. §. cum filius. in titi. de haered. quae ab intesta. in Iaf. in d. auth. nouissima.

Conclusio CXCI.

Si quis moriatur nullis relicto liberis sed solum nepotibus ex vno filio & nepotibus ex alio filio eorum legitima erit triens & succedunt in stirpes & non in capita. Iaf. in ea auth. nouissima. & sic medietas illius trientis pertinebit ad nepotes ex vno filio & ad alios nepotes ex alio filio. Iaf. in eo loco.

Conclusio CXCI.

Pater in contractu sui filij, illi dedit donatiōe propter nuptias certam partem bonorum suorum. Hic filius ex suo matrimonio filia habuit demum moritur filius relicta filia quae illi succedit excluso suo auo, cum prima causa sit suorum, si demum filia moriatur relicta sua matre & auo, mater ei succedet auo excluso cum sit proximior, auth. defuncto. C. ad Tertul. Oldradus confil. 110.

Conclusio CXCI.

Procurator qui constitutus est cum potestate substituendi si semel substituerit finita erit illius potestas substituendi & reuocandi substitutum: nam tunc bene potest reuocare dummodo fiat talis reuocatio ante litem contestatam. Oldradus conf. 130. nu. 2. quia post litem contestatam non potest substituens substitutum reuocare.

Conclusio CXCI.

Procurator semel constitutus, & qui in vim mandati iam in iudicio est litem contestatus per mortem domini constitutentis qui demum mortuus est non ceterum reuocatus nec propterea expirat illius potestas. l. nulla. C. de procur. Oldrad. con. 130. nu. 3. Si tamen procurator alteri substitutus moriatur per mortem illius substituents expirat potestas substituti. Oldradus ibi. Verum ea l. nulla, ex stylo curia. non habet locum quia haeres defuncti vocandus est. Boe. dec. 285. n. 7.

Conclusio CXCV.

Procuratores plures si dati sint etiam sine clausula quod vnus sine altero agere possit, vnus solus poterit agere: nam quando plures procuratores simpliciter constituuntur quilibet in solidum videtur constitui. c. non iniuste & ibi. glo. de procurat. Oldrad. conf. 130. & occupantis fit melior conditio gl. in d. c. non iniuste.

Conclusio CXCVI.

Iudex admittendo appellationem etiam ab interlocutoria non potest amplius de causa cognoscere. c. cum appellationibus. de appella. in 6. etiam quamuis vellet procedere de consensu partium Soci. conf. 21. nu. 1. in 4. vol. vel si iudex derulerit appellationi non poterit demum etiam de consensu partium in ea causa cognoscere nisi per iudicem appellationis causa illi remittatur. est additio super Panor. in c. super eo in j. de appella.

Conclusio CXCVII.

Testamentum illud corrumpit & efficitur caducum quod sub hac forma verborum conceptum est, nempe si testator aliquem fecerit heredem & si moriatur sine liberis Titium substituit, & Titio Caii: uenit viuentē testatore haeres moritur relicto liberis primus substitutus etiam moritur & tandem testator liberis: ab ipso herede superstitibus & relicto alio substituto. hoc enim casu tale testamentum caducum reddet & neq; liberi ex ipso herede succedent quia cum pater eorum mortuus est vt qui mortuus sit viuentē testatore nondum erat haeres: sed nec secundo substitutus succedet quia haeres non est mortuus sine liberis: quare venientes ab intestato illi succedent. ita Oldrad. conf. 141.

Conclusio CXCVIII.

Clausula codicillaris operatur hunc effectum vt venientes ab intestato cogantur restituere hereditatem haeredi scripto qui tanquam grauati poterunt detrudere quartam Trebellia. Oldrad. conf. 171. nu. 18. Decius conf. 279. nu. 2. Iaf. in l. si filius qui in potestate nu. 13. ff. de libe. & posthu.

4. illa tamen lex non habet locum in renunciatione quam mater facit secundum dispositionem e. quamvis pactum de pactis. lib. 6. quia videtur facta ex causa, & propter dotem constitutam: & non habet etiam locum in donatione ob causam. Decius consil. 181. & Alexand. consilio 29. numero 9. part. 3.

Conclusio CCXX.

Tutor cogitur respondere positionibus traditis contra pupillum & respondendo si aliquid fateatur, talis confessio pupillo præiudicat. Ita Franc. Marc. decif. 520.

Conclusio CCXXI.

Donatio reuocari potest ubi modus in ea positus non seruatur, vel etiam si conditio in ea donatione posita non ferrietur, ea donatio reuocari etiam potest. l. j. C. de dona. que sub modo. capi. verum de condi. oppos. Petr. de Anch. consilio 197.

Conclusio CCXXII.

Liberrationum thesaurariorum & aliorum qui habent officium de publico facit plenam fidem tam pro quam contra: cum illi habeant officium de publico l. quædam §. numularios. & ibi doct. ff. de eden. Franc. Marcus decif. 520.

Conclusio CCXXIII.

Quoties petitur ut quis edat librum suum rationum, potest ille petens interrogari an velit stare illo libro tam pro quam contra: & talis petens illi interrogationi tenetur respondere. Ita Franc. Marc. decif. 520.

Conclusio CCXXIII.

Si causa aliqua committitur curiæ alicui supremæ quæ aliis non poterat de tali causa cognoscere, ut quæ non esset de sua cognitione ea curia cognosceret ut delegata à principe: & licet ea procedat ut delegata non tamen ab eius arrestis licebit appellare licet alias à delegato ad delegantem permissa sit appellatio. Nam eo casu quo aliqua cognitio datur curiæ supremæ competit ea iurisdicção ut vniuersis & ut collegio, & non ut singulis: propterea appellatio prohibita est ut curia referat semper suâ authoritatem quam princeps delegando & committendo non censetur infringere. l. j. ff. à quo appell. non sit. Fran. Marc. dec. 535.

Conclusio CCXXV.

Alueus fluminis si mutetur de vno loco in quo quis habet ius aliquod & mutetur ille alueus in alium locum, ius illud quod habebat ille perditur: quia alueo mutato & sic loco mutato mutatur & sic perditur ius illud. Bal. in rubr. de rerum diu. ff. verum si alueus in suum locum redeat & reuertatur, ille dominus suum ius recuperabit. Franc. Marc. dec. 341.

Conclusio CCXXVI.

Procurator constitutus ad negotia etiam extrajudicialia potest cogi rationem reddere de administratis per eum cum actio mandati sit generalis & sic ad reddendum computum potest cogi ille procurator. Franc. Marc. dec. 572.

Conclusio CCXXVII.

Atentata non habent locum in causa matrimoniali & ideo si lite pendente in causa matrimoniali contrahatur matrimonium cum alio vel cura alia non contrahitur vitium litigiosum, nec locum habet remedium attentati: sed totum dependet ex futuro euentu. Franc. Marc. dec. 713. & 749.

Conclusio CCXXVIII.

Matrimonialis causa non potest tractari coram arbitris, nec in ea causa matrimoniali transigi potest nec compromitti. capit. final. & ibi gloss. de transact. per iudicem discretum discuti debet. d. c. fi. & ibi gloss. & hoc propter causam arduitatem. Franc. Marc. decif. 753.

Conclusio CCXXIX.

Interrogatoria quæ sapiunt negotium principale fieri non debent, nam ea quæ tangunt negotium principale, debent fieri per modum positionum & non per modum interrogatorum. Panormit. in capit. penultim. de iurament. calumnie. Franc. Marc. dec. 739. & nec copia earum parti debet dari. las. in l. j. nu. 16. ff. si cert. pet.

Conclusio CCXXX.

Quis non tenetur respondere positioni criminosa per quam delictum aut periculum aut turpitudine detegi possit. gloss. Bar. & Alexand. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iurciu. sed nec positioni captiosa quis tenetur respondere ne quis respondendo in laqueum incidat. las. in l. penultim. C. de pactis. & nec etiam positioni criminosa de delicto tertij: sed & nec articulis obiectionalibus respondendum est. Verum pars

producens debet admitti ad probandum absque eo quod quis illi stentatur respondere. Franc. Marc. decif. 789.

Conclusio CCXXXI.

Fideiussor de representando aliquem reum sille reus auferit & demum ex eodem crimine captus fuerit & in carcerem remissus, talis fideiussor liberatus erit: si vero ex alio crimine quod commisit, fuerit captus & in carcerem missus, non liberatus erit fideiussor, sed tunc ille fideiussor debet coram iudice protestari quod ipse debet haberi acti verè reum ipsum presentaret ex eo quod iam detentus est: hoc enim factum, & ita facta declaratione non amplius tenebitur quamuis demum reus ipse auferit & si reus principalis ante mortem mortuus fuerit, liberabitur etiam fideiussor. l. si decesserit. ff. qui satisd. cogantur. Franc. Marc. decif. 797. & talis fideiussor de representando si simpliciter fideiussor liberabitur semel facta presentatione. Quod si fideiussor de representando quoties curiæ placuerit, tunc post sententiam tenebitur: verum post secundam presentationem liberaretur & hæc fuit opinio Ioann. Andr. super Speculatorem in titul. de accusa. §. sequitur, super verbo, exceptionem. & Roma. in l. j. §. in fideiussorem. ff. qui satisd. cogantur. & Franc. Marcus in ea decif.

Conclusio CCXXXII.

Reconuentio in causa criminali locum habet quando cõuentus reaccusat de maiori crimine vel quãdo persequitur suam iniuriam vel suorum. l. j. negando. C. qui accusa. non possunt. & hoc ante litem contestatam, nam post non licet. l. adulterium. C. ad l. Iuliam de adult. & in illis casibus in quibus conceditur reconuentio ex causa criminali debet e fieri coram iudice ordinario vtriusque causæ & vtriusque partis & qui sit iudex competens aliis secus. Franc. Marcus decif. 903.

Conclusio CCXXXIII.

Matrimonium non contrahitur ex his verbis, accipitis, vos pro vero sponso ac sponsa, quamuis alter alteri respondeat quod sic: & quamuis demum sese deo iulentur & bibant nomine matrimonij: vel quamuis phentes ita dicat bibamus in nomine matrimonij, ppter enim hæc verba non completur matrimonium, ita Collectarius in c. ex parte, circa finem. de spons. & matrimon. illud enim bibere non inducit matrimonium ubi non est, Bart. Cæpola consil. 4. numer. 5. & consil. 6. in fine. & ibi inquit ea verba, bibamus pro matrimonio, solum veniunt ad declarationem precedentium sponfaliorum, idem tenet Franc. Marcus dec. 757. contrahitur enim matrimonium per consensum partium: & ad declarandum eum cõsensum verba sunt necessaria ex quibus verbis conceptis de presenti demonstrat alius consensus. c. tuæ & c. penult. de sponsa. & matr.

Conclusio CCXXXIII.

Vbi donatio est perfecta donans postea non potest pacta aliqua vel condiciones super ea adponere. l. perfecta. C. de dona. quæ sub modo. de Anchar. conf. 197.

Conclusio CCXXXV.

Legatum relictum ad aliquam piam causam si non potest impleri ut est relictum, debet conuerti in aliam piam causam & neque debet cedere in vtilitatem hæredis. l. legatum ciuitati. ff. de vsu & vusu. legat. nam quoties legatum non potest impleri eo modo quo testator iussit, debet illud conuerti in aliam piã causam. las. in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1. nu. 19. de Anch. conf. 197. in fi.

Conclusio CCXXXVI.

Alienatione prohibita venit ea quæ est voluntaria & non ea quæ fit ex necessitate & quæ sit necessario seu quæ est necessaria. l. penultim. §. j. ff. de legat. ij. de Ancharano consilio 371.

Conclusio CCXXXVII.

Si societas inter aliquos contracta fuerit per triennium dato quod fuerit pecunia & conuentum ut durate triennio repeti non possit: si eo triennio pendente alter ex socijs moriatur, hæredes illius eam pecuniam que ad defunctum pertinebat poterunt repetere: quia cessante causa dilationis, & ea dilatio debet cessare. l. à filia. §. final. ff. ad Trebel. de Anch. conf. 344. & Decius conf. 213.

Conclusio CCXXXVIII.

Pactum de non alienando positum in aliquo contractu à contrahentibus non impedit dominij translationem. §. si ita stipulatus. ff. de verbo. obligatio. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de actio. empti. competit tamen actio ad interesse, quod procedit etiam à contrahentibus bona adhuc essent expressè obligata

obligata. Sal. in l. ea lege. C. de condi. ob causam. nu. 7. & ampliat etiam si poena esset apposta in prohibitione alienationis ptra alienatè. Bal. in l. vnica. C. de his q poena: nomine nisi in ptractu & per pactum expressum diceretur quod nullo modo res alienari posset: quia impediretur dominij translatio. Ita Chaffin. in consuet. Burgund. in ti. des cens. in §. 3. in prin. & si aduent. nu. 9. & ibi ponit alias limitationes & eam conclusionem dicit esse veritatem.

Conclusio CCXXXIX.

Minor qui iureiurando se a se iuravit maiorem in aliquo contractu, non potest petere rescissionem contractus beneficii restitutionis in integrum: & suo mendacio puniendus est. l. si alterius. C. si minor se maiorem dixerit: quæ lex excludit eum iuramentum se maiorem à beneficio restitutionis, ut non possit allegare nullitatem contractus, poterit quidem allegare contractum nullum ratione solemnitatis omisit, si forte ex statuto aliqua requiratur, vel ex alio iure quod maioribus potest competere. d. l. si alterius. Ludou. Roman. consilio 12.

Conclusio CCXL.

Actus qui nullus est propter defectum alterius solemnitatis requisita in fauorem certæ & determinatæ personæ, & quæ illius fauorem respicit, poterit de eiusdem cõsensu superuenienti ratificari & confirmari, secundum doctrinam Bart. in l. j. sed si filius. ff. de legat. 3. vel etiam actus qui de se nullus est propter aliquod impedimentum quod non durat perpetuo, cessante impedimento per nouum consensum poterit ratificari & approbari. l. j. & ij. C. si maior factus. Actus vero nullus propter defectum formæ vel solemnitatis, quæ non respicit fauorem certæ personæ, non poterit validari ex cõsensu superuenienti. Inno. in c. dudum. de rebus eccles. non alienan. vel etiam actus qui nullus est propter aliquod impedimentum quod continuo durat, non potest per nouum consensum ratificari. Roma. consil. 54. Actus tamen qui nullus est, potest ratificari ut valeat prout nunc à tempore ratificationis. Decius consil. 367. nu. 4.

Conclusio CCXLI.

Adultus potest ratificare venditionem suorum bonorum factam à suo tutore sine decreto, quamuis ea alienatio sit de se nulla, ut quæ sine decreto facta fuerit, eam tamen ipse maior factus potest approbare & ratificare. l. ij. C. si maior factus rem. Roma. consil. 54.

Conclusio CCXLII.

Hæredes plures instituti & grauati restituere hæreditatem quilibet eorum hæredum (si sint plures) poterit detrahere Trebellianicam die restitutionis adueniente ex ea parte quæ ad quemlibet peruenit. Chaffin. consil. 681. Dec. consilio 135. num. 2. Alex. consil. 43. num. 4. volum. 2. & si sint tres hæredes quilibet ex illis detrahat suam Trebellianicam. Ludou. Roman. consilio 18. & Decius consilio 452. in princip.

Conclusio CCXLIII.

Creditor si apud plures possessores reperiat bona sibi obligata extare, poterit agere contra quemlibet in solidum: & quemlibet eligere poterit, nec habet ille qui cõuentus est facultatem aliquid opponendi. l. creditoris arbitrio. C. de dist. pigno. Roma. consil. 128. Quod procedit ubi ille agit ex expressa hypotheca: secus si extacita: quia tunc solum pro rata bonorum quæ possident possessores agendum esset. Io. de Platea in l. fin. de debito. ciui. lib. 11. C. & ibi etiam Rebus.

Conclusio CCXLIII.

Substitutus per fideicommissum alicui pupillo non priuatur substitutione, quamuis illi pupillo tutorem non petierit.

rit. l. credendum. §. hoc autem. ff. qui petant tutores. Roman. consilio 221. quod si intra annum, vel paulò post annum pupillo viuenti substitutus tutorem non petierit, priuandus esset sicuti & ipsa mater esset priuanda. l. sciant. C. de legitimi. hæred. Roma. in illis locis.

Conclusio CCXLV.

Licet mulier transiens ad secunda vota teneatur reseruare filijs primi matrimonij omnia ea quæ habuit à suo prædefuncto viro: priuata est enim ea mulier proprietate omnis largitatis quæ à viro ad eam peruenerat, siue ex donatione propter nuptias, vel ex testamento, mortis causa donatione, vel alio quolibet titulo. §. si verò expectet. in authent. de non eligen. secund. nuben. non tamen priuabitur mulier pertractum ad secunda vota proprietate earum rerum quæ sibi donata: fuerint contemplatione sui viri. ea enim remanebunt penes ipsam mulierem, & neque filijs primi matrimonij sunt reseruanda. Ludouicus Roman. consilio 405. & Ioan. de Ripa. in l. femina. num. 26. C. de secund. nupt. & Boer. decisio. 250. num. 3.

Conclusio CCXLVI.

Promissio seu obligatio à muliere vxorata pro suo marito facta in causam publicam, vel pro fisco, non valet: & contra talem obligationem mulier ipsa iuuabitur Velleiano. authent. si qua mulier. C. ad Velleianum. Cæpola. consil. 27.

Conclusio CCXLVII.

Mulier quæ aliquid soluit pro suo marito ut eum à carceribus liberet, etiam si de sua dote soluerit, non poterit demum illud repetere, nam licet mulier pro suo marito non possit se obligare etiam erga filium, ut dictum fuit, tamen si iam soluerit, non repetet contra eum cui iam soluit, sed nec contra maritum. l. quamuis. ff. soluto matr.

Conclusio CCXLVIII.

Testator pater instituens filium suum hæredem, & eius filios, videtur eos instituisse ordine successiuo, ut primo scilicet filius admittatur ad eius patris hæreditatem, & demum post illius mortem sui filij admittentur, & hæc operatur ordo necessitatis, & charitatis. doct. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis & posthum. vbi autem testator instituit suum fratrem, aut alium extraneum instituit hæredem, & eius filios, & tunc in simul vocantur & non ordine successiuo, quia hic cessat ordo charitatis & necessitatis, quæ necessitas facit ut prius filius testatoris admittatur quam ipsius filij qui sunt nepotes ipsi testatori, cum ergo in posteriori casu cesset ordo necessitatis, quantumvis ordo charitatis videatur hoc suadere in fratre instituto, & eius filijs institutis, tamen omnes vocantur ad hæreditatem, & hæc opinionem verisimam esse testatur Cæpola consil. 52. fietque inter fratrem cohæredem institutum à fratre, & eius filios in simul cohæredes institutos, diuisio hæreditatis, ut frater cohæres vnam partem habeat, & eius filij cohæredes alteram partem, quia natura copulæ ea est, ut diuidat. Ita Cæpola vbi supra, & eam communem esse opinionem asserit Decius consil. 205. & consilio 243. & Boerius deci. 165. numero sexto, Alexand. consil. vigesimo secundo part. tertia & Socinus, consilio quadragesimo nono, pri. volum. & eo casu filij fratris qui tunc sunt in rerum natura, succedent: alij verò qui nondum sunt nati, non succedunt, cum ea institutio sit pura. Decius consilio 153. in fin.

Conclusio CCXLIX.

Testator filias quas habet instituendo, & casu quo contingerit aliquam earum sine liberis masculis decedere, eas inuicem substituit, eueniente casu quod vna earum decedat relicta filiabus, & nepotibus masculis ex illis filiabus, cessabit ea substitutio, & tales nepotes masculi nati ex ipsis filiabus vnus filia cohæredis facient cessare talem substitutionem. Rubens Alexand. consilio 22. Socinus consilio 94. numer. 3. par. 1.

Com. opi. Tom. 4.

NNNN

Conclusio CCL.

Testator instituendo fratrem suum, & si decedat sine liberis masculis substituit filias ipsius testatoris, si ille frater institutus moriatur relicto sibi filio ex vna filia, non cessabit substitutio, sed filia testatoris substituta admittentur. Rubens Alex. conf. 22.

Conclusio CCLI.

Substitutio illa facta alicui si hæres decedat sine liberis, exspirat si hæres liberos habuerit, etiam si hæres mortuus fuerit viuo testatore: nam liberi ex hærede extantes faciunt deficere substitutionem etiam vulgariter conceptam, & sic siue hæres mortuus fuerit viuo testatore, siue post illius mortem, dummodo ad sint liberi ex eo hærede, semper illi liberi excludunt substitutum. Rubens Alex. conf. 26.

Conclusio CCLII.

Prohibitio de non alienando facta à patre filio minori vsque ad certam ætatem valet, ita vt eo termino pendente nihil poterit alienare: & cum talis prohibitio respiciat filij fauorem, non debet reici nec ratione legitimæ vel quartæ Trebellianicæ: per l. filijs matrem. C. de inoffic. test. Alexan. conf. 27. & l. 2. C. de vscap. pro empt.

Conclusio CCLIII.

Notarius vbi stipulatur pro absente, acquirit illi absenti etiam absque cessione aut ratihabitione, & per notarium etiam absenti acquiritur: & actio personalis acquiritur etiam absque vlla cessione. Bart. in l. 2. ff. rem ratam habe. vbi nomine absentis notarius stipuletur, illi absenti acquiritur & possessio & dominium. Ita Alexandrinus conf. 117. intelligitur, tamen quod habebit effectum talis stipulatio secuta ratificatione. Decius conf. 226.

Conclusio CCLIII.

Promissio facta per conductorem de reddendo rem conductam in comest. statuta, forma & modo vt sunt eo tempore quo conduxit, non ligat eum permittentem quantum ad casum fortuitum: qui si superueniat, non tenebitur conductor, & semper casus fortuitus intelligitur reseruat. l. opus. ff. de loca. Bar. in l. stipulatio ista. ff. de verborum oblig. Alex. conf. 154.

Conclusio CCLV.

Pactum in contractu matrimonij factum, quod primogenitus succedat, valet hodie ex recepta consuetudine per Nicol. Boer. decis. 204. Quod procedit vbi promittens, seu contrahens in eam voluntate vsque ad mortem perseuerauerit: alioquin pactum illud est mutabile, & promittens poterit illud pactum mutare, & poterit in suo testamento hæredem instituere, & eum grauare de ea hæreditate restituenda non obstante eo pacto. Illa est decisio capellæ Tolosanæ, 453. & Boer. in ea decision. 204. nu. 11. 14. & 32.

Conclusio CCLVI.

Feudalis res probatur per vnam solam recognitionem, seu fidelitatem factam per vasallum, alio in contrarium non apparente. Boer. dec. 211. nu. 24.

Conclusio CCLVII.

Fratres qui post patris mortem simul remanent, non per hoc dicuntur facere vnam familiam: quinimo plures faciunt & diuisim collectæ ipsis imponi debent. Alber. de Rosa. in l. cum ratio. §. si plures. ff. de bonis damna. Boe. dec. 212. num. 4.

Conclusio CCLVIII.

Fideiusor potest esse vnus ex malefactoribus pro alio, & pro aliis sociis. Bar. in l. Romanus. ff. de tuto. & curatoribus daris ab his. Boer. dec. 215. nu. 31. & hoc tam in causa civilium quam criminali. Bald. in l. omnes. C. de episc. & clericis.

Conclusio CCLIX.

Priniceps minimè potest tollere citationem nec defensionem. cap. pastoralis. §. ceterum. de re iudi. & eam esse

communem sententiam asserit Boer. decisio. 247. numero 5. & 6.

Conclusio CCLX.

Splures testes pro aliquo deposuerint, quorum vnus deponit contra aliorum depositionem, talis depositio non detrahit fidem aliorum: quæ potius duobus adhibenda est, & vno contradicente statuti maiori parti, & vnus contradictio non detrahit fidem duorum testium. c. presentiam, & c. in nostra. & ibi gl. de testi. & Franciscus de Curte in suo trac. de test. vers. 58.

Conclusio CCLXI.

Testis quem ego produxi, licet à me non possit obiici, tamen in dicta illius potero obiicere, si videam quod contradixit sibi ipsi, vel cum aliis testibus meis, vel si faciat pro aduersario meo. Ita glo. in cap. presentium. in verbo, si quis, de testam.

Conclusio CCLXII.

Ius patronatus acquiri potest etiam à laicis ex prescriptio. nec Ioan. Andr. in c. querelam. de elect. contra Panor. qui ibi tenet contrarium. Sed Decius conf. 124. asserit Ioannis Andree opinionem magis communem, & in practica seruari, & possunt patroni ipsum ius patronatus acquirere, vel ex dotatione fundatione, vel ex prescriptio, & Decius conf. 126. & ex vno actu presentationis facto à patrono acquirunt quasi possessio iuris patronatus. Cor. conf. 47. vol. 3. & probatur ius patronatus per famam sine titulo in antiquis. Boer. dec. 42. nu. 32.

Conclusio CCLXIII.

Patroni possunt alterare & remittere testatoris ordinationem factam in fundatione alicuius beneficii. Panor. in ca. cum accessissent. de const. Bald. in l. si quis presbyter. C. de episc. & cler. Decius conf. 121. & talis alteratio de consensu ipsorum patronorum fieri poterit, vt ibi per Decium.

Conclusio CCLXIII.

Varietas vbi interuenit in aliquibus actibus debet inspicere posteriora tempora, & sic fama posterior elidit prior. l. si mater. C. ne de statu defun. & ibi Bal.

Conclusio CCLXV.

Causæ matrimoniales dicuntur graues, & ob id solis episcopis committi solent communiter. Panor. in ca. si pro debilitate. num. 4. de offic. & potest. & ideo cum quis asserit aliquam mulierem esse suam vxorem, aut è contrario, id plene debet probare, cum iuramentum in supplementum in hoc casu deferre non possit, quamuis per vnum testem quis hoc probasset. Decius conf. 133. & testes in hac causa obiici poterunt si sint familiares aut domestici. Decius ibid. & neq; in hoc casu locum habet iuramentum decisuum, quod quis non tenetur suscipere in causa matrimoniali: quamuis cogi possit iurare de veritate. Franc. Marc. dec. 685.

Conclusio CCLXVI.

Licet appareat sententiam scriptam esse manu publici notarii, si tamen non appareat eam prolata fuisse, & lectam, & sententia promulgata, non valet, neque probat, & ideo in sine alicuius sententiæ illa verba solent apponi, lata fuit & promulgata. Bal. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de leg. 3. & nisi de his appareat, dicitur talis sententia imperfecta si non appareat quod fuerit lata & lecta. Decius conf. 458.

Conclusio CCLXVII.

Notarium imperfectis scripturis non statuit, nec fide faciunt, ob id scriptura que reperitur imperfecta in libris notarij nihil probat, vt si reperiat scriptum in libris notarij, talis vendidit rem Titio sub talibus pactis, & nihil aliud reperiat scriptum, illud non faciet fidem. Bald. in l. si quis testamentum. ff. de test.

Conclusio CCLXVIII.

Testator si suam voluntatem in quadam scedula confecerit, quam tamen non publicauit, & interim moriatur, talis voluntas testatoris quæ ita reperitur, erit testamentum, perfectum quidem ratione voluntatis, imperfectum autem ratione solemnitatis, & ideo inter liberos valebit, sed non inter extraneos. Alex. in l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Dec. conf. 159.

Conclusio CCLXIX.

Mulier etiam meretrix non prohibetur succedere defuncto, si ei sit persona coniuncta in gradu proximiori, ab intestato, & excludit omnes alios existentes in gradu vltiori, nec propterea quod est meretrix, excludetur à successione, & coniunctus poterit relinquere alicui meretrici. §. sed & aliud, & ibi Ang. quibus modis natur. effi. leg. in authentis.

Conclusio CCLXX.

Vxor hæres instituta à suo marito, aut relicta legataria si post mortem mariti stuprum commiserit, vt indigna repelli poterit à tali hæreditate aut legato, licet maritus non adierit, donec honestè & castè vixerit. Sali. in l. fideicommissum. C. de fidei. ex delicto enim commissio per hæredem aut legatarium post mortem testatoris, quis se reddit indignum. l. 1. de secun. nup. & eo casu debetur quidem legatū, sed fidei illud auferet velut ab indigno. Sali. ibi.

Conclusio CCLXXI.

Protestationes clandestinæ ex causa fieri possunt. cap. 1. de eo quod metus causa: tamen in præiudicium tertij tales protestationes clandestinæ nihil operantur. Bar. in l. clari. C. de fidei. Decius conf. 219.

Conclusio CCLXXII.

Dominus alicuius rei potest propria autoritate destruere ædificiū quod quis fecit in suo solo, & quod ab ipso domino possidebatur. l. quemadmodum. §. 1. ff. ad l. Aquil. Quod procedit dummodo ille solus in solidum possideret, nam si ab alio, qui pariter possideat, constructum esset ædificium, tunc ille dominus non possit illud propria autoritate destruere. Bar. in l. 1. §. nunciatio. ff. de operis noui nunciat. Florianus in d. l. quemadmodum. & Decius conf. 221.

Conclusio CCLXXIII.

Testator habens vxorem prægnantem, vel putans eam prægnantem esse, filium nasciturum, hæredem instituit, & si hæres non erit, & in pupillari ætate decesserit, talem substituit, si filius demum non nascatur, ille substitutus admittetur, l. si. C. de inst. & substit. Decius conf. 227. nume. 11. & Soci. conf. 52. nu. 3.

Conclusio CCLXXIII.

Molendinum æquiparatur prædio rustico potius quam vrmano. Bald. in l. certi iuris. numer. 7. C. loca. Decius consilio 262.

Conclusio CCLXXV.

Legatum alicui factum à testatore vt possit cadere in suo nemore decem plaustra lignorum, vel si testator concedat alicui facultatem vt possit cadere decem plaustra lignorum ex suo nemore, si interim legatarius moriatur, tale legatum, & talis facultas cadendi ligna vsque ad eam quantitatem transibit ad hæredes ipsius legatarij. arg. l. si necessarius. §. de vendendo. ff. de pigno. actio. Alex. & Ias. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. nu. 5. ff. de leg. 1.

Conclusio CCLXXVI.

Alienare quis non dicitur qui non vtitur occasione cum possit, vt si quis hæres institutus sit, & cum possit hæreditatem acquirere, recuset eam hæreditatem, certè non dicitur alienare ipsam hæreditatem. l. alienationis verbo. ff. de verborum significatione, & is verè dicitur alienare non qui amittit lucrum, cum possit illud acquirere, sed cum diminuit suum patrimonium. l. qui autem. ff. de his quæ in fraud. cred.

Conclusio CCLXXVII.

Iudex à quo appellatum est post præsentationem literarū appellationis non potest ad vltiora procedere: quia per solam præsentationem literarum superioris constat quod pars vult illis vt. Decius conf. 292.

Conclusio CCLXXVIII.

Licet lis contra plures fuerit contestata, tamen sententia lata contra vnum tenet, & si vnus cõparuerit, & causam fuerit prosecutus, tenebit sententia lata vel p. eo, vel contra eum, & hoc tam in actione civilium, quam criminali. Bar. & Castr. in l. non idcirco. ff. de iudic. Decius conf. 295.

Conclusio CCLXXIX.

Pensionis remissio fit propter bellum in contractu locationis. l. ex conducto. §. 1. ff. loca. nisi locationis tempore bellum esset, quia tunc nulla deberet fieri remissio pensionis, nam cogitare tunc potuit, quod propter bellum non facile erit fructus colligere. Bald. in tit. de pace Constantiæ. Alex. in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquiren. posse. Decius conf. 312.

Conclusio CCLXXX.

Promittens quod talis ratificabit talem contractum sub tali pœna, liberatur promittens à pœna, si fecerit quod potuit, ea enim pœna committitur, si ille promittens esset in mora faciendi. Bart. in l. si duo. §. hæc verba. ff. de consti. pecu. sed faciendum quod potuit ita vt vltierius nihil possit, nõ potest dici in mora, ergo non tenetur. Quod procedit etiam si ille fuerit interpellatus, & hanc opinionem communem esse asserit Decius conf. 313. impedit enim talis difficultas potnã committi, & hoc habet locum vbi à principio non potuit præiudicari, & nisi probet quod fecit quod potuit, teneretur ad interesse. Decius ibi, & conf. 345.

Conclusio CCLXXXI.

Approbans librum rationum in vno capitulo, non intelligitur in alio capite separato approbare. Bar. in l. quedã. §. numularios. ff. de edend. scitu. & qui approbat scripturam in vno capitulo, ita in aliis non videtur approbare. Decius conf. 217.

Conclusio CCLXXXII.

Testator legans Titio centum quæ sibi solui voluit ex re ditu talis prædij, si redditus non sufficiat ad eam summam exoluendam, hæres residuum cogetur exoluere, quia talis redditus videtur appositus gratia demonstrationis: quare si redditus non sit ad residuum, hæres tenebitur. l. quidam testamento. in princ. ff. de leg. 1. l. Paulo Calimacho. §. si. ff. de leg. 3. sunt enim illæ duæ orationes, nempe demonstratio ipsius legati, & demum designatio vbi solui debeat. Quod si testator ita dixerit, volo ex fructibus talis fundi solui Titio centum, & tunc fructus videntur appositus gratia taxationis: quare fructibus non extantibus ex eo fundo, hæres ad amplius nõ teneretur, cum sit ibi vnica oratio. l. nomen debitoris. §. vni. ff. de leg. 2. Decius conf. 324.

Conclusio CCLXXXIII.

Matrimonium ad tempus prohiberi potest, vt respectu certæ personæ sed non in perpetuum, quia tunc viduitas induceretur, que prohibita est. l. sed si hac. §. si. ff. de cond. & demonst. & hoc in filia procedit, sed respectu viduæ bene valeret legatum factum ne nubat vt prohibes matrimonium. d. §. si & per cum tit. de indic. viduitate tollen.

Conclusio CCLXXXIII.

Testator si in vna parte testamenti mentionem fecerit de filiis masculis, licet in alia parte testamenti simpliciter de filiis mentionem fecerit, intelligi debet de masculis, & ad eos referri debet ea dictio, quia vna pars testamenti per aliam de claratur. Decius conf. 370.

Conclusio CCLXXXV.

Filius adoptiuus non excludit substitutum, nec fideicommissarium. l. si ita quis. §. is cui. ff. de leg. 3. & adoptiuus filius appellatur legitimus. Legitimus autem filius dicitur ille, qui rescripto principis, aut per subsequens matrimonium legitimatus est. Salic. in l. etiã. C. de appella. Legitimus aut per subsequens matrimonium bene excludit substitutum. Imola in l. ex facto. §. si quis. ff. ad Trebel. Decius conf. 399.

Com. opin. Tom. 4. NNNN 2

Conclusio CCLXXXVI.

Nouatio hodie non fit nisi expressè à partibus dicatur. l. si. C. de noua. quod procedit ipso iure, fiet tamen ope exceptionis: ita cōcludit Decius consi. 399. & consi. 400. & ibi inquit, q̄ secundum magis communem opinionem fit nouatio ope exceptionis, fiet etiam nouatio licet à partibus nō dicatur, ex contractibus incōpatibilibus, & quando in simul stare nō possunt, cum vltima deroget prioribus. Decius cōf. 564. inducitur etiam nouatio per delegationem. l. delegare, ff. de noua. ita vt locū nō habeat l. si. C. de noua. in nouatiōe, quæ fit per delegationem: quia nihil immutatur in nouatione quæ fit per delegationem, & fit etiam si nō dicatur à partibus. Decius consi. 107.

Conclusio CCLXXXVII.

Legatum alicui factum cum onere non petendi quod sibi debetur, valet & acceptando legatum sibi ille legatarius prædicat. l. si ab vno. ff. de leg. 2. Decius consi. 425. c. officij. de testamentis, & illud intelligi potest scilicet q̄ sibi debetur in bonis testatoris, & sic acceptando legatum nihil in bonis testatoris petere potest, secus si aliunde sibi debeatur, vt ibi per Decium, & Decius consi. 133. nu. 2.

Conclusio CCLXXXVIII.

Tutor qui non conuertit pecuniam pupilli in emptionē prædiorum, non potest dici in culpa, si non emerit, nisi contra eum ostendatur quod multa prædicia fuerunt venalia, & quæ ille tutor poterat emere. §. penul. in authen. vt hi qui oblig. Decius consi. 562. alijs nisi cōtra eum hoc probetur, tutor non potest dici in culpa, nec in aliqua negligentia: q̄a quando culpa alicui obicitur siue agendo siue defendendo, certa & limitata debet opponi. c. vt circa. de elect. & Decius consi. 430.

Conclusio CCLXXXIX.

Testator reliquit fundum alicui, & si decedat sine liberis, mandat quod ille fundus legatus ad suum heredem reuertatur, si interim viuente legatario hæres moriatur, remanebit ille fundus penes legatariū, & neq; ad heredē heredis reuertetur cum fideicommissum sub conditione legatum nō transmittatur. l. vni. §. sub conditione. C. de cad. toll. l. si in l. cum filio. num. 24. ff. de leg. 1. Decius consi. 427. & consi. 347.

Conclusio CCXC.

Abella in loco contractus, & vbi contractus fuit celebratus, solui debet, cum Gabella sit onus consecutum ipsius contractus, & ideo in loco contractus solui debet, & non in loco ubi res tradi debet, per Alex. consil. 51. in 3. vol. Propterea si quis vendat rem in ciuitate Florentiæ, vbi Gabella debet solui, Bald. in l. 1. vers. 5. quæro C. de contrahē. empti. & in l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eorū. Decius cōf. 457. & modo soluta sit in loco contractus, nō debet solui in alio loco, vt ibi per Decium, & quæ Gabella per emptionem solui debet. Roma. singulari § 82. & Alexand. consil. 51. in 3. volum.

Conclusio CCXCI.

Beneficium ex pluribus titulis non potest haberi. Sed si quis habeat titulum inualidum, debet curare vt habeat validum. de Imola in ca. ex parte, de concess. præbendæ: ad cautelam autem potest quis vt pluribus titulis in beneficiis. Franc. Marcus deci. 141. in 2. part.

Conclusio CCXCII.

Erius si delinquat puniendus est mitius: tamen venit puniendus. l. omne delictū. §. per vinū. ff. de re milit. l. respiciēdū. §. delinquent, & ibi Bart. ff. de poenis. Florianus in l. fed est. §. iniuriam, nume. 5. ff. ad l. Aquiliam. Ange. de maleficiis in verbo, scienter. nu. 17.

Conclusio CCXCIII.

Depositarium solum tenetur de dolo & lata culpa. l. contractus. ff. de reg. iuris. quod procedit vbi depositum fit gratia deponentis. §. præterea. Inst. quibus modis re contra. oblig. quod si depositum fiat gratia depositarij, vel quando

depositarium accipit pecuniam, vel mercedē, vel quid aliud pro custodia, & tunc depositarius tenetur de dolo, lata culpa ac leui. Barto. in l. quod nerua. ff. de depos. Decius consi. 473.

Conclusio CCXCIII.

Testator filium masculum instituit heredem, & si moriatur sine liberis masculis, substituit suas filias: si demum filius moriatur relicti filiabus fideicommissum locum habebit in ipsis filiabus testatoris, quæ hereditatem paternam consequentur ex eo quod filius hæres mortuus est sine filiis masculis, quare filie censentur vocatæ. Decius consi. 431. & ipsius filie excludentur, quæ non sunt vocatæ, sed solum filij masculi.

Conclusio CCXCV.

Conditio illa apposta in testamento, si hæres decedat sine liberis, ex mente testatoris coniecturata, intelligitur de masculis, quæ mens ex eo colligitur, cum ille masculos hæres instituerit, & filiabus quædam reliquerit, nā ex hoc videtur rationē habuisse agnationis, quæ per masculos cōferuatur. Decius consi. 495. & 514.

Conclusio CCXCVI.

Conditio illa, si decedat sine liberis, intelligitur tacita in filiis testatoris, & in alijs descendentibus ipsius testatoris, qui sunt hæres instituti & grauati simpliciter de restituenda hereditate. l. cum auus. ff. de condi. & demon. non autem locum habet, & neque subintelligitur in fratribus testatoris institutis, nec in alijs consanguineis institutis & grauatis. Decius consi. 437. nam si fratrem suum instituat heredem, & grauet de restituenda hereditate, nō subintelligitur ea clausula, si decedat sine liberis. Decius cōf. 529. & ca. l. cum auus. solum locum habet in descendentibus, & non in collateralibus, decif. 435.

Conclusio CCXCVII.

Testi asserenti se scripsisse de mandato & voluntate Titij non creditur, & neque talis testis probat ita deponēdo. Decius consi. 510. nu. 2.

Conclusio CCXCVIII.

Siprohibitio alienationis facta sit extrā familiam, tūc vltimus de familia non prohibetur alienare, quia non superest persona ex substitutis qui alienationem reuocare possit. Decius consi. 182. & 511. nu. 6.

Conclusio CCXCIX.

Si aliquis sit excommunicatus maiori excommunicatiōe, ante denunciationem non habetur pro excommunicato, debet enim esse denunciatus ad hoc vt habeatur pro excommunicato. Decius consi. 522. & Felin. in ca. Rodolphus. vers. aduerte tamen. de senten. excom.

Conclusio CCC.

Episcopus excommunicatus non potest beneficia conferre, sed nec eius vicarius, & collatio facta à vicario episcopi, qui est excommunicatus non valet. Rebuffus in sua praxi beneficiorum in illo tit. forma vicariatus, nu. 217. Quod procedit etiam si vicarius innouet talem excommunicationem, dummodo notificatum fuerit eum esse excommunicatum. Ita Rebuffus.

Conclusio CCCI.

Famulus non potest petere salarium à domino suo pro tempore suæ infirmitatis, nam cum ille tractet de lucro, meritū illud perdit propter infirmitatem. Bar. in l. operæ, ff. de vusu. legato.

Conclusio CCCII.

Institutio facta in testamento de aliquo cui facta fuit vulgaris substitutio, si hæres non sit hæres, vt quia mortuus sit testatore viuente, vel si hæres sit incapax, aut alijs non possit adire hereditatem, tunc ille qui est substitutus admittetur, & testamentum sumet vires à secundo gradu. l. vni. §. p. secundo. C. de cadu. toll. Decius consi. 529. vbi tenet hanc esse communem opinionem.

Conclusio CCCIII.

Si maritus aliquid suæ vxori in suo testamento reliquerit, poterit demum vidua post mortem mariti & legatum, & dotem suam petere, & neque videtur factum tale legatum animo compensandi. glo. in verbo, vēdicare. in c. officij, & ibi Panor. & alij, de testamentis.

Con

Conclusio CCCIII.

Infamis infamia facti ille est, qui habet duas concubinas, aut qui habet cum sua vxore concubinam. Is etiam est infamis infamia facti, cuius opinio læsa est apud bonos & graues. Dec. consi. 530.

Conclusio CCCV.

Depositarium si efficiatur non soluendo, tunc periculum rei depositæ est ipsius deponentis, quando creditor ex iusta causa recusat rem depositam recipere, quia tunc est in potestate deponentis depositum repetere, quod non fuit à creditore acceptatum: q̄ si sine iusta causa creditor illud depositum acceptare recusat, & tunc ipsius creditoris erit periculum, si demum depositum deperdatur. l. qui decem. ff. de solution. l. obignatione. C. de sol. Decius consi. 543.

Conclusio CCCVI.

Dvobis filiis institutis si à patre facta fuerit substitutio, si vterque, vel si ambo, vel si omnes decedant sine liberis talem substituit, cessat substitutio si alter eorum liberis habuerit, & quamuis cohæres qui habet liberis, decedat, tales liberi succedent cohæredi, quamuis ille moriatur post mortem sui cohæredis, qui liberis habuit, quia tales liberi suscepti à suo cohærede iam defuncto succedent in parte cohæredis, quam ille habuit, & in totum facient deficere talem substitutionem. Decius consi. 594. nu. 67.

Conclusio CCCVII.

Donatio facta absenti, notario pro eo absente stipulatæ & acceptante, non valet plenè, & neque illi absenti ius plenè quæsitum erit ante illius ratificationem, quæ est necessaria pro validitate ipsius donationis, quare si interim ille absens ante ratificationem moriatur, talis res donata poterit alteri donari, & talis secunda donatio tenebit, cum per donationem absenti factam illi non sit ius quæsitum ante ratificationem. Dec. consi. 598. & Chaff. consi. 7. nu. 11.

Conclusio CCCVIII.

Renuciatio facta p̄ filia de omnibus bonis paternis & maternis iuramento firmata, valet extatib⁹ masculis. c. quāuis pactum. de pactis in 6. non extatibus autem filiis masculis. nō excluderetur filia à successione, quamuis renunciauerit: q̄a non est verisimile, & neque præsumendum est patrem propter filiam aliam voluisse deicere, quare succedet ea filia vnā cū alijs sororibus conferendo q̄ accepit. Chaff. con. 3. in fine.

Conclusio CCCIX.

Quoties substitutio facta fuit pluribus filiis institutis hoc modo, instituo quatuor meos filios hæres, & eorum quemlibet æquis portionibus cum hac conditione, quod si aliquis eorum quandoque decesserit sine liberis, & alij superstites succedant, & casu quo omnes decedant sine liberis, talem substituo. Ad hoc, vt locum habeat substitutio, oportet omnes sine liberis decedere, ita vt si vnus fratrum decedat cum liberis, illi liberi facient cessare fideicommissum, & ipsam substitutionem, etiam si alij ex institutis moriantur post vel ante sine liberis, & licet conditio apposta in persona institutorum non fuerit adimpleta ipsis viuim in persona omnium, si tamen demum impleatur, aliquibus ex illis mortuis, debebit ea cōditio retrahri, ita vt tribus filiis mortuis sine liberis, si vnus eorum & dummodo vnus eorum liberis habuerit, ad eos liberis filij iam defuncti pertinebit hereditas. Chaff. consi. 14. & sic filij suscepti ex vno ex illis filiis institutis excludent vltimum substitutum. Chaff. ibi. num. 6.

Conclusio CCCX.

Donatio à patre facta filio primogenito reuocari poterit propter ingratitudinem filij primogen. & hoc donatore in vita conquerente. Bened. in c. Raynutius, in verbo, in eod. testamento. il primo. nu. 208.

Conclusio CCCXI.

Census & pensionis solutio diuturna patens per liberos ecclesiarū, probatur ius ipsius ecclesiarū in leuandis & petēdis illis pensionibus. Chaff. consi. 15. nu. 4.

Conclusio CCCXII.

Seruiens quidem relationi statuitur in his quæ sunt de sua commissione, non tamen creditor eum habuisse commissionem de citando, nisi de ea commissione constet, quantumvis in relatione seruiens dicat notario scribenti, quod talis seruiens de mandato iudicis citauit talem. l. neminem. C. de exhib. reis. De Imola in ca. quod sicut. nu. 11. de electio.

Conclusio CCCXIII.

Crimen per modum exceptionis non potest opponi cōtra eum, cui iam beneficium collatum est, ad impediendam possessionem illius beneficii: nam ad tollēdum ius illud quæsitum non sufficit sola criminis exceptio cum sit

necessaria accusatio, seu denuntiatio: nemo enim cadit ab honore sine accusatore. l. rescripto. §. si quis. ff. de muneribus & honor. Quod si quis plenum ius non haberet in aliquo beneficio, ita vt petat se recipi per literas, & tunc exceptio criminis bene admitteretur contra eum. c. per inquisitionem. de electio. composte. in c. quod sicut. vers. alia vero crimina. de election. nisi publicè esset diffamatus de aliquo crimine, & excipiens ante collationem non habuerit facultatem excipiendi, & eo casu excipiens bene admittendus esset ad effectum prouisionis, & propter publicam infamiam impeditur donec facta purgatione. Ita ibi Composit.

Conclusio CCCXIII.

Collatio aut prouisio alicui facta, non potest peti cassari neque peti vt irritetur propter aliquod crimen quo ille accusatur, sed tunc à tali prouisione est appellandum, quod si non fuerit appellatum, quis non admittendus esset contra talem prouisionem, & neque potest admitti nisi per accusationem, aut denunciationem, vel inquisitionem. ca. qualiter & quando. de accusatione. Compositus in c. quod sicut. de electio.

Conclusio CCCXV.

Quoties consensus alicuius requiritur in aliquo actū, si ille non reperitur, tunc in illius absentia sufficit habere consensum illius vicarij vel locum tenentis. l. si in l. cum filius fam. ff. si certum petatur, & Chaff. consi. 17.

Conclusio CCCXVI.

Habilitas alicuius persone tunc demū requiritur in ipso actu, quando actus talis est, qui statim perficitur, & assumit suū effectum, cum fit ita, vt habitus superueniens nō sufficeret. Quare si quis sit inhabilis suæ electionis tempore quæ fit è sua persona nō poterit iuuari habitate superueniēte. Bar. in l. vusu fructus. ff. de stipul. seruo. q̄ si sit talis actus ad cuius perfectionem tempus successuum ad eum actum agēdum requiritur, & eo casu sufficeret q̄ quis esset habilis eo tempore quo actus ille fit, & perficitur, & propterea si aliqui canonici sint inhabiles ad eligendū tempore quo quis moritur, si tamen pendente termino qui datur ad eligendū, & pro eo tempore quo fit ea electio reperitur habilis, poterunt eligere, & admittentur ad eligendū. Zabarella in cle. 2. de etate & qualitate. & consi. 2. nu. 15.

Conclusio CCCXVII.

Clausula quouis modo valet, & ex quouis persona, ex quo oīs modus vacandi cōprehendit, est solita apponi etiam in prouisionibus quæ fiunt per ordinariū, qui ordinarius eas clausulas potest apponere in suis prouisionibus. Chaff. consi. 30. nu. 11.

Conclusio CCCXVIII.

Possessio vniuscuiusque rei qualiscunq; sit, perditur per spacium vnus anni, ita vt amplius post annum non sit reuersus ad ipsam possessionem. Chaff. con. 30. nu. 18.

Conclusio CCCXIX.

Arbitrarij electus est ad audiēdum cōputa aliquorum, si demū in testem producat ab vno ipsorum, standum erit dicto illius, & demū cum iuramento suppletiuo poterit ferri sententia in vtilitatem illius pro quo ille arbitrarij deponit. Chaff. consi. 37. nu. 4.

Conclusio CCCXX.

Dvo testes non integri, & quorū fides diminuta est, æquipollent vno testi integro, & erūt illi duo testes loco vnus, ita vt sicuti pbati per vnū testē, iuramentū in supplementū est deferēdū, ita nec probanti per duo testes non integros iuramentū in supplementū est deferēdū. Chaff. cōf. 36. & 37.

Conclusio CCCXXI.

Solutio tributorum per testes non potest probari: tamen amissio instrumenti solutionis per testes bene poterit probari. Bal. in l. ne casu. nu. 3. de discul. lib. 10. C.

Conclusio CCCXXII.

Communis est hæc conclusio, q̄ si statuto caueatur, q̄ mulier nō possit contrahere sine consensu propinquorū, q̄ tunc non poterit etiam donare donationem causa mortis. docto. in l. 2. ff. de leg. 1. licet ibi laf. contrarium teneat.

Conclusio CCCXXIII.

Custos carceris pro expensis factis ab incarcerato debet agere contra eum incarceratum: qui si demum non reperitur soluendo, & non habeat vnde se alar, poterit cōtra creditorem agere, qui eum fecit incarcerare, & ab eo erit alēdus ipse incarceratus: alijs vbi debitor incarceratus nō reperiretur soluendo, & creditor eū alere recusaret, iudex posset eum incarceratum à curia liberare, & à carcere. l. si in l. si viduum. ff. de re iud. & Boer. dec. 303.

Comm. opi. Tom. 4.

NNNN 3

Conclusio CCCXXXIII.

Errot nominis proprii in rescripto in quo impetrans unum nomen proprium pro alio apposuit, vitiat rescriptum. Vnde si quis rescriptum impetrauerit contra aliquem presbyterum super tali ecclesia, & sit erratum in nomine proprio illius presbyteri, tale rescriptum vitiatum erit: quia rescripta sunt stricti iuris. Iaf. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. i. num. 8. & hoc intelligitur in rescriptis ad beneficia que sunt ambrosiosa, & in l. si in nomine. C. de testa. vbi Iaf. tenet hoc etiam locum habere & in aliis rescriptis cum etiam & illa sint stricti iuris, & ob id restringenda. Eror vero in nomine proprio alicuius rei non vitiat legatum, dummodo constet de corpore. Iaf. in d. l. si quis in fundi. nu. 8. Error autem in nomine appellatio inuenit a iure gentium, vitiat. d. l. si quis, nisi constet de corpore, & de rei presentia, & error in nominibus appellatiuis inuenit a iure ciuili non vitiat. Lancelotus Galiaula in l. Centurio. nu. 109. ff. de vulg. Error autem in substantia vitiat actum. l. in venditionibus. ff. de contrah. emp. Iaf. in d. l. si quis in fundi: non tamen vitiat stipulationem, nec etiam contractum lucratium, nec legatum. Iaf. in d. l. si quis. num. 3. 1. & in summa error in nomine proprio, vel pronomine vel cognomine non vitiat, dummodo constet de corpore, & hoc in omni materia procedit, vt per Iaf. ibidem.

Conclusio CCCXXXV.

Custodia ciuitatis est munus personale. l. si hi quoque. ff. de mune & honor. propterea a tali custodia senes excusantur. Lucas de penna in l. si vltra. de decurio. libr. 10. C. foemina excusantur. Albe de Rosa. in l. i. vers. foemina. ff. de mune & hono. verum si eligantur certi homines pro custodia ciuitatis & illis statuatur certum salarium, quod demum ciuibus imponendum esset, tunc illud salarium & per senes & per mulieres exolendum esset pro quota. vt ibi per Alb. ibidem.

Conclusio CCCXXXVI.

Inimicitia graues seu capitales superuenientes post testamentum inter testatorem & legatarium faciunt reuocare illud legatum factum illi legatario cum quo tales inimicitie graues superuenerunt: Ita vt propter eas superuenientes inimicitias tale legatum tacite cessat reuocatum. l. ex parte. & l. 3. § non solum. ff. de adi. lega. l. si inimicitia. ff. de his quibus vt indig. & hoc procedit vbi ille legatarius esset causa earum inimicitiarum. Institutio vero haredis non reuocatur per subsequentes inimicitias: & sic quamuis hares institutus commiserit aliquam iniuriam contra testatorem, non propterea reuocatur ea haredis institutio. d. l. ex parte, & multo minus reuocatur, si mortuo testatore hares eius contra ipsum testatorem aliquid egerit, vt quia eius vidua carnaliter cognouerit. Iaf. in l. forore. C. de his quibus vt ind. ibidem.

Conclusio CCCXXXVII.

Liberi nati in concubinato legitimentur per subsequens matrimonium, ca. tanta. qui filij sunt legit. tamen filij nati a clerico in minoribus ordinibus constituto, & qui est beneficiatus eo tempore quo tenet concubinam, ex qua eos liberos habuit, non poterunt legitimari per subsequens matrimonium: quia tunc stantibus ille talis beneficiatus non poterat contrahere matrimonium, & sic tales filij, nati non poterunt legitimari quamuis ille talis beneficiatus clericus renunciando beneficio matrimonium contraxerit cum ea concubina sua, per regulam legis, & si contra. C. de nup. nam cum nati sint tempore prohibito non poterunt legitimari. Quod si ille talis clericus non fuisset beneficiatus, contrahendo matrimonium cum ea concubina, tunc filij ex ea suscepti bene legitimarentur. Sed & filij legitimari poterunt, si nati sint ex crimine adulterij, aut concepti: quia tunc vit contrahendo matrimonium cum ea muliere ex qua pendente & constante suo matrimonio filios habuerit, non ex hoc legitimi. r. n. tur illi filij antea suscepti. Roma. cof. 367. & Bal. in l. nuper legem. C. de naturalibus liber.

Conclusio CCCXXXVIII.

Vicarius ab episcopo constitutus non potest illi episcopo beneficia conferre: quia cum conferat iure ipsius episcopi, non poterit eodem conferre, ca. per vestras. de iure patro. Rebuff. in tract. nominationum, nu. 28.

Conclusio CCCXXXIX.

Substitutus a vicario episcopi habente potestatem substituti, poterit eimet vicario beneficia conferre: quia substitutus capit potestatem ab ipso episcopo, qui constituerat vicarium cum potestate substitucendi. Rebuff. in tract. nominationum, nu. 28.

Conclusio CCCXXX.

Vd ex ipso quod recipit articulos, tacite videtur eos admittere etiam non admittenda, & etiam captiosa & superflua. Felin. in c. per tuas, de test. nu. 2. & quamuis eos vt pertinentes admiserit, poterit demum etiam factis probationibus reuocare, non obstant quod iam prius admiserit, quia talis admissio est sententia interlocutoria, quae ab ipso iudice potest reuocari. Decius conf. 5. 17.

Conclusio CCCXXXI.

Commissarius cui commissum fuit audire testes, si coram ipso obiciatur quod articuli sunt nimium generales, non debet audire partem illud obicientem, cum illud fieri debeat coram committente. ita Collectarius in ca. per tuas, de testi.

Conclusio CCCXXXII.

Donatio omnium bonorum, vel maioris partis bonorum, sicuti reuocatur per natiuitatem liberorum, qui nascuntur ipso donanti, per l. si vnquam. C. de reuoc. dona. Ita etiam & reuocatur per legitimationem liberorum, quae fit per subsequens matrimonium, & talis legitimationis poterit petere donationem reuocari. Iaf. in l. i. num. 4. ff. de lib. & posthum.

Conclusio CCCXXXIII.

Filius familias quo ad vnum actum non potest emancipari. In totum est enim emancipandus, aut in totum est in potestate retinendus. & haec est commu. opin. quam tenent Alex. & Iaf. in l. i. § hoc autem. ff. ad Treb. quia patria potestas est indiuisibilis, & sic pro parte diuidi non debet. docto. ibid.

Conclusio CCCXXXIII.

Et particula, quamuis soleat attribuire actum verbi vnicuique aequaliter. l. reos § cum in tabulis. ff. de duo. reis: tamen vbi ponitur inter aliqua vbi potest cadere affectio, vel charitas, tunc non diuidit: sed signat ordinem charitatis. Iaf. in l. i. nu. 24. ff. solut. matrim.

Conclusio CCCXXXV.

Pater licet sit usufructuarius bonorum filij sui, l. cum oportet. C. de bonis quae liberis, tamen non erit usufructuarius dotis aduentitiae, & sic in ea non erit legitimus administrator. l. Caius. ff. solut. matr. Iaf. in l. 2. § quod si, nu. 17. ff. solut. matr. & ibi tenet hanc esse communem opinionem. & sic lex, cum oportet, quantum ad hoc non habet locum in dote aduentitia.

Conclusio CCCXXXVI.

Legatum habitationis alicuius domus, & legatum alicuius vsus intelligitur factum causa ipsius legatarij. Bald. in authen. habita. C. ne filius pro patre. nu. 6. Alex. super Bart. in l. cum antiquioribus. C. de vsufr. & Felin. in c. quam sit, de vsu ris.

Conclusio CCCXXXVII.

Creditor cui fundus sui debitoris per decretum iudicis fuit adiudicatus & venditus, per decretum iudicis non poterit colonum expellere, cui ab ipso debitor domino talis fundus fuerat conductus, & sic tenebitur stare colono vel inquilino, eo quia talis venditio iura facta a iudice est necessaria, & successor necessarius tenet stare colono. l. filio. § si vir. ff. sol. matr. Bart. in l. in venditione. §. i. ff. de bonis autho. iudi. post. Iaf. in l. diuortio, in l. nu. 34. & 35. ff. sol. matr.

Conclusio CCCXXXVIII.

Alimenta duobus relicta ex quibusdam praediis vno eorum moriente vel recusante accipere partem suam, media pars eorum alimentorum respectu illius qui est mortuus, vel qui recusat suam partem, venit ad proprietarium, & cessat ius accrescendi. l. dominus § per fideicommissum. ff. de vsufr. Iaf. in l. si mora. ff. de sol. matr. nu. 7.

Conclusio CCCXXXIX.

Id quod ab auo nepoti relinquitur, censetur aduentitium, & sic solum patri acquiritur, quantum ad usufructum: proprietatis rei donatae pertinet ad ipsum nepotem. l. fin. C. de bonis quae liberis. & in dubio presumendum est relinqui nepoti sui causa & contemplatione. q. si constaret & causa patris & fa

& sui etiam intuitu tale relictum fuisse factum, & tunc ad patrem tale legatum pertineret. Iaf. in l. qui in aliena. §. interdum. num. 26. ff. de acquir. hared. vbi asserit hanc communem esse opinionem. & Alex. conf. 185. in 2. vol. nume. 17. & conf. 42. in 7. vol.

Conclusio CCCXL.

Pater filium suum bannitum propter delictum ab eo commissum, & qui iam bannitus est, non tenetur cum haredem instituire, nec exheredare, quia talis filius habetur pro mortuo: & nec filius nomine ipsius filij poterit illud testamentum rumpere, si vellet allegare filium a patre fuisse preteritum. Iaf. in l. si filius. nu. 12. ff. de liber. & posth. Talis enim filius bannitus vel deportatus habetur pro mortuo. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio.

Conclusio CCCXLI.

Si pater rem aliquam nomine filij sui emerit, qui est in sua potestate & ipsi filio eam rem tradiderit, & in eadem voluntate pater vsque ad mortem perseuerauerit, talis emptio & donatio ipsius patris ipsius more confirmabitur, habebitque vim donationis. l. i. & ibi Ioan. de Platea post Bart. de castrensi peculio, lib. 12. C. & Iaf. in l. si donatione. C. de colationibus.

Conclusio CCCXLII.

In successione ascendenti filij semper referunt personam patris defuncti, in successione vero transuersali agnatorum & cognatorum nusquam filij referunt personam eorum patris, nisi quando tractatur de successione patri, aut auunculi, aut matertera, aut auae. auth. cessante. C. de legi. hære. vltra autem patruos, auunculos, amiras, aut materteras liberi non assumunt personam eorum patris iam defuncti. Immo tunc qui est in gradu proximior, erit potior in successione. Decius conf. 1. num. 2. Ang. in §. cum filio, in ff. de hared. quae ab intestato. Iaf. in l. si potest. num. 26. ff. de acquir. hered.

Conclusio CCCXLIII.

Consanguineus qui tanquam proximior vult succedere alicui mortuo ab intestato contra aliquem tenent bona illius defuncti, tenent probare se fuisse defuncto consanguineum, & hoc sufficit probare, tamen non probet se fuisse, & esse in gradu proximiorum. Iaf. in l. si potest, nu. 8. ff. de acq. hære. & ibi inquit hoc tenendum, & Corneus con. 196. nu. 10. vol. 1.

Conclusio CCCXLIII.

Creditoribus hereditarij idem ius habent in bonis haredis debitoris defuncti quod ius habent in bonis ipsius defuncti debitoris, cum hares censetur esse vna persona cum defuncto, vt in authen. de iureiur. a morien. praeti. Quare tenetur hares satisfacere ipsis creditoribus non solum de bonis ipsius hareditatis, sed & de bonis suis propriis, nisi mutarium confecerit, quia tunc fauore inuentarij non tenentur de suis bonis. l. in §. & si prelatam. C. de iure delib. Iaf. in l. gerit. §. si quid tamen. ff. de acquir. hared. nu. 11. Bona tamen haredis non erunt hypothecata creditoribus, cum obligatio bonorum debitoris testatoris non trahatur ad bona haredis. l. Paulus. ff. de pigno. Alex. conf. 140. 7. vol. nu. 5.

Conclusio CCCXLV.

Mulier succedens ei pro quo fideiussit, non inuatur Vel. Meiano. l. quauis §. plane. ff. ad Velleia. Bertachin. in suo repertorio, vers. si mulier contrahens. Mulier etiam accipies aliquid vt pro alio fidei. abeat, siue ab initio, siue ex post, non inuatur Velleiano.

Conclusio CCCXLVI.

Quoties testator aliquem instituit haredem, & proximiores haredi substituit, si post mortem haredis reperiantur fratres & sorores ipsius haredis, & filij alterius fratris defuncti, illi haredi mortuo succedent fratres, sorores, & simul filij fratris iam praefuncti, qui filij fratris succedent in stirpes cum auunculis. Alex. expressè in conf. 88. 1. vol. & 124. nu. 2. in 7. vol.

Conclusio CCCXLVII.

Morte quidem usufructuarij finitur usufructus. §. si de vsufr. ita vt haredes eius nullum ius habeant in usufructibus

qui non sunt collecti, & neque eos transmittit ad suos haredes, etiam si tales fructus essent maturi. l. in singulos. in fin. ff. de annuis legatis. Albe de Rosa. in l. defuncta. ff. de vsufr. Ille enim usufructuarius in fructibus qui non sunt collecti, nullum ius habet, collectos tamè percipit, vt ibidem per Alber. & ideo ad suum haredem non potest transmittere eos fructus non collectos. hoc verum esse attestatur Ioan. Petrus de Ferrariis in sua practica super verbo, forma libelli quo vxor agit ad dotem, in glo. dedit, legauit, in fine: verum expensas quas ille usufructuarius fecit gratia fructuum percipiendorum, si ille interim moriatur, priusquam fructus perceperit, eius haredes eas expensas iam factas poterunt recuperare, Bal. in l. si pater. in fine. C. de vsufr. quod si ille usufructuarius usufructum locasset alicui colono, & ante reuocationem fructuum usufructuarius moriatur, hares ipsius poterit petere integram pensionem, aut diuidentur fructus inter haredes usufructuarij Ita Albericus ibi.

Conclusio CCCXLVIII.

Graduum computatio fit secundum ius canonicum quantum ad matrimonia, & in concernentibus ipsa matrimonia, & hoc respectu, ius canonicum seruandum erit circa graduum computationem, vt sciatur an matrimonium inter aliquos sit contrahendum iuxta dispositionem iuris canonice. In successione vero ab intestato, & quantum pertinet ad hoc vt sciatur quomodo ab intestato succedi possit inter agnatos & cognatos, ius civile seruandum erit circa computationem ipsorum graduum vt sciri possit quis fit proximior alicui defuncto ab intestato & ad illi succedendum. gl. in verbo, generalia, & ibi Angelus, de gradib. cognat. & Decius conf. 334. & 444. per textum in c. ad nostras. 3. §. q. 5. & sic in successione ab intestato fit graduum computatio per ius civile, quod in hoc casu est attendendum. In matrimonij vero graduum computatio, quae fit secundum ius canonicum est attendenda, vt Corneus conf. 92. in 3. col.

Conclusio CCCXLIX.

Heres grauatvs vni certo, seu vni certa personae restitue hereditatem, poterit statim eam hereditatem illi certa personae restituere. l. post mortem. C. de fidei. grauatvs autem restituere hereditatem vni ex certis, vt vni ex liberis, cum sint plures, poterit vsque ad mortem variare in tali electione: & si ante mortem vnum elegerit, ipse hares grauatvs, & in tali electione vsque ad mortem perseuerauerit, & ille electus reperitur in rerum natura tempore mortis grauari, valida erit talis electio, & tenebit. l. cum pater. §. a filia, & ibi Bar. ff. de leg. ij. Iaf. in d. l. post mortem. Quod si testator haredem ipsum grauaueit vni hereditatem restituere, & si non elegerit, & testator talē elegit, & si ille electus moriatur alium elegerit ipse testator, & tunc hares grauatvs non poterit in prauidicium secundi primum nec alium eligere, nisi moriendo, & non ante, vt ibi per Iaf.

Conclusio CCCL.

Testator si in suo testamento dicat talem non esse suum debitorem, poterit nihilominus hares institutus probare eum debitorem, & sic hares non cogetur stare tali assertioni testatoris, nisi testator cum assertionem & iuramento hoc asseruisset. l. rationes, cum auth. ibi posita. C. de prob. & Alex. in l. si donatione. nu. 5. C. de colla.

Conclusio CCCLI.

Donatio remuneratoria per superuenientiam liberorum non reuocatur: & sic l. si vnquam. C. de reuoc. dona. non habet locum in donatione remuneratoria, & hac communem opinionem firmat Decius conf. 366. nu. 10. debent tamen eo casu merita in specie probare, & de ipsis meritis debet constare, & non sufficeret meritorum assertio in genere, vt ibi per Decium.

Conclusio CCCLII.

Testator instituendo suos filios, & si decesserint sine filiis, substituit suas filias: si demum vnus ex filiis institutis moriatur sine liberis masculis relicta tamen filia, talis filia progenita ex filio coherede faciet cessare substitutionem, & excludet filias testatoris substituentis. arg. l. cum auus. ff. de condi. & demon. Decius conf. 370.

Conclusio CCCLIII.

Frater instituens suum fratrem haredem, & si decedat sine liberis ex se natis, talem substituit, si demum frater hares moriatur sine filiis, relicta tamen nepotibus ex suo filio iam praemortuo, tales nepotes excludunt substitutionem. Iaf. post alios in l. Gallus. §. instituens. nu. 2. ff. de lib. & posth. Decius conf. 391. nu. 3. & Alex. conf. 5. in 3. col.

Conclusio CCCLIII.

Licet per mortem Papæ expiret mandatum vicarij, licentia tamen quam vicarius iam dederat ad aliquid faciendum non expirat: vnde licentia data ab episcopo de nō residente ad tempus non expirat per mortem episcopi. Roch. in c. licet. de elect. in 6. & Decius consil. 404. nu. 3.

Conclusio CCCLV.

Testis depositio, ad hoc vt valeat, debet apparere in actis Curia: q̄ talis testis comparuit, & iuravit: alioquin nisi in actis de his appareat q̄ talis testis productus iuravit, non valebit talis depositio, etiam si demum in examine dicatur, q̄ talis testis receptus & iuratus deposuit: quia sunt verba notarij quæ non probant. Ita decisio Bellameræ. 61.

Conclusio CCCLVI.

Prohibitio alienationis facta de re aliqua extra familiã, illis de familia cōsentientibus, res ipsa poterit alienari, & illi qui consenserint non poterit demum contrauenire. l. quoties. C. de fidei. verum alij descendentes postea nati, quibus fideicommissum debebitur, poterūt ex eorum persona alienationem reuocare, per notata in l. pto. §. si. ff. de lega. 2. Decius consil. 468. nu. 29. & consil. 498. nu. 20. & consil. 37.

Conclusio CCCLVII.

Donatio licet ipso iure per naturam filij reuocata fuerit, si tamen filius moriatur, & pater superuiuat, qui habuit tempus mutandi talem donationem, quam tamen non mutauit, & interim mortuus est, valebit & tenebit talis donatio: præsumendum est enim patrem eam donationem confirmasse, quam non mutauit, cum posset. Ias. in l. si mater. nu. 4. C. de inoffic. testa.

Conclusio CCCLVIII.

Creditoris confessio de recepto veram probat numerationem, ita vt ex ea fideiusor contra debitorem possit agere, pro quo ille fideiusserat: vera enim numeratio de recepto probatur per confessionem de recepto. Alex. consil. 25. nu. 3. par. 2. & consil. 90. parte 3.

Conclusio CCCLIX.

Patrinus seu pater spiritualis qui aliquem de sacro fonte leuauit, poterit pro eo filio spirituali esse testis quem leuauit de sacro fonte, & nec propterea poterit repelli nec obiectari: imò erit testis idoneus. Alex. consil. 125. in 4. vol.

Conclusio CCCLX.

Promittens pecuniam mutuare, sinò demum mutauerit, tenetur ad interim, siue talis promissio fuerit facta p̄ stipulationem, siue pacto nudo, dummodo interim illius cui facta fuit ea promissio, l. si p̄nam ff. de verb. oblig. lbi Ias. & Decius consil. 502. nu. 7.

Conclusio CCCLXI.

Factores seu insitores licet se scribāt debitores in aliqua summa pecuniæ, non propterea conueniri poterunt nomine proprio: quia videntur scribere vt factores seu insitores, etiam si simpliciter se debitores dixerint. l. fin. ff. de instit. actio. quantumvis in absentia domini contraxerint. l. hæres absens. §. apud Labeonem. ff. de iudi. Decius consil. 510. num. 5. nisi nomine proprio se obligauerint, per l. procurator qui pro. ff. de procuratoribus.

Conclusio CCCLXII.

Actor quod proponit, debet probare. l. actor C. de probat. quod procedit etiam si reus in se suscepit onus p̄bandi, qui non debet cōdemnari si nō probauerit ipse reus: nam semper retinet prerogatiuã quæ debetur reo, vt actore non probante reus absouatur. Ias. in l. qui accusare C. de eund. Decius consil. 507. numer. 1. l. circa. ff. de probat. & ibi glossa.

Conclusio CCCLXIII.

Strictum alicui concedatur cum omnibus suis pertinentiis, omnia quæ sunt in territorio illius castri cēsentur esse comprehensa, nisi sint exempta. Decius consil. 517. nu. 9.

Conclusio CCCLXIII.

Emphyteuta si cadat à re sibi data in emphyteosim sua culpa, vel quia non soluit canonem, perdendo rem ipsam perdit & sua melioramenta quæ ibi fecerat: si autem finita esset emphyteosim per generationem finitam, aut per tempus præfinitum positum in ipso contractu emphyteosim, & quia ipse emphyteota non reperitur in aliqua culpa, poterit sua melioramenta petere, quæ per hoc non perduntur propter culpam illius emphyteote, vel defectū solutionis canonis, quæ solutio dño facta non fuit, & eo casu ea melioramenta domino acquiruntur, aliàs non. Ias. in l. 2. nu. 27. C. de iure emphy. Decius consil. 518. Idem in feudo censendum est quando ad dominum reuertitur propter gene-

rationē finitam, quod si culpa vassalli erunt domini, & vassallus ea perdit. Decius ibi.

Conclusio CCCLXV.

Donans causa mortis, & promittens nō reuocare, poterit nihilominus eam donationem reuocare: quia illa donatio de non reuocando intelligitur rebus sic stantibus: scilicet si ipsum donantem poenituerit eam donationem reuocando, iuxta naturam donationis causa mortis, quæ per poenitentiam reuocari potest. l. non omnis. ff. si certum per. Bal. in l. cum quis. ff. de cōdict. ob causam. Decius consil. 521. nu. 13. Quinimò quamuis donans causa mortis permiserit attendere, & non reuocare eam donationem, & in nullo contrauenire, poterit adhuc ille donans per poenitentiam eam donationem reuocare. d. l. non omnis. & Decius in eo. consil. Et neque per hoc efficitur reuocabilis, etiam si iuramento id permittit fuerit: nam licet eam reuocando incidit in perjurium, tamen reuocatio quæ facta erit, tenebit. Decius consil. 305.

Conclusio CCCLXVII.

Iudex propofita sibi recusatione non potest demum procedere: nam semel propofita recusatione, priuatus est omni sua iurisdictione: & sic processus factus ab ipso iudice post propofitam recusationem erit nullus, etiam si ab illo nō fuerit appellatum. l. j. per illum textum, C. si quacūque prædicitur potestate. & Ale. in l. quia poterat, ad Trebell. ff. Et ibi inquit hoc verum esse & de iure canonico & ciuili. Et si iudex demum processerit post propofitam recusationem per exceptionem doli, repelli poterit ille qui se fundat ex tali processu, cum non sit necesse appellare à tali iudice, & actu ab ipso gesto. Ita Alex. ibi.

Conclusio CCCLXVIII.

Iudex qui aliàs vt suspectus recusari potest, si tñ non fuerit accusatus, potest procedere validè, & processus coram eodē iudice factus valebit, quoadūque fuerit suspectus declaratus. Dom. de sancto Gem. in c. iudex. nu. 10. per cum textū de offic. deleg. in 6.

Conclusio CCCLXVIII.

Si quis cancellationem instrumenti petierit, interim p̄cedente iudicio super cancellatione instrumenti poterit fieri executio contra ipsum impetransem, & cōdemnari poterit ad garniendum per modum prouisionis ad requisitionem partis aduersæ. Ita Rebuffus in suis comment. in consil. Regias. in tit. de literis obligato, arti. vndecimo, in glossa 3. num. 31.

Conclusio CCCLXIX.

Vidua in dote sibi potest præiudicare donando, vel faciēdo pactum super ea dote licet constante matrimonio hoc non possit gl. in authen. dos data. C. de dona. ante nupt. Pau. Cast. in l. 2. §. Item si voluntate. nu. 4. ff. fol. ma. & Decius consil. 536. nu. 5.

Conclusio CCCLXX.

Ratificatio alicuius actus ad hoc vt valeat, debet in ea ratificatione interuenire ea solemnitas quæ in actu & contractu requiritur. Est enim ea solemnitas in ratificatione necessaria, quæ in ipso actu requiritur. l. nuptia. ff. de ritu nupt. Decius consil. 536. si tamen iuramentum adponeretur, ratione iuramenti validaretur ea ratificatio, vt ibi per Decium.

Conclusio CCCLXXI.

Quis seipsum potest eligere vbi pluribus cōpetit electio: nam tunc vnus ex illis seipsum poterit eligere vnā cum aliis. Quod si vni tantum aut duobus electio competeret, & tunc quis seipsum non posset eligere. Ioan. de Imola in ca. cum in iure, de electione. nu. 4. Bart. in l. si consul. in fine. ff. de adopt. & Bertachinus in suo Repertorio in verbo, electio. Bart. in l. planè. ff. quod cuiusque vniuer. Soci. consil. 1. in 1. vol. & Ias. in l. cum filio. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCLXXII.

Filia quæ renunciauit paternæ successioni nō excluditur à successione paterna, nisi super sit persona quæ ex præsumpta mēte ipsius defuncti excludat filiam renunciantem, & ideo non excluderetur filia quæ renunciauit ab aliis sororibus suis, quia cessat ratio exclusionis, quæ consideratur respectu masculorum. Quare soli masculi fratres excludēt sororem, quæ renunciauit, & non eius sorores. Bal. consil. 372. lib. 3. Decius consil. 553. quia vna foemina aliam nō debet excludere. Decius ibi, & consil. 569. nu. 5. Boer. dec. 304. nu. 21. & Alex. consil. 29. col. 3.

Conclusio CCCLXXIII.

Præscriptio quadraginta annorū, adeo est efficax, vt per eam quis efficaciter excludatur, vt etiam restitutio in integrum

regum contra talem præscriptionem nō videatur competere. Decius consil. 554. & Alex. consil. 163. nume. 2. & 3. in 2. vol.

Conclusio CCCLXXIII.

Socius censetur habere mandatum à confocio in his in quibus societas est contracta, puta circa res venales. Tūc enim vnus sine altero vendere potest: quia ad hoc videtur contracta societas, & vnus alterum videtur præposuisse. l. j. §. si. ff. de exerci. actio. sed quo ad alia non videtur, q̄ vnus ab alio mandatum habuerit. propterea socius res immobiles societatis non potest vendere, & neque teneret talis venditio, nisi respectu partis ipsius vendentis. l. si socius. in fi. ff. si certum per. Decius consil. 555. & consil. 98. & Bal. in l. nemo. ff. pro socio.

Conclusio CCCLXXV.

Dominium non transfertur per sententiam non secuta traditione. Bart. in l. ea hoc iure. ff. de iusti. & iure. quare licet iudex adiudicet alicui fundum aliquem per suam sententiam non ex hoc transferetur in eum illius fundi dominium, nisi sequatur traditio. Idem erit dicendum si per sententiam arbitri res adiudicaretur: nam non transfertur dominium nisi secuta sit traditio. c. Rainaldus. de testamentis. Bal. in l. si §. si. C. com. de leg. Sed & neque transfertur dominium si cōfiteor rem meam esse tuam, nisi secuta fuerit traditio. Bal. in l. cum falsa. C. de iuris & fact. igno. Dec. cōf. 504.

Conclusio CCCLXXVI.

Testator cautionē quā debet præstare vsufructuarius nō potest remittere, neq; prohibere quin ea cautio p̄tetur de vtō illis rebus arbitrio boni viri. Bal. in l. j. C. de vsur. Dec. consil. 565. & hoc locum habet siue vsufructus constituatur in rebus, quæ vsu consumuntur, siue in aliis. Decius ita.

Conclusio CCCLXXVII.

Si focer genero suo dotem promiserit exolendam intra tale tempus, & quousq; dos exoluta fuerit, promisit certā quantitatem vini vel frumenti singulis annis, si demum gener maritus per aliquot annos cessauerit petere, poterit demum petere residuum grani, vel vini quod debitum est ex annis præteritis & si interim maritus moriatur, hæres mariti poterit illud reliquum petere: quod procedit dummodo per decennium nō fuerit cessatum: quia tunc elapsus decennij excluderet petentem. l. vir vsuras. ff. de dona. inter vir. & vxor. Decius consil. 571. & Boer. dec. 196. vsuræ enim dotis constitutæ à focero suo genero vsque ad dotis solutionem possunt peti. c. salubriter, de vsur. Corn. cōf. 19. 1. vol. & Ale. consil. 22. 1. in 2. vol. & 3. 1. in 5. vol.

Conclusio CCCLXXVIII.

Legatus à latere non potest patrono inuito ecclesiam cōferre, quando ius patronatus ad ipsos patronos pertinet ex donatione quam ille patronus, aut eius antecessores fundarunt, q̄ si ex priuilegio concessio ipsi patronis competeret ipsum ius patronatus, & tunc legatus à latere posset ecclesiam conferre etiam inuito patrono. Decius consil. 573.

Conclusio CCCLXXIX.

Curator dari debet bonis alicuius absentis. Bart. in l. cum cognatos. C. de postliminio reuersis: cum enim dubitatur an aliquis sit viuens vel mortuus, interim absenti datur curator bonis. glo. in l. ab hostibus. in prin. ex quibus causis maio. & debet dari talis curator à iudice, & eius arbitrio. Bar. in l. j. in prin. ff. de cura. bonis dan. & peti potest vt detur curator absenti à quolibet coniuncto illius absentis, & hoc ne bona illius absentis dispendantur, & hoc fit in illius fauorem & hoc siue talis absens sit captus ab hostibus, aut aliàs absens, ita vt ignoretur an sit viuus aut mortuus, & talis curator ita datus tenetur satisficere. l. cum cognatos. de postlim. reuersis. poterit tamen ille curator se excusare aut propter dignitatem suæ personæ, aut propter sexum, aut propter infirmitatem. l. cui bonis. ff. de curato. furiosi. Decius consil. 575.

Conclusio CCCLXXX.

Promittens aliquem non molestare, intelligitur de molestatione facti, & de ea quæ fit de facto: non autē de molestatione quæ fit de iure, & iure permittente, quare ille ta-

lis agendo in iudicio non dicitur contrauenire suæ promissioni. Decius consil. 581. nu. 10. Non enim dicitur alium molestare qui suo iure vitur. regula, nullus videtur. de reg. iur.

Conclusio CCCLXXXI.

Testamentum reuocatur si testator coram septem testibus dicat, nolo testamentum meum valere, quod à me iam factum est: quia volo deccedere intestatus: tunc enim videtur instituere venientem ab intestato; quorum aditione reuocatio testamenti confirmabitur. l. si quis ita. ff. de hæred. inst. secus si testator simpliciter dixerit, volo testamentum, quod iam feci, valere. Per hæc enim verba testamentum iam prius factum non reuocaretur, nisi cum lapsu decem annorum. l. sancimus. C. de testamentis. & ibi Bald. & eam opinionem vt magis communem asserit Decius consil. 582. & Alex. consil. 104. vol. 2.

Conclusio CCCLXXXII.

Laicus potest constitui procurator ad acceptandum beneficium ecclesiasticum & etiam ad renutiandum: & ille talis constitutus constituendo eum procuratorem ad acceptandum, videtur illud beneficium acceptare. Io. de Imo. in c. accedens. nu. 18. & 19. de præbendis. & potest constitui specialiter ad acceptandum certum beneficium seu generaliter ad acceptandum beneficium, de Imola ibid. & nu. 13.

Conclusio CCCLXXXIII.

Si quis instrumentum produxerit, & aduersarius illud de falso alleget, & petat vt originale producat, verū si ille producens dicat se non habere originale, & ita iurauerit se nō habere, aduersarius qui allegat falsum instrumentum productum debebit originale producere, ita cōcludit Corneus consil. 203. in 2. vol.

Conclusio CCCLXXXIII.

Instrumentum confectum à notario alterius territorij ad hoc vt probet in alio territorio, debet fieri fides q̄ ille notarius q̄ illud instrumentum confecit, est notarius, quare inualuit practica, q̄ quando producitur instrumentum quod confectum est à notario in longinquis partibus, vt in simul apponentur literæ testimoniales potestatis illius loci habentes sigillum publicum, in quibus fiet attestatio q̄ ille est notarius, & quod ad eum tanquam ad notarium recurritur. Ita Imo. in c. i. nu. 7. de fide instr. & Corneus consil. 3. num. 2. 1. Quod tamen fallit vbi instrumentum illud esset antiquissimum, vt ibi per Decium.

Conclusio CCCLXXXV.

Testes consanguinei distantes saltem in tertio vel 4. gradu, non omnino repelluntur: sed minor fides est illis adhibenda, Bartol. in l. lege Julia. ff. de testib. Corn. consil. 51. primo volu.

Conclusio CCCLXXXVI.

Notarius cum pro aliquo stipulatur, statim acquirit actio nem illi pro quo stipulabatur, etiam sine cessione, & est speciale in notario q̄ eo stipulante pro alio non requiritur cessio. Cor. consil. 50. nu. 17. in 1. vol. & licet in hoc casu ab initio quærat obligatio, & actio illi pro quo notarius stipulatur, tamen requiritur q̄ ille ratificet: alioquin eo nō ratificante id quod notarius fecit sua causa, euanciscit ea actio, & obligatio, vt ibi Cor. nu. 18. debet enim ille talis ratificare acta gesta ab ipso notario, alioquin corruct ille contractus. Cor. ibi nu. 12.

Conclusio CCCLXXXVII.

Nepoti mortuo ab intestato succedunt auus maternus & nauia paterna si supersint, & soli sint, equaliter. & nepotis hereditas diuidetur in duas partes inter eos nulla habita differentia vnde bona prouenerint. Corn. consil. 94. 1. vol. nu. 10. 11. 12. & 13.

Conclusio CCCLXXXVIII.

Debitor pecuniæ ex pluribus causis dando pecuniã suo creditori, cēsetur soluisse in causam duriozem. l. j. cum aliis sequentibus. ff. de solut. q̄ si sit ei debitor solum ex vna causa, dando pecuniam ei creditori censetur soluisse in ea causa, pro qua est debitor, quod procedit etiam si creditor simplici-

simpliciter pecuniam acceperit. Cor. consi. 92. in prim. volu. numc. 25.

Conclusio CCCXXXIX.

Quoties duo notarij assumpti sunt ad recipiendum vnum instrumentum, vnus quidem debet scribere, sed vterque se debet subscribere: & neque sufficeret q̄ vnus solus se subscribat. Bal. in l. iurifurandi. C. de testi. & Decius consi. 36. circa princip.

Conclusio CCCXC.

Contractus nominati nō rescinduntur propter causam non subsecutam, nec ex nō implemento ex parte alterius ex partibus contrahentibus. l. ea cōditione. C. de rescin. vendi. Cor. consi. 25. in 2. vol. nō enim reuocatur contractus nominatus propter non obseruantiam: sed tunc ad implementum agendum est. l. si. ff. de condi. ob causam. Cor. consi. 102. nu. 22. in 2. vol. sed nec ex pœnitentia reuocatur cōtractus nominatus, vt ibi per Cor. & consi. 121. 1. volu. & ibi inquit, q̄ contra non obseruantem pacta seu contractum agi possit ad obseruantiam contractus, seu ad interesse: vnde ibi infert, q̄ contractus societatis non debet rescindi quamuis alter ex lociis non impleuerit contractum ex sua parte, cum ad id possit cogi. Verum contra agentem ex contractu poterit opponi, q̄ agens non obseruauerit contractum ex sua parte. Ita Cornucius ibi, & sic in contractibus nominatis cessat cōditio ob causam: sed causa non secuta agitur actione ex eo contractu ad pacti obseruantiam. Corn. consi. 208. in 1. vol. nu. 2.

Conclusio CCCXCI.

Arbitrator qui recipit compromissum, & coepit audire causam, poterit demum cogi ipsam causam diffinire. Bar. in l. prator. §. si post. de vacatione munerum. Idem in arbitratores, & hi inuiti non coguntur causam accipere, sed acceptam bene coguntur expedire. l. 3. §. nam et si, & ibi docto. ff. de arbit.

Conclusio CCCXCII.

Consules alicuius ciuitatis dicuntur habere dignitatem, & est dignitas consularis. l. nemini, de consularibus lib. 12. C. & textus in tit. de consu. in auth. versi. sextum agens annū, ex quo deponunt hūc honorem annalem, & ad eam dignitatem consularem admittuntur viri vxorati & non vxorati. §. hoc itaque. de consi. propterea cum sit dignitas ipsa consularis, minores 25. annis admitti non debent ad eam dignitatem. l. ad remp. ff. de mune. & hon. maiores autem admittuntur, & neque propter maiorem ætatem quis excusatur. nam ætas etiam 70. annorum non excusat quem ab honoribus suscipiendis. l. in honoribus, & l. his honoribus. ff. de vacat. mune. Administratio enim reip. est honor municipalis. l. honor. ff. de mune. & hono.

Conclusio CCCXCIII.

Exactores denariorum fisci aut reip. qui habent terminum ad soluendum, & qui infra certum tempus tenentur eas pecunias quas exegerunt paulatim reddere fisco, aut reip. videtur obligati in genere ad earum pecuniarum restitutionem. l. in naue. ff. locati. & hoc ita esse expedit reip. quia si aliquo casu ea pecunia perierit, esset periculum exactoris: nam cum reperiatur obligatus in genere, & genus nō possit perire, ergo semper tenetur. l. incendium. C. si cer. pet. & propterea poterunt tales exactores interea dare pecunias mutuo, & lucrum quod interim percipient, erit ipsorum, & sufficiet dum tamen eas pecunias reddant in termino. Exactores autem qui pro domino aut rep. exigunt pecunias, quas licet non debeant incontinenti restituere, tamen eas tenentur expendere in rebus occurrentibus, pro necessitate reip. & nō debent illi exactores dare eas pecunias mutuo: quia debent semper esse parate ad vsum reip. l. de auri pub. persecu. lib. 10. C. Decius consi. 6. & tales pecunias vt species seruari debent, ita vt tales exactores sint debitorum speciei, & non generis. Decius consi. 473. & consi. 6.

Conclusio CCCXCIII.

Testium dicta per alios testes non possunt reprobari: sed bene per instrumenta aut per dicta suorummet testium. c. si quis testibus. 4. q. 3. Domini. de sancto Gemi. in c. 2. §. si. in fine, de testi. in 6. & quamuis prohibitum sit reprobare testes publicatis in quæstis: tamen illa reprobatio quæ infurgit ex contrarietate testium non est prohibita. Decius consi. 8. nu. 8. & sic dicta testium hoc casu bene poterūt reprobari. Domini. de sancto Gemi. in eo loco.

Conclusio CCCXCV.

Vrpitudinem suam quis excipiendo allegare potest, sicut & actor replicando cum exceptio & replicatio à pari pro-

cedant. l. ij. ff. de exceptio. Bald. in l. 2. C. de condit. ob causam. l. si. C. de actio. & oblig. & actor etiam adiuuando suam intentionem potest allegare suam turpitudinem. Deci. consi. 14. nu. 7. & in aliis casibus in quibus quis audiendus est allegans propriam turpitudinem, vide l. in l. i. iurifurandum. §. procurator. nu. 3. ff. de iureiu.

Conclusio CCCXCVI.

Debitor quantitatis qui in iniuriā sui creditoris coactus fuit per vim soluere alicui petenti, liberatur monstrando & ostendendo præceptum sibi factum de soluendo sub aliqua pœna. l. fina. §. 1. quod metus causa. & talis debitor ita soluens ex præcepto superioris excusatur, & liberationem plenam consequi debet. & ab hac communi opinione in iudicando non esse recedendum, asserit Decius consi. 25. & cum debitor hoc modo liberatus sit, per consequens & fideiussor. res ipsius debitoris erunt liberati: cum exceptio quæ reo cōperit, competit etiam eius fideiussori. l. omnes exceptiones. ff. de exceptio. & Decius in d. loco. Bart. in l. creditor. ff. de solut. Debet tamen ipse debitor aliquid antequam soluat, & debet cogere quicquid potest salua salute sua. Ita Decius ibi. & consi. 407.

Conclusio CCCXCVII.

Quoties sunt duo rei credendi, vnus creditor ex illis poterit in solidum petere à debitore id quod ille debet, ita vt ille debitor nihil possit opponere de parte alterius creditoris. l. ij. ff. de duo. reis. l. si vnus. in prin. ff. de pactis & ibid. l. af. & neque hoc correctum est in correis credendi. Bar. in d. l. ij. & in iudicio vnus ex correis credendi potest agere contra debitorem. Alex. in d. l. si vnus.

Conclusio CCCXCVIII.

Clausula posita in testamento, si testamentum non valet vt testamentum, volo vt valeat omni modo & via quibus melius poterit valere, tantum operatur sicuti clausula codicillaris: & tantum operabitur q̄ expressa repetitio ab intestato. Bal. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. & Dec. consi. 77. nu. 4.

Conclusio CCCXCIX.

Hæres grauatus de restituenda hereditate si fortasse in ipsa hereditate reperiantur animalia quæ demum mortua sunt sine culpa hæredis, non tenebitur hæres ad restitutionem ipsorum animalium, neque ad æstimationem eorūdem. l. deducta. §. ante diem. ff. ad Treb. Decius consi. 81.

Conclusio CCCC.

Si pater filiam legauerit certam quantitatem pecuniæ pro sua dote, & demum in vita minorem summam pro sua dote constituerit ipsi filiam, dos quidem data in legato computabitur, & demum reliquum poterit petere ea filia. Ita omnes tenere asserit Decius consi. 81. nu. 6.

Conclusio CCCC I.

Legatum appellatur conditionale quando expressum est conditionaliter, & dispositio incipit à cōditione expressa. l. in l. huiusmodi. in prima, nu. 12. ff. de leg. 1. & tunc cōditio impedit natiuitatem actionis, & legati transmissionem. l. si. ibi, num. 13. Legatum autem modale non impedit transmissionem legati: nam si legatarius interim moriatur ante modum impletum, transmittit ad suos hæres legatum illud, vt ibi per l. af. nu. 12. & licet modus non impediat natiuitatem actionis, impedit tñ effectum illius & executionem. l. ij. C. de his quæ pœnæ nomine. & ibi l. af. nu. 4. vnde legatum factum vt caueat, nō obtinebit legatarius legatum nisi prius cauerit. l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. 1. & in dubio vbi non apparet an sit modus an cōditio, præsumitur potius modus quam cōditio, vt ibi per l. af. differt etiam modus à cōditione: quia actus factus sub modo, dicitur perfectus, & modus postea est implendus: sed actus conditionalis non dicitur perfectus nisi prius cōditio fuerit adimpleta. Cor. consi. 102. nu. 19. in 2. vol.

Conclusio CCCCII.

Nepotes ex filio præmortuo aut filia præmortua habent partem, & succedunt in lucro quo priuatur auia secundum nubens: & succedunt in eo lucro vna cum auunculis aut patruis, in stirpes tamen: & illud lucrum inter eos diuidi debet. l. in quibus. C. de secun. nup. Dec. consi. 87. nu. 4.

Conclusio CCCCIII.

Clericus contrahendo matrimonium per verba de presenti, perdit beneficium quod habet, quod nō potest recuperare etiam si spona per verba de presenti moriatur: & quod beneficium eo casu dicitur ipso facto & iure vacare, ex sententia Panor. in ca. 1. de clericis coniug. & hoc locum habet in clerico beneficiato, qui existens in minoribus con-

trahit matrimonium, ita Ioan. de Imo. in eo c. 1. nu. 4. Quod si per verba de futuro contraxerit matrimonium, nō perdit beneficium. doct. ibi. & l. af. in l. si stipuler. in prin. num. 5. ff. de verb. oblig. & procedit superior regula etiam si illud matrimonium contractum per verba de presenti nulliter fuisset contractum, vt quia contraxit cum sua cōsanguinea. Rom. consi. 483. nu. 6. Clericus autem in minoribus constitutus ordinibus de facto contrahens matrimonium nō priuatur ipso iure: quia tunc matrimonium nō tenet, & cum eo episcopus dispensare poterit ad suum beneficium redeundum. Panor. in eo. c. primo, & vide Dec. consi. 166.

Conclusio CCCCIII.

Possessio iuris Patronatus acquiritur etiam ex vnica presentatione, secuta institutione, & ille Patronus qui vltimo loco presentauit, dicitur esse in possessione presentandi. c. cum in ecclesia. de causa possessionis & propriet. & talis possessio ex tribus acquiritur. primò quòd ea presentatio fuerit facta bona fide. Secundo q̄ admissa fuerit. Tertio quòd præteratus & institutus fuerit in possessione tanquam rector in ea ecclesia. Decius consi. 117. & 124.

Conclusio CCCCIV.

Instrumentum aliud est, & aliud contractus qui in instrumento cōtinetur: nam instrumentum est ipsa charta quæ continet id quod partes faciunt: & contractus est id quod partes faciunt, vt emptio & locatio. Instrumentum vero cōtinet quædam quæ pertinent ad ipsum notarium: quædam vero sunt quæ ad partes pertinent. Quare si instrumentum reddatur nullum propter defectum notarij, vt quia notarius non erat matriculatus, & tunc annullato instrumento, contractus qui in eo est per testes descriptos in eo instru. probari poterit, nec propterea contractus esset nullus. Bart. in l. si quis legatum. nu. 2. ff. de falsis. & Dec. consi. 17. & 169.

Conclusio CCCCVI.

Donatio quæ aliis nō valet, si demum res donata repertur confirmata in testamento, valebit & debebitur ex eo testamento: quia qui cōfirmat actum nullum, videtur donare, & debebitur tanquam legatum. Decius consi. 184. nu. 8. per l. si donatio. C. de dona.

Conclusio CCCCVII.

Generalis renunciatio non sufficit vbi requiritur specialis, & vbi aliquid fieri debet specialiter, non sufficit illud fieri verbis generalibus. l. af. in l. si quando. §. & generaliter, nu. 5. C. de inoffic. testam.

Conclusio CCCCVIII.

Quamuis bona prohibita sint alienari extrà familiam, poterit tamen fieri alienatio filie prohibentis, quamuis ea iam nupta sit, ita Dec. consi. 223. nu. 4.

Conclusio CCCCIX.

Renunciatio beneficij patronati debet fieri cū consensu patroni, & cuius patroni cōsensu requiritur in tali renunciatione, & facta tali renunciatione cum cōsensu illius, est aperta via ipsi patrono ad presentandum, cum iam beneficium vacet. Dec. consi. 229.

Conclusio CCCCX.

In iudicijs possessorijs probatio fieri potest, & sufficiet probatio per vnum testem, cum iuramento suppletiuo, vel per formam: quia causa possessoria est leuis. Dec. consi. 252.

Conclusio CCCCXI.

Testator in suo testamento non potest tollere ea quæ per viam contractus iam donauerat: quia iura contractus per vltimam voluntatem tolli non possunt nec minui. Bald. in auth. hoc locum. C. si secun. nupt. mulier.

Conclusio CCCCXII.

Fideicommissum relictum sub aliqua conditione, ad hoc vt debeatur, inspici debet an cōditio cuenerit, & sufficiet quem esse capacem eo tempore quo cōditio cuenit, & eo tempore quo debetur fideicommissum. nam in fideicommissis acquirendis inspici debet tempus quo cadit cō-

ditio. l. si vxorem. C. de condit. infertis. l. si legati. ff. de pigno. Alex. consi. 26. in 3. vol. in fi. & quantumuis quis medio tempore fuerit incapax, illud medium tempus non debet nocere, dummodo reperitur capax eo tempore quo euenit cōditio. l. eum qui post. & ibi gl. ff. de condi. & demonst. & dies legati conditionalis cedit à die aduenientis conditionis. l. in personam. C. de fidei. Alex. consi. 71. vol. 2.

Conclusio CCCCXIII.

Quoties in aliqua dispositione allegatur qualitas, ea est probanda: aliàs agens succumberet. l. ij. §. docere. ff. de vi bono. rap. Dec. consi. 111. Et neque sufficeret actum probare sine illa qualitate. Rebus. in cōcordatis. in tit. de colla. §. cum vero. in gl. in verbo, deponentes, & Alex. consi. 172. in ij. vol.

Conclusio CCCCXIII.

Filia quamuis nupsit, non propterea desinit esse de descendibus sui patris, & de sua agnatione. l. si vxorem. C. de condit. infertis. nuptiæ enim non sunt modi ad faciendum desinere quem esse suum hæredem. Alex. consi. xxij. in ij. vol. nu. 87.

Conclusio CCCCXV.

Fideiussor qui in cōtractu societatis fideiussit pro vno ex ipsis sociis, qui pmisserat hinc ad sex annos reddere summam pecuniæ, quam alter socius in societate adportauerat, si interim eo tempore pendente vnus ex sociis mortuus sit, & sic soluta sit societas morte vnus ex sociis, poterit ille fideiussor statim cogi ad eam pecuniam reddendam, licet tempus illud sex annorum nondum aduenerit, cum iam sit soluta ipsa societas. l. adeo. ff. pro socio. & finita causa dilatoris, ea dilatio etiam finiri debet. ita Alexand. consi. 54. in secundo volu.

Conclusio CCCCXVI.

Creditor agere potest contra duos conreos debendi in simul conueniendo quemlibet in solidum, cum protestatione tamen quod vnica solutio sufficit. Alex. consi. 37. nu. 8. vol. ij. & quamuis non apposta fuerit, subiungitur tamen ex natura contractus, & ex natura causæ. Ang. in §. duo. de duo. reis, q̄ si contra vnum solum egerit, poterit etiam eo iudicio pendente alterum conuenire. Ang. ibi.

Conclusio CCCCXVII.

Sententia iam lata inter aliquos non est suspensa nec per compromissum rescissa, nisi expresse illi sententiæ fuisset renunciatum. Alex. consi. 94. vol. ij. nu. iij.

Conclusio CCCCXVIII.

Notarius qui solus ex iudicis commissione audiuit testē, qui demum negat se ita deposuisse, standum erit dicto notarij asserentis testem ita deposuisse, & potius illi creditur quam testi: licet de iure magis stetur viua voce testis, qui se non ita deposuisse dicit, quam scripturæ notarij. q̄ si iudex vnā cum notario testem audierit, tunc de iure potius ipsi iudici & notario standum erit quam testi contrarium asserenti. Alex. cōf. 65. in ij. vol. Sed si omnes testes à notario examinati affirmant non ita deposuisse prout scriptum est, & tunc non standum erit scripturæ notarij. Alex. ibi. nu. 7.

Conclusio CCCCXIX.

Doctor in examine sui scholaris poterit vt suspectus recusari ab ipso scholastico, vt tanquam suspectus nō assistat examini, ita Panor. & Fel. in c. causam quæ, de officio ac potestate iudic. deleg.

Conclusio CCCCXX.

Iudex qui est vassallus impetratis, vt suspectus recusari potest. arg. c. de forma. xxij. q. v. gl. in c. causam quæ, de officio ac potestate iudic. deleg.

Conclusio CCCCXXI.

Beneficia causa resignationis vacantia non debentur graduatis aut nominatis. §. volumus autem, de colla. in concordatis, & ibi summarium, & hoc siue resignatio fuerit facta causa permutationis, siue simpliciter. Rebus. in gl. in verbo, vacare. in §. præfatiq̄ ordinarij. in concordatis, & in tract. nominati. in quæstione 15. nu. 48. vers. 39. vbi expresse tenet

tenet beneficia vacantia per simplicem resignationem non deberi graduatis nec nominatis, sed ea per ordinarium sunt conferenda, ceteraque beneficia ita vacantia ex causa resignationis aut permutationis non esse affecta nominatis etiam si vacent in mensibus debitis nominatis. ita Rebuff. in cod. §. volumus. in prin.

Conclusio CCCCXXII.

Graduati & nominati sunt capaces beneficiorum quae vacant in mente graduatorum quia sunt graduati. Item possunt obtinere beneficia vacantia in mente assignato graduatis & nominatis, cum sint graduati. Habent enim ius duplex, nempe gradum & nominationem. ita Rebu. in concordatis, in tit. de colla. §. praeterea. in verbo, graduatis, & e contrario si in mente Ianuario qui debetur graduatis & nominatis nullus reperitur graduatus, nec nominatus qui insinuauerit, & reperitur vnus graduatus simplex qui insinuafer, tale beneficium illi deberetur vacans in mente debito graduato & nominato. Rebu. in eo loco de colla. §. teneantur. super verbo, irrita.

Conclusio CCCCXXIII.

Obligatus ad speciem tradendam sufficit illi, ad hoc vt possit liberari a tali obligatione, probare interitum illius speciei debita, licet non probet casum fortuitum: nam satis illi erit probare, quod res est perempta: & si alius alleget dolum vel culpam, eum teneat probare. l. quoties. ff. de proba. Istamen qui tenetur ad custodiam rei alicuius ratione officij publici vel priuati tenetur probare interitum & casum fortuitum: vt in custode carceris, in caprario, & in argentario. Bald. in l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. & Alex. cons. 158. vol. 2. verum si is qui obligatus est ad aliquam speciem, promiserit etiam de custodia, ad eam teneretur ratione conuentionis, onusque probandi illi incumberet probare quod non sua culpa, sed casu res perierit, vt ibi Alex.

Conclusio CCCCXXIII.

Si testator filium suum haeredem instituerit, & si decederet sine liberis, substituerit duos suos fratres testatoris, & eorum filios in stirpes, & viuere haerede vnus ex fratribus substitutis moriatur relicto nepotibus ex suo filio iam praedefuncto, & demum alter frater moriatur relicto liberis ex se, & tandem haeres institutus moriatur relicto filiis ex fratre testatoris, & nepotibus, ex altero fratre ipsius testatoris, dicendum erit ad haereditatem ipsius testatoris & ex vi substitutionis admitti & filios ex fratre & nepotes ex altero fratre, qui duo fratres erant, substituti: cum appellatione filiorum & nepotes contineantur in testamentis. Alex. Andr. consilio 3. in 3. volu.

Conclusio CCCCXXV.

Quando testator mentionem fecit de suo haerede, tunc haeredis appellatione tantum primus haeres continetur. l. qui liberis. §. haec verba. ff. de vulg. vbi verò testator mentionem facit de haerede alterius, & in quem verba dirigantur, & tunc non statim intelligitur de primo haerede, sed & de aliis in infinitum. l. haeredis. & l. sciendum. ff. de verb. sig. vt in hoc exemplo, testator instituit suam filiam, & si moriatur sine liberis, substituit Titium, & si Titius praemoriatur voluit quod bona sua deueniant ad haeredes ipsius Titij: euenit, quod Titius mortuus est relicto duobus filiis, vnus ex illis moritur relicto filiis ex se, & tandem filius testatoris haeres moritur relicto filio Titij, qui Titius erat substitutus, & relicto filiis ex altero filio ipsius Titij: & si quaeratur nunc quis succedet tanquam substitutus illi filio testatoris instituto: & dicendum erit & filium Titij vt filios alterius filij ipsius Titij admittendos ad haereditatem testatoris: quia ea verba testamenti, quod bona deueniant ad haeredes Titij, referuntur non solum ad primum haeredem, sed & ad alios. Alex. cons. 36. in 3. vol. Bald. in l. si. nu. 4. C. de heredi. instit. & l. in eo. §. haec verba. l. qui liberis. ff. de vulg. & sic ea verba verificantur, & in haerede haeredis, vt ibi per Alex.

Conclusio CCCCXXVI.

Vra volunt, vt si quis rem possideat per longum tempus, id est per spatium decem annorum, quod est tempus longum. l. si cum fideicommissario. §. aristo. ff. qui & a quibus, quod talis possidens praesumatur in bona fide: & ideo non tenetur ad fructuum restitutionem quos percepit. Ange. in l. pri. C. quibus non obstat longi temp. praescriptio. & Alex. cons. 44. in 3. volu.

Conclusio CCCCXXVII.

Familias qui sunt aduocati, id quod percipiunt a suis clientulis reputatur quasi castrensium: & succedit loco illius publici salarii quod olim ex publico percipiebant aduocati: Ideo tale lucrum sapere debet eandem naturam. Item & id quod illi aduocati lucrantur ex eorum consiliis, dicitur etiam quasi castrensium peculium. Idem etiam id quod acquirunt filiis familias procuratores & tabelliones etiam in causam peculij quasi castrensium. Alex. cons. 2. in 6. vol.

Conclusio CCCCXXVIII.

Conducens domum tempore pacis animo ibi tenendi hospitium, non tamen quod in contractu expressum sit, & demum propter bellum quod superuenit, mercatores & alij non poterunt accedere ad eum locum vbi est domus conducta, si illa domus esset aduocata ad ibi tenendum hospitium, vel etiam ipse conductor contulerit esse hospitator, debet fieri remissio mercedis illi conductori propter bellum quod superuenit: quia ad eum usum censetur conduxisse eam domum. Bal. in l. C. pro socio. Bart. in l. cum in plures. circa prin. filio. Alex. cons. 8. in 6. vol. nisi tempore belli ille talis eam domum conduxisset. Bald. in l. si ea lege. C. de vsuris. Ioan. de Ripa in suo trac. de peste in 2. parte, nu. 29. quia tunc nullam remissionem possit petere. Bal. in ea l. si ea lege.

Conclusio CCCCXXIX.

Sententia quae nulla est, si ab ea fuerit appellatum, & iudex appellationis ex actis videat eam fuisse aequam, debet eam confirmare: vt quia lata esset extra tempus, aut aliis contraret de nullitate illius. Alex. cons. 73. in 6. volu. nu. 10.

Conclusio CCCCXXX.

Flumen publicum illud appellatur quod perpetuo fluit. Priuatum verò quod non omni tempore fluit, maxime in aestate. l. §. i. ff. de flum. & flumina priuata, quae & torrentia dicuntur, pertinent ad illos, qui prope & ab vtraque parte praedia possident, & quilibet intelligitur habere ius vsusque ad medium versus suam ripam, si aliter non appareat ex cuius praedio factus fuerit alueus illius torrentis. Alex. cons. 203.

Conclusio CCCCXXXI.

Testis qui in sua depositione adiecit dictionem circa, redit suam depositionem vanam, & dubiam circa tempus, vt possit dici quod non probet de aliquo certo tempore, & idem fit vtatur ea particula plus aut minus: nam tunc etiam nihil probat. Alex. cons. 25. nu. 5. in 6. vol. & ibi inquit Alex. quod quoties per testes aliquod factum est probandum infra aliquod tempus, si testis deponens de illo tempore addat ea verba, vel circa, quod non probat certum illud & limitandum tempus.

Conclusio CCCCXXXII.

Ius patronatus transit ad quoscunque haeredes etiam extraneos. cle. plures, & ibi doct. de iure patronatus. in Clementinis, nisi aliter in fundatione esset dictum, scilicet quod non transiret ad haeredes extraneos. Bal. in l. ij. C. de in ius vocan. In fideicommissarium quidem non transit, sed illud ius patronatus penes haeredem remanet. Bal. in l. cum virum. C. de fideic. Alex. cons. 73. in 7. vol. & Roehus de Curte in trac. de iure patris. §. ipse vel is. nume. 17. & 20. & ibi tenet hanc esse eandem Opinio. Item quia ad fideicommissarium transeunt ea quae concernunt commodum pecuniarium: & cum ius patronatus & iura sepulchrorum non sunt huiusmodi, ergo non transeunt ad ipsum fideicommissarium, neque ius patronatus neque iura sepulchrorum. l. quia proinde. ff. ad Treb.

Conclusio CCCCXXXIII.

Substitutio facta hoc modo, & sub his terminis, instituo Stres filios meos: & si quis eorum decederet sine liberis, mandauit quod sua portio eum contingens sit & esse debeat reliquorum superstitum, & eius haeredum: & demum mortuo testatore vnus ex illis moritur, eius portio ad duos superstites pertinebit: quod si demum alter ex duobus moriatur, eius portio ad fratrem qui est superstes, pertinebit: quia pluralis numerus etiam in vno potest verificari. l. non cit. ff. de verb. sig. & ibi concludit Alex. cons. 109. in 7. vol.

Conclusio CCCCXXXIII.

Propinquorum appellatione continentur omnes, siue sint agnati, siue cognati, affines tamen non veniunt. l. in l. si. nu. 2. l. & 22. de verb. sign. nec etiam veniunt affines appellatione proximorum. l. in l. j. C. vnde vir. & vxor.

Conclu-

Conclusio CCCCXXXV.

Apostillae quae in margine alicuius instrumenti aut testamenti reperiuntur, continentur aliqua circumferentia ad ipsum testamentum, aut instrumentum, de quibus apostillis ab ipso notario qui recepit illud instrumentum nulla fit facta mentio, non vitiant illud instrumentum aut testamentum: sed illud sumi debet prout est in ipso corpore receptum ab ipso notario. Paul. Cast. in l. si vnus, & ibi Alex. C. de test. & ibi Iaf. nisi appareret tales apostillas aut additiones scriptas fuisse manu ipsiusmet notarij: nam tunc facerent fidem. Bal. in rub. de fide instr. quem sequitur Alex. in ea l. si vnus: alia si non constaret factas fuisse ab ipsomet notario, non vitiant instrumentum, sed reiciunt eo instrumento remanente. Ale. 2. l. 14. nu. 5. in 6. vol. Iaf. tamen in d. l. si vnus. C. de test. in dist. in c. q. si notarius non fecerit mentionem de talibus additionibus quae reperiuntur in margine in sua superscriptione, quod non probant: quod procedit vbi tales apostillae spectant ad factum ipsorum contrahentium: alia si ad factum notarij, bene probarent. Ita Iaf. ibi.

Conclusio CCCCXXXVI.

Instrumentum non vitiat propter aliquas clausulas impertinentes ibi positas. Bald. in l. eo quod a multis. C. si cer. per. & potest instrumentum pro parte approbari. l. sub specie. C. de postu. Bald. in l. si cum exigua. C. de condi. ob causam, vt interlineatio quae reperitur in aliquo instrumento, aut literarum dissimilitudo reddit instrumentum suspectum, nisi notarius de his mentionem fecerit. Soci. cons. 24. parte 1. nu. 26. maxime quando reperiuntur illae interlineaturae in loco suspecto. de Ancha. cons. 43. l.

Conclusio CCCCXXXVII.

Legatum alicui factum sit de florenis aureis, tamē heres auditur valens soluere in moneta vsque ad valorem florenorum, qui valor erat tempore mortis testatoris, aut testamenti, nisi haeres esset in mora: nam tunc ad plus teneretur. Soci. cons. 6. in 1. vol.

Conclusio CCCCXXXVIII.

Mulier potest relinqui executrix testamenti in testamento alicuius, & potest esse executrix in negotiis, & in iudiciis ad pias causas: quia potest suo nomine actionem mouere, vel implorare officium iudicis, & quoties habet actionem suo nomine, potest esse in iudicio, & non excluditur ex eo quod est mulier: secus quando mulier suo nomine non possit agere, quia tunc a limine excluderetur. Bal. in l. id quod C. de episc. & cler. Panor. in c. tua. de testamentis, & Soci. cons. 11. l. 1. vol. & Deci. cons. 9. l. quod procedit etiam si transferit ad secunda vota, vt ibi per Decium.

Conclusio CCCCXXXIX.

Haeres alicuius praelati tenetur ad debita sui praedeccessoris, quae non fuerunt facta pro ecclesiae necessitate: nam si pro ecclesiae necessitate facta essent ea debita, haeres ad ea non teneretur: vel etiam si essent facta pro ecclesiae utilitate, ad quae debita facta vel pro necessitate, aut utilitate ecclesiae, is qui succedit in beneficio, tenetur. c. 1. de solu. Soci. consil. 3. in 1. vol.

Conclusio CCCCXL.

Conductor seu colonus, qui rem aliquam conduxit, & in re conducta fecit reparationes vitales, non poterit hinc expelli a successore vel emptore rei conductae, nisi prius ille conductor, expensas vitales, quas ibi fecit, recuperauerit. l. colonus. & ibi glo. ff. de vi & vi arm. quamuis alia emptor non teneatur stare locationi factae per suum praedeccessorem, per l. emptorem. C. locat. tamen in hoc casu expensas vitales iam factas prius erunt soluendae: quas expensas factas ille colonus seu conductor recuperabit, etiam si ab ea re esset expulsus. Soc. cons. 15. nu. 20. in 1. par.

Conclusio CCCCXLI.

Procurator qui de mandato domini negotia gessit, & quae interuenit mandatum a domino, habet ille procurator actionem mandati, etiam si causa ipsa non habuerit bonum exitum, dum tamen cesset culpa in ipso procuratore. l. sed an vltro, & ibi gl. in verbo, non habuerit. ff. de nego. gestis. l. per ea. & ibi gl. C. commo. c. cum pro causa, & ibi glo. de procura. & Soci. cons. 26. nu. 7. in pri. vol.

Conclusio CCCCXLII.

Procurator tunc demum habet actionem mandati contra dominum, si ab eo habuerit mandatum, aut si domino praesente & tacente res illius agat: nam dominus tacendo dum res sua agitur, vtiliter videtur dare mandatum, l. si remunerandi. §. qui paf. ff. manda. & in l. si p. te. Actio verò negotiorum gestorum competit quando quis absentis negotia gerit. toto tit. de nego. gestis. Panor. in c. cum pro causa. in fi. de procura.

Conclusio CCCCXLIII.

Pater habens filios ex prima vxore conuolans ad secunda vota, succedit filio defuncto cum aliis filiis qui erant fratres & sorores filij iam defuncti: verum in vsufructu solum respectu bonorum, quae filio obuenerant ex successione materna: in proprietate verò & vsufructu quantum ad alia bona quae obuenerant aliunde quam ex successione materna. Idem in matre quae si secundo matrimonio contraxerit, priuatur proprietate respectu bonorum quae filio defuncto obuenerant ex patris successione: in aliis autem bonis quae filius habebat aliunde quam ex patris successione, succedet mater in proprietate & vsufructu vna cum aliis filiis ab intestato. Soci. con. 34. in 1. parte.

Conclusio CCCCXLIII.

Datum tempus est inspiciendum in literis & rescriptis ad beneficium. c. capitulum, de rescriptis, sed in literis & rescriptis ad lites, tempus presentationis literarum est respiciendum. Ioan. de Imo. in c. 1. de refc. num. 7. & 8. & sic in mandatis ad diuersis impetratis tempus date est inspiciendum. ca. cam te, de refc. c. si eo tempore, de refc. in 6. & plenè Rebuff. in concord. in tit. de manda. apostoli. in fi. in verbo, datum, & Oldradus.

Conclusio CCCCXLV.

Actor quamuis plura proponat in suo libello, & plura capitula, non tamen grauatur ad probanda omnia quae in libello proposita sunt: sed sufficit probare ea quae sufficient ad victoriam obtinendam, ita vt superflua reddatur cautela aduocatorum, qui in libello ponunt protestationem quod non se adstringunt ad superflua probanda: quae verba licet non posita sint, non tamen grauatur actor ad omnia probanda, & sufficit illi probare quod ad causam faciat. Pano. & de Imo. in capit. inter ceteras. de rescr. quod procedit vbi distinctiue aliqua narratur: sed vbi copulatiue aliqua narratur, vel qualificatiue, tum tutum est apponere ea verba, & vti ea cautela aduocatorum de Imo. ibi.

Conclusio CCCCXLVI.

Debitor alternatiue potest eligere quid soluat, quia in alternatiuis electio est debitoris. Reg. in alternatiuis, de reg. iuris. quod si debitor vtrumque per errorem soluerit, erit etiam in sua electione repetere alterum, & sic in repetendo erit sua electio. de Imo. in c. inter ceteras. de rescr.

Conclusio CCCCXLVII.

Conductor qui tempore belli conduxit praedia, non poterit petere remissionem mercedis, si quod damnum ille passus fuerit propter bellum, quia est qui imputetur: & conductor, seu colonus, vt qui sciens & videns impedimentum belli adhuc conduxerit. Quare damnum quod sua culpa sentit, sibi debet imputare. ita Bald. in l. si ea lege. nu. 3. C. de vsuris. Franciscus de Ripa in trac. de peste, in prin. nu. 29. alia autem si tempore conductionis nullum esset bellum, demum tamen superuenit, & tunc remissio peti poterit. Bal. ibi.

Conclusio CCCCXLVIII.

Testator qui habet sua bona communia cum alio pro indiuiso, relinquit suae vxori alimenta de bonis communibus, vxor pro suis alimentis habendis habebit actionem contra haeredes testatoris, a quo totum illud exoluendum erit. Iaf. post alios in l. si duobus. §. haeres. nu. 3. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCCXLIX.

Haeres pro parte institutus, & quidam alius pro alia parte cui praelatum factum fuit, in diuisione haereditatis habebit ille cohæres partem praelati iure proprio, alteram verò partem consequetur a suo cohærede iudicio familiae ercisc. & poterit in totum haereditatem repudiare, & nihilominus suum praelatum consequetur non obstantem tali repudiatione. l. qui filibus. §. si vnus, & ibi plenè doct. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCCL.

Steffator certam vini quantitatem alicui legauerit singulis annis, audietur hæres si illi legatario veller dare vnam vineam ex qua ille legatarius vinum legatum consequi possit: & illi legatario etiã inuito curam illius vineæ relinquere poterit, & hoc fauore exercetis liberalitatem, Bald. in l. si quis argentum. C. de dona. l. in l. non amplius. §. cum bonorū. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCCLI.

Debitor minimè liberatur offerendo suo creditori solvere interese, & non obstante sua oblatione poterit ad sortem condemnari. l. si in fin. C. de iure dot. l. in l. itē quia, num. 9. ff. de pactis.

Conclusio CCCCLII.

Testes auditi ex mero officio iudicis non probant in causa ciuili, quia non potest iudex in causis ciuilibus inquire de facto ex suo mero officio. c. ad nostram. in 2. de iure iur. & ibi Imo. sed in causa criminali potest ex suo officio testes recipere etiam post processum publicationem. Imo. in c. cum clamor. de testi. Bal. in l. præbyteri. nu. 8. de episc. & cler.

Conclusio CCCCLIII.

Reus qui de iure communi habet diuersa fora, & qui potest coram diuersis iudicibus conueniri, actor poterit eligere iudicem coram quo reum conueniat, & sic erit actoris electio, l. cum clericis. C. de episc. & cler. l. 3. §. 1. ff. de eo quod certo loco. Sed ubi reus ex priuilegio potest coram diuersis iudicibus conueniri, tunc rei erit electio coram quo velit conueniri. auth. habita. C. ne filius pro patre: ne scilicet quoddam eorum fauorem introductum est, in eorum odium retorqueatur.

Conclusio CCCCLIII.

Pœna quæ episcopo & canonicis imponitur, episcopus ad dimidium tenebitur & canonicis ad aliud dimidium. Illi enim plures vocati sunt per nomen collectium, & tenent locum vnius. ita Bal. in authen. causa quæ. C. de episc. & cler. & illi plures cum sententur vnum corpus habentur pro vno. Bald. ibi.

Conclusio CCCCLV.

Testator si aliquid mandauerit erogari in causam piam, non potest episcopus aut executor testamenti in aliã causam piam transmutare: quia ex quo testatoris dispositio est certa ratione causa, vel personæ, vel loci, non poterit alterari ab ipso episc. aut executore. l. si quis ad declinandam. & ibi Sali. in l. si quis ad episc. & cler.

Conclusio CCCCLVI.

Subdelegatus si in causa sibi commissã a delegato aliquã partem grauaerit, & ille delegatus sit à principe, & eo casu à sententia subdelegati ad ipsum delegatum appellandum erit, quando est à principe delegatus. Quod si ille delegatus esset ab alio delegato, & ille subdelegauerit, & eo casu à tali subdelegato ad primum subdelegantem appellandum esset, & non ad delegatē qui subdelegauerat. l. 1. ff. quis & à quo. ita Sali. in l. si quis litigantium. in fin. C. de episc. audientia.

Conclusio CCCCLVII.

Legatum factum pauperibus, & id quod pauperibus relictum est, poterit dari & erogari carceratis, & his qui in carcere detinentur. Salicet in l. iudices. C. de episc. audien. & relictum factum pro dotandis mulieribus pauperibus nõ debetur viduis. l. in l. duobus. §. si ei qui. ff. de iure iur. Boc. dec. 131. num. 3.

Conclusio CCCCLVIII.

Præbyter qui in suo testamento instituit laicum quendam hæredem, & qui tacitè accommodauit fidem testatori de ipsa hereditate testatoris restituenda spurio ipsius testatoris, & sic non capaci, si demum hoc appareat, talis hereditas ab eo hærede erit auferenda, & fisco regis erit applicanda: quod si hæres esset clericus, qui fide accommodata promiserit tacitè eam hereditatem reddere, & demum hereditas ab eo erit auferenda, & fisco ecclesiæ applicanda. Bald. in l. si quis præbyter. nu. 3. de episc. & cler.

Conclusio CCCCLIX.

Sententia lata ab arbitris, aut ab his qui præsentunt territorio, sunt arbitri, aut doctores, & rectores vniuersitatum, mittetur executioni per eum qui præest territorio. Bald. in l. episcopale. C. de episc. audien.

Conclusio CCCCLX.

Hæredes duo instituti, alter purè, alter sub conditione, quæ pendente interim ille qui purè institutus est, habebit totam hereditatem, & illius administrationem in totum. glo. Bar. & l. in l. planè. §. si coniunctim. nu. 13. & 19. ff. de leg. 1. & quæ

opinio ibi placet Alexandro, vers. quamuis tamen. Licet de num. l. in l. videatur reprobare. quod si tantum vnus esset hæres sub conditione, tunc dandus esset curator hereditati vt bona interim administraret. l. si quis instituat hæres. ff. de hæred. instit. l. ita l. in l. §. si coniunctim.

Conclusio CCCCLXI.

Aestimatio rei alicuius fieri debet secundum emolumentum & redditum ipsius rei, & non secundum valorem ipsius rei, vt si sit prædiū magni valoris, sed modici redditus, debet fieri æstimatio iuxta redditus, & non secundum valorem. l. si quis. C. de rescin. vendi. Ioan. de Platea in l. in his, de prædiis & aliis rebus nauicular.

Conclusio CCCCLXII.

Fideiusor qui fideiussit pro aliquo debitore qui est debitor alicuius pupilli, habet excusationem vt excusetur à tutela illius pupilli, & est excusandus sicut & debitor ipse excusatur. Ange. in prin. tituli, vt hi qui obligati. se perh. habere res minorum, nu. 12. in auth. & l. in l. si fideiusor. in princ. nu. 3. & 4. ff. de leg. 1. dummodo non sit fideiusor pro aliquo debitore in aliqua parua quantitate: nam sicuti debitor ille parua quantitate non esset excusandus, ita nec fideiusor. l. Blanditus. C. de fideiuf. & l. in l. in l. ff. si cer. per.

Conclusio CCCCLXIII.

Testator legando suæ vxori victum & vestitum in suo domo, & grauaerit hæredem de exoluendo eo legato, & vt ne molestarent ipsam vxorem: & si eam molestauerint, priuat eos hæredes hereditate, sed non dicit cui hæreditas sit applicanda in casu contrauentionis: quare est hæc decisio, quod in casu contrauentionis hereditas ea ad cohæredes debet pertinere si qui alij sunt, aut ad substitutos, aut verò ad venientes ab intestato, & non ad ipsam viduam, licet contemplatio ne ipsius viduæ ipsius hæredes priuati sint. l. in l. seruo legato. §. si testator. nu. 5. ff. de leg. 1. & hoc per l. vxor. §. hæres, & Bar. ff. de leg. 3.

Conclusio CCCCLXIII.

Testator legando alicui certam quantitatem vini vel frumenti, censetur eã legare de eo vino aut frumẽto quod est in patrimonio defuncti, & hæres de alio non potest dare inuito legatario: nec legatarius hæredem cogere potest dare de alio. l. 3. ff. de vino & oleo leg. & ibi Bar. & l. in l. si domus. in prin. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCCLXV.

Creditor qui habet aliquem debitorem non potest cogere illum mutare suum debitorem & alium accipere: etiam si esset idoneus. l. si mandato meo. §. 1. ff. mand. Bal. in l. si pater. C. de colla. l. in l. si domus. §. si fundus. n. 3. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCCLXVI.

Debitor quamuis inuitus potest cogi, & cogitur suscipere alium creditorem. l. 2. ff. sol. matr. & Bald. in l. si pater. C. de fideic.

Conclusio CCCCLXVII.

Substitutus cui aliqua hereditas debetur sub aliqua conditione, si hæres moriatur sine liberis, aut sub alia: si interim pendente conditione ille substitutus rem aliquam ex ea hereditate emerit ab ipso hærede, conditione adueniente per quam hereditas illa est ei restituenda, poterit ille substitutus pretium quod iam exoluit, emendo eam re ab ipso hærede, repetere ab ipso hærede, aut ab hærede heredis. ita l. in l. hu iusmodi. §. qui seruum. nu. 3. ff. de leg. 1. & Alexand. consil. 100. in 7. volum.

Conclusio CCCCLXVIII.

Testator instituendo filias suas in centum pro qualibet, vel legando suis filiabus centum pro qualibet, videtur ea centum singulis & cuilibet legare, & eo modo cessabit ius accrescendi inter eas, & ideo si vna earum moriatur, pars sua aliis non accrescet propter eam particulã pro qualibet quia partes pro diuiso sunt separata & cuilibet ea summa relicta est. l. hu iusmodi. §. quibus ita, & ibi l. in l. nu. 3. ff. de leg. primo.

Conclusio CCCCLXIX.

Pretium iustum rei alicuius illud est quantum capiunt eius rei redditus in 20. annis, & si multiplicando redditus per viginti annos, illud quod in illis 20. annis percipietur, dicitur iustum pretium, & est textus in §. si vero aliquis, & ibi glo. in auth. de non alienan. & l. in l. si fundum. num. 5. ff. de leg. 1.

Conclusio CCCCLXX.

Curator ad lites dari potest pupillo etiam iudice delegato ad eã causam quæ coram eo tractanda commissã fuit, quia ex quo illa

illa causa est illi commissã, & omnia cõsentur commissã, sine quibus eius commissio exerceri non potest. c. si. & ibi Guid. de monte Laudano, de iud. in 6. quod si curator simpliciter ad omnes lites dandus esset, à suo iudice talis curator dandus esset etiam ad ea quæ fient extra prouinciam, d. c. si. & Oldr. consil. 59.

Conclusio CCCCLXXI.

Mater non poterit agere actione iniuriarum pro iniuria illata suo filio, cum illum non habeat in sua potestate, §. fœminæ. de adop. l. in l. Patri vero bene datur actio iniuriarum pro iniuria illata filio: cum eum habeat in sua potestate, §. patitur. Instit. de iniuriis: & Oldrad. consil. 66.

Conclusio CCCCLXXII.

Empor qui emit ab hærede grauato de restituenda hereditate rem aliquam, si demum vexetur à fideicommissario qui vult eam rem recuperare veluti subiectam restitutioni ab ipso emptore, poterit ille emptor opponere illi fideicommissario exceptionem quartarum, quas quartas venditor hæres grauatus poterat detrahere: quia exceptio quæ competit venditori, competit & emptori. l. dolia. §. 1. de contrah. emp. & emptori competit ius excipiendi. l. si tibi decem milia. §. pactum. ff. de pactis. Oldrad. consil. 107.

Conclusio CCCCLXXIII.

Testamentum solemne & perfectum non reuocatur per posterius testamentum factum sine scriptis coram testibus, coram quibus testator dicit se tales hæredes instituire: quia cum primum perfectum sit, non poterit reuocari per alterum imperfectum, etiam si producat charta in qua testator eam voluntatem declarauit: quia ea charta non facit fidem, & testes illi publicandi sunt, & interim apparet de vero & perfecto testamento, hoc asserit Oldrad. consil. 119.

Conclusio CCCCLXXIII.

Hæres institutus est, & cui datus fuit substitutus, si deceat sine liberis, & illi primo instituto datus fuit secundus substitutus, hæres mortuus est viuo testatore relicto liberis, primus etiam substitutus deceffit sine liberis, tandem testator mortuus est relicto liberis heredis instituti & secundo substituto, dicendum erit ad hereditatem testatoris venientes ab intestato succedere exclusis liberis heredis instituti, & substituto etiam excluso, nam ista institutio respectu heredis instituti fuit facta quasi caduca, cum hæres mortuus sit viuo testatore, & per consequens filij heredis non succedent ex testamento, sed & neque Sempronius substitutus, & ob id ab intestato illi defuncto succedetur, ita decidit Oldrad. consil. 141. vtraque enim substitutio deceffit, cum hæres liberos habuerit. Liberi autem nõ admittentur cum hæres mortuus sit viuo testatore, sed & neque testamentum illud confirmabitur per clausulam codicillarem positam in eo testamento, vt ibi per Oldrad.

Conclusio CCCCLXXV.

Licet aliàs filij fratrum admittantur ad hereditatem auunculi aut patruus vna cum eorum auunculis aut patruis, tamen filij filiorum alicuius fratris aut sororis non admittentur ad hereditatem fratris aut sororis, sed soli fratres aut sorores admittentur ad hereditatem fratris aut sororis exclusis filiis filiorum, ita tenet Oldrad. consil. 141. in fin. per textum in §. hu iusmodi. vers. nulli. de hæredi. ab intestato venien.

Conclusio CCCCLXXVI.

Fideicommissum familiæ simpliciter relictum censetur relictum illis qui reperietur in familia tempore mortis testatoris, & sic illis qui sunt de familia mortis tempore. l. cum ita. §. in fideicommissis. ff. de leg. 2. quod si fideicommissum conditionaliter fuisset relictum familiæ, & requiritur quod sit de familia tempore exiitantis conditionis. Deci. consil. 364.

Conclusio CCCCLXXVII.

Confirmatio facta à superiore de aliquo actu nullum ius tribuit, si ille actus de se nullus sit: quia confirmatio nihil de nouo addit, sed cõfirmat id quod reperit. c. inter dilectos. de fide instr. & per ea verba, confirmamus, nihil iuris conferemus, nisi quatenus ostendatur competere. Oldrad. consil. 164. Fallit tamen vbi confirmatio penderet à potestate confirmantis, & appareat eum velle de nouo dare. l. in l. morc. nu. 3. ff. de iurisd. omnium iud. Decius consil. 184.

Conclusio CCCCLXXVI.

Legatum relictum cognatis, aut illis qui sunt de familia, quando illud legatum factum est purè, refertur ad cognatos, & ad eos qui sunt de familia testatoris tempore mortis ipsius, aut saltem eo tempore concepti: quia qui conceptus est tempore mortis testatoris, dicitur iam esse in rerum natura, vt succedere debeat. l. Titius. ff. de suis & leg. hæred. & ita tale legatum purè factum cognatis, vel his qui sunt de familia, sufficit quod sint concepti tempore mortis testatoris. d. l. Titius. & Socinus in l. si cognatis. ff. de rebus dubiis. vers. tertia conclusio.

Conclusio CCCCLXXIX.

Legatum sub conditione relictum familiæ, vel cognatis, sufficit quod reperiantur cognati, vel de familia tempore existentis conditionis, quo tempore illa qualitas obseruanda erit. l. interuenit. ff. de leg. præstan. Soci. in l. si cognatis. ff. de rebus dubiis. vers. tertia conclusio.

Conclusio CCCCLXXX.

Empor qui in prima instantia omisit vocare in ius suum venditorem, poterit demum in secunda instantia eum vocare: quoniam pendente appellatione emptor semper sibi seruat ingressum de euictione, l. in rem. §. vt. ff. de euict. Oldr. consil. 255.

Conclusio CCCCLXXXI.

Vdex delegatus qui in causa sibi commissã processit nulliter contra tenorem suæ commissionis aut aliàs, poterit iterum de causa cognoscere, & nec videtur perfunctus sua potestate procedendo nulliter, verum si sententia diffinitiuã fuisset lata, nõ possit amplius ille delegatus procedere, nec possit cognoscere de nullitate sui processus, sed bene ante diffinitiuam. plenè Oldrad. consil. 295.

Conclusio CCCCLXXXII.

Pater tenetur ex maleficio filij de peculio solum: quia actiones ex maleficio descendentes dantur cõtra patrem de peculio. l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. & Bar. in l. stichus, ff. de peculio legato. & pater soluendo pro delicto filij aliquã summam pecuniæ, si eam soluat ex necessitate, vt quia fideiussit pro filio, nec statuto ciuitatis ad id pater poterat cogi, & pater computabit filio in partem suã: quod si pater volens, & ex propria voluntate soluat, & quia ex causa pietatis id videtur fecisse, & non poterit à filio repetere. arg. l. 1. C. de nego. gest. Idem si pater soluat aliquam summam pecuniæ pro filio, vt pro eo redimendo, quia fortè captus est ab hostibus, aut à latronibus, & non repetet pater, cum id officio pietatis videatur fecisse. l. liber captus. C. de capti. & post. reuerfis, & Bart. in d. l. stichus.

Conclusio CCCCLXXXIII.

Venditor qui sub verborum inuolucro vel sub generalitate verborum emptorem circumuenit, tenebitur de eo vitio, etiam si expressè cauerit se nolle teneri de aliquo vitio. l. ea quæ commendandi. §. si. ff. de contrah. emp. Cor. cõf. 12. in 3. vol. nu. 5.

Conclusio CCCCLXXXIII.

Donatio facta vni extraneo reuocatur in totum per naturam liberorum: facta verò vni ex liberis, reuocatur vsque ad legitimam per liberorum susceptionem ex verborum matrimonij. l. si vnquam. C. de reuo. dona. & l. si totus. C. de inoffi. donatio. Cor. consil. 111. num. 26. in 3. vol. & ita tene communiter asserit ibi Corneus.

Conclusio CCCCLXXXV.

Pacta extranea quæ ponuntur in contractu emptionis cõtra vel extra naturam illius cõtractus, inducunt presumptionem simulationis, vel fraudis. glo. in l. cum allegas. C. de vsu. sicuti & pacta insolita seu extranea in eo contractu inducunt presumptionem fraudis & vitiarum. Cor. consil. 23. in 3. vol. nu. 8.

Conclusio CCCCLXXXVI.

Ivs patronatus pertinet ad patronos qui debent presentare ordinario, & si ordinarius sine consensu patronorum aliquem instituerit, talis institutio facta ab ordinario absque presentatione patronorum est nulla. Pano. in c. illud. de iure patroni. nisi contulerit post tẽpus datũ ad presentandum. Pano. ibi.

Conclusio CCCCLXXXVII.

Instrumentum producens in iudicio nõ videtur fateri ea quæ ibi enunciativè dicta sunt, sed bene ea quæ dispositivè. l. Aurelius. §. si. ff. de libe. leg. vbi est decisio, quod si profert testamentum, videtur fateri testamentum verum quantum ad ea Commu. opi. Tom. 4. 0000 2

quæ dispositiue ibi reperiuntur sed non quo ad ea quæ enunciatuè ibi in eo testamento per testatorem proferuntur. Iaf. in l. contra. §. fin. nu. 14. ff. de pactis, & tenetur acceptare omnia quæ dispositiue posita sunt in testamento, sed non ea quæ enunciatuè dicuntur. Iaf. ibi.

Conclusio CCCCLXXXVIII.

Contractus tam nominati quàm innominati concepti sub modo non vitiantur ex causa modi non impleti, nisi interuenit culpa implere debentis, & indubio modus tenetur esse causa impulsua, & ideo eius defectus non vitiat, plenè Corneus confi. 102. in 3. volum. Si tamen quis recusaret modum adimplere, reuocaretur contractus. l. 1. C. de dona. quæ sub modo, & sic si per quem steterit quominus modus adimpleatur, contractus reuocari posset: aliàs si modus alio casu deficiat, non reuocatur contractus. Corneus ibi.

Conclusio CCCCLXXXIX.

Vxor relicta usufructuaria & domina relictis extraneis hæredibus, tanquam usufructuaria tenetur cauere, sicuti & quilibet alius usufructuarius debet cauere de vtendo arbitrio boni viri: quamuis testator dixerit quòd non teneatur rationem reddere. Cor. confi. 173. vol. 3.

Conclusio CCCCXC.

Donatio facta inter viuos cum clausula, si non valeat iure donationis, quòd valeat iure codicillorū, sustinebitur quantumuis non fuerit insinuata, & valebit iure fideicommissi, prætextu illius clausulæ codicillaris, quæ sonat perinde ac si fideicommissum esset factum in codicillis. Cor. confi. 195. in 3. vol.

Conclusio CCCCXCI.

Nepoti alicui defuncto superstitibus patruo vtrinque cõiuncto patri illius defuncti, & altero patruo qui erat frater coniunctus tantum ex altero latere patri illius defuncti, æqualiter succedent patruus qui erat frater coniunctus ex vtroque latere patri illius defuncti, & alter patruus qui solum erat frater coniunctus ex altero latere patri illius defuncti: quia tunc post fratres, & filios fratrum non consideratur vinculum pluralitas. authen. post fratres. C. communi. de success. plenè Cor. confi. 219. in 3. vol. nu. 5. & sic illi duo patruus succedent eorum nepoti iam defuncto.

Conclusio CCCCXCII.

Testator ita dixit, filios hæredes instituo, & si omnes decesserint sine liberis, post mortem eorum voluit hæreditatem ad talem spectare, illi filij instituti non censentur in vicem substituti, sed testator eis censetur referre: si quis succedendi ab intestato. l. qui duos. ff. de vulg. ita Iaf. in l. potest. nu. 12. ff. de vulg.

Conclusio CCCCXCIII.

Testator pater instituens filios suos hæredes, & post mortem eorum substituit Caium, talis substitutus non succedit nisi post mortem omnium, quia si perest persona quæ ex verisimili mente patris testantis excludere debet substitutum, & ideo quia hic filij testatoris sunt hæredes instituti, quamuis vnus eorum decedat, substitutus tamen non admittetur nisi post mortem omnium: quæ si à testatore plures extranei essent instituti, & post mortem eorum Caium substituit, cuiuslibet decedenti succedat substitutus. l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. tunc enim non superest persona quæ ex verisimili mente testantis excludat substitutum. Ita Corneus confi. 229. in 3. vol. Huiusmodi enim conditio relata ad plures substitutos, si decedant sine liberis, qui hæredes sunt filij aut nepotes testatoris, vno decedente nõ succedat substitutus, quia superest persona quæ ex verisimili mente testantis excludit substitutum & sic conditio intelligitur defecta. si verò non superest persona quæ ex verisimili mente defuncti excludat substitutum, & tunc vno defuncto substitutus admittetur ad partem illius. Corneus confi. 24. in 2. vol.

Conclusio CCCCXCIII.

Venditor qui tenetur de euictione, non tenetur ad sumptus in lite factos nisi à die motæ litis contra eum ven-

ditorem: tenetur enim emptor notificare litem motam ipsi vëditori, & eum interpellare vt defendat. l. cum successores. C. de euictionib. & quamuis ille venditor sit certus de lite iam mota, adhuc requiritur denunciatio, & hanc communem opinionem esse asserit Corneus confi. 255. in 3. vol. & vbi aliàs venditor per pactum non teneretur de euict. teneretur tamen ad pretij restitutionem. Cor. confi. 226. vol. 2. & Deci. confi. 64. nu. 2.

Conclusio CCCCXCIV.

Clerici super rebus ecclesiæ, & super spiritualibus nõ possunt compromittere in laicum, sed in clericum debet fieri compromissum. capit. contingit. de arbit. mixtim autem in clericum, & laicum posset fieri compromissum de episcopo palientia, aliàs non. d. c. contingit. super rebus autem temporibus ipsius clerici in laicum bene fieri posset compromissum. Salic. in l. si qui ex consensu C. de episc. audien.

Conclusio CCCCXCVI.

Testes singulares admittuntur ad probandum quid in genere, nempe ad probandum quem esse furiosum, vel adulterum, ad quæ probanda sufficiunt testes singulares. Innocen. in c. qualiter & quando, in 2. de accusa. & hoc modo inducuntur testes ad hæresim probandam in genere, & in summa ad probandum aliquid vniuersale continens plura indiuidua non requirit quòd testes sint contestes in suo vniuersali probando, sed sufficiunt quòd sint singulares in actibus, super quibus deponunt, & ad probandum iurisdictionem sufficit si vnus testis deponat super vna specie iurisdictionis, & alter super altera specie iurisdictionis, & super alio actu, & ad probandum quem possessorem esse, satis erit quòd testes dicant eum actorem possedisse, & vnus dicat, quia vidit fructus colligere, & alius dicat de tempore, nam ex his satis probabitur possessio, & sufficit quòd in principali negotio, de quo agitur, conueniant. Inno. in dict. capit. qualiter. Corneus confi. 286. in 3. volum. & Boer deci. 23. numer. 24. quòd si in specie alicui probandum esset, testes singulares non sufficerent, & sufficiunt testes singulares ad probandum aliquam mulierem meretricem esse, vt ibi Boer. & Corneus confi. 34. in 2. vol.

Conclusio CCCCXCVII.

Stipulatio interposita in contractu innominato non impedit quin in ea sit locus conditioni ob causam, prout ea conditio ob causam locum habet in contractu nominato. l. si pecuniam. ff. de condit. ob causam q. quidẽ dicitio ob causam, cessat in contractibus nominatis. l. ca. conditione. C. de rescin. vendi. Habet tamen locum in contractibus innominatis, in quibus quævis stipulatio interuenit, non tamẽ immutabit naturam contractus innominati. l. si quis accepto. ff. de condit. ob causam. Corneus confi. 25. num. 16. part. 2. quæ stipulatio interposita super contractu nominato assumit illius naturam. Iaf. in rubr. de verb. oblig.

Conclusio CCCCXCVIII.

Filius familiars si soluat ex sua pecunia paternis creditoribus datur denarium ei filio actio negotiorum gestorum, non quidem contra patrem, & durante patria potestate, sed contra hæredes patris, nisi filius soluerit animo donandi, quod tamen in dubio non præsumitur. Cor. consilio 79. num. 18. in 2. vol. & sic cõtra hæredes patris dabitur ea actio negotiorum gestorum. Cor. ibi per l. si filius. C. de nego. gest.

Conclusio CCCCXCIX.

Clausula illa posita in aliquo instrumento, sub pactis & conditionibus infra scriptis, non reddit contractum conditionalem, sed benemodalem, & illa dicitio, sub conditionibus, significat modos & non condiciones. Cor. confi. 102. in 2. vol. nu. 18.

Conclusio CCCCC.

Si donans contra donatarium agat, quòd non obseruauerit pacta conuenta, & quòd non alimentauerit ipsum donantem, iuxta cõuenta, si donatarius asseruerit se obseruasse conuenta, incumbet illi onus probandi. Ita esse Corneus confi. 119. part. 2. asserit.

FINIS.

STE

STEPHANI RANCHINI I. C.


CLARISSIMI, AC SENATORIS APVD MONTEMPESSVLANVM IN SVPREMA GENERALIVM

Curia, Miscellanearum Decisionum, seu Conclusionum

ac Resolutionum vtriusque Iuris,

Pars Sexta.

Conclusio I.



Vbstitutio facta vltimo morienti, pluribus institutis, videtur facta post mortem omnium, & vendicat sibi locum post mortem institutorum: & sic vltimus moriens bona poterit petere. l. qui duos. ff. de vul. & pupil. quia tunc talis substitutio facta vltimo morienti, est facta in tota hæreditate seu in omnibus bonis: & tales instituti censentur inuicem substituti, aliàs vltimo moriens non posset totam hæreditatem restituere, quin aliorum portiones accipiat: Ita Cor. confi. 136. in 2. vol. nu. 3. & hoc procedit in substitutione fideicommissaria: vt ibi per Corneum.

Conclusio II.

Ad usufructuarium pertinent fructus non recollecti tempore quo cadit dies legati qui dies cedit à die aditæ hæreditatis. l. j. ff. quando dies legati, cedit. fructus autem recollecti tempore quo dies legati cedit, pertinent ad hæredem. l. fructus. ff. de rei vend. verum licet tales fructus ad hæredem pertineant, vtetur tamen illis fructibus usufructuarius sicuti vtetur aliis bonis hæreditariis: & finito usufructu eos fructus iam recollectos ante diem legati cedentem, tenebitur hæredi restituere, sicuti tenetur ad restitutionem aliorum bonorum ipsius hæreditatis, quæ suscipiet sub cautione de reddenda tanta quantitate frumenti in genere, quantum ille reperit in hæreditate. Cor. confi. 187. in 2. vol.

Conclusio III.

Testator, permittendo vxori suæ, aut alij vëdere quædam ex suis bonis pro suis necessitatibus, non poterit vendere nisi adit causa necessitatis: quia ea verba, pro suis necessitatibus, interpretantur existente causa necessitatis & non aliàs. Ita Rebuff. in l. vni. in gl. 2. nu. 14. in reperi. l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo quod interest. vbi reprehendit Corneum tenentem contrarium confi. 187. nu. 8. & 9. in 2. vol. vbi tenet quod ex tali cõcessione alicui facta vendendi sua bona pro suis necessitatibus liberum illi esse vendere bona, nõ edocto de aliqua necessitate.

Conclusio IIII.

Milites cœlestis militiæ & terrestres licet eorum concubina non possint donare simplici donatione & pura, poterunt tamen donare causa remunerationis, & propter benemerita, dummodo de meritis & seruitiis factis ab illa cõcubina ipsi militi aut clerico verè appareat, & eo casu poterit eam concubinam hæredem instituere. Petr. de Ancha. cõf. 247. & neque sufficeret ea merita exprimere: sed ea probanda erunt. De Ancha. ibi.

Conclusio V.

Nepoti mortuæ ab intestato succedunt æqualiter auus paternus, qui erat pater patris ipsius nepotis, & patruus, qui erat frater vtrinque cõiunctus patri illius nepotis. De Anchano confi. 347. quia hic non attenditur graduum ascendentibus, & fratribus, vel filiis fratris vtrinque cõiunctis, per authen. defuncto. C. ad Tertullian. succedunt enim pariter. Ita de Ancha. ibi.

Conclusio VI.

Hæres donantis poterit reuocare donationem factam à suo prædecessore sub quibuidam pactis, vt quia donans

donauerat res suas sub certis pactis, quæ pacta demum ille donans non obseruauerat, & poterit ipse hæres eam donationem reuocare, ex eo quod donans non obseruauerit ipsa pacta: & sic propter non obseruationem pactorum donatio iam facta ab ipso hærede reuocari poterit, cum ius reuocandi donationem ob pacta non obseruata transeat ad hæredes donantis. Bal. in l. si. nu. 2. C. de reuo. dona. & quamuis donatio sit contractus nominatus, potest tamen reuocari in non obseruando pacta. l. j. C. de dona. quæ sub modo. Collectarius & de Ancha. in ca. si. de donatione. nu. 4.

Conclusio VII.

Patronus si ecclesiam alicuius viuentis contulerit, quam tamen vacantem putabat, talis collatio seu præsentatio non valet: sed neque talis patronus priuatur propterea iure præsentandi alterum clericum adueniente vacatione. ca. illud. & ibi de Anch. de iure patro. Romanus confi. 465.

Conclusio VIII.

Sollicitator qui pecuniam pro sua sollicitatione non recepit, potest esse testis idoneus pro eo pro quo sollicitat: & neque ob id repellitur à testimonio, dummodo aliàs sit honestæ vitæ, & in se habeat honestatem: aliàs autem si pro sua sollicitatione pecuniam recipiat, repellitur à testimonio. Ita Roma. confi. 420 & Dec. confi. 94.

Conclusio IX.

Quoties duo sunt tutores dati alicui pupillo, & alter eorum mouet causam pro pupillo, alter tutor qui non est in iudicio, poterit esse testis, & adferre testimonium pro ipso pupillo. Roma. confi. 420. Bart. in l. qui testamento. ff. de adm. tuto.

Conclusio X.

Nobiles quamuis pro eorum bonis nobilibus sint exempti à contributione quæ fit pro reparatione pontium & viarum: & pro illis reparationibus debent nobiles & clerici cum plebeis contribuere, & infimul pro expensis quæ fiunt pro patriæ defensione aduersus hostium incurris. l. nullus. de cursu pub. lib. 12. C. primum probatur per l. ad instructio. nes. C. de sacros. eccles. Ita vt nec longa consuetudine eximi possint. Franc. Marc. decisione 101. in 2. parte.

Conclusio XI.

Index ter monitus administrare iustitiam, si adhuc differat pronuntiare, pars poterit à tali grauamine appellare. Ita Franc. Marc. deci. 375. in 2. parte.

Conclusio XII.

Clericus ad hoc vt dicatur debitor ordinatus, & vt possit fore priuilegio gaudere, & persona, debet saltem obtinere primam tonsuram à suo episcopo: & sine licentia sui episcopi non teneret, seu non prodesset ea tonsura. Ita Francif. Marc. deci. 637. & Rebuff. in trac. a. nominationum, in 14. quæstione, nu. 42.

Conclusio XIII.

Legitimatio quæ facta fuit de filiis naturalibus non rumpitur, quamuis pater qui habet eos filios naturales tantum, & quos curauit legitimari, habuerit derum filios legitimos & naturales ex sua vera vxore, qui filij legitimi & naturales succedent cõ legitimatis, siue illi sint legitimi per

OOOO 3

subsequens matrimonium, aut per rescriptum principis: & neque excludent eos iam legitimatos, cum iam legitimitati sint ante natiuitatem eorum legitimorum & naturalium. Bar. in l. ex facto. nu. 3. & l. a. nu. 19. ff. de vulg. qui hanc opinionem approbat. Panor. in c. suggestum. de decimis. Ro. consi. 194. & Bal. in l. cam quam. C. de fideic.

Conclusio XIII.

Creditor qui dedit semen ad seminandum, & est causa fructuum percipiendorum, erit preferendus ceteris creditoribus in ipsis fructibus excipiendis, creditoribus inquam etiam anterioribus tempore, ad scilicet semen ipsum percipiendum. l. procuratoris §. in tributum. vers. quid tamen. de tributo. Ita Petrus de Ferraris in tit. de forma libelli. §. sub ea obligatione. vers. quid autem dices.

Conclusio XV.

Vsure vsurarum non debentur, nec in sortem sunt computanda. l. si. C. de vsuris. ita nec fructus fructuum, nisi quis rem petierit cum omni causa: quia tunc non solum fructus debentur, sed & fructus fructuum. quod si quis simpliciter rem petat cum fructibus, fructus fructuum non deberentur, nec partes partium, nisi quis rem cum omni causa petierit. Ias. post Alexan. & Rom. in l. cum fundus. in fine princip. ff. si cert. peta.

Conclusio XVI.

Donatio facta ob causam futuri matrimonij censetur esse facta ob causam finalem: facta vero ob causam iam contracti matrimonij censetur facta ob causam impulsivam. Boer. dec. 353. nu. 10.

Conclusio XVII.

Iurisdictio si alicui iudici tribuatur virtute prerogationis, intelligitur concessa & prerogatiua secundum qualitatem illius iudicis, cuius iurisdictio prorogatur: vnde si a sententia ab ipso iudice lata appellaretur, neque demum in tali causa appellari poterit. Bal. in l. episcopale. C. de episc. audien. Dec. consi. 3. nu. 8.

Conclusio XVIII.

Monachi vel mendicantes si presententur a patrono, episcopus cui sit presentatio de ipsis tenebitur eos instituire, & neque eos reuocare poterit. ca. in parrochia. & ibi glo. magna. 16. quaest. 1. Panor. in c. quod dei. nu. 7. de statu monach. Zabarella in cle. j. nu. 13. de Regulari. Ioan. de Selua in tract. de beneficio in 3. parte. quaest. 2. nu. 3.

Conclusio XIX.

Conductor potest ex causa a contractu conductionis recedere: & colonus culturam fundi cum iusta causa potest deferere: sine causa autem non potest ante tempus rem conductionem relinquere, sed cum causa potest. gl. Bar. Bal. & Cast. in l. si in lege §. si domus. ff. locati. vbi inquit Bal. quod si inquilinus habet iustam causam recedendi a re conducta, quod potest migrare: nam sicut dominus potest expellere colonum a re conducta, ita ex eismet causis colonus potest exire a re conducta. & Bart. in l. j. §. ff. de migran. & ibi inquit quod si colonus discedat de necessitate a re conducta, quod non tenetur pensionem soluere nisi pro praeterito tempore, & si propter pestem discedat, ut est ibi additio, & Panorm. in c. propter. de locato & cond. & ibi tenet, quod inquilinus ex causa inuito domino potest domum dimittere. & Boer. dec. 299. nu. 3. & 9. est additio super Bartolum in l. si vno. §. Item cum quidam. super verbo, item cum quidam. ff. locati. qui inquit in praxi hoc vix obseruari, quamuis hoc sit satis rationabile.

Conclusio XX.

Quoties tempus certe etatis heredis grauari adiicitur legato alicui facto per dictionem, quousque, denotat diem & non additionem, ut si dicatur, lego tibi usufructum quousque; filius meus peruenerit ad decimum quintum annum, quare licet interim filius grauatus moriatur, non propterea legatum extinguetur, sed durabit usque ad illud tempus ad quod peruenerit si ad illud tempus vixisset. l. ambiguitatem. C. de vsu. Pau. Cast. in l. si cui legetur. §. hoc autem. nu. 4. ff. de leg. j. & Cast. in d. l. ambiguitatem. propterea quod tale legatum non continet conditionem, sed diem tantummodo.

Conclusio XXI.

Confessio consulum vel syndicorum alicuius vniuersitatis nocet vniuersitati & iuxta talem confessionem communitas potest condemnari. Dec. consi. 22. l. nu. 2. 3. & 4.

Conclusio XXII.

Quoties filius est haeres institutus in testamento, & alius in usufructu omnium bonorum paternorum ab ipso patre, filius suam legitimam consequi poterit etiam in ipso usufructu: nam talis censetur usufructuarius reseruata legitima filio. Dec. consi. 418. & Boer. dec. 194. num. 2. Pau. Cast. in l. Papinianus. §. quarta. nu. 3. ff. de inoff. test.

Conclusio XXIII.

In contractibus nominatis actio statim nascitur propter solum consensum ipsarum partium reciprocorum, etiam abf. que eo quod agens implet contractum ex sua parte, per l. iuris gentium. in princ. ff. de pactis. Verum licet actio a principio nata sit: exercitium tamen actionis impeditur quousque adimpletus sit contractus ab ipsis contrahentibus. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Dec. consi. 42. l. nu. 8. & 11.

Conclusio XXIII.

Filii ex pluribus fratribus aut sororibus iam defunctis qui habent patrem, qui erat vtriusque coniunctus patribus eorum, si vno, illi patruo mortuo ab intestato succedent in lites: & hoc modo succedent filij ex diuersis fratribus, quando succedunt eorum patribus, auunculis, aut amitis ab intestato. Ioan. Faber in §. ceterum. Insti. de legi. agnato. success. vbi inquit eam esse Communem Opinionem. Idem tenet Iacobus de Bello Visu in §. reliquum. in fine, in auth. de haeredi. ab intestato venientibus. & ibi inquit hanc esse veritatem: Guido Papae dec. 134. & Guliel. Bened. in repe. c. Radus. in verbo, & vxorem. nu. 63. 1.

Conclusio XXV.

Testator filiis suis institutis substituit Titium, & illi decedenti substituit Sempronium: si in vita testatoris Titius primò substitutus moriatur, & sic ea substitutio effecta est caduca: demum filiis defunctis qui erant haereses testatoris, Sempronius secundo substitutus admittebitur: quia deficiente primò substituto ante haeredem institutum, vel in vita testatoris, remanet fidei commissum penes vltimum heredem cum onere restituendi secundo substituto. l. vni. §. pro secundo. C. de cad. tollen. Dec. consi. 427. nu. 9. & 10.

Conclusio XXVI.

Quoties in instrumento dotis pater & filius confessi sunt se dotem, seu aliquam summam pro dote uxoris filij recepisse, presumendum erit eam pecuniam ad patrem peruenerisse, quod procedit vbi pater omnia administrat, & gubernat & ipsummet filium: quod si filius bona administrat, presumendum esset ad filium eam pecuniam peruenerisse, & eam habuisse. Boer. in consue. Biturig. in ti. de consuetudine iuris status personarum. §. 5. in verbo, hac consuetudo. circa finem. & sic aduertendum erit pro decisione praesentis quaestionis ad illum qui administrat, ut ille teneatur. & hac opinionem vt veriore Boer. secutus est dec. 23. nu. 8. & 10. & haec procedunt vbi esset questio inter fratres patri succedentes, & sic patre mortuo: nam tunc ea distinctio esset obseruanda. Quoties vero pertinet ad viduam volentem dotem repetere soluto matrimonio, illi liberum erit pro sua dotis repetitione agere contra quemlibet pro dimidia, nisi quod vterque eorum insolidum obligatus esset: nam tunc contra quemlibet agere poterit. Curtius Junior consi. 53. vbi superiorem conclusionem approbat, & quam inquit seruari in iudicando.

Conclusio XXVII.

Filia ex primo matrimonio quae patri, qui iam ad secunda vota conuolauit, renunciauerat, dote contenta, maternae successioni, non sibi praedicitur: & talis renunciatio cedit in utilitatem filiorum primi matrimonij & non in utilitatem filiorum secundi matrimonij: quia ea bona materna solis filijs ex primo matrimonio debent reseruari, quando pater secundo contraxisset matrimonium. Boer. dec. 184.

Conclusio XXVIII.

Parentes, scilicet pater & mater, etiam si ad secunda vota transferunt, filio vnico iam defuncto succedunt pleno iure, etiam quoad proprietatem, siue parentes filio adhuc viuo, vel eo mortuo ad secunda vota transferint, & hoc dummodo

Conclusio XXXVI.

modo ille filius esset vnicus & solus. l. foeminae. §. fin. C. de secund. nupt. Boer. dec. 185. num. 17. Quod procedit etiam si essent fratres ipsi defuncto vterini tantum, aut consanguinei tantum: nam adhuc parentes illis praefertuntur, auth. defuncto. C. ad Tertullia. Boer. in ea decisione nu. 18. & decif. 191.

Conclusio XXIX.

Pater transiens ad secunda vota priuatur sui filij successione quantum ad proprietatem in bonis quae a matre ad filium peruenerant, aut ex matris substantia: sicuti & mater priuatur filij sui successione, quantum ad bona quae ad filium peruenerant & ex patris substantia, quando illa iam transfusa ad secunda vota: & quando ab intestato filio succeditur. In aliis autem bonis quae filius habebat vltra ea bona paterna aut materna succedit pater aut mater pleno iure, etiam si secunda contraxisset vota. auth. ex testamento. C. de secund. nupt. & Boer. dec. 192. & etiam non perdit pater aut mater id quod filius praefunctus habuerat ex sui fratris successione iam praefuncti, qui filius iam alteri filio, & suo fratri succederat, debent spectare. Ita Boer. in ea dec. nu. 2. & 3.

Conclusio XXX.

Filios alicuius fratris defuncti ab intestato, superstitibus fauiculo, fratre patris illius filij ex vtroque latere, & amita quae erat soror matris illius filij ex vno latere, illi duo scilicet auunculus & amita succedent illi filio fratris qui erat eorum nepos, utpote filius eorum fratris: & neque hic curatur vinculo pluralitas, quia solum in fratribus & filijs fratrum consideranda est, & non in aliis collateralibus succedentibus ab intestato. Bar. in l. post consanguineos. §. legitima. ff. de legi. haere. lac. de Bello Visu in §. si vero. in auth. de haeredibus & Falci. Pau. Cast. in l. post fratres. C. de legi. haeredi. & Cornueus in propriis terminis consi. 199. nu. 5. in 3. vol.

Conclusio XXXI.

Conductor qui impeditur vt re conducta propter bellum aut pestem non potest proterea a contractu discedere pendente suae conductionis tempore: sed bene poterit petere remissionem mercedis pro eo tempore quo non fuit vsus re conducta propter illud bellum, aut propter pestem. l. si merces. §. si vis maior. ff. locat. Boer. decif. 249. nume. 8. vsque ad numerum. 10.

Conclusio XXXII.

Procurator ad vendendum constitutus, vel ad donandum, poterit pro obseruatione contentorum in instrumento bona domini obligare, licet hoc non habeat in mandatis specialiter. Bal. in l. si. nu. 3. C. de quadrienn. praescri. & est additio super Bart. in l. solutum. §. si in verbo, quod in mandato. ff. de pigno. actio.

Conclusio XXXIII.

Si pater in contractibus aut in actibus inter viuos, aliquem nominet, vel appellet haeredem suum, videtur in eum nominatum suum supremum iudicium contulisse, & sic eum fecisse haeredem videtur. Quod in patre procedit, qui vnus ex suis filijs nominat haeredem in aliquo actu inter viuos, aut in pia causa hoc locum habet, & non in aliis personis. l. tale pactum. §. si. ff. de pactis. & ibi Ias. nu. 10. per l. si. C. famil. erciscun. & Socinus consi. 49. nu. 6. in 4. vol.

Conclusio XXXIII.

Quis vendendo censum super re aliqua, videtur etiam & vendere directum dominium, cum per contractum alicuius census transferatur directum dominium in accipientem. Inno. in c. constitutus. in fi. de relig. domi. & Soci. consi. 50. nu. 6. in 4. vol.

Conclusio XXXV.

Contractus emphyteuticarius, aut feudatarius, seu liuelarius censentur & praesumuntur perpetui, si non appareat quod sint concessi & facti ad tempus, & sic concessio in emphyteusim seu in libellum censetur perpetua. Soci. plenè consi. 50. nu. 1. §. in 4. vol.

Conclusio XXXVII.

Iudex in sua sententia non potest sibi reseruare condemnationem expensarum: taxationem quidem earum expensarum bene potest sibi reseruare: sed non condemnationem. Lanfrancus in c. 2. nu. 6. de expensis.

Conclusio XXXVIII.

Agens in iudicio possessorio debet probare se possidere tempore turbationis, & litis motae: ad hoc vt obtineat in eo iudicio. Bart. in l. j. §. fin. ff. vt possi. Socin. consi. 54. parte 4. nu. 15.

Conclusio XXXVIII.

Dos in primo matrimonio constituta, in secundo matrimonio censetur repetita. Quod in dubio procedit. l. diuus. & l. dotem. ff. solu. matr. Socinus consi. 59. nu. 14. in 4. vol. & consi. 30. eo.

Conclusio XXXIX.

Maritus potest cum suo focero conuenire quod donec dos sibi integre exoluatur, & sic ratione dotis non soluta, quod vsura debeatur, iuxta notata in l. de diuisione. ff. solut. matr. vel quod donec soluat dos respiciat certam pecuniam singulis annis. arg. c. salubriter. de vsur. qui textus in distincte loquitur, quod lucratur fructus possessionis date vsque ad dotis solutionem: talis enim conuentio ita facta valet: quia non est donatio, sed promissio propter onera matrimonij supportanda. Panor. in d. cap. salubriter, & Socinus consi. 88. in 4. vol. num. 4. Illa tamen quantitas promissa non debet esse excessiua fructuum, aliis vsura iudicaretur, vt ibi Corn. nu. 18.

Conclusio XL.

Filius qui patre viuo illius bona gubernat, & administrat patre mortuo ab intestato, tenetur de administratis rationem reddere suis fratribus, non quod sit ab eo exigenda stricta ratio, sicuti fieret ab extraneo, sed satis erit, quod generaliter ostendat quantum potuerit verisimiliter expendere: nec tenetur specificè ostendere quantum ille frater expendebat in die pro carnibus vel pro aliis rebus, nec oportet producere testes, sed sufficere quod verisimiliter sumptus fecerit. Ita Panorm. consi. 12. in j. par. & Socinus consi. 92. parte 4.

Conclusio XLI.

Donatio immensa vel in officiosa facta a patre vni ex filiis reuocatur vsque ad legitimam debitam aliis filiis, vel si fiat vni filio iam nato, & alij postea nascatur, reuocatur ea donatio vsque ad legitimam. l. si totas. C. de inoffic. dona. Socin. consi. 92. nu. 17. in 4. parte.

Conclusio XLII.

Notarius censetur rogatus apponere clausulas assuetas, & hoc etiam videtur fieri ex voluntate testantis qui videtur velle quod circa validitatem testamenti notarius apponat clausulas consuetas. arg. l. quod si nolit. §. quia assuetas. ff. de aedil. edicto. Socin. consi. 93. nu. 27. par. 4.

Conclusio XLIII.

Laudum latum praesentibus partibus, & non contradicentibus valet, etiam si non appareat de compromisso, dum tamen appareat illud fuisse latum ipsis partibus praesentibus: nam sustentatur ipsum Laudum in vim cuiusdam taci compromissi. Ita Socin. consi. 104. nu. 4. parte 4.

Conclusio XLIII.

Ratihabitio non trahitur retro in praedictum iuris iam quaesiti alicui tertio. Bart. & Pau. Cast. in l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Dec. consi. 226.

Conclusio XLV.

Testis qui est sibi contrarius, debet, si fieri possit se saluare a contrarietate, ne incidat in periculum: non autem quantum ad hoc vt probet aliquo modo. Barto. in l. prima §. nunciatio. ff. de noui oper. nuncia. Ias. in l. prima, numero 14. ff. si cert. peta.

Conclu-

Conclusio XLVI.

Administratores seu officiales qui aliquid acquirunt, p̄-
dente eorum administratione aut officio, in dubio non
p̄sumuntur acquisiuisse ex pecunia domini, quam admi-
nistrabat: sed potius ex eorum labore & industria, nisi con-
tra eos probetur cōtrarium. tenentur tamen ad reddendam
rationem administrationis quam gesserunt. Bart. in l. defen-
sionis facultas. de iure fisci lib. 10. C. Decius consi. 6. & sic ta-
les administratores non p̄sumuntur lucrari ex bonis do-
mini: sed ad eam redditionem rationis tenentur, vt ibi per
Decium.

Conclusio XLVII.

Iudex qui dedit tutorem aliquibus pupillis, & qui erat be-
ne soluendo tempore eo quo dedit eum tutorem, quam-
uis demum ille tutor efficiatur pauper propter aliquos ca-
sus fortuitos, non tenebitur magistratus: sufficit enim illi
demonstrare quod eo tempore quo tutorem eum consti-
tuit, erat bene soluendo. l. j. §. si magistratus. ff. de magi. con-
ue. l. litis. §. pecunia. ff. de neg. gest. Dec. consi. 7.

Conclusio XLVIII.

Conductor qui conduxit fundum, aut quid aliud, & pro-
misit certam quātitatem fructuum in genere, si demum
fructus non sint percepti ex ea re conducta, non debebitur
p̄sio promissa, quā videtur fieri respectu fructuum, qui de-
mum si non nascantur, non debebitur pensio promissa: &
talis promissio seu obligatio habet tacitam conditionem si
fructus nascantur. Ita Dec. consi. 7. nu. 4. & 7.

Conclusio XLIX.

Depositarius non debet vt re deposita: & vtendo com-
mittit furtū. §. furtum. In sti. de obli. quæ ex delict. nascū-
tur, tamen si depositarius solueret mercedem pro rei custo-
dia in pecunia, non tenetur furti vtēdo ea pecunia: nam tūc
tenetur furti si res gratis dimittatur apud depositarium. Ita
videtur concludere Ias. à contrario sensu in l. secunda, num.
6. ff. si cer. pct.

Conclusio I.

Filia si pro dote quæ sibi debetur in bonis paternis aut ma-
ternis, renunciauerit bonis paternis aut maternis, & sic si
filia pro vna dote renunciauerit successioni plurium, talis fi-
lia dicitur lædi, & poterit obtinere resc̄iptum ad cam re-
nunciationem resc̄indendam. Decius consilio 379. nume.
14. excepta enim hereditate paterna, ex cuius bonis filia
habuit dotem, nulla suberat causa renunciandi aliis succes-
sionibus, vt ibi per Decium. & Petrus de Ancha. consi. 39. &
Dec. consi. 181.

Conclusio II.

Restitutio, quæ fieri debet sub conditione, non transmi-
titur ad hæredes cōditione pendente, & ideo si testator
aliquid suo nepoti reliquerit, & adiicit, q̄ si decedat sine li-
beris, illud relictum ad hæredem suum reuertatur: si interim
hæres moriatur, restitutio non debetur. Bald. in l. in caus. §.
Pomponius. ff. de mino. Dec. consi. 417.


Conclusio LII.

Clausula, si decedat sine liberis, subintelligitur quidem in
filio gratuito sub conditione mortis: q̄ si filius sub alia
conditione quā sub conditione mortis grauatus esset, nō
subintelligeretur illa clausula, si sine liberis decedat: & in illis
casibus in quibus filius esset grauatus restituere sub alia con-
ditione quā sub mortis conditione, ea conditio prius ef-
set verificanda antequā fideicommissum ad hæredes hæ-
redis transmitti posset, & fauor filiorum qui suscepti erunt,
nihil operaretur. Salic. in l. cum acutissimi. C. de fideic. Ias. in
l. cum secundum. C. de fideic. Chass. consi. 67. nu. 17.

Conclusio LIII.

Suræ licet vt interesse peti possint, l. curabit C. de actio.
empti. non tamē taxari possunt, & licet taxatæ fuerint,
tamen minimè illa quantitas taxata peti poterit: sed illud in-
teresse per testes aut per alias legitimas probationes pro-
banda erit. Albe. in l. prima, C. de sacros. eccle. & Decius con-
si. 183. in fine.

F I N I S.



ENCHIRIDION
PARIVM AVT SIMILIVM QVÆ IN
IVRE PASSIM REPERIVNTVR, OMNIBVS
STVDIOSIS ET IN FORO VERSANTIBVS
ADMODYM VTILE AC NECESEARIVM,

Jodoco Dambouderio Brugense Equite Aurato, I. U. Doct. Hispaniarum Regis
Consiliario, Belgicarumq; Financiarum commissario Authore,
Alphabetico ordine Digestum.

De Similibus sem- } Diuino, Genesis 2.
per idem est iudi- } Canonico, c. inter cætera. extra de resc̄iptis.
cium, idque iure } Naturali, Cic. lib. 3. de Oratore, & l. prima. §. ius autem. ff. de iustit. & iure.
} Gentium, l. 1. & 2. ff. locati. iuncta l. ex hoc. ff. de iusti. & iure.
} Ciuili, l. non possunt. ff. de legib. & l. leges. 1. C. eod. ti.

Similia sunt, quorum vna est qualitas. Zasius, consil. 9. lib. 1. num. 5. Alberic. in l. non possunt, de legib.

Similibus sunt similia ritè applicanda. l. prima §. sicut autem. C. de veter. iur. enuclear.

Similis æquitatis ratio similia iura suadere debet. l. illud. ff. ad legem Aquil.

Paritas } rerum, arguit } Paritatem } iuris.
Diuerfitas } } Diuerfitatem }

Abbatissa.



ABBATISSA, in rerum abbati-
lium administratione, meritò Abbati
æquiparatur, vt not. Bal. in ca. j. in prin-
cip. qui feudum dare possunt. Abb. in ca. ii.
in principi. de his, quæ sunt à prælat. sine
cōsen. cap. Qui ex eotex. colligit, quod
Abbatissa habeat sui monasterij liberā
administrationē, sicut & Abbas, quod-
que ad validitatem concessionis fiende per eam, debeat sui
capituli consensus interuenire. Ex quo & ipse subcolligit, q̄
per Abbatissam & Moniales, non obstante sexu fœmineo,
etiam disponuntur res monasterij. Abbatissa præterea cum
Abbatis iure æquiparatur, cum in iurisdictione seculari, tū
in iurisdictione ecclesiastica, quum & illa officia quoque cō-
ferat secularia, simul & beneficia ecclesiastica, nō secus quā
Abbas ipse. cap. cum dilecta. extra de confirmat. vtili vel inu-
tilli. Vide Abb. in j. notabili. in gl. ij. Plura vide in Regula, fœ-
minæ. ff. de reg. iur. per Philippum Decium, nu. 10. Nō potest
tamē Abbatissa excommunicare, ab officio suspendere, aut
interdicere, quia hæc pertinent ad clauas Ecclesiæ. Potest tñ
monachos & clericos suspendere, & prohibere ne celebrēt
in ipsius ecclesijs. Cæterum, talis suspensio non est verè su-
p̄sio, quia quāuis celebrarent, non propterea fierent ijdē
clerici celebrantes irregulares. Præterea non potest prædica-
re, nec confessiones audire, nec moniales benedicere, nec al-
liud facere, quod ad ordinem sacrum propriè pertinet, vt pa-
tet in ca. Noua. extra de pœnit. & remiss. Potest tamen in ma-
tutinis Euangelium legere: vnde & diaconissa appellatur. ca.
Diaconissa. xxvij. q. j. & etiam moniales seu subditas monere
& exhortari.

si q̄s à principio nō adfuerit, & si sine debita potestate ad-
fuerit: sine hac enim meritò repudiari nō secus quā absens,
potest. l. Si quis sub conditione. ff. de test. tute. l. Si quis in se-
natorio ordine. l. Eos qui. ff. de ritu nupt. Facit tex. l. j. §. Sed
& si sint sui. ff. de suis & legit. hære. l. j. §. penult. incip. Cū au-
tem. C. de cadu. toll. Ias. in l. Quotiens. in iij. C. de hæredibus
institui. Bart. à Chassāneo in consi. xxxix. incip. Nobilis quō-
dam vir Cyprianus & c. n. 2. Sic à simili. Religiosus qui cor-
pore quidem matutinis interest, in quibus tamen nec canit,
nec legit nec quicquam officij in iis prestat, sed toto illo tpe
stertit, ac dormit, is à suo Prælato merito negligentia, ac ve-
luti absentia inculatur, & corripitur. Idēque videtur cēsēn-
dum de illis, qui tempore diuini officij, aut Missæ. nihil aliud
quā de rebus vanis garrīeres, templum obābulāt. Iudicā-
tur enim hi, vel Missæ, vel diuino officio prorsus abfuisse: q̄
in iis veluti præfentes, nihil pietatis exercuerunt, nec ex us-
vllum salutarem fructum, aut effectum consecuti sunt.

Item.

Abesse vel inhabiliter adesse: & prorsus nō esse, i idē recidūt,
per tex. in l. j. §. Et quidem. ff. Quod cuiusq; vniuers. nomi. vbi
ait, & quidem nō esse actorē vel syndicū, tunc quoq; intelli-
mus, cū is absit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis ad
agendū adit, quia qui valetudine impeditus adesse nequit,
aut qui inhabilis ad agendū adest, is perinde est ac si omni-
no nō esset, aut nō adesset. Atque hanc sententiā compro-
bat Andreas Tiraquellus in legib. cōnubial. & iure marita-
li. Glossa septima ibi. De son mari, numero vigesimo.

Abortus.

Abortus procurat⁹, æquipollet homicidio. Quod potissimū
intelligendum est, si abortus talis procuraretur post animam
corpori infusam: aliàs verò secus. Non enim is censendus est
homicida, qui qualemcumq; abortum procurat, antequam
Commu. opin. Tom. 4. PPM

Abesse.

Abesse & ineffaciter adesse, paria sunt. Item, Paria sunt:

na corporis in ista, qd fœtus actu nondū fuerat homo licet per infusonem aia postea homo fieri potuisset. c. Aliquando & c. sequen. & c. Moyfes. xxxj. q. j. & c. Homicidiū. de poeniten. dist. iij. & plenē dixit Albericus in l. q. in vtro. ff. de castu. hominū. Ex his itaque paucis colligi pōt. qd qd fœtus animatum & qui fœtum non animatū abortiri curat. diuersimodē puniri debeant. Nā si aliq. per abortum interficiat animatum fœtum. is summo supplicio puniri. affici- que debet. Si verō nō. dū animatum fœtum abortiri curet distinctio tūc habenda est ista. si is sit nobilis. tunc parte bo- norū amissa in insulam est relegandus. Si verō est ignobilis. damnatur in metalū. l. si qd aliquid. §. qui abortionis. ff. de poenis. Huic et satis quadrat. l. tertia. §. legis Cornelie. ff. ad l. Corn. de sicar. & venefi. Et ibi Hippolitus de Marfilis. Hic enim inanimē fœtus abortum p curans enormiter peccat; & licet homicidiū propriē nō committat. homicidio tñ. coq; nefandissimo proximusest. Hic autē abortus materiā latius discussimus in nostra rerū criminaliū Praxi. in editione postrema cap. lxxiiij. De homicidio per venenum. per totum.

Absens.

Absens quatenus par sit cum pupillo vel infante. Vide infra. Infans.

Absentia longa.

Absentia longa aequiparā mortis. eademque cēset. quā- tūmad hereditatē cōsequendā vel ad bñficia psequēda. vel ad similes dispositiones ecclesiasticas obtinēdas. l. Multa. in principio. ff. de pdit. & demonstra. quod ait esse notabile Bal. in l. Mater tua. n. 18. C. de rei vēdi. Istud quoque pfirmat D. Nicolaus Boerius. qd. lxxviii. n. 2. vbi multa nō incurritur. si hīs ex mādato Titij aliqd. facere iussus fuisset. & is Titius interim mortuus esset. vel longo tpe abfuisset. Sic et excusatur episcopus. si contulisset bñficiū alicuius absentis. qd tā longo tpe abfuisset. vt nō temerē ignorantia episcop⁹ pre- tere possit. an is tā diu absens viu⁹ esset. an mortuus. gl. in c. Cū nō oportet. primo de p̄cra. dist. v. & Corfēt⁹ in singulari. incipiente Vagabundus. Nihilominus si is absens tandem reuertatur. non est priuandus suo beneficio. & etiam alteri collato: sed idipsum abtque vlla alia collatione aut solennitate recipit & recuperat. Rebuff. in sua Praxi benefi. tit. de reprob. benefi. viuen. collat. glo. in nu. 2. r. ver. excusatur. Sic quoque capitulū episcopo diu absente oīa potest. quā potest eodem mortuo. Inno. in c. Ad abolendā in fine gloss. magna. extra de hereticis. facit c. Presentata. extra de testibus. & qd dicit Io. And. in c. Contra vnā de offi. deleg. in vj. Card. in cle. l. xvij. q. in fi. de offi. vicar. Sed hæc quidem vera sunt. & solūmodo locū habent. qñ ratio absentia & mortis æquiparatur: & nō quādo rationis incidit diuersitas: qualis accidit in cōiugio. in quo ob diurnā mariti absentiam. vxor nō pōt pretexere mortē mariti. & ob id statim alteri nu- bere. sed requirit vt de absentis mariti morte certa testimo- nia proferat. Nam tunc demum a lege mariti soluta habet. & alteri tunc nubere in Domino potest. teste Paulo. i. Cor. vij. Et vt habet. c. In presentia. de sponsal. Vide D. Fran. Ming. in consuetudine Aureli. art. cclxix. tit. Des successions.

Accusatio sacerdotis.

Accusatio. testimonii. ecclesiasticus ordo. pari ratione procedunt: sic vt quicumque nō admittitur ad vnum. nec is admittantur ad reliquū. c. Beati. in fine. ibi. Quicūque sacer- dotes nō sunt. vel esse sacerdotes nō possunt. ibi §. sacerdo- tem nec accusationem. nec testificationem vllā pferre pos- sunt. nec cōtra. sic D. Paul. Apostolus. Timotheū instruit ne aduersus presbyterū accusationem vllā recipiat nisi sub duobus. aut trib⁹ testibus. j. Timo. v. c. Et Apostolorū suc- cessores statuerūt. ne sacerdotes Domini aliquos accusarēt & ne cōtra eos testimonii ferrēt. qui sui ordinis nō essent. aut esse nō possent. c. ipsi Apostoli. & ibi gl. i. verbo nec esse. c. testes. i. prin. & c. psumūt. cū gl. i. verb. Testimonii. ij. q. vij.

Actio inualida.

Non habere actionem. & habere actionē prorsus inutilē. aut prorsus inefficacē: paria sunt. c. ad aures. & ibi Panor. n. 5. ad finē. extra de p̄scriptio. Arg. c. ij. extra. de translatio. episco. vbi sic dicitur. Paria sunt nō habere quidē actionē. & habere. sed eam quæ exceptione elidi atque subuerti pos- sit. Quocirca sicut iudex potest repellere illū. cui nulla cōpe-

tit actio: ita & nullū reicere potest. cui actio cōpetit. sed in- efficacis secundū Feli. ibi ver. Stabimus istis: & qui agit ad de- bitū in diem. nondū adueniente illo die. ob id succubit: qd paria sunt non habere actionem. & non posse agere effica- citer. vnde qui ante efficaciter agere coepit. is adueniēte eo die denuo agere poterit. l. Grege. §. si sub cōdi. & ibi doct. ff. de adil. edi. & l. si mater. §. eandem. ver. Et ideo. ff. de excep- rei iudi. Accur. in l. j. ff. si mens. fal. mod. dixer. l. Sed & si pu- pillus. §. si institutor. & ibi glo. Bald. Albe. & Sal. ff. de instito. & in l. Bebius. ff. de pact. dotali.

Actio repulsa.

Actionem ipso iure nō competere. & actionē iure cōpe- tere. sed exceptione repelli effectū inter se nihil differunt. deoq; & paria esse. quō ad effectū cōferunt. l. Nihil interest. ff. de reg. iur. vbi Paulus l. C. Nihil interest an ipso iure aliq. actionem nō habeat. an eius actio per exceptionem infir- metur. Cui regula: siue legi cōformis est regula. siue lex. Nō videtur cōpisse. ff. eo. ti. de Reg. iur. Et ad hanc facit alia regula. quæ habetur in l. si quis obligatione. §. Nō pōt vide- ri cōpisse. qui stipulatus potest exceptiōe submoueri. ff. eo. tit. Specu. in §. Nunc videndū. nu. 19. ti. de excep. & replica. Et per hæc cōfirmatur. quod notat Bart. in l. Quod si mari- tus. §. si quis autē. ff. de consti. pecu. vbi dicit: nō deberi illud. qd perpetua exceptione defendi pōt. Facit ad hæc quoque tex. i. l. Debitor. & in l. Creditor. ff. de verbo. sig. Et latius De- cius. in d. l. Non videtur cōpisse. quem per occasionem vi- dete. Sed hæc quoque ad titulū. de exceptio. referri possunt.

Actio ex contractu.

Actionem oriri ex cōtractu. & actionē oriri ex pacto qd inest. aut inesse censetur cōtractui. aequipollēt. quod clare exemplo ita declarari poterit. Si vendo tibi fundū. precio cē- tū. ex mea venditione tibi dat actio ex vendito ad fundū. & ex tua emptione mihi datur actio ad precii. & vtraque ha- rū actionū oritur ex cōtractu eodē Verū si adiciatur ta- le pactū: Ego vōdo tibi agrū meū p̄cio centū. vt tu vadas p me Burgas. ex illo pacto. siue ex illa adiecta particula pacti na scitur mihi actio ad cōtractū. & ad pactū. id est ad poscē- dū precii & actionem ad Burgas. Hæc autem latius & pleni⁹ explicantur apud D. Ioan. Bapt. Caccialup. in tract. de pact. nu. 23. vbi multa quæ huic loco accōmodari possent citat. ex- plis (vt inquit) satis crassis & luculētis. quæ cōpendij gratia inferere nolui. sed ad ea quādo vacabit. lectorē remitto.

Actio ex sententia.

Actio in factū orta ex sententia. similis est actioni in factū ex sententia orta. l. Actori. C. de reb. cred. & iure iur. quæ sic habet: Actori delato. vel relato iure iurando. si iurauerit. vel ei remissum sit sacramentum. ad similitudinem iudicati. in factum actio competet. & ibi Bald. in ij. suo notabili. Vbi. in- quit. Similitudinem consistere & esse in parata executione: nempe in tempore. quod datur iudicaris. forte decem die rum. per l. Promissor. j. §. Si sine die. ff. de consti. pecu. Cuius Baldi verba apertius ibidem perquirere licebit. Eadem quo que post eundem Bal. refert D. Ioan. Berthach. in suo Reper- torio. sub litera A.

Actus purus & purificatus.

Actus hic purus est. & Actus hic conditionalis est. sed pu- rificatus: paria sunt. secundum Bal. in l. cum testamento. in fin. C. de testam. manumiss. vbi ait. liquidationem idem ope rari. quod purum ab initio. Et quōd instrumenta. si habeant conditionem reuera purificatam. habeantur pro instrumen- tis puris. Idem quoque comprobatur in l. fin. §. Titius. ff. de vulg. & pupil. substit. cum gl. in verb. Due puræ. Quin & idē probatur per Angel. qui idem ibi in effectū tenet. quōd Bal. Idē quoque cōfirmatur per Alex. in l. hoc iure. ff. de verb. obliga. Et per Carol. Ruin. in consi. cxxxix. incip. De duob⁹. nu. 7. volum. ij. qui ibidem paria esse declarat. si actus sit pu- rus. vel si sit actus conditionalis conditione purificata.

Actus conditio.

Ad Actum quæ necessaria est conditio. eadem & necessa- ria est ad actus effectum Vide infra sub titulo Conditio. Actui

Actui consentire.

Actui consentire & actum celebrare. paria sunt. Sic quo- que paria sunt (vt & infra monstrabitur sub titulo. Consen- tire) Consentire iudicanti. & consentire actui. siue iudicato. vel sententiæ. l. Iubemus. & ibi Bar. nu. 6. & Alber. in fine. C. ad S. C. Velleia. & l. In edib⁹. §. qd filius familias. ff. de don. Vbi dicitur quōd si filius familias. patris iussu. aut cum volunta- te patris aliquid dedit (inquit Pomponius) id perinde aesti- mandum est. ac si pater ipse donasset. Item si quis suo nomi- ne rem meā Titio dedisset cū meo cōsensu & voluntate. id par esset ac si ipse rem meā Titio dedisset. Sic & Paulus l. C. de eo cui manumissionē donare licet: Is quodāmodo manu- missionē donare dicitur. si in manumissionē cōsentiat. eāque cū libera voluntate permittat. l. Et sic. ff. sol. mat. De quo plura per Tiraquellū. de vtroque retractu. §. j. gl. ix. nume. 106. & n. 137. Sic & sicut minor nō pōt alienare rem immobilē. sine decreto: ita nec potest alteri hoc facienti cōsentire. aut per mittere: Philippus Decius ad l. Aliud est vendere. nu. 4. ff. de reg. iur. l. in l. Tūc autē. iuncta gl. ibi vel etiam iudicato. nu. 2. ff. de re iudic. Sic etiam paria sunt Consentire persone fa- cienti actum. & consentire actui. Nihilominus tutius est se- cundum Bart. ex primere vtrumque copulatiuē: Sic. cōsen- tire iudicanti. & etiam consentire iudicato. paria sunt: quod ita etiam tenuit Bald. in c. fin. extra eodem tit. Quod itidē p- bat Iaso. loco supra alleg. & Soci. in consi. xliij. nu. 18. lib. iij.

In Actu esse.

Aliquid esse in Actu. & esse in via deductionis ad actum: in iure paria sunt. l. diuortio. §. non solum. ff. sol. matrim. per quem text. ita decidit Bal. in l. qui sub p̄textu. C. de sacro- fanct. eccles. & Barth. Soci. in consi. lxx. n. 8. lib. iij. l. si impu- beri. & ibi Bart. nu. 2. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. & in l. xij. tabula. si qua pluuia nocet. id est. nocere poterit. Et apud La- beonem. Si rationes tractasse videbitur. id est. videri poterit. l. Labeo. ff. de statuli. & que actui propinqua sunt fm ipsius naturā requiruntur. l. penult. ff. de milit. testam. l. Oratio. ff. de sponsalib. Rurium Pomponius. Quid ergo sic ceptum sit ar- gentum fabricari. nondum tñ perfectū. vtrum factū. aut in- factū appellacione contineatur: Sed puto magis factū. l. & si. §. in factū. ff. de aur. & arg. legat. Sic & nouit. imonachi ab Epil- copo ordinari possunt. in cuius dicecesi ipsorū monasteriū sitū est. idque post solā ipsorū ingressione. & ante omnē aliā p̄fessionē. ad quā primo anno tēderēt. dūmodo constet. id monasteriū esse sub dicecesi illius episcopi. c. Cum nullus. & ibi gl. ad ver. Religio. de tēpori. ordi. lib. vj. quos videte. Quia enim sunt. in actu ad p̄fessionē. & ad eā paulatim tēdunt. ideo & pro p̄fessis habendi atque ordinandi sunt.

Actus validus.

Act⁹ est validus. & Actui nihil opponi pōt. Vel. Actui. nul- litatis nihil opponi pōt: paria sunt. Quocirca fideiussor. qui cogitur soluere vsuras. is eadēdem vsuras ad debitore principa- li repetere pōt. nō secus quā si de iure indebitē soluisset. vt notanter concludit Alber. in l. j. in ver. Ego hæc q. de facto habui. C. de summa Trinit. & fid. cath. Vide Bar. l. j. ff. quod quisque iur. & Ioan. Monach. ad c. licet Episcopus. & ibi in additione Philippi Probi. num. 9. de præb. & dignita. lib. vj.

Adeffe.

Adeffe. & per cōtumaciam abesse. in iure sunt paria: nem- pe quantum spectat ad restitutionē minoris in integrū. vel ad finiam ferēdā. in qua tum reū tū actorē cēsem⁹ interesse. qñ vocatus per cōtumaciā abest. Vpia. l. in causa prima. §. causa autem. ff. de minori. xxv. annis. & ibi Bart. & Bal. q. tex- tus semper ad hoc idē per eundē Bald. allegatur. C. in his q. fiūt cā cognita requiratur semper partem adeffe presentē. vel per cōtumaciam absentem. Vide infra. Præsentem esse.

Adoptio. Adoptiuus filius.

De adoptione. Vide mox. infra sub titulo. Arrogatio Et inferius sub titulo. Filius.

Adulterium.

Hiduo reperti sunt simul in yno concubantes lecto. Et hi duo cōmiserunt adulterium: paria sunt. vt inquit Bal. in c. j. circa finē. Quib. mod. feu. amit. vers. Quoerō. nūquid sit idē dicere. Talis in lecto iacuit cū vxore domini sui. & talis cū vxore domini mœchatus est. Et respōdeq sic. qd idem cen- seridebeant. vt notatur per gl. in verbo. Delictum. in l. Gaij

Calsij. ff. de fideicommissar. libert. Et hoc dictū Bal. refert & sequitur Alex. consi. lxxvij. incipien. In causa & lite. n. 2. vij. vol. Vbi dicit. qd idē sit dicere. Talis iacuit cū tali muliere. & dicere. talis cum ea muliere adulteriū cōmiserit. Atque huius snia fuisse reperit Barth. Cēpolla p̄. iij. nu. 10. dicens quo que paria esse. Iacere in lecto cum vxore alterius. & cum ea- dē vxore adulteriū perpetrare. Quin & huic snia nō absumi- lis est snia Soci. minoris. in sua ij. parte p̄. xxxiiij. n. 15. Eadē quoque snia cōfirmatur per sacram scripturā in qua quo- tiescunque adulteriū aut fornicatio notatur. eadē per verba dormire exprimitur. vt in Genes. c. xxxv. de Ruben d̄. quōd dormiuit cū Bala p̄cubina patris sui. Et vxor Putipharis dice- bat ad Ioseph. Dormi me cū: Genes. ca. xxxix. Quibus locis verbū dormire accipitur pro coire: nempe qd per consequē- tiā eidē effectū æquiualeat. Nō em vir & mulier ad simul qd dormiendū in vno lecto nudi cōueniunt. & consentiunt. vt p̄salmos legant. aut vt precibus coniungunt insistant. aut fo- lummodo sacra colloquia tractent: sed potius. vt quod is lo- cus. & oblata occasio possit. perficiant.

Aduocatus & Miles.

Aduocatos aut. & Cōsiliarios iura ipsa ac ratio æparat militibus stipendiariis. patriæque periculis capitū strenuē de- fendētibus. l. Aduocati. C. de aduoca. diuer. fo. iudic. Sunt em Aduocati. itē & Principū. & Rerumpu. consiliarij. Reipubl. nō min⁹. imo multo magis vtiles. & necessarij. quā strenuif- simi quique armorū milites. Impe. Leo. & Ant. Quia Aduo- cati ambigua quæque facta causarum suis p̄siliis dirimunt. prudentiaque & suis defensionis viribus in rebus tū publi- cis. tū priuatis. sæpe prudenter lapsa erigunt. fatigata repa- rant. atque ideo minus humano generi prouident. quā si preliis strenuifque factis. ac propriis vulnerib⁹. suoque san- guine patriæ. parētesque seruarent. Et (vt iidē inquit) nō solos nostro imperio militare credimus illos. qui gladius. cli- peis. & thoracibus nituntur. sed et Aduocatos. Quod illi de Aduocatis efferunt. id de consiliariis quoque. & de similib⁹ causarū patronis cēfendū esse puto. Militi em tā hi quā illi pro patria. Imò veri⁹. atque et p̄clarius patriæ militare di- cūtur. quicūque causarū sunt patroni. quā ignaui quidā mi- lites. Quia illi nō minus. quā illi gloriose vocis cōfisi muni- mine. laboratiū sp̄. vitā. & posteros defendūt. quā q. armis. & corporalibus viribus patriā se tueri iactāt. sicut ibidē & Bal. & Sali. & alij ipsorū sequaces apertē testatur. Et quāquā hæc lex nequaquā videatur lara aut cōdita. aut edita à p̄dci- ctis Impera. Leon. & Ant. sed ab ipsis Aduocatis: eadē tamē est verissima. & rationi & æquitati maxime cōsentanea. at- que ideo taliū aduocatorū. & consiliariorū prudēs vita. actio. & cordata cōsultatio optimo iure tutissimaque militia ap- pellada est. tū ob varias. & euidentissimas causas cū ratione & æquitate cōsentaneas. tū ob insignes. & claros honorū titulos. in eadē lege cōtētos. & aduocatis. & consiliariis hu- iusmodi merito attributos. Cāstrēs enim milites per sæpe periculosa suo Principi nauāt operā. patriæque suam non raro sua temeritate. & incōsultē hostiū depredationibus. ex- positā tradunt. si prudētibus aduocatorū. & consiliariorū cō- siliis nō regātur. nec si ipsorū temeraria audacia. & militadi aut furor aut imperitia fanis cōsiliariorū cōpescatur moni- tis. aut firmis. cōtrariisque tēperetur rationibus. sicuti rerū euentus. & exēpla certius quā scripta perdocēt. Quod agno- scēs Pirrhus Epirotarū Rex victor: ostissimus. nō immeritō in summis delicijs suū Cyneā habuit. adeo vt nō raro apud suos gloriari & prædicare cōfuerit quōd vnus Cyneæ dul- cissimo eloquio. & prudētī cōsilio plures expugnauerit ci- uitates. quā cū multus militū turmis. alioqui et instructis- simis. Ceterum quæ hic de aduocatis & consiliariis. iure ac ratione militibus stipendiariis æquiparandis dixi. ea solum modo intelligēda sunt in iis. quæ ad protectionē. ac defen- sionē patriæ faciūt. In genere enim. atque in vniuersum. vel in omnibus. cōsiliarios. & aduocatos cōferre cū militibus. aut cū militum viuendi ratione. & moribus. id nemo corda- tus vnquam cōcesserit. Horum enim mores. viuendi ratio. fides. studia. & moriendi terminus. tam ab ipsorū moribus. & vita distict. vt id nulla probatione indigeat: quōd cōi. quotidianaque experientia conspiciamus. Imò quod & vul- gus ipsum. atque adeo aduocati ipsi. & ipsi em etiam mili- tes verissimo testimonio (si verum fateri velint) satis com- probant. De aduocatis pauca quædam etiam comperies infra sub titulo. Postulare.

Aduocare. Postulare.

Aduocare. & Postulare. sic Aduocati & Postulātes in iure Commu. opi. To. 4. PPPP 2

sunt pares. vt aliqn lati' diceret infra sub verbo, Postulare. Allegare, Allegatio.

Allegare aliquid, & nō pbare, & nihil allegare, paria sunt & in idē recidunt. Allegare eū in iudicio nō sufficit, nisi ea dē allegata ritē probentur. I. si manusiūs. C. de libert. & eo rum libe. Vbi etiam dī, q nō sufficiat patronum allegare in gratitudinem liberti, ob quā eū in seruitutem retrahere co natur, nisi eandē & probet. Sic & Specul. idem asserit in tit. de interrog. quā fiūt ante litē ptestatā. §. j. ver. sciendū. Quo circa quories iura aliquid pcedunt alleganti aliquid factū, id potissimum intelliguntur cōcedere, si illud factum quod allegat ab ipsis sit probatū. Alex. in consi. lxxvij. lib. v. Ideo dicit Archidia. ad cap. noli timere. xj. q. iij. Quocirca doctōri quātumuis magno, si quid alleget, non tenetur credere, nisi opinione suā, & quod allegat, ratione, & auctoritate cōpro bāt, vti notatur cā. ego solis. ix. distin. Idē notauit Nicolaus Euerard. in loco ab auctoritate. & l. siue possidetis. C. de pro bat. Vulgata eū iuris est regula, q dicit, Non sufficit dicere, vel allegare aliquid, sed requiritur, vt dictū & allegatū legiti mē probetur. I. si prius. iuncta gl. in verbo egisset. ff. de oper. no. nuncia. Et in l. j. in princip. & ibi gl. in verbo, dicitur. ff. si quadrup. pau. fecit. dicitur. & tex. in c. dilecti. ibi, Opposita & pbata. extra de except. & l. j. in princip. iuncta gl. in verbo, dicitur. ff. de dolo. Et Petr. Paulus Parisius consi. x. nu. 35. & in qsi. cxij. in j. part. Quare in quacunque causa, siue ciuili siue criminali, cū allegata nō sunt pbata, sed solummodo simplici ter allegata, talis quidē nuda allegatio nihil prodest, nec qe qua ad condemnationis effectū operari pōt, vulgata & ad multa applicanda l. ij. quam frequēter allegant Aduocati. ff. de pbat. l. actor. C. eo. tit. §. quod autē diximus. In lit. de le gat. l. qui accusare. C. de eden. & l. res. C. de rei vendi. quā po firema lex omniū scriptorum iudicio, & singularis est, & aue ra, & cū lege Mosāica planē cōformis, qua iubet Dñs per Moysen, Iudicibus Israël, vt in ore duorū, vel triū testiū tm gs pereat, & interficiatur, nemo verō occidatur vno cōtra se testimoniū dicēte, Deutero. xvij. Et Paul. ad Timoth. v. Ad uersus presbyterū accusationē noli reci pere, nisi sub duo bus, aut tribus testibus. Hac de causa quoque Paulus ipse re furauit quācumque Tertullus orator Iudaeorū, aduersus ip sum coram iudice Felice allegauerat: q scilicet allegata nō probabat. A. c. xxiiij. c.

Aliena seruare, & corrumpere.

Aliena sibi seruare iniustē, & aliena innadere, aut alienā corrūpere corā Deo, sunt paria. vt est textus in c. Sepe. extra de restitu. spoliat. & in c. decime. xvj. q. j. & ibi gl. in verbo, In uadunt. Atque hinc verū est, quod dici solet: si quis quā rem alterius inuenerit, & eandem nō restituerit, is de furto tene tur: non secus quam si rem eandem aut vi, aut fraudulenter ab alio subtraxisset. l. falus. §. qui alienum. ff. de furt. in ca. si quid. xxiiij. qu. est. v. si qd inuenisti, dicit text. & non reddidi sti, rapuisti, & quantum poruisti fecisti, quia plus non inueni sti. Atque ad huius similitudinem, qui alienā rē perenti dene gat quā reddere, si velle, possit, is idē corā Deo cōmittit, ac si rem eandē violēter eriperet. Deus eū (vt scrutator est cor dis) ita & cor interrogat. hoc est, fm cordis affectum magis iudicat, quā fm opera manuum. Ita tenet eximius & insi gnis doctōr D. Ludouicus Montalti Biracusij, in tractatu su per reprobatione sententia Pilati. num. 72.

Alienatio, Alienare.

Alienatio omnis habēs titulū onerosum, venditiōi simi lis est. pl. statuliberi. §. qntus. ff. de statulib. vbi trāslatio à scri pto hīde, i legitimū, venditio dicit. ad huius similitudinē & is, q rē alterius permutatā accepit, emptori similis est. Itē qui rē in solutionem accepit: vel q lite aestimata rē tenuit, is tāq rem emptā accepit. l. si. ff. ex quib. caus. i. posses. ca. l. litis aesti matio. ff. de vsucap. p. empto. Et latē Fabian. de mōte sancto Seuer. in tract. de empt. & vend. q. ij. in princ. Et Zac. il. apud Cellum. §. auctoris autem. nu. 9. ff. de dol. mal. & met. except.

Alienatio bonorum.

De alienatione bonorum faciendā, vide infra sub capiti bus Furiosus & Pupillus.

Alimenta, & Dos.

Alimenta, & Dos in iure æquiparā. Priuilegia enim ali mentorū, quæ tractant il. Mela. in prin. ff. de ali. & cibar. leg. eadē quoq; ad materiā dotis iure similitudinē trahi possunt

hoc modo. Quemamodū enim causā alimentorū, nullā a gnoscat cōpensationē, nullamq; admittit appellationē, sed in iudicio celerē meret expeditionē, ita & causā dotis semp & vbiq; p̄cipua est, & omnib' causis est p̄ferēda. l. j. ff. sol. mat. quocirca sicut mater diues tenet alere filiā in opem, qn pater est egēs. §. illud. i. auth. vt lic. matr. & auia. & l. pen. ff. de lib. agnoscen. ita etiā hoc casu tenet filiā dotare. l. neq; ma ter. C. de iure dot. & ibi Sal. Bal. Cy. & alij. Et Nico. Euerard. in loco ab alimētis ad dotē, vbi ista pulchrē declarat. Item §. Si cut filiis ingratas alimēta rectē denegant. l. si quis à liberis. §. idem Iudex. ff. de lib. agnoscen. l. vit. C. de alend. lib. Sic pater filia ingratā dotē non iniuria denegat. l. vl. C. de dot. pmif.

Alimenta, & pia causa.

Alimenta & pia causa in iure sunt similia. quare sicut ali mēta egētib' dare per seipsum est, & ex fōte pietatis manat. l. Nescennius, i prin. ff. de alim. & cib. leg. l. alimē. C. eo. tit. ita & piū est, & Deo gratū, si iudex dieb' festis de causā cogofcat. l. ij. ff. de feriis. vtq; eodē modo de quibusvis causis ad necessi tatem, & cōmoditatē proximū, festis dieb' iudicādis censē dū est teste Mattheo Euangelista xij. Que tñ ofa intelligēda sunt, cū inest maxima necessitas, sicut optimē Theologi do cuerunt: quonia violare festū sine necessitate semper pecca tum est. Omnibus causis, & feriis p̄ferenda est gloria Dei, & necessaria causā proximi, in qua prima Dei gloria & legis impletio cōsistit, iuxta illud, Qui charitatem habet, legē im pleuit. Sabbathū enim propter hominem, & nō homo propter sabbathum factus est. Mar. ij. Et quia Christi se sabbathi dominum vocat, optimo iure, qui quē Christi sunt quærit, & iudicat, is tantū abest, vt sabbathum violet, vt illud magis sanctificet, & ad gloriā Dei, qui sabbathi Domin' est, verus transfigat. Quocirca & Christus Phariseorum superstitionē apertē redarguit, quod pium suum miraculum de curata in sabbatho muliere incuruata, & de curato hydroptico incurate, & inceslerent, quum ipsi interm bouem, aut asinum in fossam delapsū ex fossa extrahere non metuerent. Lu cæ xij. cap. & xiiij.

Amatorius.

Artis amatorie magistri, & Veneficæ, in iure ciuili æqui parantur, non minus in facto, quā in poenis. Ideoque pari supplicio in ambos animaduertitur. l. eorum. in princ. C. de malefic. & math. perinde legibus exofis esse dicuntur, qui ma gicis accincti artibus contra salutem hominum aliquid at tentant, atque hi qui pudicos animos ad libidinē deflectisse conuincuntur. Quod & cōfirmatur per l. si quis aliquid. §. q abortionis. ff. de p̄cē. Verū an idem fiat de iure canoni co, hoc est, an eadem in vtroque p̄cena canonicē constitua to, an diuersa, hic breuitatis causa p̄tereo, quod de eo non nihil meminimus nostra Praxi rerum criminalium, cap. lxj. de crimine læsa maiestatis diuinæ. num. 108. in pos trema editione.

Amor, furor.

Amor cōparatur furori, & amans cōparatur ebrio & etiā furioso. gl. in §. fi. i. verb. bacchata. in situ. de succes. sublar. vt enim vino quis capitur, vel Baccho: ita & amore. itē furore amoris nil vehemētius inueniē, vt iauth. Quib. mod. natu. effice. legi. §. Illud. colla. vj. vt maximē i iuuenib'. vnde versus:

Militat in teneris annis amor hospes amans,
Est in canicie ridiculosa Venus.

Et illud.

Exultat leuitate puer, gratitate senectus:
Inter vtrunque manens stat iuuenile decus.

Facit c. cū in iuuentute. extra de p̄sump. & D. Io. Bertachi. in suo repertorio primæ partis, sub verbis Amās & Amor.

Annus.

Annus in instrumēto expressus. Vide infra, instrumētū.

Non apparens.

De nō apparentibus, & de nō existentib', idem in iure est iudiciū. ff. de cōtrahēda empl. l. i. lege. que dicit, neminē nec vendere, nec ad possessionē accipere posse, qd in rerū natu ras, aut nō est, aut nō apparet, atq; hinc dicit Lapidicinas nul las esse, nisi quæ apparēt, aut q actu excidit, vel effodiunt. si qs enim cæcus de occultis, & nō manifestis adstruere vel let, is eadē opera, sed cæcē, rotū fundū lapidicinā adstruere, & p lapidicina videri possit, si vel i vlla fundi parte lapis ap pareret. iuxta gl. ibi i. verb. quod nō sit. vbi not. huiusmodi pacta re

Item.

Amicus fictus, & verus amicus æquiparatur. glossa super verbo, Nihil mentiat. In tractatu Ioannis de terra rubea q rebelles suorū regū. Adde Aristot. lib. ix. Ethic. vbi de testa tione fictionis perniciofa dicit: Qui fingit se amicum, & nō est, peior est eo, qui facit aut cudi fallam moneta. Seueri. Boetius de consola. philoso. lib. iij. profā v. relatus à gl. super verbo. Hostis in cap. ij. xciiij. distin. Quæ vero (inquit) pestis efficacior est ad nocēdum quā familiaris inimicus? quasi dicat nulla. arg. l. lata. C. de dolo. Vnde nō est deterior hostis quā fictus amicus, non odium grauius, quā simulatum amor. Vnde il ud etiam. Mus in pera. & c. arg. §. itē p̄cepit, si est. xij. q. j. & c. certē. xij. quæst. j. Aug. ad Vinc. Donatiani & Rogatiani. & habetur v. quæst. v. cap. non ois qui parcit amicus est: nec omnis qui verberat inimicus. Meliora enim sunt verbera amici veri, q voluntaria oscula inimici ficti, q se pro amico gerat. Diogen. Laert. de vita & moribus philo sopherum. Magis amicorū fictorum inuidiam, quā inimi corum patentes infidias cauere debemus: illud enim celatū, hoc verō apertum malum est, nocendūque fraus, cui (quum non speratur) ad nocendum potentior est. In amicitia enim & fidelitate vera nihil fictum, nihil denique simulatum, & quicquid in ea est verum, non fictum: voluntarium, & non coactum est.

Amittere conspectum rei.

Amisisse conspectum rei quæ facile recuperari poterit, & non amisisse eiusdem conspectū, in iure sunt paria. argumen to l. Clauibus ff. de contrah. empt. & §. item si quis merces. In stitit. de rerum diuisio. & lege prima. §. si iusserim. circa fi. ff. de acquirenda vel amittenda possessione, vbi dicitur, Si ani mal quoduis semel captum ita prioris domini custodia effu gisset, & in priorem naturalem libertatem rediisset, hoc est, si sic euasisset, vt vel ex prioris custodientis, vel occupatoris oculis effugisset, vt ipsi difficilis esset eiusdem animalis aut persecutio, aut receptio. tunc idem animal censeretur ami sisse, & nihil iuris in idipsum sibi competere. Sed si capientis oculos aut non effugisset, aut si effugisset quidē ipsius oculos, sic tamen vt ipsius persecutio, aut receptio non vsque adeo esset difficilis, remanet idem animal receptum in eius dem primi occupantis potestate. §. Fere. & §. Apum. & ibi doctō. In situ. de rerum diuisio. l. naturalem. & l. Pomponius. ff. de acquir. rerum domi.

Appellatio, Appellare.

Appellare, & sententiam recusare sunt paria: aut æquipa rantur, testante glo. in verbo, videatur. in fin. in cap. ij. de cō suct. lib. vj. Quia sicut in appellatione requiritur appellandi causa rationalis, ita & in recusatione. Vnde D. Paulus iuste recusauit iudicium, & sententiam P̄sidis Fecti, coram Lu dæis, ad Cæsarem appellauit. Act. xxv. cap. item sicut appella tio ex debita causa conceditur, sic & sententia recusatio. c. super eo. ij. iuncta gloss. in verbo, sicut appellatio. extra de appell. Quod tamen verum est per omnia, vti recitari solet in dicto cap. super eo. vbi videte.

Appellare frustra, indebitē.

Appellare frustra, siue temerē, & non appellare, paria sunt. c. non solum, & c. Romana. de appell. vbi dicitur, quod sicut Iudex, qui de causā cognouit, & de causā iudicat, suam sententiam exequitur, si ab eadem appellatū nō fuerit: ita quo que facit quando appellationem comperit esse temerariā, & in iure non esse fundatam, sed ad solam contumaciā no tam euadendā, & ad suam nequitiam tegendam solummō esse assumptam. Quare non immeritō paria esse diximus, quantum ad executionem sententia. Omnino non appella re, & appellare frustra, indebitē, vel temerē. Card. in Clem. j. in vj. notab. de dolo & contuma. Nam sicut sententia execu tioni committitur, si ab eadem appellatum non fuerit, ita quoque si ab eadem temerē appellatum fuisset, hoc est, ob causam quæ in iure appellationem non admitteret. l. ij. C. à quib. prouoc. non licet. Atque vera sunt, & applicanda ad omnes causas, quæ paratam executionem habent, & de qui bus, sic temerē pertinaces quidam appellare consueuerunt, Sicuti latē Rebuffus, ad constitutiones Regias, tomo ij. in tract. De sentētia executiōe siue executorē, commouit. Et Pan. in c. cum venissent. numero 10. extra de eo qui mit ti. in poss. cau. rei seruandæ. A quibus appellari non liceat, & in quib. caus. infra, Senatus.

cum peruenit, vbi talis gabella ciuib. soluenda imponitur. l. interdum §. si propter. ff. de publ. & vectigal. Fel. ad c. Rodulphus. de referi. Sic quoque cadauera mortuorū nō vbi libet locorum iura funeralia perfoluere debent. Quum enim ea cadauera sepelienda nō raro ad lōginqua loca per varias parochias (dū per aērem cōuehi nō possint) perferri necessum sit, sequeret, q̄ iuxta eorū inhumanitatē in singulis parochiis funeralia iura psoluere deberēt, quod vt est longē absurdissimū, ita est & multo inhumanissimū. Ratio eū funeralium, solum domiciliū defuncti, labore & que pastorum priorū, & administrationē sacramentorū, aut certē locū sepulturae electū respicit, nō aut loca alia, sicuti doctores, ad c. j. & alia de sepul. aperte cōmostrāt. Et quia libera est sepulturae electio, certū est, q̄ nulla rōne talis sepultura impediri aut remoueri possit. c. de vxore, de sepul. Impediretur autē p̄ dictorū indignas arrestationes, quibus nullo iure parēdum est: ideoq; nec ob tales arrestationes heredes defuncti funeralium petitos sumptus vllō modo ferre, aut perfoluere debent. Quod autē hic cadauera mortuorū arrestadi, exequiaque possēdi vsus, imō potius abusus apud quasā nationes inoleuerit, cū certē ex pietate primo ortū esse suspicor. Sed sicut in reb. humanis nihil est stabile, sed omniū rerū vicissitudo cōspicitur, qua ē optima quaeque nō raro ad primitiua institutione degenerat, & ad deteriora paulatim labūtur: ita etiā operib. pietatis sepe abusus, & abrogandē cōsuetudines irrepunt, sicuti & in hac indigna cadauerū arrestandorū cōsuetudine euenisse merito dolemus. Nā quum olim homines hac religione, atque pietate deducti, in singulis pagorū ecclesijs, per quas defunctorū cadauera, ad locū sepelitionis deferbantur, mortuos deposuissent, vt pastores salicū cōsuetudine suas, ad Dominum pro defunctorum salute effunderent, coepit hęc cōsuetudo volūtaria ita inolere, vt ex ea tandem necessariam legem constituerent. & ad necessitatē, atque adeo ad iura eam cōsuetudinem violenter petraherent: quum tamen paucorum volūtaria pietas, nullis legem prescribere aut possit, aut debeat.

11 De i. est in arg. l. executores. C. que res pig. obl. pos. cū auth. seq. Bertach. in tract. de gabell. ij. part. viij. par. v. q. Atq; hęc largē intelligenda sunt, sicut non solū pro debito priuato arrestari non possint, cū ne pro tributis quidē, imō ne p̄ Regis quidem denariis ea arrestari debeāt: teste Rebuffo ad Constit. regias. Tomo j. art. ij. gl. j. nu. 10. Ne abductis ex agro araris ipsa arua lqualere contingat, iuxta hunc versum, *Arua ne linquntur proreclis, q̄ iudicant ar. ar. v.*

Et quamuis leges ea de re loquentes, de pignorib. & executionibus loquantur, paritas tñ rōnis efficit, vt etiā de arrestis, que illam executionis formā continent, intelligant. Per eas em arrestationes p̄dicta rusticorū arua arrestari nō possunt, et si tales rustici nihil aliud possiderent: testib. Per. & Alber. ad d. l. executores. Quare audiendi hic nō sunt, q̄ priuatum opinantur, & male asserūt. Primo, Hippol. sibi prius, ad rubr. ff. de fideiussorib. q̄. xxvij. nu. 202. deinde Gomefius ad §. itē Seruiana, Institut. de actionib. Nam hi non tam quid ex iure fieri conueniat, quam quid vsu obseruatum est, considerāt. Sed quia hic vsus, imō potius abusus, pessimus est & iuribus contrarius, & Reipubl. perniciosissimus, ideo nulla quoque ratione seruandus. Reipublica enim salus, vigor & florentia potissimum ex agricultura depēdet, adeo vt hac cessante, non solum agri, verum etiam ciuitates omnes, adeo totū etiam regnum langueat, & pereat necessum sit. Quare talis arrestandorum animalium, aut armorum rusticorum abusus, planē tollendus est, iuxta tex. in ca. fin. de treuga & pace. vbi text. ait: Rustici euntes & redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate latentur. Qua de re multa etiam extant apud Matthaeum de Afflic. ad consti. Neapol. consti. incip. ab officialibus.

12 De i. est textus in l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bald. ad l. si a quo. §. si semel. ff. vt in posses. lega. & l. creditor. ff. de priuilegijs credito.

13 De i. Indecorum, imō inhumanum videtur, quod aliquis pro minimo debito arrestari possit, qui ne pro debito quidem minimo suspectus dici potest. Roma. singu. xvij. incip. Dic mihi quod non potest, & c. Bald. in authenti. sed iam necesse. C. de donat. ante nuptias.

Hanc quoque sūcti, siue arrestandi materiam nō minus clarē quam succindē tractat, & resoluit dñs Petr^o Peckrius Zircēus l. C. & ordinarius iuris professor Louaniēsis in sua succincta explicatione, de iure sūcti, & manu iniectione, quam vulgo arrestationem vocant. c. v. nu. 1. 3. 4. cū seq.

Arrogatio, Legitimatō.

Arrogatio legitimationi æquiparata, sic vt de vna ad alterā recte argumētari liceat, vt patet p̄ Bar. i. Gallus. §. nūc de lege. ff. de liberis & posthu. quia sicut legitimus, aut legitimatus cōditionē patris sequitur. l. cū legitime. ff. de statu homi. gl. i. l. ad verbū, Parentib^{us}. ff. ad municipales. ita quoq; adoptiuus, & arrogatus, vt patet per l. Ordine, eodem tit. Idem, sicut pater suo testamento aliquid legitimatis relinquere potest, ita etiam iis quos arrogauit, testamento relinquere potest. l. iubemus. C. de natura. lib. l. a son. plura ad Rub. ff. de liberis & posthu. nu. vij. Attamen Bal. in l. i. re. C. de suis & legi. videtur tenere q̄ hoc argumētū in iure nostro non satis sit validū. Quem etiam sequitur Alexand. consi. secundo, libro primo, & consi. cvij. libro ij. Et Soc. consi. ccxvi. Quod etiam argumētū latius distinguitur & disputatur, per Ludouicum Romanū consilio cxliij. incip. In proposita conclusione, & c. in quarto dubio. Quin & eadem sententiam tenet D. Carol. Ruinus consilio lxxv. numero tertio in iij. vol.

Arrogatio, & Adoptio.

Arrogatio, & Adoptio fere sunt paria, nisi quod arrogatus, qui sui iuris est, adoptetur verō qui in aliena potestate existit. Hanc tamen differentiā D. Paulus confundit, & adoptionem legitimationi, quantum ad hereditatem vitæ æternæ, æquiparat, cum ait, Non accepistis spiritum seruitutis. iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba, pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, Roma. viij. Idem ferē inquit ad Galatas quarto. Misit Deus inquit, filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem: Abba pater. Itaque iam non est seruus, sed filius, quod si filius & hæres per Deum, & c. Ex his Pauli verbis aperte monstratur, quod Christus sit naturalis & legitimus Dei filius, nos verō adoptionis filij. Deinde quod Dei mira bonitas adoptinos habeat pro legitimis, nempe quo ad consequendam vitæ æternæ hereditatem nos adoptiuos, cum Christo filio suo legitimo, vel e cohæredes & pares faciat.

Auia.

Auia, mater, soror & nutrix æquiparantur, quo ad accusandum tutorem de suspecto. Ad hoc enim ex pietate mouētur l. prima. §. consequens. ff. de suspect. tut. Quin & omnibus pater accusatio suspecti tutoris. Imo & mulieres ad accusationem suspecti tutoris admittuntur, sed hæ potissimum solæ, quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedunt, quales sunt, vt dixi, mater, nutrix, auia, soror, & si qua alia sit mulier, cuius propensam pietatem prætor intelligat. Item pares sunt, quo ad testimonium ferendum. Nam sicut mater, auia, & soror, non sunt idoneæ testes pro filio, nepote aut fratre, vt est in l. Parentibus. C. de testib. capitulo si. per. & in capitulo in literis, extra eodem. ita quoque & nutricis testimonium est suspectum, vt habet Baldus ad d. l. Parentibus. Et Lanfrancus ad cap. quoniam contra. de probat. Ad ætatis autem comprobationem validum est nutricis testimonium, Bart. in l. de tutela. C. de restitutione in integrum. Item, sicut frater non potest vxorem ducere sororem suam, ita quoque nutritor non potest de iure ciuili accipere vxorem suam alumnā, quam pro filia adoptauit, educauit, & semper pro filia habuit. Nam qui talem intentione ac pietate vt germanam filiam semper habuit, ideo nec eam magis quam veram ac naturalem filiam sibi in matrimonium adiungere potuit. de naturali enim filia & adoptiua quantum ad matrimonium, iura ciuilia paria censent. l. si quis alumna. & ibi Bald. cum alijs. C. de nupt. Verum in hac obseruentur, an non: deinde quid ratio, quid vsus, quid ius canonicum hic permittat, non disputo: sed quid ius ciuile statuat explicio.

Bannitus.

Banniti æquiparantur relegatis: vt placuit Vldarico Zafio il. ad cognitionē. iuncta gl. vltima, i verbo, Bona veniūt, que hoc ipsum pulchre ibidē explicat. ff. qbus ex caus. i. pos. est. Quā gio. notat Barto. & Angcl. alibi ad §. relegati. Infit. quibus

quib. mod. ius patr. potest. soluitur. Quod autē exilio tēporario banniti dicantur relegati, vel ex eo patet, q̄ cū effectu conueniri nō possunt, sicuti veri relegati: qa ambo sunt exules. Atq; ideo p̄ ambos petitur, & decernitur immisio bonorū, nisi sit, qui eos absentes defendat. Bart. tñ in tractatu de bannitis. nu. 5. & 6. multis argumentis ostēdit, bannitos neq; deportatis neq; relegatis per oīa æquiparados, ob id quod relegato nō detur reuertendi licētia, nisi a Principe. l. relegati. ff. de p̄en. in fi. banniti verō ēr ad ciuitatem suam restitui possunt. Item relegatus habetur infamis, bannitus aut non item. vbi latius p̄ eum. A equiparantur banniti deportatis, id est, perpetuo exilio multatari, de quo multa scripsit Bart. in quæstione sua q̄ incipit: Lucanē ciuitatis statuto cauetur, & c. Ad quā q̄stionē iuris studiosos prolixitate euitandē cā, remitto. Necnon D. Bartholomæus à Chassanco in Consuetud. Duca. Burgund. des confiscations. Rubrica, Qui confiscos le corps. §. j. nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. vbi admodum abundē tractat & examina: materiā exulū, siue bannitorū: videlicet, Banniti qui dicantur? Bannū quid, & quotplex? quid sit bannum siue exiliū: quod deportationi comparatur. Bannum vnde dicitur? Qui dicantur banniti nostri tēporis? Bannitorum differentia? Banniti similes deportatis? Bannitus imperij æquiparatus deportato? Banniti galli: nō possunt impunē offendi? Exules æquiparant deportatis? An bannit^{us} mortu^{us}, possit sepeliri in sepulchro maiorum suorum? Quem per ocium & occasionem etiam videre poteritis.

Basilica.

De priuilegijs consecrandæ Basilicæ, vide infra sub titulo Ecclesiæ, per totum.

Beneficium.

Nullum beneficiū habere, & habere beneficiū, sed minus sufficiens, paria sunt. cap. cū super q̄stione. & ibi Panor. nu. 5. extra, de concess. præb. & in c. secūdo. extra de translat. episc. & ideo quamuis regulariter nulli cōcessum sit habere plura beneficia: adeo, vt si qs adipiscatur alterū, aut fm beneficiū, per eā impetrationē mox censeatur vacare primū, vt not. in clem. gratiæ, de refer. cap. de multat. de præbend. Tamen hæc regula fallit, qñ vnū aut primū beneficium tam est tenue, vt hoc ipsum possidenti ad victus rōnem non sufficiat, tūc etiā tale primū beneficiū nō obstabit, quominus & alterum, aut plura beneficia cōsequatur & possideat. c. si cui. de p̄b. lib. vj. capitulo eum adeo. de refer. sed hac in re consideranda est personarum qualitas. Nam nobiles pastores vrbani, Prælatique ecclesiæ, & q̄ maiori auctoritate sunt p̄diti, plurib. egent, quā alij inferioris conditionis homines. capitulo, Sanctorū. lxx. dist. vide gloss. in d. capit. cum adeo. dicitur, q̄ tunc beneficiū dicitur sufficere, quādo ipsi possessori, omnibus suis, quofq; secū necessariō habere debet ad honestā alimoniam sufficit.

Beneficialis gratia.

Gratia beneficialis, æquiparatur vltimæ voluntati. c. auctoritate. de concess. præb. lib. vj. sicut enim in successioneibus hæreditarijs defertur hereditas ei, qui propinquitatis gradu alterū vincit, licet ex persona alterius, ita & in beneficijs, qñ plures ex diuersis capitib. veniūt, aut vocātur ex persona tertij, ille præfertur, qui ex persona sua beneficiū obtinere potest. Et ideo Philip. Franc. dicit simpliciter, quod licitū est decidere re casum in materia beneficiali, per leges loquentes in materia vltimarum voluntatum, vt probatur per gl. & Doctores ad ca. j. §. j. contra. eod. tit. & per Bal. in l. ij. §. sed & si quis. nu. 17. C. communia de lega. Vide etiam notata in capitulo, quia cunctis. de concess. præben. lib. vj. & sic per consequēs, gratia omnis, quia est fauorabilis, æquiparatur magis vltimæ voluntati, quam p̄tuit, teste Baldo in d. l. ij. §. sed & si quis. nu. 17. Bart. in l. si quis arbitrato. ff. de verb. obli. quam similitudinem etiam probat Ioan. Monach. & Ioan. Andr. ibi, vt refert Geminianus in capitulo, si tibi absenti. verificulo, sed quero. de præb. in sexto. atque ita tenet Petr. Paul. Parisius, cōf. cxix. in iij. parte. Sed in beneficialib. istud hoc loco notandū est, quod si gratia beneficialis sumatur pro ipsa beneficii cōcessione, seu pro indulgentie, vel auctoritatis largitione, tunc si ea semel concessa fuerit alicui per summum Pontificem, videtur quod post talis Pontificis mortem, ea gratia expirare non debeat. Nam si cui summus Pontifex beneficium istud gratuitū contulisset, vt vel cōtrahere, vel ordinare possit, etiam sine utrum viuente eodem Pontifice fecisset, gratia tñ eiusdem beneficii semel cōcessa, aut eiusdem gratiæ vigor,

adeo nou expirauit, quin gratiæ, & beneficii eiusdem vigore postea vel cōtrahere, vel ordinare, cum velit possit. Vide de his etiam infra, Gratia papalis.

Bona Pupillorum, & Ecclesiæ.

Pauperum Pupillorum, Minorum, & Ecclesiæ bona æquiparantur, potissimū quoad subhastrationis requisitionē. l. fi. & auth. Hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. Aym. Crauera conf. cccxxv. & ideo sicut vni ex his conceditur restitutio in integrum per actionē lētionis in bonis, ita & alteri, vt testat Ioann. Andr. in cap. ij. de restit. in integr. Secundo, sicut bona vnus sine certa solennitate distrahi & vendi nō possunt: ita quoq; neque alterius bona. Vtrobique enim eadē est ratio, & fauor idem. Tertio, sicut prescriptio ipso iure p̄ vnum nō est valida: ita nec valida est p̄ alterū. Card. in clem. vnica. in x. q. de resti. in integ. Quarto, sicut sententia lata pro vno, vel p̄ vnum scilicet pupillū, per procuratorem nō legitime cōstitutum, est nulla. l. non eo minus. C. de proc. ita quoque sententia lata pro altera, vel p̄ alterā (scilicet ecclesiā, etiā cōfēda est nulla, teste Abbate, & alijs, in c. causam. de Iudi. Nic. Euerad. in loco à minorib. ad ecclesiā, cū alijs locis ibidē sequētib. & l. Orphanotrophos. C. de episc. & cler. & crebro citata. l. & si sine. ff. de minor. 2. §. ann. De his etiā memini in mea Subhastrationū cōpendiosa exegesi recēns recognita anno 1564. cap. 3. nu. 29. vt ibidē hęc videre licebit. Quantū vero ad proprietatem, sciendū est, quod ecclesiæ bona, bona quidē sunt pauperū, non tñ sic, vt quidquid ecclesiā possidet, id p̄tinus ad pauperes pertineat, ipsique mox id impartiri debeat, nisi fortassis in extrema, & deplorata necessitate, sed tñ ob id, quod sola tertia bonorū ecclesiæ pars pauperib. cedere debeat. Trifariā em ecclesiæ bona dinidi solent. Nā prima pars eaque præcipua, cessit ecclesiæ ministris, vt ad Galat. vj. Com munitur autē is qui catechizatur ei, qui se catechizat verbo, in omnib. Secūda fabricæ. Tertia demū portio, cuiusdē ecclesiæ pauperib. in necessitate relinquebat. Porro si pauperū tāta esset necessitas, vt inedia cōerent, cōfēdo diuitiū loculos ad extremū esse laxandos, qui si non sufficerent, tū ē ministrorū, & fabricæ portiones esse cōcidendas, ne periret fideles pauperes, pro quibus & Christus suum sudat sanguinem, quique cum diuitibus eiusdem corporis sunt membra, & eiusdem hæreditatis cœlestis ex æquo participes.

Bona ciuitatum, Ecclesiarum.

Bona ciuitatum, æquiparantur bonis ecclesiarū. l. vt inter diuinum. C. de sacros. eccl. ex qua quidē lege, in principio fm Ias. nota quod ecclesiæ & ciuitas æquiparatur, & ad hoc quotidie allegat ille textus, & intelligit verū, quantum ad tres casus positos ibidem in illo textu, aliās æquiparatio nō procedit. Et sic nota, quod idem ius datur rebus ciuitatū, quod rebus ecclesiarum, vt ibidem per glossam, in verbo, Priuata cōmoda, iūctis ēr ibidē allegationib. Huius æquiparationis etiam meminit Nicolaus Euerard à Middelburgo, cōf. lxxj.

Bona sua donare.

Bona sua donare, & bona sua pro modico vendere, paria sunt, & venditio rei magnæ facta pro paruo precio habetur pro donatione, nec parui precij habetur aliqua cōsideratio. l. apud Celsum. §. si quis autem. ff. de except. doli. Et Cyn. in l. j. in vlt. q. C. de pact. & propterea talis venditio reuocatur per superuenientiam liberorum sicut alia donatio. Bald. in l. j. & ext. de pact. in rub. ver. quero an venditio, & Tiraq. in lib. de iudic. in reb. exig. ferend. vers. lxxxij.

Bona damnatorum.

In dānati bonis non esse, & esse in bonis dānati, sed de eis quæstionē moueri propemodū sunt paria. l. si in causa. & ibi Rapha. Fulg. nu. 2. C. quādo fisc. vel priu. debit. sui debit. exigere possit. vbi textus, Si in causa iudicati, quem tibi cōdem natum esse proponis nihil est, q̄ sine quæstione pignoribus loco capi & distrahi possit, tūc debitores ipsius cōueniri & ad solutionem auctoritate iudicis vel præfidi compelli debēt. Et quamuis generalis est regula, q̄ potest & debeat fieri excussio in bonis principalis, hoc locum tamen non habet, qñ non sunt alia bona, quæ sine controuersia excuti possunt, quia in his excussio prius fieri debet, teste Angelo in authent. de fideiussor. §. sed neque. Sed sciendum est, quod horum causa processus contra tertium possessorem retardari non debeant, vt asserit Guido Papæ, quæstione cccxxxij. & Negus. in tractatu de pigno. j. membro viij. part. nu. 4.

Bona

Bona immobilia.

Bona immobilia, & mobilia preciosa, q̄ seruari possunt, qualia gemmae, vel lapides preciosi, æquiparantur, n̄ empe quo ad solennitatē adhibendam, & ad eorū alienationē faciendā. Teste glo. i. verb. Tractatu, in c. Tua. & ibi Pan. extra de his, que fi. a. prælatus sine consensu. cap. vide glo. in c. j. de reb. ecclē. nō alie. lib. vj. in c. Is, cui. de ele. lib. vj.

Bona vniuersa.

De vniuersis bonis in lite tractare, & tractare de maiori parte bonorū, paria sunt. quia vterque casus dicitur causa grauis. Et sic censet Aym. consl. xxxj. nu. 2.

Bancarij.

Bancarij q̄ sint, & quō aliter vocent̄, vide s̄ Argentarius.

Cancellare.

Cancellare verbo, & cancellare factō paria i iure sunt. Sic ēt eadē sunt, Scribere, aut dicere sibi satisfactū esse, & schedulā obligatoriā cancellare. I. nihil interest. ff. de adm. lega. & ibi pater veritatis Bar. & eius sequaces. vbi dicit, q̄ sicut per verba ad ademptionē rei legatariū perit, ita etiā perit si scripta p̄ cancellationē, aut scripti p̄ sessionē adimaf. Idē i. l. j. & ij. ff. de his, q̄ in testa. delē. Et sicut realis cancellatio instrumētū sufficit, ita etiā sufficit, si creditor sibi satisfactū esse sciebat, aut verbis corā testib⁹ cōfiteatur. Bar. & alij, ad d. l. nihil. & ad l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. sic quoq; sicut testator verbis cancellado & reuocado extinguit vim testamētū, ita quoq; cācellado realiter vim testamētū extinguit. l. nostrā. C. de test.

Canonica Portio.

Canonica episcopalis, & canonica parochialis i legitima, quæ iure naturæ debetur, æquiparantur cum ea legitima, q̄ debetur filiis. teste gl. in ca. officij. de testa. Præterea teste Pet. de Vbaldis in iij. vol. suorū tractatum de canonicali, epali, & parochiali. c. viij. summano xvj. vbi hāc canonica singulis distinctē distribuit, nēpē ep̄o quartā canonicā, alterā quartā canonicā ecclēsiæ parochiali. reliquas duas canonicas, sc̄c ecclēsiæ legatariæ. quocirca sicut omne grauamen à legitima reiciit̄, ita quoq; rei. cit̄ à dicta quarta epali, v̄l parochiali. itē sicut fili⁹ agere p̄t ad supplementū legitime, q̄n legitima suā nō habet ex supplemento testamenti ita quoq; p̄t ecclēsia vel Episcop⁹ agere ad supplementū legitime q̄n legitima suā ex testamēto nō habuit. Imo ecclēsia, vel Episcop⁹ ad supplementū quartæ sibi debite agere p̄t, vti opinatur Hostien. ibi i c. Consultationi. & Ant. de But. circa fin. ver. gl. oppono, q̄ quidque modicū. Ad hęc, sicut quarta iure naturæ debita, debetur quasi nomine alimentorum, ita quoque quarta parochialis debetur Ecclēsiæ ministris, ne ecclēsia defraudet debitis obsequiis, clement. dudū. §. verū. de sepult. Postremo, sicut legitima per testatorem filio adimi nō potest, nisi sit in causa exheredationis: ita etiā quarta episcopalis per testatōrē prohiberi nō potest, d. c. Officij. & c. requiritū. de testa.

Capere restituendum.

Non capere, vel accipere, & capere, qd̄ alteri mox restitūdū erit, in iure paria sunt. l. nō videt quisquā. ff. de reg. iu. & l. si pars. §. fina. ff. de inoff. testam. & l. sed si mortis. §. item si mortis. §. item si quis. ver. sed si opponas. ff. de legat. prestan. & in l. Sulpitius. ff. de do. inter virū & vxorē. & in l. fin. C. de bon. que liberis, quib⁹ cōcinit textus in l. si q̄s mādato. & ibi Bart. ff. de negotiis gestis. huc spectat, qd̄ ponit Philip. Deci. in d. l. nō videtur quisquā. ad exordiū. ff. de regu. iuris. Vnde & nō capere, vel nō accipere dicitur, qui qd̄ capit, mox restitūere debet, q̄a is id ipsum capiens, quasi nō capere cēsetur, quod acceptū seruare nō p̄t, v̄t habet l. cogi. §. hi, qui solidū. ff. ad s. C. Trebell. Quia verba capere & accipere, cū effectu intelligi debent, vt scilicet quis habeat & retineat ad vtilitatē suā. nō ad restituendū, vel ad cōmodū alteri⁹. l. aluid est capere. ff. de verbo. signifi. Et ideo is nō videt quicquā capere, vel accipere, qui tantū restituit, aut erogat quantū prius accepit. l. ciuitatibus. §. si. ff. de legatis primo. & qui in testamento exheredatus est: vbi dicit, licet quisquā legatū vt alteri restitueret accepisset, in officio tamē se querelā saluā haberet, quod legatū tale nō sibi, nec vt sibi cōmodaret, accepisset, sed magis vt ipsi traderet, cui ex legato tradere iussus fuerat. l. si pars. §. illud. ff. de inoff. testatq; hīc est qd̄ aliq̄s iurare poterit, ea se nō habere, aut nō habuisse pecuniā, q̄ restitueret debet, aut iā restituit, teste Ant. de But. i. c. j. de iur.

pet. & Hipp. sing. clxxvij. & Rebuff. de nomina. q. xvij. nume. 30. ver. j. vt obuietur fraudibus.

Capere, pro aliquem iuridicē apprehendere.

Capere quoque pro apprehendere, quē necessario debet indennem restituere, est nō capere, quod & lege diuina cōfirmatur. Dñs enim Deus Nume. 35. precipit, vt qui absque odio, & inimicitis, sed fortuito aliquē occiderat, isque per occisi propinquos & per presertim ex vrbib⁹ perfugijere. ptus fuerat, vt is, inquam, profugus & indignē extractus per iniam reducat denuo ad eā vrbem inquam defensionis cā confugerat. Nulla enim in eo extracto fuit æqua, aut digna causa, ob quam iuxta prescriptū legis caperetur, potissimū quando audiente, testantēque populo comprobatū fuerat quod absq; odio & inimicitis, hoc homicidiū perpetrasset.

Capere, pro furari.

Qui quod alterius est capit, is perinde facit ac si non caperet, hoc est acciperet. Furtim enim ac fraudulēter capere, est non capere, aut accipere, sed potius furari, quod cū equo iure quisque ille sit restituere tenet, idq; Dño iubente sæpe maximo cū s̄nore. Lege enim Moyfi Exodi xxij. Furib. cōstituta fuit hęc poena, vt si quis furatus fuisset ouem, aut bouem, quem vel occidisset, vel vendidisset, is fur pro vno boue, quæ boues: & p̄ vna oue quatuor oues restituere cogebat. Porro si is fur nō habuerat, quod p̄ furto redderet, ipsemet publicē vendebatur. Ceterū si apud furem inuentū fuisset, quod prius furatus erat, siue bos, siue asinus, siue ouis, tūc p̄ eo reperto furto duplū restituere tenebatur. Ex quib⁹ nunc cōcludendū est, quod is qui sic ceperat, id est furatus fuerat, quod mox restituere debebat, is, inquam, oīno nō ceperat, vel acceperat. Atq; hoc ipsum satis innuere & approbare visus est Zachæus ille Euāgelicus Lucæ xix. cū diceret: Ecce dimidium bonorum meorū Domine do pauperib. & si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum. Capere ergo vel accipere, quod aliq̄n debemus reddere, est omnino nō capere.

Capitulum.

Capitulū æquiparatur Minori, in hoc, vt possit in integrū restitui. testib. Abb. Philip. Franc. & alij per tex. in c. significauit. extra de appel. cum similib. quibus ad stipulatur Pet. Paul. Parisius consl. xij. nu. 2. §. quia sicut si minor vult litigare cōtra curatorem suum, vel §. iudex dat minori actorem, quoties hic minor §. curatorem suum agere debet, aut contra §. vlt. insti. de author. tut. & §. vlti. insti. de cura. ita quoq; si Capitulum agere volet §. Prelatum suum: vel contra, si Capitulum cōueniatur à suo Prelato, tūc ipsi cap. per auctoritatem iudicis dari debet actor ad litē, sicuti & minori in simili casu datur actor ad litē. gl. in d. ca. significauit. in verbo, Constituebat, quia enim Ecclēsia quauis æquiparatur minori, & omne capitulū est Ecclēsia, vel representat ipsam. c. requisiti. de testam. ergo per cōsequens omne capitulū æquiparandū est minori, præcipuē in casib. prædictis. Item sicut minor potest restitui in integrum, ita quoque ipsum Capitulum in integrum restitui potest, secundum Philip. Franc. ibi circa finē.

Carcer, in carceratus.

Cōdemnatio ad carceres perpetuos, & mors ciuili in iure æquiparantur. vt not. Inn. in c. qualiter. ij. de accusat. quādo quidem poena perpetui carceris, æquiparatur damnationi in metallū, quæ morti ciuili par est, vt vult Bart. in l. ij. ff. de publi. iudic. & Bal. in l. reos. C. de accus. idem dicit Imol. in c. j. de colluf. detegen. quinimo damnatus ad perpetuum carcerē, vel in perpetuis vinculis, d̄ quodāmodo cōdemnatus poena capitali, vel mortis naturalis. l. capitaliū. ff. de p̄c. Bart. & Imo. ad l. ij. ff. de publi. iud. qua de re vide lati⁹ Io. de Anan. ad c. j. de colluf. dereg. vers. cum aut, vbi venit imponēda poena perpetui carceris. vbi dicit, q̄ ista perpetui carceris poena succedat in locū, ac par sit cū poena mortis, aut certē cū poena morti p̄xima. Et rursum in c. si. de homic. vbi disputat, an dānatus ad poenā carceris perpetui, in iure cēsend⁹ sit mori naturaliter. Et claudit quod sic. Nā sicut naturaliter mortu⁹ testari nemo p̄t, ita quoq; dānati ad perpetuos carceres de iure canonico sūt inestabiles, & actiue & passiuē. Idē cōfir mat Phi. Frac. in rub. de testa. Imo quod maius est, et ipsa veditio Ioseph, Ge. xxxvij. à doctorib. mors ciuili iudicatur, et priusquā conuiceretur in carcerē, quāto magis ad carceres perpetuos cōdenatio morti ciuili merito æquiparanda erit. Reliqua huius materiæ vide. j. sub tit. deportatus. Itē sub capite esse. In esse aliquid consistere, item sub titulo, Mors ciuili, Exilium, & Rēlegatio.

Carnes

Carnes.

Comedere carnes, & comedere olera cocta cum carnib. quodammodo habentur paria. secundum D. Præpositi opinionem, quæ tunc mundo in hac re magis placuit, quā nō stro tempore qui hac eo suo seculo paria esse censuit in ca. vlt. incip. Si qui presbyter. xxx. distinc. At tamen hęc non habentur paria in regula Carmelitarum, quā dedit illis Albertus Patriarcha Hierosolymitan⁹, anno Dñi 1122. vbi sic habetur, ab esu carniū abstineatis, vel debilitatis remedio sumatur & q̄a vos oportet frequēt⁹ mēdicare, ne itinerates sitis hostib. onerosi, extra domos vestras sumere poteritis pulmenta cocta cū carnib. Oulus enim siue pulmentū, & caro ipsa valde inter se differunt, quia quāuis olus coctū sit cū carne, ipsum tñ nihil fecius semper olus est, ac olus manet minū que quā caro ipsa nutrit. Quod cōsideras Eugenius Papa, eandē concessione adhuc satis durā, eandē anno Dñi 1143. i. clementius scilicet mitigauit, & concessit, vt tunc trib. dieb. in hebdomada extra aduentum & quadragesimam, nō tantum olera cocta cum carnibus, verū etiam ipsas carnes gustare, & manducare ipsi liceat.

Causa ciuili ardua.

Causa criminalis, & causa ciuili ardua æquiparatur, & §. Causa magna, siue ardua ciuili, æquiparatur causæ criminali. Sic causæ pecuniariæ graues, similes sunt causis capitalib. siue criminalib. Vt cunq; aut hęc efferantur, in idem recidunt, & in eundē sensum oīa conueniunt teste Bar. in l. admonendi. nu. 53. Vbi etiā probat laf. nu. 100. ff. de iureiur. quin & cōprobatur hoc dictū per doctrinā Bal. in l. parentes. C. de testi. quem refert, & sequitur Andr. Barb. in repet. e. Testimonij, extra de testib. & in c. querelam. extra de procur. & per eundem Bal. in c. veniens. j. extra de testib. Item quoq; approbat D. Pet. de Anch. cōf. xxvij. incip. Rationes inducunt & c. circa fin. & in cōf. lxxij. incip. in causa, quæ vertitur. & c. ad fin. nu. 2. Idem præterea comprobatur D. Hippolytus de Marsiliis in l. j. in §. seruum municipum. ff. de quæstionib. & in l. j. præterea. & in l. diuus Pius. co. tit. Horū ēt ipse memini in meo Pupillorum patrocinio. tit. de tuto. & cura. liberat. c. ij. nu. 26. in postrema editione. Quapropter, sicut delatori i causis criminalib. non satis efficax est cuiusdem delatoris per iuramentū p̄batio, sed requiruntur ampliores p̄bationes luce meridiana clariore, vt notat Hipp. & alij ad l. fi. C. de accus. ita quocumque nō satis efficax iuramentū alicuius in causis ciuilib⁹ magnis, ob quod etiā ipsi iuramentū in ijs causis deferri nō debet, q̄ hoc ipsum esset inualidū in causis ciuilib. magnis, q̄ criminalib. iure æquiparantur. Atq; ideo ēt ad horū imitationem nonnulli in ea opinione fuerūt, q̄ ne in causa quidē matrimoniali in supplementum probationis, vllū iuramentū deferri posset, ob aliā cām, quā quod & isthęc causa ciuili sit grauis & ardua, & criminali causæ oīno etiā æquiparanda, de qua re videre licet apud Doct. in c. si. de iureiur. & apud Bar. ad l. iij. ff. de iureiur. & ibi Alex. & Bald. nihilominus, q̄ quid his ex causa asserere placuit, p̄ria tamen opinio verior est, quā tenet Didacus in iij. decretalium. c. iij. par. j. Io. Corra. lib. iij. Miscell. c. iij. & Hipp. singulari xxij. & Panorm. in c. mulierie. de iureiur. Teste item Cur. & alij ad d. l. admondēdi. Huc etiam facit, quod capitales inimici dicuntur, inter quos est de magna causa ciuili cōtentio s̄m Hippo. ad l. j. §. j. nu. 54. ff. de quæstion. ad que loca lectorem breuitatis causa remittit. Isthęc præterea cōfir. mātur per ij. Regum. xij. vbi Nathan Propheta cū sub parabola & inuolucro verborū ipsum Dauid reprehendere statueret, sermone proferens de quodam paupere, peregrino & diuite, qui diues pauperis vnicā ouiculā peregrino amico apponendā sustulerat, suis ipsius innumeris ouib. seruatis, & parcitis, quo sermone iniuriarum à Nathan audito: Dauid mox iratus respōdit. Viuit dominus, quā fili⁹ est mortis, id est, dignus est morte, vir qui fecit hoc. Quem reddet in quadruplum, eo q̄ fecerit verbum istud, & non pepercerit. Ecce hic causam ciuilem arduam æquiparat causæ criminali, & morte dignæ.

Causa Matrimonialis.

Causa matrimonialis æquiparatur causæ criminali. teste Vlda. Zasio lib. ij. consl. 3. nu. 28. sequitur Alex. in consl. j. cxlij. inci. qm̄ abundē in principio in ij. vol. vbi per hoc infert, quod in causa matrimoniali necessariæ sint probationes, quæ in causa criminali requiruntur. Vnde infert, Quod sicut in criminalib. nō sufficit p̄batio facta per famā cum vno teste vt per

gl. in c. veniens. j. de testib. vbi Ant. de But. & alij, & per Doct. late in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de edend. cū similib. vt ibi per eum: ita dicendū in causa matrimoniali. Vnde claudendū, q̄ sicut in criminalib. clariore p̄batione luce meridiana requiruntur. l. fi. C. de prob. ira & in causa matrimoniali. Causa matrimonij quare æquiparetur causis criminalib. vide breuitatis causa Vldar. Zaf. lib. 2. consl. xix. nu. 19.

Causa noua.

Causam de nouo oriri, & de nouo peruenire ad notitiam creditoris, paria sunt. Bar. in l. quæstū. ff. de pignori. vbi dicit, Si debitor creditori fiat post q̄ctū suspectus ante diē, vel ante cōditionis cōstitutā tps, tūc creditori cōpetit actio p̄sequēdi sui pignoris, potissimū si talis suspitionis causa de nouo, ac receter superueniat, q̄ prius tēpore q̄ctus orta nō fuerat. Vel si tūc tps apud alios ea suspitio fortassis innotuisset, talis tñ nō fuit, quæ tūc tps ad notitiam creditoris peruenisset. Quare paria sunt: Causam aliquā de nouo oriri, & diu ortā tūc demū ad notitiā alicuius peruenire, & ideo quamuis regulariter id quod post litē contest. accidit, nō veniat in iudiciū: tñ si id iam demū, & quasi de nouo ad notitiā litigatoris perueniat, tūc is litigator nō habet rōnem, aut respectum de præterito sibi ignoto, sed id præteritū tāquā recens ortū, & receter sibi cognitū in iudiciū p̄ferre p̄t, quia tūc demū sibi id ortū esse existimat, teste Baldo & alijs, ad l. nō p̄t vide ri. ff. de iudi. Secundū hęc itaq; notitiā, aut p̄teritam, aut receter notā, & cognitā, sæpe libelli iudiciarij auctiores redduntur. l. edita. & ibi doct. C. de eden. & Bal. in l. fi. C. de sp̄f. & in c. pastoralis. extra de except. & meminit et Pet. Paul. Parisius consl. cxix. nu. 26. 27. 28. & sequentibus, in iij. parte.

Causa nulla.

Nullam causam exprimere, & exprimere causam friuolā, paria sunt. Friuola enim, & indigna causa habentur p̄ nulla. Gl. magna in verbo Eatenus. circa principiū. in l. fi. & ibi Bal. cū ad hoc nor. ff. de oper. no. nunc. vbi paria esse dicit, in nunciatione noui operis cām nō adiecisse, & adiecisse cām, sed nō satis idoneā. Sic & causa friuola appellationi ab interlocutoria adiecta, perinde haberi solet, atq; in omnino appellatum nō fuisset. teste Io. And. in c. Cordi. de appel. in vj. an aut aliqua causa habenda sit aut friuola, aut p̄babilis, id nō est à partib. iudicādū, sed huius iudiciū à solo iudicis arbitrio dependet, vt habet Bal. in l. ante sententiē. C. quorum appellat. & c. Sic etiā & in iuridica confessione, nisi in ea causa sit apta sat efficax, & conueniens, ea non valet. Bald. in l. generaliter. in iij. q. C. de non nu. pec. laf. in l. quotiens. ff. qui satisfd. cog.

Causa extincta.

Non esse cām, & esse causam, sed finitam & extinctā, paria sunt. l. nihil interest. ff. de nau. s̄cno. & l. j. ff. de cōd. sine caus. vbi Vlpian. siue aut ab initio sine causa p̄missum est, siue causa fuit p̄mittendi, q̄ finita est, vel secuta nō est, dicendum est cōditioni locū fore. Et, vt ibi not. laf. n. 3. Causa reducta ad non causam, non parit ius retinendi, quia paria sunt, ab initio non fuisse, & postea de facto ad talem finem peruenisse, glo. in consl. Sicilia. incipien. si quem nostrum, & ibi quoque Matthæus de Afflic. versicul. iij. nota ex textu. & Tiraq. in lib. cessante causa, parte. j. num. 15.

Cautum esse vitiosē.

Non cautum esse, & nō satisfdatū esse. Vel sic, Vitiosē cautū esse, & nō satisfdatū esse, in iure sunt paria. l. quoties. & ibi laf. ff. qui satisfd. cog. & l. j. vbi etiā idem comprobatur laf. ff. si quis in ius vocat. non icrit. Pro his autem sciēdum est, q̄ tūc vitiosē cautum esse intelligitur, quando cauetur ab eo, qui ob facultatis inopiam soluendo esse non p̄t, vt l. ij. in principio, & l. si fideiusor. ff. eo. rit. qui satisfd. cog. aut quando fideiusor habet fori priuilegium, vt in d. l. si fideiusor. & in l. j. ff. si quis in ius vocat. non icrit. Quisquis enim fori priuilegiū habet, is non est habēdus idoneus fideiusor, nisi fortassis in subdium cū alijs adiunctus fuerit, aut nisi cū priuilegiū sui renunciatione fideiubere velit. Item vitiosā est cautio, quādo aliquis est in loco munissimū, ad quem ipsi caucendo non facilis admitteretur accessus, iuxta glo. in d. l. ij. in principio. In his itaq; tribus casibus pari ratione censēbis quoque vitiosē satisfdatum esse, vt inquit glo. in d. l. ij. Secus tamen iudicandū erit de satisfdatione, quæ præstatur ex ipsarū partium conuentione, & consensu. Si enim alterutra partū in eam qualem cunq; satisfdationem consenserit, is cōsensu legem facit, adeo vt etiā si ea satisfdatio nō sit sufficiens aut idonea

idonea ipsa in ob cōsensum partis repeti nō possit, vt denuo fatideat, sed interim tñ parti per propriū cōsensum sic lasē, tunc remanet actio ad repetendū interesse. vt habet text. in l. si quis stipulatus fuerit Stichum. §. final. secundum verum intellectum. ff. de verb. obl. & secundum Bar. in l. iij. ff. de fide iussio. & per Angl. & Paul. de Cast. in d. l. Quotiens. Ceterū quando satisfatio propter solam facultatis inopiam est idonea, eaq; nihilominus à parte satisfadanda scienter recipiē, tūc is recipiēs sibi ipsi iudicat. Secus verò censendū esset, si q̄s alterius satisfadatur in idoneitate nō praeiussisset, eamque tanquam idoneam & sufficientem per ignorantiam accepisset. Tunc enim talis satisfatio recusari, & rescindi poterit. Quando autem non est idonea praeiussio satisfatio propter obligationis defectum, vel propter obligantis etatem, quod is obligans manifestē erat talis, qui se obligare non poterat, tunc nulla habēda est differentia scientia aut ignorantia. sed ea indigna satisfatio rescindi potest, & denuo satisfadandum erit ab alio idoneo. d. l. 3. ff. de fideiuss. Et tunc à priori in idoneo intelligitur nihil fuisse satisfadatum, postquā noua persona idonea effectualiter obligatione se deuinxit. secundum Ang. & Pau. de Cast. in d. l. quotiens. & ibi Bald. quem ibidem latē opponentem, & distinguētē curiosi confulere poterunt. Et ideo qui promissit fideiussorem dare aut cauere, suā promissioni non satisfacit, si vitiosē cauēt, aut talem fideiussorem dat qui non potest conueniri coram eo dem iudice. Ia. cad. l. j. nu. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. At que ideo si quisquam offeret alteri pro satisfadatione, aut militem castrensem, aut aliquem in vinculis constitutum, ipse tales fideiussores veluti vitiosos, & in idoneos non acceptaret: certe hic recusans nullo modo teneretur iniuriarum. q̄a nullus tenetur cum suo incommodo acceptare cautionē vitiosam, aut insufficientem, teste Baldo ad l. sed & is. ff. de in ius vocan. Idem asserit Iason. nu. 4. Ange. & Fulgof. d. l. Si verò §. qui pro rei. ff. qui satisfad. cogan. Nam quando is, qui se obligauit pro aliquo nō fuit idonea persona ad se obligādū, tūc denuo alius dād? est q̄ se obliget. l. iij. ff. de fideiussor.

Cedere.

Cedere. & Cedere velle, post obtentam licentiam, nequaquam disparia cōsentur: teste Petro de Anchar. in c. Quidā. nu. 1. extra, de renuncia.

Cedere & Tradere.

Cedere, & tradere paria sunt. vt probat Bart. in l. Labeo. in fine. ff. de pact. vbi per exemplum dicit, quod si tradidi tibi instrumentum, per quod & tu, & alius quispiam mihi simul obligati fueritis, certē per eam instrumenti traditionem vi deor tibi & liberationē debiti facere, quod in eo instrumento cōplexum fuerat, tibi que simul cedere actionē illam, quam in eodem instrumento contra alterū habueram, argumento. Si is, qui duos, in fine. ff. de libera. leg. Et quamuis dicitur quod tradere sit de reb. corporalibus, & cedere de incorporalibus. hac tamen differentia non est vniuersalis, vt meminit Vdalicus Zasius in l. j. §. Si vir. numero 7. & l. Possideri. nume. 13. ff. de acquiren. vel amitten. possessio. allegans gl. in l. j. C. de actio. ad quod facit l. Scia. in prin. ff. de don. cau. mort. vbi tex. dicit: Scia celsit vsum fructū cognatis: vsum fructū est ius incorporale, ergo d. §. si vir. (teste. D. Zasio ibidē) cedere accipit pro traditione rei corporalis, & per consequens non est mirū (inquit Zas. si etiam loquendo de iuribus incorporalib. cedere accipitur pro tradere. sunt em̄ hac verba non rarō synonyma. & differentia praedicta plerū que confunditur, teste etiam Baldo, & Doctor. in l. j. C. ne sis. vel priuat.

Certum esse per relationem.

Aliquid esse certū, siue expressum per se, & aliquid esse certum siue expressum per relationē ad idē certū, paria sunt. Vñ in ipsa scriptura referēte id ipsum cōtineri dicitur quod continetur in scriptura ad quā sit relatio. l. Certum. ff. si certum petatur, & l. ait praetor. §. si iudex, & ibi Iason. & in l. summa. ff. de re iudic. & l. vbi autem non apparet. §. illud dubitationem. ff. de verb. obl. & ibi Iason. nu. 1. & 4. Et diffusius idē Iaso. in d. §. Si iudex, numeris 2. 3. 8. ac 2. 5. Et per Socin. cōsil. iij. numero 4. & consilio lxij. numero 8. volumin. iij. Certum enim dicitur id, de quo ex proprio nomine, vel ex indubitata circumscriptione hoc id ipsum esse, vel tale esse cōstat.

Quod hoc crasso exemplo clarius euadet. Si quis pater vnicum solum filium habeat, nempe Ioannem, isque pater dicat: Ego exhaeredo Ioannem filium meum. Aut si dicat simpliciter, Ego exhaeredo filium meū, in idem recidunt ambe locutiones & p̄ eodē ambæ propositiones verificant. Nā facile secūda p̄positio de Ioāne verificatur, q̄ dicit, Exhaeredo filiū meū, quum tñ vnicū filium Ioannē habeat. Atq; hinc est, quod dici solet, quando requiritur aliquid expresse fieri, sufficit quod ea expresse ex mente alterius, & ex apparetione & certitudine satis intelligatur, & certō colligatur per relationem ad ipsum certum, in quo illud appareret certum certissimē demonstratur, & declarat: vt habet tex. & iuncta gl. in l. praetor. ait in princip. ff. de oper. no. nunc. & ibi Barto. & alij notant & maximē Iason. numeris 3. 4. & vbi multas concordantes decisiones profert. de hoc etiam plenē meminit Fely. in c. Translato, extra de constit. Sic itaque aliquid certō fieri, & quasi nominatim fieri imō & expresse fieri, vel exprimi dicitur, quando id ipsum certitudinariē sit, & per relationem ad aliquod certum, vt probatur in l. j. & ij. ff. de lib. & posthu. & ibi scribentes maximē Socin. in d. l. j. in j. notabili. Et concordat textus in §. j. In l. de exhaered. libe. & bonus textus, in l. si nominatim. ff. de condit. & demon. vbi nominatim fieri dicitur certum, quando illud per aliquas demonstrationes seu qualitates certiores demonstratur, & certum redditur. & in d. l. Certum, & ibi plenē moder. ni. ff. si cert. pet. Hac etiam cōprobat Pet. Paul. Parisius. cōsil. ij. nu. 54. 55. 56. & 57. in iij. parte Et D. Hip. de Marf. cōsil. cxxx iij. nu. 6. in ii. vol. l. hac sententia. C. de sentent. quae sine certa quantitate pro. & Socin. consil. lxij. num. 8. & 9. in iij. vol. Plura quoque ad huius comprobationem allegat Franciscus Niconit. in Repet. c. Quoniam contra falsam. in glo. fina. n. 76. extra de probat. Et Bartho. à Chassaneo consil. lv. nu. 13. vide de his etiam infra sub titulo, Sententia.

Certum fieri posse.

Sic quoque paria sunt, certū esse, & facile certificari, aut certum fieri posse. secundum glossam in l. Locus. ff. de acquir. pos. qua vult, q̄ heres, qui scit hereditatem sibi esse delatam ex testamento, is eandem adire poterit, etiam si incertus sit ex qua parte, vel ex qua occasione sit ad eam hereditatem institutus. l. Si quis extraneus §. sciendum est. ff. de acquiren. heredita. & ratio est, quia talis de ea testamentaria hereditate per ipsum testamentum facile poterit fieri certior, vnde perinde certus est habendus, ac si prius de eo certus fuisset, argumento l. Quod meo. §. si. ff. de acquir. pos. Atque hac quidem nō solum locum habent si ad commodū talis heredis, qui certificari potuit, pertineant, sed etiam in iis quae ad eiuſdem incommodum pertinere possent, secundum Pet. de Ancha. & Dominicum, in c. si de elec. in vj. Vbi vult, quod imputādum sit illi qui potuit certificari, perinde ac si certus fuisset, allegans ad hoc notata in Authentica, Si omnes. C. Si minor ab heredita. se absti. Quem etiam citat, & sequitur Alexā. consilio v. incip. In causa & lite vertente. numeris 3. 4. & sequen. ij. vō. & Carolus Ruinus consil. xlij. in cip. Proponitur. nu. 2. Et consil. cxxxj. inci. Visis, & ponderatis. nu. 12. j. vol.

Ciuis habitus.

Ciuē esse, & haberi pro ciue, paria sunt. Zasius ad l. sed si hac lege. §. Patronum. ff. de in ius vocan. Atq; hinc est, quod statuta queuis & municipalia iura, quae loquuntur de ciuib' defendendū, ea etiam intelligenda sunt de iis, qui habentur pro ciuibus, quamuis reuera ciues non sint, teste Baldo in d. §. Patronum, quod probat de scholasticis, ac studentibus, q̄ licet non sint apud exteros veri ciues, sed inquilini potius: tamē quia in fauorabilibus & priuilegiatis causis habentur pro ciuibus, eodē iure vtuntur, si ve sint, quo ipsi ciues, teste Zasio ibi nu. 4. Sic & in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. praetor. dicitur, Paria sunt aliquid fuisse verē Praetorem, & aliquid iuxta communem existimationem hominum habitū fuisse pro ciue. Communis enim ista opin. facit ius. Simile autem istud etiam latius tractabitur j. sub tit. Patronus.

Comparere non perseveranter.

Comparere, & ad finem vsque non perseverare, est veluti non comparere. Vide infra, Venire, Com.

Comparere insufficienter.

Non comparere & comparere insufficienter, hoc est, cū non sufficienti facultate, paria sunt. ca. Si quis iusto de elect. lib. vj. cū vulgarib. similibus iurib. Ad hūc modū paria quoque sunt. Non constituere procuratorem, & constituere procuratorem in forma à iure prohibita. Ideoque is q̄, cū tali procuratorio minus legitimo cōparet censetur vt nō comparēs, & cōtumax, cui seruit. c. Nicolao extra de appel. Si quis iusto impedimēto detentus in electionis negotio nequeat commodē interesse, is non solum vni, sed & pluribus cōmitere vices suas poterit, quum tamen quilibet ipsorum compareat rectē, & sufficienter informatus & instructus: aliās paria erunt, ipsum, vel ipso nō comparuisse, & eodē insufficienter comparuisse. Vnde & talis canonicus ad electionē citatus de nouo citari non debet: sed vt contumax in electione negligitur, & deseritur. De qua desertioe, si is postea conqueritur, eam sibi imputet oportet, qui per procuratorem non satis sufficienter cōparuit. Idem enim est omnino nō venire & insufficienter venire, adeo vt qui sic, aut per se aut per alium insufficienter comparet, censetur non comparere, sed reiciatur veluti insufficientis, & contumax, secundum glossam ibi, ad verbum Admitti.

Comparere non legitime.

Sic non comparere, & minus legitime siue in idonee cōparere, paria sunt, c. Nicolao & ibi notat Bal. de appellat. Vn de quoque paria sunt, procuratorem non habere mandatū, vel absque mandato cōparere, & habere mandatū illegitimum. Quo circa nisi procurator comparēs à domino suo mandatū habeat legitimum, aut sufficiens, dominus qui illum sic constituit & misit, eo ipso censetur contumax. Quia vbi sit mentio de procuratore, debet intelligi in dubio de legitimo procuratore habente mandatū. Et ideo si statutum diceret, quod non valeat processus, nisi producto instrumento mandati procuratoris intelligitur de mandato sufficenti. L. Aediles. §. Procuratoris. ff. de edil. edic. Quis aut dicitur legitime comparere, vel illegitime, apud Ioan. Ferrariū in sua practica. Papien. in forma libelli act. real. ad verbum, legitime cōparentem, & apud Iasonem in l. Quotiens. ff. Qui satisfad. cogan. Item apud Neuizanum in consil. 18. nu. 19. Verūm hac intelligenda sunt quoad declarandum aliquem contumacem ad hac etiam facit c. ij. vers. Sed neque extra de trāsact. & l. j. in fi. ff. Quod cuiusque vniuersi. nomi. vti & recte refert Pet. de Ancha. in c. Veniens, extra de renūc.

Compelli.

Compelli, & ex rationabili causa timere compelli aliquādo paria sunt. Videlicet, ad rescindēdas p̄missioes factas ex maximo metu. Veluti, si vxor vehemētī timore emariti quipiam spondere, aut renunciare fuisset coacta, vel si clericus ex nimio metu sui superioris aliquid promississet, aut transgisset, talis inquam ex metu profecta, ideoque coacta promissio, cessio, renunciatio aut trāsactio esset inualida, & nulla potissimum si is pratenfus metus rationi & veritati inniteretur, sic vt per atroces minas, aut per verbera comprobatus claresceret, sicut affirmat Alex. consil. 100. in iij. vol. multa ibidem de hoc metu coactō allegans. & in puncto est decisio Bartoli per textum in l. j. §. quae onerādā. ff. quarum rerum actio non datur. Vbi vult, quod non solum maritorum verbera vxoribus metum incutiant, sed etiam coniugalis siue erga maritos immodica vxorum reuerentia, hūc de quo loquimur aliquando metum in debitum ingerit, vt idem Alex. ibidem in apostillis asserit, allegans ad hoc multas quaestiones, & casus pertinentes quos etiā probat, per Ab. in ca. fin. in fine, extra, qui clerici, vel vouentes matri. cōtrah. pos. Ad que etiā faciunt notata per Fel. post alios in ca. Ecclesia. extra de consti. Ita etiam tenuit Pet. Pau. Parisius consil. 239. nu. 14. & 21. in iij. part.

Concedere.

Expresse concessit, & nō negauit, paria sunt. Ange. in l. generaliter, in fine principij. C. de secun. nup. & D. Ioannes de Neuizanis, in sua sylua nuptiali, post medium in libro meo. Huic accedit vulgatum istud dictum, qui tacet, consentire videtur. Vide de hoc quoque mox infra, consensus.

Conclusio in causa.

Conclusum in causa, Confessio solemnis in iudicio, & sententia iudicis aequiparantur in hoc, vt aliquis haeres teneatur ex delicto defuncti. Bal. in l. j. ver. Sed hic dubitatur. C. ex delict. defuncto. in quantum haered. cōueniatur. Anto. de Butr. in c. cum speciali. §. j. extra de appel. meminit etiā huius aequiparationis D. Berta. in suo Repertorio, sub litera. C. Vide infra, Sententia lata.

Conditio actus.

Conditio necessaria ad actum, & cōditio necessaria est ad actus effectum, paria sunt in iure secūdam notata Bartoli & aliorum in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Ita quoque tenet Carolus Ruinus consil. 123. nu. 8. incip. Quāuis. in iij. vol. consiliorum. Quia (vt ibi dicunt) in necessaria conditione etiam de effectu cogitare debent, sicut in cōditione voluntaria de modo & forma. Et quia nō sufficit ab initio interesse, vel aliquid ab initio in tenuire, nisi perueniat ad effectū vel nisi effectū suū tandē in fine cōsequatur. l. si. §. j. ff. ad l. Rhod. de iactu. Alber. Salice. & alij ad l. ad cōparādās. C. Mandati. lat. ad l. si quis. §. illi. ff. si quis cautio. Qñ autem in aliis conditionis perseverantia, quoad effectum requiruntur, videre licebit in iis quae notant doctores ad l. cum vxor. C. quando dies lega. ced. & Decius consil. 177.

Confessio.

Confessio, & sententia, siue res iudicata in effectu sunt paria. l. post rē. ff. de re iudic. l. j. & iij. ff. de confes. l. j. C. eo. tit. de confes. concord. c. cum super. extra cod. de confes. Vide bonā glo. de hac materia, in c. fin. extra cod. tit. & l. certum. §. sed an & ipsos. & ibi Bar. ff. cod. tit. de confes. Ita per hoc apertū exemplum sic commonstrētur. Si ego abs te petiuissem decē libras, & tu à iudice interrogatus fuisses an tantundem mihi deberes, tūque respondens fatereris te mihi tantundem debere: certe tua confessio omnem litem vltiore finiret, & pro re iudicata habenda foret, sic vt amplius in ea causa procedendum non esset. Cōfessus enim in iure habetur pro iudicato siue pro cōdemnato. atque ideo quemadmodum iudicatum, sententia, aut condemnatio habet executionem paratam, ita & confessio, quae secum condemnationem cōfert, iuxta iura praegalata.

Confessio iterata.

Confessio geminata, iudiciali confessioni aequiparatur. Bal. in l. cū scimus. C. de agri. & cens. lib. 11. Vdalicus Zasius in l. quibus. iuncta l. si dari. nu. 5. & 36. ff. de verb. oblig. Talis enim iterata confessio habetur pro magis deliberata, & pro ea quae magis voluntariē procedat. de ista geminata confessione Fran. Cur. in consil. 63. de hac quoque confessionis geminatione elegantem tractatum edidit Antonius Corsetus: qui dicit, q̄ sicut confessio iudicialis facta post deliberationis terminum praetextu erroris reuocari non potest, glossa in c. ex literis, de diuor. & Archidia. in cap. j. de accusat. lib. 6. Ita nec confessio geminata praetextu erroris villo modo reuocari potest, vt i comprobat Lud. Rom. consil. 316. incip. in hac causa. & Hipp. de Marf. ad l. j. §. qui quaestionem. nu. 13. ff. de quaest. quia vbi interuenit geminatio ipsi praesumitur plena deliberatio, vt in Auth. vt nulli iudic. §. & hoc vtro iubem'. vbi dicitur, quod in iure tantum operetur geminata confessio, vel geminatus consensus, quantum iuramentum iudiciale, secundū doct. ad c. si cautio. de fide instru. & in Authē. si à me. C. ad Velleia. de hoc etiam latius consule Nicolaum Euerar. in loco à geminatione.

Confessio nulla qua.

1 Furiosorum & amentium } Sunt nulla, & in hoc aequiparatur.
2 Non coram Iudice facta
3 Extra iudicium facta
4 Per procuratorem facta

- 1 De 1. est l. in negotiis. ff. de reg. iur. & l. ij. §. Furiosus. ff. de iure codic. & c. fin. extra de suc. ab inte.
2 De 2. est tex. i. c. At si clerici. cū ibidē notatis, extra de iud.
3 De 3. est tex. in d. c. At si clerici. & in l. ij. C. de custod. reor.
4 De 4. certum est confessionē per procuratorem factam in rebus criminalibus capitalibus, vbi procuratori occupare nō licet, nulli dānū praestituere posse, vt copiosius meminimus in nostra Praxi rerum criminaliū, c. 54. de processus visitatioe, & examine. n. 36. 37. 38. & 39. i postrema editioe.

Confessio in tormentis.

Confessionem factam in ipsis tormentis & Lex equiparat. Confessionem extortam formidine poene Bar. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de questio Cui adde quod uoluit idem Bar. in l. nouissimè. per illum tex. ff. quod falso tut. autho. ita etiam tenuit D. Guido à Sufaria, in tractatu de indic. & tortu. nu. 82. & Ludo. Bolog. ibidem in additione D. Guidonis, nu. 73. hæc etiam confirmat D. Francisc. Brun. de indic. & tortu. q. ij. secunda: partis, numeris 3. 4. & 5. & D. Bal. de Periglis tractatu de quaestionibus, & tormen. sub. iij. capi. circa confessiones in tormentis, nu. 1. hanc materiam quoque & nos tetigimus in nostra praxi criminali, cap. 54. de processu uisitatione, & examine. nu. 20. in postrema editione, quam explicationem per occasionem ibidem (si placet) per lege.

Confessio sub spe.

Confessio, uel cautio facta sub spe futurae causae, æquiparatur confessioni factae spe futuræ uisitationis. ut refert Bal. in l. si sub specie. C. de postulan. eo qd exceptio infra tempus constitutum opponi, & cautio condici possit. Quinimò, & infra tempus constitutum exceptio de vtroque opponi potest, tam bene scilicet, si quis uerbo confessus esset se mutuū recepisse, quam si scripsisset se mutuū recepisse, de qua re plura notantur per Doct. ad l. generaliter, & l. in contractib. C. de non nume. pecu.

Confiteri nihil.

Nihil prorsus confiteri & Confiteri sine perseveratione } paria sunt. Horum quoque meminimus in nostra Praxi criminali. c. 54. de processu uisitatione & examine, numc. 16. in postrema editione quæ breuitatis studiosus ibidem clarissimè asserpta videbit.

Consensus tacitus.

Consensus tacitus, & consensus expressus, in iure æquiparantur, uti notat Bar. in l. de quib. nu. 4. ff. de legib. Vnde sicut consensus expressus parit obligationem, ita etiam & consensus tacitus. De quo Spec. in tit. de caus. poss. & propriet. §. iij. circa principium. Et quemadmodum nominationes ad beneficia perduntur per expressam renunciationem, ut in cap. audita. de resit. spoliat. ita etiam perduntur per renunciationem tacitam, ueluti, si quis tempore nominationis fieret miles, uel si cum aliqua muliere matrimonium cōtraheret, uel aliquid aliud simile faceret, quod per se tacitam renunciationem includeret, is haud dubiè suæ denominationi censeretur cedere, non secus quam is qui expressis uerbis suæ denominationi cessisset. de qua re uide Rebuffum in tract. de nominat. quaestione vlti. nu. 17. & 18. Non enim minus factis uoluntatis alicuius declaratur, quam uerbis. d. l. de quibus, & l. rebus. ff. de acquirend. hæredit. Vnde etiam contractus, qui per consensum fiunt, uerba non exigunt, sed uelutibus, uel aliis actibus consensum exprimentibus tacitè conficiuntur. l. si pater naturalis. ff. de adopt. l. item quia. ff. de pact. & si is, cuius consensus requiritur, nudè colligitur, & perinde ualeat, atque si expressis uerbis consensisset. l. qui patitur. ff. m. dati. & latè Felin. in capitul. nonne. de presump. & latè quoque Tiraquel. de retractu. §. j. gloss. ix. numer. 13. cum sequentibus. Hic tamen consensus tacitus non sufficit, neque locum habet in matrimonio. In eo enim requiritur cōsensus, potissimum si res agatur coram tribunali Ecclesiastico.

Consensus non negando.

Consensus item tacitus est, quando quis non negat, & pro consensu expresso habetur. capitul. nonne. extra. de presumptionib. ubi Dominus, ut est in Euangelio, accusatus à Iudæis his uerbis: Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo. Duo quippe illata fuerunt ei, unum negauit, alterum tacendo concessit. Et huic facit, quod notat Ange. in l. generaliter. in fine. C. de secundis nupt. si quis in presentia testium non irato animo, neque per iniuriam reprehendat.

aliquem de delicto, & ille tacet, & non negat, nec excusat se, consentire videtur, & concedere uerum esse, quod ipsi imponitur. adeo, ut ita tacendo de se deique facto obiecto, indicium prebeat ad torturam sufficiens, uti etiam testatur Hipp. à Marfilij in sua Praxi criminali. §. diligenter. uer. quero etiam de notabili dubio. & Ludo. Carrerius, etiam in sua Praxi criminali Rub. de indicij. n. 28. sic & is qui se simul lat, aut fingit uerba aduersarij non audire, habetur pro expressè consentiente, ob id quod obiecta statim non negat. Bal. ad l. ij. C. de bo. que liber. Idem in eo qui non tacet, sed dicit, non contradico, uel non nego. ut habetur in glo. & doct. ad ca. per tuas. ad uerbum, Non negaret. extra. de condit. ap. pos. & Cagnolus ad l. qui tacet. ff. de regu. iur.

Consentire facto.

Sic quoque, consentire facto, & cōsentire uerbo paria sunt uti testatur Ioann. Anton. de S. Georgio, aliàs Præpositus in ca. ad nostram. num. 1. extra de coniugio seruorum, per hoc quod notatur in c. dilecti in gl. j. extra. de appell. sicut itaque uerbis, ut hoc exempli gratia primo dicam, contrahitur matrimonium, ita etiam contrahitur factis. uti habetur in d. ca. ad nostram. in glo. in uerbo, nec facto, & c. honorantur. xxxij. q. ij. & l. sed ea, quæ. ff. de sponsalib. Secundo sicut rati habitio fit expressis uerbis, ita etiam & tacitè fit factis. l. Paul. respon. dit. ff. rem ratam haberi. Tertio sicut Dominus dicitur approbare contractum falsi procuratoris, expressè hoc dicendo, ita etiam eundem contractum approbat, si id quod in illo contractu per talem procuratorem promissum fuerat, de facto soluat. l. indebitum. C. de conditio. indebiti. gloss. in l. recu. fari. ff. de acquirend. hæredit. ubi dicit nihil interesse, an uerbis, an reb. uel facto quid fiat. Imol. in l. si tamen. §. ei qui. ff. de edili. edicto. dicit, quod multo maius est facere, quam pronuntiare. Et re uera facta certius, ac fortius uoluntatem alicuius explicant, quam uerba. In uerbis enim fictio sapientius uisuenit, quam in factis. de qua re Anchara. conf. ccij. gloss. in c. dilecti. per illum text. de appell. & Tiraq. de retractu. uentio. ad finem tituli. nu. 75.

Consentire iudicanti.

Consentire iudicanti, & cōsentire actui, id est iudicato seu sententiæ (ut supra diximus, Actui cōsentire) paria sunt, iuxta glossam notabilem, in l. tunc autem. ff. de re iudic. & ibi Iaso. sic itidem (inquit) paria sunt, Consentire personæ facienti actum, & consentire ipsi actui. Quocirca sicut in Magistratu, in quo omnes sunt iudices, si quidam ipsorum, aut reliqui omnes sententiam, aut dicta priorum magistratuū uel dicendo, uel tacendo approbent, aut certè reiciant, ea sententia ab omnibus prolata esse censetur, ita quoque omnes iudicasse, & in priorum sententiam cōsensisse intelliguntur, quæ tempore iudicati sententiam non contradicunt, aut reclamare non possunt. Et sic legi quæ omnium consensum requirit, cōsentiri, & ab omnib. satisfieri intelligitur. Quod tanquam cã dido lapillo notandū, atque obseruandū esse monet Zasius, ad l. Pomponius. nu. 7. ff. de re iudic. Atque ideo sicut à sententiæ iudicis appellare non potest, qui in eam sententiã cōsensit, ita quoque appellare à sententia non potest is qui tacitè eandem sententiam approbat, nempe si iudicatum mox soluat, uel si terminum soluendi à iudice, aut à parte petat, aut exigat. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex.

Consiliarius.

Consiliarij & aduocati comparantur militibus stipendiariis. Vide supra, Aduocatus.

Consilium petere.

Nullum requisuisse cōsiliū, & requisuisse consilium, sed tempore incompetenti, paria sunt. Item nullum in sua causa petuisse ab aduocatis consiliū, & à magistratu petere consensum pro consilio habendo, sed serò, & tempore incompetenti, paria sunt. Simile dicit lex in renunciatione, quæ facit emptor uenditori: non enim debet nimis serò denunciare, ut l. i. r. §. quolibet. ff. de euictionib. ubi assistentiæ petitio, & denunciatio ab emptore apud uenditorē facta, tunc demū rata, & firma existit, quæ ipsa competenti tempore ante, & non sub ipsam condemnationem exhibetur. Sic ubi cunque consensus, uel consilium requiritur, & is requiritur serius petit, atq; ob id nullum impetrat, ipsi omnino imputandū uidetur, quominus impetrarit.

Non constare.

Non constat esse, & non est, sunt paria. l. in lege. ff. de cōtrah. empt. D. Vdalr. Zas. in l. Inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerb. obliga. Vbi dicit Iabolenus, quod paria sunt in fundo uendito non esse lapidicinas: & esse, sed eas non apparere! Ad huc quoque, modū paria sunt non esse consuetudinē, & de ea consuetudine non constare, teste Ioan. Neuz. §. xij. n. §. similiter & paria sunt, Tutorē testamento non esse datum, & datum quidem esse, sed non apparere quis sit: ueluti si dicat, Titius tutor esto: & sint duo eiusdem nominis, nec apparet de quo Titio senserit. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutel. Sic etiam paria sunt: Non esse datum, & esse datum, sed de mandato intra tempus legitimum non constare, de quo latè Tiraquellus, de retractu. §. j. gl. x. nu. 90. glo. in Clementina causam, de electio. Vide quoque de his infra, non esse & esse, sed non apparere.

A Concilio recedere.

Ante dissolutum Concilium recedere, & ad Concilium non venire, paria sunt. Itē paria sunt, Non venire in Conciliū, & à Concilio sine licentia recedere. Ex quibus notandum est, Quod qui uocatus est ad Concilium prouinciale, is non satisfacit uocationi si ad Concilium ueniat, nisi in eodem cōstanter duret, & perseveret. c. si quis autem, & ibi Præpositus notat. xvij. dist. iij. Sed hoc intelligendum esse puto, quādo nulla à Concilio recedendi necessitas urget. Atque ideo ibidem ita scribitur. Si quis autem synodo adesse neglexerit, uel ceterū fratrum antequam Concilium dissoluatur, crederit esse deserendum, alienum se à fratrum communione agnoscat, nec se recipiendum esse putet, priusquā in sequenti synodo absolutus existat. Vnde & à simili, Si canonicus uocatur ad electionē faciendā cōstitutio tempore, eaque electio interim die præfixo ex causa non celebraretur, quod fortassis canonici p̄sentes malint ad huc expectare aliquē absentem, tunc eo tempore durante, non licebit alicui de canonicis presentibus recedere. Nam si eo tempore recederet, id pinde esset, atque si non adfuisset. aut si se absentasset, teste Inno. in c. Consuluit. de offic. deleg. Simile quoque est in iudicio. Nam si reus esset citatus ad aliquem actum die certo peragendum, & actor interim qui ipsum citari fecit, die præfixo non compareret, ipse reus comparens, non debet et absque licentiã recedere à iudicio, nisi & ipse ueluti in eodem parens haberi uoluerit. cap. Certum. xj. quæ. iij. Quādo em̄ aliquis in iudicium uocatus recedit sine licentia, is dicitur cōtumax, & uidetur protestari, quod de cetero non uult sub illo iudice litigare. cap. finali. de dolo & cōtra. lib. vj. Clementi. vnica. eodem titulo. Ideoque nec amplius est uocandus, quia tunc perinde cōsensus est, atque si non comparuisset, & ueluti contumax, qui in non comparendo adesse noluisse, uti testatur Boer. in Rep. l. Consentaneū. C. Quomodo & quando iud. & ibi Bal. & alij.

Constare.

Constare per partium subscriptionem, & constare per testium depositionem, paria sunt. Vel sic. Paria debent censeri, de partium uoluntate constare, per ipsorum subscriptionem, & constare per testium depositionem. l. in exercendis C. de fide instrument. De quo et in l. Scripturas. C. qui potio. in pigno. habeant. Et per Bart. in l. Nuda. ff. de donat. & in c. ij. de fide instrument. Vbi dicit, quod in executis libitibus parem vim obtinent, & testium depositiones, & instrumenta aut publica aut priuata, dummodo per partes, uel per alios cōfecta, aut subscripta fuerint. Item constat de pacto quando id cum bona fide interpositū docetur, scilicet aut per scripturam, aut per alias probationes per quas rei gesta ueritas aliquo modo cōprobari potest. l. Pactū, quod bona fide. C. de pact. Vnde etiã fit ut subscriptio ipsa uocetur testimonium, nempe quod is qui subscribit, et testificari uideatur. l. fina. & ibi Bald. in ij. notabili. C. si cert. petatur, & habet vim depositionis. Idem Bald. ad l. fina. in vij. oppo. C. de edict. diui. Adria. tollen. Et sicut testium potest probari per instrumentū à testatore subscriptū. l. Hac cōsultissima. C. de testa. ita quoque, & testium per testium depositiones cōfirmari potest. l. j. C. eo. tit. & c. cū esset. de testa. & amisso testō illo proditū esse posse testatoris uoluntatē solis testibus probari. l. Testiū. C. de testibus. Doct. in l. ij. C. de bonor. poss. fm. tabul. Et sicut testibus cōuictus non auditur. l. ij. C. Quorū appel. non recipiuntur, ita quoque nec audiendus est is, qui per propriā subscriptionē aliquid est cōfessus. l. Generaliter. C. de non numera. pecunia. Et teste Matthæo de Afflictis decision. c. iij. nu. 3.

Directio constare.

Directio constare de actu, uel p̄ media, q̄ ad hoc redit, paria sunt. argumentum. l. Si qs seu liber. in fine. ibi, qd est interest. C. de natura liber. l. Si uerò non remunerandū. §. filiosam. j. ff. mandati, & Vdalricus Zas. l. lib. conf. ij. nu. 24.

Non constat esse, & non est, sunt paria. l. in lege. ff. de cōtrah. empt. D. Vdalr. Zas. in l. Inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de uerb. obliga. Vbi dicit Iabolenus, quod paria sunt in fundo uendito non esse lapidicinas: & esse, sed eas non apparere! Ad huc quoque, modū paria sunt non esse consuetudinē, & de ea consuetudine non constare, teste Ioan. Neuz. §. xij. n. §. similiter & paria sunt, Tutorē testamento non esse datum, & datum quidem esse, sed non apparere quis sit: ueluti si dicat, Titius tutor esto: & sint duo eiusdem nominis, nec apparet de quo Titio senserit. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutel. Sic etiam paria sunt: Non esse datum, & esse datum, sed de mandato intra tempus legitimum non constare, de quo latè Tiraquellus, de retractu. §. j. gl. x. nu. 90. glo. in Clementina causam, de electio. Vide quoque de his infra, non esse & esse, sed non apparere.

Consuetudo inueterata.

Consuetudo hominum memoriam superans, & Principis priuilegiū, paria sunt. Nam sicuti Principum priuilegia sunt pro legibus & moribus, ita quoque consuetudines illæ diutissimæ, de quibus nulla extat memoria in cōstrarium, vim obtinent cessionis Principū, cōstitutionum, & legum: imò & priuilegiū inducunt, adeo ut iuri quodāmodo derogent, ut habetur in l. hoc iure utimur. §. Duct. aqua. ff. de aqua quotid. & cesti. c. Super gubsdā. §. Preterea. iuncta gl. in uer. Non extat memoria. extra de uerb. signi. ca. Hæc quippe. l. ij. q. i. vj. Et ad hoc semp allegatur textus in l. Viros. C. de diuers. off. apparitoribus iudicium. li. xij. Et Cin. in l. j. C. de emancip. lib. ro. Bart. & Paul. de Cast. in l. Imperium. in fine. ff. de iurisd. omnium iudic. Hæc etiam confirmat D. Franci. Mingon. in commentariis super consuet. ducat. Andegau. titu. Desseigneus tempore. x. & iustice. & manu d'icelle. uersu. nu. 2.

Consuetudo.

Vel sic breuius, Consuetudo, & præscriptio tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium, æquiparatur priuilegio à Principe expressè ex certa sciētia concessō. Ita tenet Iason in l. de quibus. nu. 43. ff. de legi. & D. Bald. in c. j. in tit. Quæ sunt rega. Et Io. Mon. in c. ij. de prescrip. lib. vj. cū ceteris iuribus in prædicto themate allegatis.

Contractus purus, & conditionalis.

Contractus purus, & contractus cōditionalis postea purificatus, paria sunt. Conditionalis em̄ contractus postea purificatus eiusdem censetur esse efficacia ac si purè ab initio fuisset celebratus. ut probatur in l. finali. §. Titius. & ibi Ang. & alij notant. ff. de vulg. & pupil. substituta. l. si pupillus, in fine. ff. de cōditionibus institu. l. sed & si de sua. §. fina. ff. de acquir. hæredit. Et Ias. in d. §. Titius. nu. 3. & in l. Pro hærede. §. Papi. nianus. nu. 34. ff. de acquir. hæred. Ita quoque comprobauit D. Petr. Paul. Paris. consilio xj. numeris 64. 65. 84. & sequē. in j. parte. quem tempore & loco opportunis, iuris studiosi, & à rebus publicis uacui consulere poterunt. Vide quoque in fra. Essè, & esse debere. Quia euentus conditionis trahitur retro, & habetur perinde ac si à principio dispositio fuisset pura. Vnde si p̄dētē cōditione emptor mortē obiret, q̄ tū contracta, & constituta est conditio, moriens tamen hæredes suos per eam cōditionē obligatos relinquit, non secus, q̄ si iam demum ipso uiuente contracta obligatio in præteritum fuisset. l. necessario. §. quod si pendētē. ff. de penic. & cōmod. rei uendit. Sic, si aliquis sub certa conditione debitor esset, eaque conditio nondū cōpleta aut expirata esset, sed adhuc penderet, certè quandiu ea conditio penderet, & nondum completa est, is debitor nondū censeri debet, sed à cōditionali debitor liber existere uidetur. Vel sic, si ei accepto feratur, qui sub conditione debitor erat, existente conditio ne iam olim liberatus uidetur. l. sub conditione. ff. de solu. sic si filius fam. sub conditione stipulatus quid esset isque ea cōditione pendente condemnaretur, & post hanc condemnationem conditio demum completeretur, tunc non filio, sed patri actio acquisita esse uidetur, quia in hoc casu spectatur tempus quo contrahitur: & ad hoc idem attribuenda est cōditio. l. si filius familias. ff. de uerbo. oblig.

Contractus, & delicta.

Cōtractus & delicta ad inducendam obligationem, sunt Com. opi. Tom. 4. RRR 2

paria l. omnem. ff. de iudic. vbi Paulus quoque ait, omnem obligationem pro contractu esse habendam, licet non ex crediti causa sit. Et ideo quemadmodum iudex in decidendo tenetur sequi consuetudinem loci, vbi celebratus est contractus. l. si fundus. ff. de iudic. ita etiam debet seruare consuetudinem loci in delictis, scilicet, vt non pœnam de iure communi constitutam, & tali delicto impositam, sed solummodo vt pœnam per consuetudinem imponi solitam, sequatur. Et ita tenet Gaudin. in tract. maleficiorum, titu. de pœnis reorum. & latius Cin. & Salic. ad l. cunctos populos. C. de summa Trini. & sid. Cathol. Et sicut in contractibus inspicitur initium temporis. l. Pomponius. secunda. ff. de negotiis gestis, & l. j. ff. de origine iuris, ita quoque in delictis inspicitur tempus admissi delicti, adeo vt si tempore delicti commissa alia pœna sit imposita per statutum pro delicto, quam erat tempore inquisitionis, vel sententiæ prolate, imponenda prorsus esset illa pœna, que pro tempore commissi delicti constituta fuerat, quod pluribus exemplis explicat. Et hanc similitudinem explicat Nicolaus Euerard. in loco, à contractibus ad delicta, quem ibidem consule. Et (vt inquit Paulus) omnem obligationem pro contractu habendam esse, existimandum est. Atque hinc etiam sequitur, quod sicut iudex in delictis tenetur seruare consuetudinem loci, in quo celebratus est contractus. l. si fundus. ff. de iudic. Ita etiam in delictis attendenda est pœna consuetudinaria loci: etiã si de iure communi constituta esset alia pœna diuersa: & cõtrariò, ciuitas interdum vt ex delicto obligatur, ita & ex contractu. Imèrium autem præsentem §. animaduertèdũ. ff. de eo quod met. causi. Item sicut contrahendo fortitur quis certum forum, ita & delinquendo certo foro subiicitur. vt in l. Hæres absens. §. si quis tutelam. ff. de iudic.

Crimen scire, & non obistere.

Crimen postea cognitum non prohibere, nec prodere, & idem crimen ab initio sciuisse, paria sunt. teste Bald. in l. cum ancillis. num. 1. & 2. C. de incest. nupt. vnde dicit ibi glossa in verb. Cognitum celauit. quod paria sunt siue quid sciam ab initio, siue id postea sciam. & tamen id cognitum patiar. Eui dens enim iudicium est, quod Prætor, aut priuatus quispiã criminis patrat ab initio conscius fuerit, si postea id ipsum euidenter cognoscere perhibetur, & tamen nec prodatur, nec prohibeat, vnde etiam dicit Bald. per d. l. cum ancillis. quod paria sunt, Syndicus hoc maleficiũ a principio sciuit, & id ipsum postea peruenit, sed tunc cognitum nõ prohibuit, nec reuelauit, vt patet ex verbo, vel compertum facinus prodere noluit. Nam non denuncians quod debet denunciare, celare videtur quod prius cognouerat, vt d. l. cum ancillis. in d. verb. cognitum celauit.

Crimen militare.

Crimen militare quod sit, Vide infra, Delictum militare.

Crimen non prohibere.

Crimen non prohibere, aut non reuelare. Vide supra Crimen scire, & non obistere.

Culpa lata.

Culpa lata par est cum venustia, & equiparatur dolo ita vt à dolo nunquam separetur. l. j. §. j. ff. si menor fals. mod. dixit. Vipian. sed & si negligenter aqũe mensor securus erit, lata culpa planè dolo cõparabitur. l. quod Nerua. ff. de pos. Cel. sus. Quod Nerua diceret latiore culpam dolum esse, Proculo displicebat, mihi quoque verissimum videtur. Nam & si quis ad eam modum quem hominũ natura desiderat non tam diligens esset, hoc est, nisi ad suum modum omnem curam debitam in deposito præstaret, minorẽque curam alienis rebus, quam suis propriis impenderet, is certè fraudis suspitione nõ careret. refert Philippus Dec. in regula iuris, in initio. Et idem notatur per gl. & Bart. in l. quod te. in verb. Venio ad vt. ff. si cert. per. aliqui porrò existimant latam culpam propriè non esse dolum, nisi suspectum: quod dolum sit ex proposito, culpa non item. Attamen in hoc equiparantur & cõuenire dicuntur, quod quicquid in proposito potest esse lata culpa, id etiam sine dolo esse non potest. Nã nemo ex proposito aliquid faciet mali sine culpa, quantum ad istud negotiũ pertinet. Quocirca vt superiora melius intelligatur, opere precii est scire quid sit lata culpa. est itaque lata culpa cũ aliquis aut verbis, aut officij ratione bonã alicui fidem ac diligentia pollicetur, in rebus præstatis, aut seruandis eam.

que fidei integritatẽ, ac summã diligentia promissam, aut officio adiunctã non præstat, sed meritisimè negligit, ob quã negligentia, alius plerumque in maximum danum incidit. Hec in quã ignauissima, imò in debita negligentia, lata culpa versuticè dicit. Hãc aut plerique quadrifaria excusare nituntur, aut per nõ consuetudinem, aut per ignorantia, aut per non certam intelligentia, aut per non premeditationem. Que tñ adeo nõ excusant, vt quisquis huiusmodi danum per negligentem causam p̄buisset, is eiusdem danum, aut dati, aut non inhibiti ex lata culpa reus censendus esset: non secus, §. si dolo malo idem damnum simulater persequisset, aut cõnuẽter euenire curasset. l. lata culpa. ff. de verb. signifi. l. regu. §. si filius. ff. de iur. & fact. igno. Idẽ probat gl. in l. quod Nerua. ff. de pos. Ideo que Principes duces suos, ac Ciuitatum, Castrorumque capitaneos, qui negligentẽ, parumque fideliter commissã loca tutantur, non raro sic de lata culpa puniunt, ac si eadem loca dolose hostibus prodissent. Videte Vdalric. Zas. in l. in illa stip. per te. nu. 12. ff. de verb. oblig. & idem in l. ex depositi. nu. 3. ff. de act. & oblig.

Curator.

Curatoris auctoritas nõ intercessit in actu minoris, & Curatoris auctoritas intercessit in actu minoris, sed minus legitime, paria sunt. §. tutor autem. institut. de auctori. tutor. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. Nã sicut nulla auctoritas excusat nisi iuris forma interueniat, Abb. ad C. Consultationib. de iure patronat. sic nihil quoque eadem operatur, cum iure auctoritas, vbi expressã eiusdem iuris abutendi interuenit temeritas. l. qui testamẽto. ff. de excusa. tuto. Bal. in l. falsus. C. de furt. Sic quoque paria sũt, Auctoritatem Prælati, vel Episcopi non interuenire: & eandem interuenire, sed minus legitime. Bal. in l. fin. §. necessitatem. C. de bo. qua. liber. Imò etiam talis auctoritas per curatorem minus legitime præstita, non impedit quominus ipse qui auctoritatẽ dedit, teneatur ad id quod interest, l. i. & ibi Bart. ff. de tutel. & ratio. distrah. n. & l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tuto. l. non putauit. in §. non qua. uis. ff. de bon. poss. contra tabu. & l. quarta. §. condẽnatũ. ff. de rei iud. cum similibus iuribus infinitis. Huic quoque sententiã ad stipulatur D. Hippo. de marf. consili. xlix. nu. 47. in j. vol. His itẽ superioribus auctoritatibus iuridicis etiam istud Pauli consentit. ij. ad Timot. ij. non coronabitur, inquit, nisi qui legitime certauerit. Quisquis enim rem aliquam facit: eamque nõ legitime, id perinde est, ac si eam rem omnino non faceret.

Damno alterius locupletari.

Cum damno alterius locupletari, est expressum dolum committere. vide infra, dolum expressus.

Dare, soluere legata.

Dare vel soluere legata, & promittere legata soluere, Hæredem pariter ligant. Hæres enim si quispiam constituatur, qui testatori legata in solidum soluere promissit, is certè ex promisso soluere tenetur in solidum, & de soluendo cautionem præstare debet. Porro si is hæres soluisset in solidum, is postea per legẽ falcidia non poterit quartam reposcere partẽ, ob id q̄ in promissione solutionis legatorum cũ cautioẽ eiusdem solutionis faciendẽ, & in solutione ipsa, eadẽ omnino sit ratio & vbi ratio est eadem ibi quoque & ius constituendũ est idem, vt loquitur tex. in l. fina. C. ad leg. Falci. Et Philip. Decius conf. 280. nu. 3. eadem quoque infra videre licebit in capite, Soluere. atque hæc etiam in foro conscientia non minus, quam in foro fori vera esse comperitur. Nemo enim quicquam (iure actiuo) promittit, qui id ipsum dare ac soluere debeat, tam Deo, quam hominibus. Vnde & spiritus Dei, per Paul. j. Timot. v. damnat viduas, quæ Deo castitatem vouerunt & nihilominus interim fornicantur, & lasciuunt, & postquam fornicata: satis fuerint, ad onus Ecclesiæ nupturæ veniunt. Has inquam viduas post votum fornicatrices Paulus vitandas suadet, eo quod factam Deo pollicitationem fecissent irritam, & vidualem castitatem nõ fideliter seruassent, quam Deo ex voto debuerant.

Dare, & Acceptum ferre.

Dare vel soluere, & acceptũ ferre, vel fateri accepisse, paria sunt. l. si fundũ. §. titio iuncta. gloss. in verbo Potest. ff. de leg. j. v

Vbi ait Iul. Titio fundum do & lego sub hæc conditione, si hæredi meo decem dederit. Iam si contingeret quod hæres Titio decem debuisset, & hæc decem Titius ab hærede accepta fecisset, fundum eum tunc Titius sibi optimo iure liberum vdicare posset: quia tunc Titius per eam confessionem hæredis libera cõditione testamẽti existit. Cõfessio enim acceptationis à solutione faciendã liberat & quò ad cõditionẽ implendã pro solutione habetur, teste Bart. ibi Et labole. in l. si mulier. ff. de cõdi. ob causam. dicit, q̄ nihil ad solutionẽ referat, siue ea præsentia, ac numerata pecu. fiat, siue ad eam acceptatio pecuniæ interueniat. Vnde & Paulus perinde esse ait, siue q̄s alicui ab calumniã faciendam pecuniã dederit, siue illi promissam pecuniã acceptã tulerit. l. ij. ff. de calumniato. Et ideo generaliter in l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. dicitur, Quod si quis ab obligatione alicuius summã numeratã liberatur, is quodammodo eam summã accepisse, sibi que numeratã esse censetur. Nam secundum hanc considerationem sibi retinere, & alteri dare, vel persoluere promissum inter se conueniunt. vide ibi Doctor. & Fel. in c. veniens, de testib. l. Iulianus ait. ff. de cõd. & demõstrat. l. si mulier. ff. de cõd. ob causam. l. ij. ff. de calu. ni. Et Albericus de Rosate in d. l. si fundũ. §. Titio. Quid autem propriè sit dare, & quomodo in cõtractib⁹ & quomodo in liber is ponatur, vide plenius per Barto. & alios in l. vbi autem non apparet. §. fina. ff. de verbo. obliga. & Alexã. in l. si quis nec causam. ff. si cert. perat.

Dare inuitẽ.

Non dare, & inuitẽ seu coactẽ dare, quoad vitium, seu peccatũ vfurarium, paria sunt. vt not. Laurentius de Rodolphis in tract. suo de vfuris. nu. 37. Paria quoque hæc sunt quo ad ciuitatem humanam: scicuti probat hoc cõmune prouerbiũ cõtrarium scilicet, Bis dat, qui citò dat: hoc est, qui libenter & ex liberali animo dat, bis dedisse censetur. Igitur à contrario qui illiberaliter, & inuitẽ dat, is omnino nõ dare dicitur. Quocirca & in sacris huic conforme dicitur. Hilarem datorem diligit Deus. Vnde & Christi⁹ mulierculã pauperis duo minuta prætulit magnificis diuitum donariis in gazophiliacium missis, Matt. xij. nempe quòd ea hilariter, & non tristis animo contulerat.

Datum in Instrumento.

De datis instrumentorũ, vide infra sub tit. Instrumentũ.

Debitor impeditus.

Debitor qui impeditur soluere. vide inferius titulum, Impeditur.

Decedere.

Decessit sine liberis, aliquãdo par est cũ eo, Decessit sine hærede. l. ex facto. §. si. ff. ad Senat. Con. Trebel. vbi dicit Vipianus. Si quis ita fidei cõmissum reliquerit, fidei tuæ fili cõmitto, vt si sine hærede decesserit, restituas Scio hereditatẽ. In eo enim casu D. Pius rescripsit hoc fidei cõmissum sentidum esse de liberis, & non de aliis hæredibus. Cuius sententiam imitatus est Bertrandus consilio clxxvj. nume. 9. l. ij. Et post hũc Castrẽ, qui dicit, Si illud fidei cõmissum esset de quibuslibet hæredib⁹, id nunquã ad Sciu perueniret, imò nõ quã suum sortiret effectũ quia is filius aut nunquã aut certè vix sine vlla hæreditate mori potuisset, sed de his omnib⁹ hæredibus, & quibuscuq; hæredibus nõ videtur fuisse mẽtem patris eam fidem cõmittẽtis: sed tantũ de suis filiis futuris liberis, & nõ de aliis. ea namque liberorũ appellatio aliquando tam latè extenditur, vt etiam extraneos quosque hæredes in se cõprehendat. teste l. libertum. §. j. ff. de rit. nupt. Teste quoque S. C. quod prohibet ne tutores, aut tutorum liberi in vxorẽ ducãt suas pupillas: certè nõ ob aliã causam quã quod hi tutores, aut tutorum liberi, sub titulo hæredũ plerumque censentur. Sed quo pacto accipienda & intelligenda sit isthæc hæreditas, latè notat. Ioan. de Imola ad l. quod dicitur. ff. de verbo. obli. Castrẽ. & Rom. ad d. l. ex facto. §. si.

Decretum Iudicis.

Decretũ iudicis equiparat sententiã iudicis. teste Bal. l. j. C. de contrahend. empt. cuius mentionem copiosius feci in mea Subhastationum compendiosa exegesi. c. j. numero 23. & 32. in postrema editione: quò lectorẽ prolixitatis euitandã causã remitto. De iudicis autẽ decreto hoc obseruãdũ est. Si Paduanus quispiã veditorẽ suũ existẽtẽ territorio Parmẽsi citasset ad suũ iudicẽ Paduanũ, & venditor cõpare noller, nisi coram suo iudice Parmẽsi, hic oritur quæstio

vter iudicum suum decretum interponere debeat, an Paduanus an Parmensis? Certè (inquit) vter libet iudicum per se poterit interponere suum decretum, tam iudex loci vbi cõtrahitur, quam iudex loci vbi res sita est: quia coram vtrolibet emptor conueniri potest. Nam habet vterque iudex iurisdictionem in ipsum citatum emptorem, vnde & decretũ alterutrius iudicis interpositum pro ipsã sententia, siue pro iudicato equiparanda erit. Atque hinc etiam fit, quod decretum in praxi vocetur sententia in terlocutoria. De quo latè Fel. in c. Consultationem. De offic. dele. & Adiudicatio. Doct. in l. fin. §. si plures. ff. de damno infe. Sed hac de re quo modo scilicet decretum, & sententia inter se conueniant, & quomodo inter se discrepent, latius videbis apud Baldum, Mantua. & alios. Item apud Iaso. ad l. Nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procõsul. Et apud Speculatorem, de resti. in integ. §. ij. in fine.

Defectus eueniens.

Defectus ab initio, & defectus qui postea superuenit, parificantur. Sed in stipulationibus conditionalibus quia vtro bique ad tempus euentus cõditionis inspicitur, sicuti tenet Vdalricus Zas. in l. Existimo. nu. 17. ff. de verb. obli. Ad hunc quoque modum videmus, quod superueniens defectus in titulo, sæpissimè interruptit vsucapionem, vt in l. quæsitũ. ff. de acquir. re. domi. Vbi hæres non potest præscribere rem legatam, quia in re titulus pro hærede extinguitur cum dominio ipso iure transeat in legatarium. De qua re latius vide apud Bar. ad l. naturaliter. nu. 6. ff. de vsucap. & facit l. ea. §. §. fin. C. de temporib. in in integ. restit. Et certè casus superueniens si esset talis, qui ab initio impediuisset actum, is quoque & nunc actum impedire debet, nisi potior ratio obstat. De quo multa eleganter Tiraquellus, in lib. Cessante causa, in xliij. limitatione. Sic & contra. Si vxor videns mariti prodigalitate, aut infortunium, dotem petat suam, aut exigat à suo marito vnde viuat, propter ipsius mariti quam videt futuram, aut præsentem inopiam, isque maritus à paupertate postea emergat, & diues fiat, totam dotem cum retrodebitis resoluat oportet, teste Pet. Ferrã. i forma libelli quòd vxor agit ad dotem, in verbo Vxor quadam licet alij contra sentiant, sicuti Tiraquellus prædicto loco, commonstrat.

Defensus illegitimẽ.

Nullo modo esse defensum, & nõ legitime esse defensum, sunt paria l. quia absente. C. de procura. vnde & vxor, quæ absentẽ maritum defendit, tanquam non defendens habebitur, ita tenet Bald. & Ias. in prædicta. l. quia absente. vbi dicitur: Ab vxore esse defensum, sed nõ legitime defensum. Vbi tamen notandum est, Quod sicut vxor in rem suam procuratrix esse potest, sic etiam mariti legitime absentis causam defendere potest: imò etiam ipsius mariti cessionẽ. Baldo & Ias. in præallegato loco testibus. Dico legitime absentis, quia si maritus ex iusta causa abfuisset (licet ab vxore non sat legitime in quibuslibet causis defendi deberet) & ab vxore in causa cessionis defensus fuisset, restituitur tamẽ, & nõ dicitur legitime defensus, etiam si vxor pro eo defendendo comparuisset. ex ore etiam viris defendi debent, nõ contra. §. patitur. Institut. de iniuriis. vbi dicit, Defendi enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. & l. ij. ff. eo. titu.

Delictum militare.

Quos suos, puluerẽ, globos, aliãque militaria arma diuere, par est cum delictis militaribus. vide Baldum, in l. in testamento ij. C. de testam. milit. ac hunc modum liberos suos, idque genus reliqua Ecclesiæ ornãmẽta diuendere, delictũ est clericale. Et multa huc adduci possent ex Nicol. Euerard. in loco à milite armatã militiã ad militem cælestis militiã. & ex Rebuf. in tractatu De priuile. scholarium.

Delictum & Contractus.

De delicti, & cõtractus æquialentia. Vide supra, Contractus.

Deportatus.

Deportati mortuorum loco habendi sunt. Vipianus in l. j. §. qui habebat filium, ibi deportatos enim mortuorum loco habendos. ff. de bono. possessio. contra tabu. & ibi Bartolus l. actione. §. publicatione. ibi, Nam cum in eius locũ ali⁹ succedit, p mortuo habetur. ff. pro socio. & l. Com. opi. Tom. 4. QQQQ 3

si nec domini. si de portatus ibi, qui mortui loco habetur. ff. de bonis liberti. Filius non capax, inlar habendus est mortui. Hæc autem de portati & mortui æquiparantia intel ligenda est sanè, scilicet, quantum ad multa, non autem quo ad omnia, iuxta allegata per glossam in verbo, Pro mortuo habetur. ff. eodem titu. Pro socio, & §. publicatione, Instituti. de societ. & notatur in l. j. C. de hæred. instituen. & ibi Bart. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & D. Bald. de vbaldis in suo tractatu. super pace Cõstantiæ, in princip. nu. 3. vide j. verb. Mors, & supra, Carcer. Reliqua vide supra Bannitus.

Depositum.

Spontè alicuius depositum in domū recipere, & simulan ter permittere, vt aliquis rem suam in domū ipsius deponat, paria sunt. de quo tex. est in l. j. §. fina. ff. de iure dot. in ver. qd enim interest, an res inferantur cū alicuius permittente volun tate in domū suam, an eidē ipsi seruandæ tradantur. Pro quo facit l. pecuniam. ff. de solut. Sed hic casus nō est vniuer saliter verus: sed tantum in casibus ibidem expressis, & simi libus, scilicet, in quibus oritur questio, An is qui videt ali quem rem suam in domum suam reponere, & simulanter id permittendo videatur tali repositioni consentire, & per consequens tali repositioni futuriæ esse obnoxius. Ad quā questionem quidam affirmatiuè respondent, quod sic, per dictas leges. Sed alij tenent cõtrarium, & hoc non esse vni uersale, nec locum habere in nauta, caupone, & stabulario, in quorum edes, aut nauim vñ quiuis possè importare ad cu stodiã q̄ volūt quæque ipsi nauitæ, stabularij, aut cauponæ, importare permittunt, absque eo quod per hoc in damno venire debeant. Nam hi citra vllam personarum considera tionem omnibus citra delectum ad custodiendas res ipsorū seruiunt, omniumque rebus seruandis & custodiendis sese ex officio impendunt, eaque saluas fore promittunt. l. j. §. re cepit. ff. nau. caupo. stabula. in aliis verò ciuium domibus est commune ius in contrarium, vt dicit Ludo. Roma. ad l. qua dotis. in fine. ff. solu. matri. Et Cyn. & alij ad l. inuius. C. de procurato. Et hoc quoque tenet Spec. per illum textum, in titu. de Furtis. §. j. ver. quid si res. Et Alber. de Rofate in ij. par. statutorij, q. clxxxij. incip. Talis questio, & c. circa medium. vers. vltimo. Huic item subscribit D. Hippol. de Marfilis 2. filio xxij. num. 4. j. volumine.

Depositarius.

Depositarius, & cõmodatarius in iure parificantur, quo ad nō possessionem. §. possidere autē. Instit. de interdic. pos sidere autē aliquid, inquit Instinianus, quisque videtur, nō solum si per se suosque iure possideat sed etiam si alicuius alterius nomine eam possessionem habeat, quocumque id ti tulo fiat, & quamuis is eius iuri subiectus non sit, qualis est colonus & in quibus aliis. Sic illi quoque apud quos aliquis qe quam de posuit, aut quibus aliquid commodauit, id ipsum depositum, aut cõmodatū suo nomine possidere videntur.

Dicere obscure.

Aliquid nō dicere, & dicere, sed id obscure, paria sunt. Vt testatur Fraciscus! Aret. in l. q. ex plurib⁹. ff. de veb. obligat. l. de etate. §. nihil interest. ff. de interroga. act. Vbi textus dicit, quod nihil interest, an interrogatus, obscurum vel dubium respondeat, ad hoc scilicet vt incertū & dubium relinquat interrogatorem. At ideo quidam putant non esse admitten dam illius responsionem, qui se dicit de inter rogato dubitare, de quo per glossam ibi. Et ita etiam dicit Ioannes de Neuzanis, consilio viii. nu. 6. Imo contra tales præsumitur, quod per ignorantiam nō audeant dicere veritatem certā, teste Anch. pl. cccxc. incip. Charissime. Et latè Bar. in disputa tione sua xiiij. vers. Secundum hoc. Vnde etiam obscura sti pulatio habetur pro non facta, respectu artic. obscure. l. ver teribus. ff. de pact. Sic quoque paria cõfenda sunt, Citationē non esse factam, teste Baldo in l. hac consultissima. C. qui tes tament. facere poss. Obscurum autem dicitur, quod ex se non bene potest intelligi hoc est quod per apertam naturā verborum, vel per vltatam loquendi consuetudinem non satis intelligitur, vt ibi secundum eundem.

Difficile.

Difficile, & Impossibile: & sic difficultas & impossibilitas equiparantur. l. nepos Proculo. ff. de verbo. signific. cap. Bre. ui. de iureiur. & Fel. in c. Ecclesia sanctæ Maritæ. ver. fm no. rabile, de consti. Impossibilia enim vel nimis difficulta, sunt extra naturā humanā, vt inquit Baldus in c. cū accessissent, de constitut. Hæc etiam comprobauit Ioan. Neuzan. in syl. na nuptiali. & l. si familiæ circicūdæ. ff. famil. circicūd. Vbi Vlpianus, inquit, Si familiæ circicūdæ, vel communi diui dendo iudicium agatur, & diuisio tā difficilis sit, vt penè im possibilibus esse videatur. Huius mentionem facit Ioan. Oldē. dorp. de copia verborum & rerum, sub verbo, Impossibile. Et infra Impossibile. verb.

Difficiliter.

Rem cum difficultate profecui, & rem perdidisse, vel nō habere, paria sunt. Vide infra, habere.

Diligi vt frater.

Diligi vel haberi vt frater, vel nominari frater & fratrem esse, in iure quantum ad hæredis institutionē, sunt paria. vt notatur in l. nemo versic. qui frater non est. ff. de hære. insti. tucn. vbi dicit q̄ paria sint, Si quis frater nō est, sed tñ frater vulgò vocetur, & fraterna simul charitate diligitur, is rectè cum suo nomine, sub appellatione fratris hæres instituitur, iuncta glossa ibidem in ver. Instituitur. Et gl. in l. ij. C. in qb. cau. coloni. lib. xi. vers. quin. & istud de singulari amico quo que intelligēdū est. Singularis enim & familiaris amicus ap pellatione suorum, in hæreditatem hoc nomine venire po test, vt tenent Cy. & Salyc. in l. maritus. C. de procur. Et Bar thol. à Castanæo in suis Cõmētariis ad cõsue. Burgū. qui ibi dē eiusdē est sententiæ, in tit. Des droicz & appartenans a gens m. riez. §. v. nu. 2. §. ipse quoque idem re, & exemplo in celeberrima ciuitate Brugenfi conperit, vbi quidam Petrus Hansmanus consecutus est hæreditatem cuiusdam Georgij myo Heere, solum ex co quis Petrus, & Georgius, iocōne, an ferio nescio, sese mutuo cognatos compellere conserant. Atque his conforme est, quod dī sacris David Ionathan, quē intimè dilexerat, fratrem vocat, secundi Regum primo. di cens: Doleo super te, frater mi Ionatha, sicut mater vnicū amat filium suum, ita ego te diligebam. Vide de his infra, face re difficulter.

Diploma.

De bullis, ac Põtificum Diplomatus, Vide infra, Gratia Papales.

Disponere.

Disponere limitatè: & disponere perfectè. in eodem con textu verborū limitatè: paria sunt. vel breui⁹ sic, paria sunt, limitatè disponere, & perfectè disponere. l. Lucius. §. q̄ habeat. ff. ad S. C. Trib. & l. si certarū. ff. de testa. tutel. Et Pau. de Cast. consilio cccxij. incip. Postremo res ista satis clara videtur. n. i. vbi paria sunt, Si vxor disponat distinctè, & sic de bonis suis ad vti litatem vel mari ti, vel filij, vel nepotis disponat li mitatè, hoc est si vno codicēque testamento, & pro cuiusque qualitate, & secundum præcedentia & sequentia limitatè disponat. Verbi gratia. Si vxor sub hoc contextu verborum locuta sit, Peto vt quicquid ex hæreditate mea ad maritum peruenerit, id restituat Gaio filio nostro, ita tñ vt decem vncias Gaius habeat, duas autem vncias Seius nepos habeat. Hæc vxoris verba perinde habenda sunt ac si limitatè & di stinctè dixisset, Volo decem vncias filio meo & duas nepoti restitui. vbi etiam notat Bart. quod paria sunt ab initio per partes relinquere, & relicti simpliciter p partes modificado tribuere. Quod per hoc exemplum manifestus fiet. Si quis piam pro diuersis delictis per vnam sententiã cõdemnatur in summā centū & quinquaginta aureorū, isque id cõdem natus pro vno maleficio soluat nonaginta, pro alio vero sexaginta, & c. Id perinde esset, & æque sententiæ satisfacere, si sic particulatim & limitatè singulis quasi delictis per solueret, ac si generali sententiã simul satisfaceret, aut si sen tentia particulatim singulis delictis sua limitata pœna per sententiam imposta fuisset.

Diuinum, Publicum.

Diuinum, & publicum equiparantur. Vide infra, in ver bo, Publicum.

Dispositio.

Dispositio.

Legis Dispositio Statuti & Testatoris } paribus passibus ambulant: Vt dicit Francisc. Curtius, consil. xliij. qui allegat Bal. d. in l. pen. C. de verbo. signif. Bart. in l. si quando. §. j. ff. de lega. j. & Vdalr. Zaf. conf. xvij. nu. 30. cum similibus.

Diortium.

Diortium, & separatio thori æquiparantur, vt testatur Ias. in l. j. vers. iij. fallit, & vers. seq. C. vnde vir & vxor. Hoc èt confirmat D. lo. de Neuzan. in sua sylua nuptiali. Et ideo quā uis hodie secundum ius canonicum non permittatur diortium, quia tamen separatio thori succedit in locum diortij, iudicant Ecclesiastici quod sicut vxor amittit priuilegiū in bonis succedendi marito diuiti, quando inter ipsos nulli tatis diortium ante mortem mariti interuenit, ita etiam ea vxor successione priuilegium amittit, quando ex mala gra tia interuenit sola thori separatio, iuxta textum in l. j. vnde vir & vxor, qui text. apert. requirit, Quod sicut matrimonij per separationem thori non tollitur, ita nec successio bono rum extinguitur, sed ea vxori vsque ad mortem mariti manet integra, ita vt quāuis à marito thoro separata fuerit, post mortem tamen mariti in domum hereditariam atque adeo in bonis mariti succedit, non secus quam eadem luo mari to in thoro maritali perpetuò coniuncta fuisset, vt testatur gl. in cap. licitè. xxxij. quæst. vij. & Doct. in cap. fraternitatis. de frigid. & malefic. Et ideo secundum Romanum in d. l. j. num. 6. quamuis statutum esset, quod mater teneretur relin quere dotem suam æqualiter filiis tam primi, quam secun di matrimonij, id statutum deberet intelligi, si ea vxor tem pore mortis suæ adhuc cum marito suo in matrimonio iun cta fuisset, & ab ipso nec per diortium, nec per thorum se parata fuisset.

Diuisio.

Diuisio iudicis comparanda est diuisioni patrisfam. testa toris. l. solent. ff. de alimen. & ciba. legat. vbi Vlpianus. Solent iudices ex causa alimētorum libertos diuidere, quoties plu res sunt heredes, ne à singulis hæredibus minutatim alimē ta petentes distinguantur, quam diuisionem perinde habe re oportet atq; si pater familiæ ipse ipsos libertos diuideret, & in l. seruus hac lege. ff. de manumiss. equiparantur. Paria enim sunt administrationem tutelæ esse diuisam à testatore, & esse diuisam à iudice. l. iij. ff. de administra. tutor. Ex quo re ctè argumentari licet à iudicis ad vltimas voluntates: sicut contra ab vltima voluntate adiudicia. Vt de sicut seruus à domino suo prohibitus manumitti per testamentum eius dem domini sui ad libertatem perducit non potest, ita quoq; nec seruus à præside, vel præfecto ob aliquod crimen manu mitti prohibitus, in libertatem restitui potest.

Doctrina.

Doctrina siue Scientia comparanda est cum nobilitate: imo quauis nobilitate est potior. Vide infra, nobilitas.

Dolus expressus.

Dolus expressus committere, & cum aliena iactura lo cupletari, paria sunt. Ita Laur. Calca. consil. lxxxij. & post eum D. Vdal. Zaf. conf. v. nu. 2. lib. j. & ideo sicut quisque dolo in futurum committendo, & actioni ipsius doli constituendi renunciare non potest. l. iur. i gentium. §. si cum nulla. & §. adeo. ff. de pactis, ita quoque renunciare quisque potest suæ actioni quam instituit & qua cum iniuria alterius locupleta ri studuit, vbi nemo cum alterius iactura locupletari potest, quod ad futurum tempus attinet, vt cõprobat Petr. Lorio tus ad l. si me & Titium, nu. 5. ff. si cert. petat. & ideo sicut iudex subseruire non debet illi, quem cognoscit agere cū ex presso dolo: sic insensire non debet illi, qui cum alterius iac tura locupletari cupit, aut cum aliena iactura iam locuple tatus factus cognoscitur, vt dicit Laur. Calca. d. consil. lxxxij. num. 44. per textum in l. j. §. an in pupillum. ff. depositi. vbi di cit, & confirmat text. q̄ sicut contra doli capax intentari

potest actio, si quis apud ipsum aliquid deposuerit, ita quo que intentari potest actio contra eum qui cum iactura alte rius locupletior factus esset, non secus quam si apertus do lus intercessisset. Reliqua de dolo, vide supra, culpa lata.

Dolus ex proposito.

Dolus ex proposito cõceptus, præmeditatus, tentatus, & dolo factõ cõmissus, vel dolo recipi æquiparantur, vt ha betur in l. si quis cū aliter. ff. de verbo. obligat. & in l. j. ff. de doli mali excepti. Petr. de Ancha. consil. lxxxij. incip. visis dili genter, cum concord. & consil. cccxxx. incip. visis facta narra tione. & in reperi. cap. Canonum statuta. in xj. quæst. princi pali. & Boer. consil. xxxij. nu. 4. Et quemadmodum dolus ex proposito nō obligat iurantem, vt in c. quamuis. de pact. lib. vj. & in authen. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. Ita nec dolus, qui re ipsa propter enormissimam læsionem col lectus interuenit, iurantem obligat: sed in hoc omnimode æquiparatur dolo ex proposito, sicuti tenet Petr. Paul. Paris. consil. xij. nu. 2. §. in prima parte. & in cõs. lxxxv. numeris 19. & 20. in iij. parte. Hæc vt certius intelligantur, scire prius oportet quid sit dolus ex proposito, & quid dolus ex re ipsa. Est itaque dolus ex proposito, cum aliquis præmeditatè & stu dio proponit quibuscumque technis velle alteri decipere. Dolus autè re ipsa est, qñ aliquis in facto suo quod intendit, fraudē nullā præmeditatur, sed ipsius tamen factū interim tale est, vt propter enormem læsionem, doli in se contineat & dolo commissõ accusari merito debeat. veluti quādo ali quis in contractu emptionis & vèditionis, aut in simili vltra dimidiū valorem exoluere promittit. In hoc inquā contra ctu, & venditor iuste vendere videtur, & emptor iuste emere vulgò dicitur & vtrinque omnia sincerè acta putantur, quia decipiendi propositū neutrobique apparet, nihilomi nus quia enormis læsio, scilicet vltra dimidiū iusti pretij ibidem cõtingit, certus dolus interuenisse præsumitur. At que ideo secundū Zaf. ibidem nu. 3. sicut tam cõtra stipula tionem in qua fuit ex proposito dolus exhibitus, datur excep tio doli, ita etiam datur exceptio cõtra stipulationem in qua res ipsa per se dolum habet. Qui quidem dolus in facto vel tunc apparere incipit, qñ altera pars ex illo cõtractu pro missum petere & exigere pergat, tunc demū enim dolus cõ missus, & natus apparet, & pro dolo re ipsa cognoscitur. idè etiam confirmatur per exemplū in l. Lucius. in si. ff. ad Trib. Exemplum sic habet. Hæres quidā grauatius fuit Titio resti tuere hæreditatem, hic credebat eam hæreditatē fuisse exi guā & Titius hoc idem credebat (quia nō semper patet vi res hæreditariæ) & hi duo ita simul inter se sub hac cõditio ne cõuenerunt, quod Titius reciperet centū florenos pro suo iure. Hic cõtractus vtrique gratus, & ab vtroque recep tus videtur debere esse ratus, quia nullus prima fronte apparuit dolo, nec dolus ab alterutro etiã præmeditatus fuit, re ipsa tamè cõtingeret, quod Titius per aliquam occasionem per se fecerit se enormissimè fuisse in eo p̄ctū læsum, imò fere ad quadruplū deceptum, poterit profecto de ea decep tione postea cõqueri & dolum ex re ipsa prætereptere poterit. Et ob hunc prætextum, probatum dolum cõtractus re scinditur, & Titius in integrum restituetur, sicut hæres nisi supplere cogatur, ne nimis enormè læsionem contra æqui tatis rationem sustineat, iuxta l. ij. C. de rescind. vend.

Dominus inhabilis.

Dominus inhabilis, & nō Dominus, in iure æquiparandi sunt. Sic vt quod à domino inhabili fiat, à nō domino fieri cõfetur, nihilominus si is dominus inhabilis postea efficiatur domin⁹ habilis, depositio semper æque bene suum for titur effectum, ac si prius à domino habili facta fuisset. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. vbi Paulus sic inquit, Si rem alie nam pignori dedisses, ac postea eiusdem rei dominus esse cõ peris, valida permanet oppignoratō aliena rei prius facta, & creditor, cui res oppignorata fuit relinquit actio pigno ratitia. vti probatur per textum in l. cum res. C. si aliena res pigno. da. est. Hic enim sic ait. Si res que necdū in bonis de bitoris esset, pignori data esset ab aliquo, eaque postea in bo nis eius esse inciperet, ordinaria quidem tunc actio super eo pignore ipsi non cõmpereret, sed tamen æquitas hoc requi ret, vt tunc actio verè oppignoratōis contra ipsum cõcedatur, tum quia rem alienam, vt suam oppignorauit, tū quia debitor bona fide eadem rem vt verè ipsius pignori accepit. postremo, quia is debitor sub titulo bonæ fidei contra eundem oppignoratorem contraque ipsius pignus fidem & p-

missum ipsius diligenter procedit, uti notatur in l. qui balneū. §. Titia ff. qui potior. in pignor. habeant. & l. si quis alienam. ff. de act. empr. & l. j. in principio. & l. i. ff. de except. rei iudica. & l. si Titio. ff. de reivend. & l. apud Celsum §. si Titio. ff. de doli mali except. & l. filiam fratribus. ff. ad S. C. Trebell. & l. quod in rerum. §. ff. de legat. j. Præterea huic scribitur, quod vulgò apud iurisperitos dici consuevit, cum aliquid venit ad eum casum, à quo incipere potuit, illud in se reconualefcit, hoc est, eandem virtutem induit, ac si eodem tempore eandem rem consecisset. l. si rem. ff. de verbo. oblig. & l. mi norem ff. de ritu nupt. & l. interuenit ff. de legat. præstan. & l. cognatis. ff. de reb. dub. & l. j. §. j. & §. si quis. ff. de lega. iij. Idem quoque tenuit D. Andreas Tiraq. in legi. connubialib. & iure maritali. gl. vj. ibi. *De son. mury.* nu. 97.

Domus.

Domus passim vsurpatur pro familia. Vide titulum infra, familia.

Donare.

Bona sua donare, & bona sua pro modico vendere, paria sunt. Quia qui pro modico siue vilissimè rem suam vendit, is quasi eandem rem donare vel dare præsumitur. l. apud Celsum. §. si quis autem ff. de doli except. Cyn. in l. j. C. de pact. in vj. ppo. in vlt. quaesito.

Donare Filio Peculium.

Filio prodigo donare liberam peculii sui administrationem, & idem peculium perdere, in iure similia sunt. l. filiusfamilii. ff. de dona. in sui exordio. Donare enim quicquam filio, qui illud vtiliter administrare, & expendere non valebit, id prorsus est hoc ipsum perdere, teste l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. & l. si filiusfam. ff. ad S. C. Maced. & l. j. §. ff. que res pignor. obligat. non poss. & l. si. an pacifici. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. soluitur. Vide quoque gloss. in ver. vt perdat. plura allegantem, in d. l. filiusfam. vbi Vlpianus quidem dicit, quod talis filiusfam. cui scilicet pater liberam rerū suarū vel peculii sui administrationem concessit, omnino donare non possit, nempe vt ipsius peculij perdat licentia coercetur, & non perdat quod pater ipsi ad bonum duntaxat finem concessit. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij administratio, vt ipsum perdat, sed vt ad lucrū vtiliter expēdat. verum hic occurrit quaestio. Si pater iusta ratione motus tale peculium donasset filio an hoc casu valida censeretur debeat donatio. Ad quam ibidem responderetur, quod eo casu locum habeat donatio, & valeat. Item quaeritur, Si quis pater filio familias liberam peculij administrationem concessisset, imòque etiam nominatim adiecisset, sic se ipsi eam liberam administrationem concessisset, vt & ipse quoque idem peculium donare possit, quaeritur inquam, an hoc casu locū habeat donatio? Ad quod indubitanter quoque respondendum est, quod locum habeat, quodque tunc id peculium alteri donare poterit, & per hoc nō censetur mox suum peculium perdere. Sunt enim multæ occasiones quando donare non est perdere, sed potius contra, est parcere & maxime seruare. Veluti si quis aliquid donaret pauperibus aut propinquis, aut amicis, vel pro quadam elemosyna, vel ex exoneratione conscientia, vel ob quædam officia ipsi præstita, certe hoc donare non esset perdere, sed potius acquirere, iu crari seruare ac etiam soluere. Et ideo hæc donatio etiam est à Prælo permittitur fieri de rebus ecclesiarum, dummodo ea metas æquitatis non nimis excedat. capi. cæterum de donat. Quin & si filius donaret pauperibus quicquam elemosynæ causa, siueque salutis studio, valet quidem ea donatio, modo nimis non sit excessiua, & non dicetur hæc donatio perditio, sed potius elemosyna, & lucrum animæ teste Roma. ad d. l. filiusfamilii. nu. 6.

Donata & Legata.

Donata, & Legata in iure sunt paria. l. Marcellus. §. Paulus. & ibi Barto. iuncta ibi gloss. in verbo reuocatae sunt. ff. de donatio. causa mortis. quæ tamen glossa ibidem aliquot exceptiones, ac distinctiones, seu potius differentias ponit. Similes differentia annotantur ad §. primum. In tit. eodem titulo. quas causa breuitatis hic omittimus studiosi ibi obseruanda.

Donatio in articulo mortis.

Donationes mortis causa, seu in mortis articulo, legatis comparantur. per expressam illud generaliter. ff. de donat. caus. mort. quæ dicit, quod donationes causa mortis factæ, æquiparantur legatis. Ergo à contrario, quicquid iuris est in legatis, id quoque iuris est in donationibus in articulo mortis factis, uti habetur in §. primo. Insti. de donat. qui textus id ipsum expressè cōtinet: ibi Hæc mortis causa donationes ad exemplum legatorum redactæ sunt per omnia, & c. Idem cōfirmat D. Valerius Zasius, in l. j. §. si quis. numero 4. ff. quorum legato.

Dormiens.

Comparantur dormientes furiosis atque etiam mortuis, capitulo, maiores. §. finali. extra, de Baptismo. Hanc quoque sententiam Ouidius poeta confirmat, cum inquit,

Stultè quid est somnus gelida nisi mortis imago?

Vnde tales dormientes si quid facto perpetrent, quamuis etiam id ipsum sit nefarium, pro fortuito tamen habetur, & tanquam ab insciis factum censetur, & per consequens peccasse non dicentur, teste gl. in ca. testamentū. vj. dist. c. Te ste etiā vel ipso Augustino, qui dicit, Peccatum adeo debet esse voluntarium, vt si non sit voluntarium, omnino non sit peccatū. Cum igitur liberum arbitrium non magis in dormiente quam in furioso suum, vt oportet agar officii, prorsus fatēdum est, vt nec furiosum, ita nec dormientem peccare possit, quantumuis etiam aliquid mali, aut per casum fortuitum, aut per solum naturæ impulsu perpetrasset cōiunctur. Vnde etiam fit, quod sicut furiosus nō potest alicuius rei possessionem capere, ita etiam nec dormiens. l. j. §. ad ipisimur. ff. de acq. poss. De his etiā meminimus in nostra Praxi criminali recognita. cap. lxxxiii. titulo, qui excusandi sunt ab homicidio, charta cccxix. nu. 10. & num. 11. Et ideo sicut furiosus non punitur si hominem occidat, vel si iniuria aliquē afficiat. l. sed si vnus. §. si filiofamilii. ff. de iniurijs, & quia per omnia absentis & quiescentis loco habetur l. i. §. furiosus. ff. de iure codicillorum. ita etiam nec punitendus est dormiens, si quicquam faciat, quod delicti speciem habeat, aut si forte dormiendo hominē aliquem occideret, vt habetur in Clementina vnica, de homicidio. Dormiens enim omnifacit furioso & amenti comparandus est, teste d. cap. Maiores. & teste lasone & Romano & Alberic. & alijs ad d. §. ad ipisimur. Deinde quum dormientes (vt ante diximus) parum à mortuis distent, & quū mortui (vt palam est omnibus) delinquere non possint, apertè conuincitur nihil culpæ esse adscribē dum dormientibus, si quid dormiendo peccauerint, aut si quid mali dormientes peregerint. Hæc tamen intelligenda sunt sanius, scilicet, si ipse dormiens esset talis, qui ante dormitionē sciret se eo periculoso morbo laborare, vt alijs vim aut mortem inferre posset, idque periculum ante mortē nō præcauerit, haud dubiè ipsius præscientia, & nō custoditi periculi negligentia, ipsi dormienti, & negligētī in culpa esset, quoniam l. sciebat se eo vitio laborare, & debitam interim diligentiam adhibuit, vt omne malum & ipsam etiam occasionem mali prudenter euitaret: sicuti cum multis alijs pulchre, & latissimè demonstrat Tiraq. in libr. de pœnis tempera. causa. v. vbi de excusando delicto à dormiente commissio plurima recenset, & explicat. De his quoque vide infra, furiosus.

Dos, Donatio, Alimenta.

Dos & alimenta æquiparantur, eiusdemque iuris esse censentur. Nam quum aliud dos non sit, quam donatio quædam pro oneribus matrimonij sustinendis, & præcipuū onus matrimonij sit alere familiam, apparet alimentationem cū dote omnino esse conferendam, vt vult gl. ordinaria in l. ob es. C. de præd. & alijs reb. minorum, quæ quidem glossa istorū duorum æquiparationem apertè conformem esse testatur, & eandem quoque confirmat & ad hoc allegat Sali. in l. qui liberus. ff. de ritu nupt. & Alexan. de Imol. in l. cum is. §. si mulier. ff. de condi. indeb. & idem Alex. in d. l. ob es. in apostil. ad Bar. & Bal. in l. neque mater. C. de iure dot. huius & memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & curatorum munere. cap. ix. ver. in postrema editione. nu. 27. & eod. c. nu. 82. Quod tamen distinctè sanè, & cum iudicio intelligendum esse censeo, scilicet quando vtrobique eadem militat ratio, & quoties contrariū non reperitur in iure expressè

pressè decifum, sicuti mecum antè aperte testati sunt D. Nicolaus Euerard. & post eū D. Claudius Canciucula. l. v. Doctores insignes, in loco ab alimentis ad dotem. Poterūt itaque priuilegia alimentorū (quæ colligit Bart. in l. Mela. ff. de alimen. & cib. leg.) ad dotis materiam iure similitudinis pertrahi, & è contra, tam affirmatiua, quā negatiua. sic vt quædammodum filiis ingratia alimenta iure denegantur. l. si quis à liberis §. Idem iudex. ff. de lib. agn. l. fin. C. de ale. l. libe. sic quoque filij ingratæ pater dotem denegare potest. Bal. in l. fi. C. de dotis promissione, & econtra.

Dos, pia causa.

Dos & pia causa, quantum ad fauorē, in iure æquiparantur. Vt enim pietatis causæ cum primis fauendū est, ita & fauendum est doti, & cōtra. vt habetur in c. j. donare. quali. olim feud. poter. aliena. in vrb. feud. ad instar alimentorum. Quin & ipsa dos omnimodam pietatis causam in se cōplectitur. l. cum is. §. si mulier. ff. de condi. indeb. Quocirca sicut omnia priuilegia, quæ in pietatis causis sunt cōcessa, eadē quoque & in dote cōcedenda sunt, & contra, cōprobante Baldo in l. sicut. C. de action. & oblig. Et contra, sicut in fauorē dotis in contractu innominato, & re integra nō admittitur pœnitentia, quum hæres cogitur adimplere votū defuncti. l. si ego. §. ff. de iure dot. ita etiam in fauorem piæ causæ in contractu innominato & re integra ob eadem causam non admittitur pœnitentia. teste Romano in Repet. authent. similitur, in xvij. speciali piæ causæ. Item sicut fauore dotis mandatum re integra non finitur. d. l. si ego. ita nec in fauorem piæ causæ, & re integra mandatum non finitur, vt habet Bal. in l. mandatum. C. manda. & Roman. d. loco. Tertio, sicut i causa dotis potest pœdi summarie, & sine strepitu iudiciorū, vt habetur in Clemen. Dispensiofam. de iudi. ita quoque in causa pia summarie pœdi potest, vt latè disputauit Nicolaus Euerard. in loco. A dote, ad piā causam.

Dos exigua.

Dotem habere modicam, & dotem habere nullam, paria sunt testib. Baldo & Saliceto in authent. Præterea. C. vnde vir & vxor. & Tiraquell. in lib. de iudic. in caus. exigui. ferren. vir. & Bal. in d. authent. Præterea. in fine & post illum Salic. Pau. Castren. Roma. Alex. & Aret. qui dicunt authent. illam loqui de vxore indotata, scilicet, quod sicut mortuo diuite marito vxor indotata succedit in aliquam partem bonorū eiusdem mariti, ita etiam vxor parua habens dotē, optima cū ratione succedere debet in aliquam partem bonorū sui mariti, qui nimis cōcise suam vxorē dotauerat, sicuti testatur & Cyn. & Bal. in l. licet. C. de iure dot. Roma. ad l. diuortio. ff. sol. mar. & latè Corneus, confi. cclix. lib. tertio, vbi dicit, quod statuti loquens de marito qui cogit aliquod relinquere vxori inopi, & nullam dotem habenti, etiam locum habere debeat in vxore parua dotem habente, teste Barb. confi. lxxiii. lib. iij. Soci. confi. cxxj. lib. quarto. Quia parum habere, & nihil habere in huiusmodi causis æquiparatur, vt asserit Corneus cōfi. lxxiii. libro j. cap. licet causam. de senten. & re iudica. quæ autem sit parua dos habenda, ea in estimatione iudicis tota cōsistit, vt testatur Hipp. ad l. Questio. numero 29. ff. de questionibus. Et Docto. in authent. qd locū. C. de collationib. sunt tamen alij qui limitatiuè parua dotem vocent, quæ ad alimentationem vxoris relicta, aut relinquenda nō sufficit, vt notat Io. Dilectus in lib. de arte testandi, Rubrica de legatis, titu. vj. c. xx. Barba. dict. consilio lxxiii. vnde & generaliter respondet Soc. cōfi. xxx. nu. 3. lib. iij. parum habere, & nihil habere esse paria, qd & cōfirmat Ludouicus Romanus in l. diuortio in principio. ff. solu. mat. & ad hoc similitur facit quod paruo debito non debet aliquis haberi & asserit suspectus de fuga testibus Cino & Baldo, in authent. sed iam necesse. per glossam ibi. C. de donat. ante nup. & teste Ludouico Romano in confi. cccxx. incip. hæc istorū quinque, & c. & in notabili suo xvij. incip. dic mihi, & c. Ad hæc quoque facit gl. in l. sciendū. ff. qui satis dare cogantur, quæ dicit qd possessor parua rei immobilis, nō referuatur à satisfactione. Facit præterea huc etiā: Quod statutum loquens de vulnere cū sanguinis effusione nō habet locum in vulnere ex quo modicū sanguinis effunditur, vt gl. est notabilis iu. c. cum illorū. in verbo, sanguinis effusione, & ibi canonistæ, de sent. excom. Et Ioann. Andr. in addit. Specul. in rit. de accus. super rub. in fi. Et Abb. in c. Proposuit. in ij. not. de consecratio. eccles. vel altar. Et Lud. Rom. in l. si verò. in §. de viro. in iij. fal. ff. solu. matrim. Facit ad hæc

etiā qd parua, modica, seu leuis tortura, pro nulla tortura habenda est, & parū tortus dicendus est, secundū Bald. in l. obseruare. C. qn appellare nō est necesse. ad horū similitudinem etiā modica ratura in instrumento, nō vitiat instrumentum secundū Ioan. Andr. in c. ex literis. in fine, extra de fide instrum. Quin ad horum similitudinem leuis inobedientia, nulla est inobedientia. Ideoque pro leui seu modica inobedientia, nō debet vasallus suo feudo priuari, secundū Bal. in l. Solo. C. de lib. caus. Postremo, iuxta hos dictos modos, leuis diuersitas censeretur debet. Ideoque exigua testium contrarietas eorundem testium dicta vitare nō potest, teste Io. Andr. in c. j. de reg. iur. per gl. j. ibid. De quo latius per Ias. in d. l. sciendū. ff. qui satisfacere cogant. & Hipp. de Marfilis, confi. lxxx. incip. In hac causa inquisitionis formata, numeris 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. ij. volum.

Dos, & donatio nuptialis.

Dos, & donatio nuptialis, vel propter nuptias facta, paribus siue æquis passibus ambulant. hoc est, vtriusque pacta pari iure accipienda sunt. l. cū multa. §. si nautem donatio. & finali. C. de dona. ante nupt. leges Iustiniano tandem adeo visæ sunt iustæ, vt nō solum pactorū confirmationem sed etiam in pactis æqualem quantitatem obseruari, & introducti voluerit, vt habetur in Authent. de æqualit. do. §. j. colla. vij. Quam ramē quantitatis equalitatem postea cōsuetudo non admisit, nempe sola iuris interpretandi equalitate contenta. Quum enim & sine dote & sine donatione propter nuptias sepe feliciter contrahantur matrimonia, quorū quæso in contrahendis nuptiis vrgetur, & vtrinque requiritur dote, ac bonorū in re ipsa æqualitas? & quomodo ea æqualitas obseruari poterit iuxta d. l. cū multa. §. i. potest igit minor esse dos, quam donatio propter nuptias, possunt & pacta nuptialia esse disparia: interpretatio tamen iuris par erit. De hac iuris paritate citat exemplum D. Ioan. Odendorpius in lib. de copia verb. & rerum iur. sub verbo dos circa medium quem vide, si libet.

Dotatio.

Dotatio Ecclesiæ, Donationi mulieris æquiparatur. est enim vtrobique similitudo, & affinitas maxima, scilicet inter dotem quæ datur mulieri, & quæ datur Ecclesiæ vt R. off. in tit. de iure patronatus, ver. Sequitur de secunda causa. Et Paul. de Ciradinis, in suo tractatu de iure patronatus, nu. 9. Quemamodum enim dos mulieris datur absque Episcopi consensu, secundum arbitrium & voluntatem dorem, seu diuitias dantis, & voluntatem accipientis. l. cum post diuortio. §. gener. ff. de iure dot. l. fi. C. de dot. pmiff. & l. cū plures. ff. de administr. tuto. in qua datione nullius requiritur cōsentus, aut consilium, ita nec in donatione Ecclesiæ debet requiri vllus Episcopi, aut alterius cōsentus, aut alicuius consilium, cum hæc inter se sint similia. Et quia de similib. semp id est iudicium, commodè ab vno similibus argumentū ducit ad alterum. iuxta l. non possunt. cum ibi notatis. ff. de legib. & c. inter ceteras. cū gl. super verb. In similibus. extra de rescript. Atque hinc fit, qd sicut negligentia mariti non exigentis dotem vxori suæ delegatam, ac debitam ipsi marito damnola est, ipsiq; damnū tale imputari debet, id quoque Episcopo, aut alteri Ecclesiæ Prælo, imputandum erit omne damnū, si dotē Ecclesiæ delegatā nō iure deposceret, & exigeret, vt latè patet per Azonē, de hoc in tit. C. de iure dot. Sed dū hic doti mulierū comparamus donationē Ecclesiæ poterit non inepta moueri quæstio, scilicet, An dos Ecclesiæ, quia doti mulieris similis est, et gaudeat omnib. illis priuilegijs, quib. & dos mulieris propter omnimodam similitudinem (vt prædictum est) quæ inter vtranq; dotē constituitur. Ad quæ quæstionem dico, & respondendum censeo, qd eadem priuilegia omnia proculdubio Ecclesiæ competant, imò & plura priuilegia competant doti Ecclesiæ, quam cōpetunt doti mulierum, ob id quod in omnib. magis sit religio, siue Ecclesiæ fauendum, quam rebus prophanis, & secularibus. l. sunt per sonæ. ff. de relig. & sumpt. fun. ca. Iuuenis. extra de spon. cle. Exini. de verb. sign. vt etiā ad fatietatem comprobatur D. Paul. de Ciradinis in tractatu de iure patronatus, numeris 9. 12. 16. & 17. Dotis autem priuilegia (de quibus agimus) multa sunt, & varia, quorum abundè meminit Spec. in tit. de dote restituenda post diuortium. Et quare eadē concedantur habetur in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habeant. ad quæ omnia iuris studiosos, in locis supra allegatis perquirenda remitto.

Dubius.

Dubi, Erras, Ignoras, Nescius, & Insci, & per sequeus Dubitare, Ignorare, Nescire, & Errare, in iure aequiparantur. vti volunt Docto in l. finali, & ibi glossa, in verbo Pro dubitate. C. de condic. indeb. vbi dicunt quod sicut is, qui indebitum ex errore soluit, eandem solutionis pecunia repetere potest, ita etiam qui dubitatio soluit, eandem solutionem indebitam repetere potest. vti habet tex. & Bar. & Bald. ibi in l. si. Sin autem nescius, & dubitans & ibi scribent. C. de furt. vbi dicitur, Si aliquis dubitet an sibi competat actio comodat, per id dubium certe ad actionem furti redire poterit, non ob aliam causam, quam quod de ea causa commodari dubitauerat. In hoc tñ differunt, errans & dubitans, quod erranti facilius quã dubitanti possit subueniri. erranti em̄ facilius post agnitiu errorem succurritur, dubitans verò egerimẽ certior fieri potest quia quãdiu dubitat errorem agnoscere nescit, sed quodammodo inter mendacium & veritatẽ dubius cõstiter persistit. Atque hæc notata sunt dignissima, vt quibus sonar gl. in l. Locus. ff. de acquir. posses. Sicuti etiam confirmat Vdalicus, Zasius in l. Si per errorem. ff. de iurisdic. omnium iudicum, nu. 3. ad finem. Horum meminit etiam Bar. consilio 90. circa medium, & Paul. de Castro in d. l. finali. §. Sed quarebatur, C. de furt. Et ibi Bart. qui ibidem clarissime explicat, quomodo intelligi habeat, Dubitatio, Ignorãtia, & Error, & in quibus locum habeat, & quando non: quem iuris studiosis per ocium consulere suaferim.

Ecclesia.

Ecclesia militans assimilatur Ecclesie triumphanti, vt legitur in c. Fundamenta. de electio. lib. 6. Vnde Ioannes in Apocalypsi 2. in principio. Ego Ioan. vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam, & c. Quod Hierusalem terreftris, id est, Ecclesia militans assimilatur ecclesie Hierusalem, id est, Ecclesie triumphanti. Et sic, sicut in superiore triumphante Ecclesia vnus est Deus ita in militante Ecclesia vnus est Dei vicarius Pontifex Maximus, Clem. ad nostram. & ibi gl. haud spernenda in verbo ecclesie, de hæret. atque hic vicarius nõ Cesarĩ, aut alicui Regi, sed Petro & eius in Romana ecclesia successoribus à Christo traditus reperitur. c. vt nostrum. extra vt eccle. benef. & c. Quanto. de trãslat. episc. cum ipsius Dei sacerdos perionam gerat in ecclesia. c. Scelerator. §. his autoritatibus. vers. Sed quem sacerdos. de poenit. distinet. iij. Ergo ipse summus Pontifex, vt Petri successor solus est Dei vicari? à Christo constitutus in ecclesia militante, non Imperator, aut alius quiuus. Quin potius ipsi Imperatores & reges statim vbi facti sunt Christiani, & membra corporis Christi, Ecclesie scilicet militanti, Pontifici Romano, vt vicario Christi, & capiti ecclesie, in omnibus parere debent: cum Petro & eius successoribus à Christo commissum sit, vt ouile suũ, hoc est, Ecclesiam hanc militantem regant atque gubernent. Adeo vt ex necessitate Christi, omnis omnino homo, etiam Princeps, de necessitate salutis teneatur subesse Romano Pontifici, tanquam vicario Christi & capiti ecclesie, potissimum in rebus spiritualibus, & in his quæ fidẽ orthodoxam, & bonorum morum disciplinam concernunt. Nam quamuis actu subsit nemo, nisi qui iam in ouili Christi continetur, quia tamen extra illud nulli salus est, sed debent omnes qui saluari voluerint, intra ouile Christi contineri, ideo quoque & pastor rectorique eiusdem omnes subesse tenentur, & eius præceptis obedire, & hoc est de necessitate salutis, vt in extrauagan. Bonifacius, Vnam sanctam. & fortius in his qui sunt perfecti. ca. Ne quis 2. q. ij. Inde prædictũ fuit Iohel. c. j. Congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum, & Io. 10. Fiet vnum ouile, & vnus pastor. c. Licet. de Baptismo. c. j. de sent. exc. communi. in Clem. cum concord. Hanc obedientiam probat naturalis ratio. sicut enim operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentiis, ita operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. oportuit enim in naturalibus vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones, in naturalibus vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per suam voluntatem, ex vi autoritatis diuinitus ordinatæ. Et recte probat & dicit S. Thomas secunda secundæ. q. 103. art. j. litorum aut superiorum mouentium vnus est supremus, vt prædixi. Omnes igitur sunt subiecti motui illius, & sunt in illo quasi membra de membro. ca. significasti. de elect. Et hanc opinionem nequaquã veritas est se qui D. Ant. de Rosel. in suo tract. de potestate Imp. ac Papa. §. iij. Quin est commune axioma a.

pudd Philosophos, Quod inferiora regi & regulari debent, adamussum & ad regulam superiorum, vt docet Arist. in lib. de celo, & octauo Physicorum. Item, primo lib. Metaphysicorum. Nec alud videtur nobis velle innuere sacra scriptura. Gen. j. cap. cum dicit: Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, vt c. Hæc imago. xxxij. q. v. in parte, & c. Principium, de poenit. dist. ij. Id intellexisse videtur Boetius, de consolatione Philosophie, dum exclamat, O felix hominum genus, si vestros animos, amor quo cœli regitur, regat. declaras illos solos felices ac beatos, qui ea animi alacritate Deo, amori illi, morori nimirũ primo, Deo omnipotenti, in omnib' actionibus obsequuntur, qua cœli omnes, primo illi motori obediunt, & eius motu sequuntur. Porro in superiorib' clarũ est vnũ esse principium & motorem Deum, vt extra de summa trini. c. j. & c. Damaamus. li. vj. & c. Notari. vj. q. j. sicut & istud pulcherrimẽ demonstrat Lactantius, in libro de falsa religione, circa principium, In nõ nec posse esse plura principia, aut plures motores, siue Deos & naturali ratione euidentissimẽ demonstrari potest. Nam si poneret plura principia, siue Deos, quod hæreticum & Ethicũ est, vt c. quidã. ver. Cerdoniani. xxxij. q. si deberes. indubiẽ ista principia ponere aut concordia, aut cõtraria. Quod si ponas cõtraria, tũc actione vnus alterũ dissoluac de iuri necessum erit, & erũt operationes frequenter in principis contraria. Quod si ponas principia, siue deos concordẽs, aut ponis equales aut inæquales. Si inæquales, tũc q̄ esset minor pfectus, facere opera imperfecta, quod dicere nefas est, cũ opus imperfectionis nõ velit agnoscere, is qui perfectus est vt Epistola Victor. C. de sum. Trin. & fide catholica, & c. Maiores, extra de Bapti. & eius effectu. Si ponis p omnia aquales, ergo alter Deus superfluus erit, cõtra §. Quibus. in l. j. C. de nouo codice faciendõ. quod de Deo dici nõ debet, quia in posituius & naturalibus superfluitas refecatur, vt in c. ij. de prob. & l. Ampliorem. §. In refutatoriis. C. de app. Quare sicut nec sunt, nec esse possunt in cœlestibus plura principia sed vnũ est à quo omnia mouentur, reguntur, gubernantur, & dependent. Ita quoque à Christo vnũ est cõstitutum caput, in domo sua quẽ est ecclesia, per quod placuit ei omnes qui in domo sua sunt regere, gubernare, & dirigere, in viam salutis æternæ, vt sint hic omnes vnũ, sicuti futuri sumus omnes vnũ in vita æterna, iuxta petitionem Christi. Io. xvij. Pater (inquit) sancte (p nobis creditur rogans) serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnũ, sicut & nos. Iterum in eadem oratione: Non pro eis autem rogo tantũ, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorũ in me, vt omnes vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnũ sint, ego in eis, & tu in me, sint vt cõsummati in vnũ. Et hoc est q̄ D. Aug. dic. re vult. in questionibus noui & veteris testamẽti, & habetur in d. c. Hæc imago. xxxij. q. v. Nec certẽ postet alias vnquam in ecclesia Dei, cõseruari pax & vnio illa fidei, quam in sua domo requirit Christus, nisi vnũ esset caput, cui omnes obedire tenerent, & nisi ois potestas etiã ciuili, subiecta esset authoritati Ecclesiasticæ hierarchie capitis. Sunt em̄ in domo Dei, q̄ est ecclesia, principantes multi ciuilique magistratus gerentes, quorũ nemo subditur alteri, nec alium supra se recognoscunt principantem ciuilitate, vt Imperator, Rex Gallie, Rex Hispaniarũ, Angliæ, Scotiæ, & alij plurimi, inter quos si q̄ surgit quæstio, aut cõtrouersia, ob quam domum Dei vehementer turbari, & in diuersas sectas scindi, contra voluntatem & præceptum Christi, necessum est, vt experiẽtia, prohdolor, plus æquo sentimus, quomodo hæc controuersie cõponi poterũt, nisi autoritate capitis totius cõmunis Ecclesie? cuius est membra omnia in officio continere, & in pace & concordia, cui tanquam capiti obedire debent omnes qui Christiano censentur nomine. Porro hunc Principatũ suũ primatũ, Christum Petro designasse tradunt orthodoxi patres, primum cum Christus nomen Petro immutaret, ac de suo illud Petræ faxique nomen imponeret, dicens. Tu es Simon filius Ionã, tu vocaberis Cephas: q̄ interpretatur Petrus. Petra autem erat Christus (inquit Apost. Pau. 1. ad Corint. c. x) Ac proinde à Christo petra dictus est Petrus, vt hac ipsa sui nominis communicatione, suas quoq; vices gesturum ipsum in ecclesia, atque eius pro se caput futurum significaret, vnde vnũ in ecclesia dependeret. haud fecus, quam à fundamento ædificium, hoc enim illius ex multis conueniẽtib' sibi electi singularis nominis mysterio, clara significauit, vt super ipsum velut super saxum aliquod, totius ecclesiasticæ hierarchie structurẽ construenda foret edificatio. Sic hunc locũ interpretatur Cyrillus in Io. lib. ij.

c. xij. & Chrysostronus in Io. homil. xj. idem significare voluit Christus Matth. xij. c. cum ipse ambulã super mare soli Petro dedit potestatem ad veniẽdũ sup mare. Quid enim aliud sibi voluit Crist' ambulãdũ sup mare, quã nobis significare ipsum per semdem imperatũ toti orbi, per mare significato. Quum verò Petrum huius potestatis super mare ambulandi participem fecit, quid aliud innuere vult quã quod Petrum, ipso ascẽdente ad cœlos, in hoc suo regno & imperio vicarium suum constituere decreuerat, qui nomine suo in hoc regno visibilis, quod est ecclesia, imperaret. Fundẽ Principatum Petro tradidit Christ' clare monstrat. Luca c. xxij. dum Petro dicit, Simon, ecce Sathanas expetiuit vos vt eriberet sicut triticum, ego autem rogauĩ pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: quo loco Christus pro Petro rogat præ ceteris, & duo ei impetrat indefectibilitatẽ fidei, & iustitiam psumãdi fratres, q̄ ei necessaria erãt, q̄ domũ Dei tãquã caput pelleret, & omnia mēbra ecclesie in recta fide cõtineret, & perpetuò cõfirmaret ac solidaret. Hũc locũ sic interpretatur Cyrillus, in Io. lib. ij. cap. xij. & Chrysostronus homil. lxij. in Io. Primatum autem hunc Petro promissum affirmant Principes fidei nostre, Matth. xvi. c. Cum Christus Petro cõfidenti se esse Christũ filium Dei viui, respõderet, Beatus es Simon Bar-ionã, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hæc Petram edificabo ecclesiam meam, & portã inferi nõ preuallebit aduersus eã. Et tibi dabo clauẽs regni cœlorũ, & quodcũq; ligaueris sup terrã erit ligatũ & in cœlis: & quodcũq; solueris sup terrã, erit solutũ & in cœlis. Sic iter preatur Cyprianus lib. iij. epistola ad Papinianum, & lib. ij. ad Cornelium. Oignes homil. vj. super Mart. Hier. libro j. contra Pelagianos & super hunc locũ Mart. Ambr. sermone xlvij. Aug. contra ep̄i Donati. Chrysostronus & Hilar. super Matt. Cyrillus lib. ij. c. xij. Petro quoque eundẽ primatum per Christũ tradidit eum ei iam omnis potestas esset data in cœlo & in terrã à patre, testatur Io. Euang. ca. xxj. & vlt. sui Euangelij, cum Petrus post resurresctionem suam per cõstatu esset in præsentia reliquorum Apostolorum, nõ se diligeret præ illis presentibus: Petro respondenti: etiam Domine, tu scis, quia amo te, testidõ. mandauit vt oues suas pasceret. Cõstituerat ante & ceteros apostolos suos, velut legatos in vnũ orbem, dicens eis: Euntes in mundũ vnũserum, prædicate Euangelium omni creatura, dederat & illis præiẽ vt quorũ dimitterent peccata dimitterentur, & quorũ retinerent, retinerentur. Ne quis itaque p hæc derogasse quẽquã ei quẽ disposuerat, & cuius iam dudũ caput toties designauerat Ecclesiasticæ hierarchie sorte arbitrareretur, aut Apostolorum omnium imaginaretur æqualitatem, iterum designat eum ad quem tanquam legationis caput, & principem vnũserũ ecclesie suæ curam præcipuẽ referri vellet, in aliorum præsentia, vnũ singulariter appellans Petrum, nõ quidem illo pleno misterij nomine Petri, ne quis in eo, & hic figuram vlam postet contingere, sed illo suo proprio & à parentibus indito, Simonis (inquam) triã patris adiecto cognomine, quo manifestius vnus persona, eius singularitatem ex primeret. neque hoc cõtentus, sed ab aliis ipsum Apostolis vna præsentibus etiam comparatione iungit, atque illos ò diuerso cõstituit, dicens, Simon Ioannis diligis me plus his: perinde ac si diceret, diligunt quidẽ & isti, sed à te plus est quod exigo, te is plus amare conuenit, quẽ præiis, & super hos pastorem ouilis mei constituit. Et D. Chryso. hunc locum explicans homil. lxxvij. in Io. Quid tandẽ est (inquit) quod omnis aliis duntaxat affatur Petrus: Os erat Apostolorum, & princeps, & vertex ipsius cõtus, velut pterea & Paulus cum præter alios visurus ascendit simul, vt ei ostenderet iam sibi fiduciam habendam, tanquam enim negationis obliuisceret, fratrum curam ei committit, neque negationis meminit, neque exprobrat, tantum dicit, Si amas me, fratrum curam suscipias & quam in omnibus dilectionem ostendisti, & qua delecter, nunc ostende: & animã, quam pro me positorum dixisti, hanc pro ouibus meis trade. Et Theophylactus D. Chryso. compiler, in eundem locum scribens, hoc pacto, hunc locum explicat: Postquam (inquit) finitum est illis prandium, Petro præposituram ouium orbis terrarum tradidit, nec alij, sed isti, ipsam dedit: primum quidem omnium electus, & os totius chori, dicit autem, Quod si amas me, pascẽ oues meas, hoc est, præis fratribus & feruentem amorem quem dicebas habere erga me, vt & mori mea causa velles, amodo ostende. & Petro per illa verba traditum primatum testatur Cyprianus, de

simplicitate Prælatorũ. Item D. Hierony. in sermone de Petro ad Eustachium. D. Ambr. in sermone de poenit. & fide Petri. Item D. Aug. in q. noui & veteris testamẽti, q. lxxv. Et diuus Gregor. in epistola ad Cyprianũ, & i homil. quã scripsit in Euãgelio Marc. c. xvj. Itẽ diuus Bernar. sermone xxxij. de septem panibus. Possent & alia multa ad hanc rem adduci, quã tamen hoc capite non sine graui causa prætereunda putauĩ. Primum quod dicitur hæc materia potius ad theologos, quã ad iurisperitũ spectare videatur, ita eadẽ per theologos abundẽ tractata sit. Deinde quod hoc argumentum hoc exulcerato tempore subiectum sit multis calumniis, & contradictionibus hæreticorũ, quorũ argumentis dilucidis, vt opus esset multis verbis, ita frustra à me id laboris sumeretur: quũ theologi qui hoc tempore hanc rem pro merito tractarunt, hæreticorum argumentis dilucidẽ & disertẽ satisfecerunt. Nã frivoluũ est, & ridiculum profus, hoc eorũ argumentũ, quod in ore semper habent, Christum teste D. Paulo ad Ephes. v. c. est caput ecclesie, ergo nec Petrus, nec Pontifex Romanus, potest dici caput ecclesie: quin eodem genere argumentandi probari possit, nullum posse dici Regem alicuius regni, quã teste scriptura, Christus dicitur Rex regnorum, & Rex regum terræ, & per Christum teste Salomone Prouerb. viij. c. Reges regnant. Per me, inquit, Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperãt, & c. Nullus autem est, qui nõ facile intelligat, si ratione & sensu communi vti velit. Et si Christus dicatur Rex regum, & Rex regnorum, & per Christũ qui est sapientia Patris, reges terræ regnare dicantur, ob hoc tamen nullum mereri nomen Regis in terra, qui propriẽ Rex alicuius regni vocari possit. Quinimo rectẽ nos vocamus Philippũ regem Catholicum, Regem Hispaniæ, Arragoniæ, Castiliæ, & c. quia Christo placuit per eum tanquam vicarium suum regere Hispaniam, Arragoniam, regnũ Castiliæ, & regnare in Hispania, Arragonia, & c. Eadem ratione rectẽ vocamus Pontificem caput ecclesie, quia Christo placuit per Pontificem tanquam vicarium suum regere ecclesiam tuam militantem, & regnare in ea, quã cum in cõflet ex membris corporalibus, & mortalibus, hominibus scilicet necessum est, & caput ei constituere corporale & mortale, hominẽ nimirum, vt caput si eiusdem naturæ cũ reliquis membris, quod necessum est fieri vt corpus aliquod rectẽ & concinnẽ componatur. Porro vt reliqua membra huius corporis militantis, suum influxum habent, & virtutem viuẽdũ & vegetandi in hoc corpore à Christo capite, adeo vt quicquid agit per Pontificem, tanquam caput corporis, ad cõseruationẽ & vegetationem totius corporis Christo adscribendum sit, qui ita per vicariũ suum, & caput hoc simile reliquis membris operatur, & hoc sibi vult D. Paul. cum dicit Christũ caput ecclesie, nam quicquid virtutis, quicquid gratiæ, quicquid authoritatis est in capite corporis militantis, aut in membris à Christo, tanquam primo capite, qui est fons bonorũ omnium profuit. Si velimus penitus eodem loco inspicere textũ diui Pauli, inueniemus clarissimẽ Paulum loquũ de ecclesia triumphante, eum dicit, Christum esse caput ecclesie, nam dicit ecclesiam illam, cuius caput Christum asserit eodem loco, esse gloriosam, nõ habẽtẽ maculam aut rugã, aut aliqũd huiusmodi, quod de ecclesia militante intelligi nõ potest: nunquã enim illa est sic gloriosa, vt non habeat rugam aut maculã, nam quãdiu membra corporis ecclesie militantis sunt in hoc mortali corpore, fieri non potest, quin contrahant maculas, nec tam potest vita hæc præfens purgari, quin habeat semper quippiam relictuũ cõtagii. Quia si dixerimus (inquit Io. j. c.) quoniã peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis. Ideo teste Salomone, Prouerb. xvij. cap. Iustus semper in prim. auctuator est sui: nemo enim tam est iustus in hac mortali vita, nemo tã mundus, quin in diem iustior mundiore fieri possit, vt non citius mēbra huius Ecclesie militantis sint sine omni macula & ruga, quã exuto & deposito hoc corruptibili corpore fiant membra cœlestis Hierusalem, Ecclesie nimirũ triumphantis. Et cum Christus totius sanctitatis & iustitiæ fons, & origo, membra sua omnia vult habere sui similia in Ecclesia illa triumphante, quã cum capite pulchre consentiant, in quibus nulla sit peccati foeditas, quã reliquum corpus dehonestet, hortatur nos in Euãgelio Matth. v. cap. vt simus perfecti, sicut & pater noster cœlestis perfectus est, & cuius sumus insigniti imagine eius per imitationem exprefam in nobis geramus similitudinem. hinc quoque Paulus, ad Eph. iij. vult vt renouemur spiritu mentis nõ trẽ, id est, id eã nos iustitiæ, & integritatis formã componamus, quã

in Christo vita, & nouitatis authore didicimus. Nam quos, Inquit idem Apostol. ad Romanos 8. cap. præsciuit, hos & prædestinauit cõsõmes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus à peccati vetustate in iustitiæ & gratiæ nouitate translatis. Ad quam perfectam trãslationem nouitatis, non prius deueniunt membra Ecclesiæ militantis, quàm ab hoc corpore liberati fuerint. nec alia est differentia inter Ecclesiam cœlestem, & terrenam, cum vna sit, quàm q̄ hæc adhuc militet, ceteræ & laboret, vt quàm proximè possit accedat in hac mortali vita, ad perfectam illam renouationem mentis, & conformitatem imaginis filij Dei, que consistit in sanctitate & iustitia. Ex quo certamine fieri non potest propter corruptionem naturæ, quin contrahat in membris maculas & rugas. Illa vero gloriosa est in omnib. membris suis, sine macula sine ruga, cum nihil coinquinatum (vt testatur Ioannes in Apocal. 2. 1. cap.) aut abominacionem faciens, aut mendacionem intrahit in eam, nec iam amplius illis certandum aut laborandum est: sed amodo iam dicit Spiritus, vt idem Ioan. eodem libro scribit cap. 2. 4. vt requiescant à laborib. suis, & sedeant, testante Esaia propheta, ca. 3. 2. in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Quod verò adferunt & pro confirmatione suæ sententiæ adducunt D. Gregorium, Cyprianum & Augustinum, si diligenter discutiant eorum scriptura, inueniemus perspicuè illos nunquam docuisse aut sentiuisse, quòd Pontifex non esset caput Ecclesiæ, quin contrà semper eos statuisse penes Pontificem, tanquam caput Ecclesiæ, esse primam auctoritatem in Ecclesiâ, vt in locis supra citatis, & aliis variis abundè scripta eorum testantur. Nam Cyprianus libro de simplicitate Prælatorum, causam reddens, cur se aliò que decipiant hæretici, subuertentes fidei veritatem & corporis Christi vnitatem corrumpentes, docet hoc inde provenire: quia non respiciunt, non assurgunt ad Ecclesiasticæ vnitatis originem, nec caput quarunt, quod tamè clarissimè docet doctrina cœlestis Euangelij, cuique obuia, eam hanc tandem profert, loquitur, inquit, Dominus ad Petrum. Ego dico tibi, quia tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferorum non vincet eam, tibi dabo clauis regni cœlorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcũque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis, Et eadem post resurrectionem suam dixit: Pasce oues meas Ex quib. verbis Euangelij D. Cyprianus ostendit caput Ecclesiæ Petrum, & Petri successores, & vnitatis eiusdem originem. Atque istud ipsum in Epist. ad Iubaianum clarius adhuc explicat. Et Diuus Gregorius lib. 6. Epistola 37. ad Eulogium scribit hæc verba. Quis (inquit) nesciat sanctam Ecclesiam in Apostolorum Principis soliditate firmatam: qui firmitatem traxit in nomine vt Petrus à petra vocaretur cui veritatis voce dicitur, tibi dabo clauis regni cœlorum, qui rursus, Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Iterumque Simon Ioannis amas me? pasce oues meas Itaque cum multi sint apostoli, pro ipso tamen principatu sola apostolorum principis sedes, in auctoritate conualuit, Rursus in altera epist. lib. 4. epist. 3. 1. Cunctis Euangelium, inquit, scientibus liquet, quòd voce dominica, sancto, & omnium apostolorum Principi, Petro apostolo, totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quippe dicitur, Petre amas me? pasce oues meas. Ipsi dicitur, Ecce Sathanas petiit cribrare vos sicut triticum, & ego rogauit pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ipsi dicitur, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & hæc ille. Atque ex his intelligim⁹ quòd Diui Gregorij etiam sententia nulli Euangelij scienti dubium esse possit, quin Petro omnium apostolorum Principi, & eius successoribus totius Ecclesiæ cura tanquam capiti commissa sit. Eiusdem sententiæ fuit diuus Augustinus cum multis locis, tũ precipuè in suis enarrationibus in Psalmos, vt in psalmum 30. in psalmos quoque 33. & 39. Item in epistolis suis frequenter, lib. quoque 1. 1. quæstionum ad Simplicianum, Rursus aduersus epistolam Donati & aliis locis plerisque. Sed quòd videtur præscripti auctores negasse, nullum esse vniuersalem Episcopum, hoc sic intellexerunt, quòd nullus esset vniuersalis episcopus, quòd esset cuiusque Ecclesiæ prius rector, nam sic nullus esset alius episcopus præter Pontificem, adeo vt omnis honor episcopalis ab omnibus auferretur, & vni soli tribueretur, quòd nunquam admittendum est; quia hoc hierarchicum ordinem Ecclesiæ immittendum est; immò prorsus destrueret. Hoc improbarunt præscripti patres, auctoritatem autem hierarchiæ ecclesiasticæ nunquam receperunt, neque minuerunt. Sed de his factis. Nam nec hæc

similitudo terrestrium cū cœlestibus, videtur satis equa, nec res ipsæ inrer se collatæ sunt eiusdem fortitudinis & terreni, in quo foro de similibus idem esset iudicium, quæ similia in meo hoc libro sumpsi explicanda. Ad alia ergo accingar.

Ecclesia.

Ecclesia æquiparatur minoribus & pupillis, & de illa sicut de istis pariter iudicandum est vt habet gl. notabilis in l. Respublica, in verbo, Soler, & ibi notat Bal. & alij scribentes. C. Quibus ex causis. Ideoque sicut minores, & pupilli auxilium restitutionis in integrum implorare possunt, ita idem auxilium implorare potest ecclesia, vt habet textus expressus & notabilis cū glo. in c. Auditis, in fine in verbo, Minoris, & ibi Canonista, extra de in integ. restitut. Quia enim ecclesia fungitur iure minoris, ideo omnia iura de restitutione minorum loquentia, eadè quoque possunt & debent referri ad ecclesiam, & contrà, vt habet c. 1. & d. c. Auditis de in integ. rest. Et doct in l. Orphanotrophos. C. de episcopo & cler. Et Panor. in d. c. Auditis. Exempla autem hæc passim habentur. Quum visque hæc ita se habeant, sequitur à similibus, q̄ ecclesiarum prælati etiam tutoribus & curatoribus comparari debeant. Orphanotropho. in Authentico, de eccles. tit. gl. in d. c. Auditis, in verbo, ecclesia, extra de in integrum restitut. Quod autem ecclesia æquiparetur pupillo, id manifestè ostenditur in gl. notabili, & etiam expressa, in l. libertos, in verbo administratur. C. de excusa. tuto. Et quamuis hæc comparatio rectè fiat de minorenni, eadem nihilominus etiam intelligitur de pupillis, quantumuis gl. in d. c. Auditis, dicat, q̄ ecclesia rectè æquiparetur minorenni 25. annorum, non autem pupillo. Quod enim ecclesia omnino æquiparanda sit pupillo, locoque pupilli habeatur, id aperte ostendunt glossæ iuris ciuiliis prælegata. Idemque confirmant Ioan. Fab. Angel. Aret. & Iason, in §. ex maleficiis. vbi latè de hoc tractat, Institutio, de actionibus, de his quoque meminit Io. Fr. Balb. ibi. Quinto quæro. nu. 4. in suo perutili tractatu, De præscriptio. Et Andreas Tiraque illud de legibus connubialibus & iure maritali, gl. 6. ibi de iur. mar. num. 70. ad quem consulendū studiosos mitto. Huius ipse etiam memini in mea substationum compendiosa exegefi, capitulo 1. nu. 9. in postrema editione.

Ecclesia, & pia causa.

Sic ecclesia, & quæuis pia causa in iure æquiparantur, & sunt paria. l. si. C. de sacrosanct. eccles. & §. Scimus, in Authentico, de non alienandis rebus eccles. colla. 2. & notat glo. ordinaria, in l. Rēpu. in si. C. de iure Reipub. lib. 1. 1. Hanc æquipoſsionem confirmat etiam D. Nicolaus Euerard. de Middelburgo, in suo lib. Topicorum, in loco à pupillo ad rēpub. ad finem, vbi dicit, q̄ sicut bona ecclesiæ sine certa solemnitate vel alienari, vel in perpetuam emphyteusim dari non possunt. c. sine. 1. 2. q. 2. Authentica, Hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis ecclesiis, ita quoque nec ad piam cām, veluti ad subsidium pauperū relicta, sine ea solemnitate alienari, aut in emphyteusim dari possunt, vt latè confirmat Felin. in c. de quarta, circa principium, de præscript. Item sicut ecclesiæ in integrum restituntur, ita quoque piarum causarū ratio, in restitutione in integrum par habetur & similibus. Teste Ludo. Romano, conf. 446. Panor. in c. 1. de restit. in integrum. Tertio, sicut in acquisitione ecclesiæ, aut beneficii ecclesiastici, simonia committitur, ita etiā in acquisitione hospitalis, vel rei ad pium vsu destinatæ, vt habet Calderinus in tit. de religioſ. domibus. conf. 1. Quarto, sicut de relictis ecclesiæ nõ soluitur falcidia, nec Trebellianica, ita neque eadem soluitur de rebus ad piā causam relictis. Teste Castr. conf. 195. Postremò, sicut iudex secularis nõ immisceat se rebus ecclesiæ, ita etiam non intermiscet se rebus ad piam ecclesiæ causam pertinentibus: potissimum si eæ cum præiudicio iudicis ecclesiastici cõtingerent. Nam si quis se intermisceret rebus iis piis administratiuè, & non priuatiuè, hoc est, ad subsidium piæ causæ, vel ecclesiæ, potius quàm ad detrimentum eiusdem causæ, probanda omnino foret ipsius opulatio, teste Anch. conf. 343.

Ecclesia, loca sacra.

Ecclesia, & alia pia loca in iure æquiparantur, & sunt similia l. Illud. iuncta glossa. C. de sacrosanctis ecclesiis. Et ideo generaliter omnia priuilegia ecclesiis competentia, competunt etiam & aliis piis locis, iuxta textum admodum notabilem, in lege omnia priuilegia. & vt ibidem Bartolus notat. C. de episcopis & clericis. textus in §. pro temporalibus, in Authentico, de ecclesiastic. titul. colla-

tionem nona. Et Ioann. Andr. in capitulo secundo, de in re. restit. Et hinc est, quòd sicut contra ecclesiam non præscribitur, nisi in spacio quadraginta annorum. cap. de quarta extra de præscript. & notabiliter Bald. in authentica, Quas actiones, C. de sacrosanct. eccles. vbi ait, hoc esse notabile mē requæ tenendam, itaque quoque nec contra alia pia loca cadit vlla præscriptio, vt habet d. §. Pro temporalibus. vbi & expressus de hoc casu enarratur. Plura exēpla, plurēve de hac re casus, si quis desideret, legat D. Felin. in d. c. de quarta. vbi nouendecim similitudinibus, siue æquipationis casus cõnumerat, & describit. Vide etiam dominū Nicolaū Euerard. à Middelburgo, in suo libro Topicorum in loco, ab ecclesia ad pia loca, qui de hac similitudine quædam expresse ibidè explicuit, & reliqua ad D. Felin. loco iam iam allegato, & citato, breuitatis gratia remisit.

Ecclesia & senatus.

Ecclesia comparatur Senatui, vt tenet Ioan. Monachi, in iuris defensorio. §. Quomodo contra, sub nu. 1. de ecclesiæ imperio & priuilegio. Vide titulum, Titulus.

Ecclesia & Respublica.

Ecclesia & respublica à pari procedunt, & in iure æquiparantur. Imò bona ecclesiæ verè dicenda sunt esse bona publica. cap. Quid ergo. 2. 3. quæst. 4. & ibi est textus, cum glossa in verbo, de re publica. quæ continet, q̄ ecclesia appelletur respublica, & in l. si. C. de sacrosanctis ecclesiis. Quod confirmat Fel. in c. Nonnulli. extra de rescript. dicens, quòd bona ecclesiæ appelletur esse bona reipublicæ, & q̄ fauor qui reipublicæ debetur, idem quoque & maior debeatur ecclesiæ, vt testatur Ioan. Fran. Balbus, ibi. Quinto quæro, nu. 3. in suo tractatu de præscriptio. Et Spec. lib. 2. partic. iij. de restit. in integ. nu. 3. cap. quid ergo. 2. 3. q. iij. ad hæc notanda est l. iij. C. ex q̄. ubi. caut. in integ. restitutio non sit necessaria.

Ecclesia, & causa publica.

Ex iam dicta similitudine colligitur & alia similitudo ex ipsa dependens, scilicet q̄ sicut ecclesia comparatur reipublice, ita à similibus ecclesiæ causæ etiam æquiparandæ sunt causis publicis. l. vt inter diuinum. C. de sacrosanct. eccles. vbi sicut in quibusdam casibus, non nisi longissimi temporis præscriptio, currit aduersus ecclesiam, ita nec aduersus reipublicam. Secundo sicut dominium absque traditione acquiratur ecclesiæ ex speciali fauore, ita & reipublice. Tertio sicut ecclesia acquirit tacitam hypothecam, ita & respublica. Quarto sicut in causis ciuitatis proceditur diebus festis, ita etiam in causis ecclesiæ. Specul. in tit. de feriis. §. sequitur. Et Romanus in auth. similiter. C. ad l. Fal. Quinto, sicut fiscus vel ciuitas sperueniens ad defensionem emptoris trahit auctorem ad suum iudicem. l. si minori. C. de iure fisc. ita quoque & ecclesia. glo. in c. Clericum. 1. 1. quæst. 1. sed de veritate istius æquipationis, vide Iasonem in d. l. vt inter diuinum. nume. 2. & præsidem Mechliniensem Nicol. Euerard. in loco à fisco ad ecclesiam. Ecclesia enim & ciuitas æquiparantur. Vnde idem ius quod rebus ciuitatum retribuitur, id quoque & rebus ecclesiarum concessum censetur, teste D. Iason. in d. l. vt inter diuinum, iuncta gl. ibi. in verb. priuata commoda. Sexto, nec eadem legem ecclesia fungitur iure reipublice, sicuti ad hoc quotidie prædicta lex allegatur. Quæ tamen lex duntaxat vera esse comperitur in tribus potissimum casibus, in eodem dicto textu expressis, quos casus ibidem videre licebit.

Ecclesia, & Pupillus.

Ecclesiæ ius par est cum iure minoris, aut pupilli, vt habetur in ca. auditis, & iuncta ibidem glo. in verbo, Ecclesia, extra de in integ. restit.

Ecclesia prelati.

Ecclesiam non habere prelatum, & habere prelatum, sed inhabilem; aut inutilem paria sunt. capitulo inter corporalia, & ibi Panor. extra de trãslat. episcopi, quæ decretalis ad hoc type allegatur, ad huius comprobationem facit quòd habetur in l. quotiens, & ibi Ias. ff. qui satisfare cogatur. Itè quòd habetur in l. §. quib⁹ ff. quod cuiusque vniuersita. nomine. Idem quòque confirmat Iason in d. l. quotiens. ff. qui satisfare cogatur. vbi dicit q̄ sicut paria sunt, Non habere ma-

ritum, & habere maritum inhabilem, aut inutilem, glossa in verbo Orbitates, in l. si. C. ad l. Falui. de plagia. ita quoque pares sunt, ecclesiæ placus inutilis, & prelati nullus. Imò talis prelati inutilis æstimandus est veluti mortuus, aut saltè miser & inidoneus, qui illuminare præsumit alios qui per se tenebrosus est, & ad prelationem assumpti in dignus, vt habetur de Pœnit. dist. ij. §. opponitur. Quin mortalis magis dicendus est canis impudicus, quàm prelati. c. Qui nec. ij. q. vij. Atta men si quis in episcopo suo, vel in prelatiura sua ante dignissimè præfuisse, idemque postea præsenio, vel præ alia corporis infirmitate paulatim euaderet min⁹ dignus, imò prorsus ea prelatiura indignus tadem fieret, & inidoneus, aut delirus: ob id natura vitium profectò non esset statim remouendus officio, sed ipsi adiungendus coadiutor, vt habetur in c. Scripsit. vij. quæst. j.

Ecclesia parochialis.

Ecclesia parochialis respectu ecclesiæ vniuersalis æquiparatur filiofamilias. capitulo in præsentia, extra de probato. & §. Si alia, ad finem. xliij. quæstio. ij. & ca. finali, & ibi per glo. xv. quæstio. iij. vbi dicitur. Si quispiam compromississet se restituere totam hereditatem, si sine liberis decederet, isq; postea monasterium aliquod ingrederetur, profectò is idè videtur hoc ipsum fideicommissum per ingressum in monasterium effecisse inualidum: quia monasterium in iure filij loco haberi consuevit. Authentico. Si qua mulier, & ibi Bald. Fulgo. Ias. & alij moderni. C. de sacrosanct. eccles. cap. in præsentia extra de probat. & in §. Sed & hoc presenti, in Authentica de sanctis. episcopo. colla. ix. Cuius ratio nõ est alia, quàm quòd is qui monasterium ingreditur, is & se & sua omnia eidem monasterio offerre, deuouere, & dedicare solet. Authentico. Ingressi. C. de sacrosanct. eccles. que canonizata reperitur in capitulo. Quia ingrediens, xix. q. iij. & præterea, qui sic monasterium ingrediens, eidem monasterio omnia sua offerre, is certè omnia ea monasterio tanquam filio suo offerre videtur, quòd id ipsum monasterium loco filij habuisse creditur, quia sicut maxima dilectio parentum ostenditur in donationibus, quibus filiis suis sese, & omnia sua ex naturali amore resignant, ita & filiorum loco habendum videtur monasterium, in quod quis se ipsum, & sua omnia dedit, & vt dicitur, Nulla maior esse potest alicuius dilectio, quàm quando ipse donator venit in donum, vel quando datū, vel deditū ipsum idem est cum donante, hoc est, quando aliquis se ipsum, & sua omnia donat. §. j. & §. Vna de summa Trinitate. Quocirca mirum non est, si monasterium vel Ecclesia filij loco habenda esse dicatur. Ita quoque tenet Tiraquelus ad l. si vnquam. C. de reuocan. donat. ad verbum, libertis. num. 68. Atque ista confirmant leges, & plebiscita à maiori, quòd is qui iure prohibetur alienare emphyteusim: is tamen in fauorem monasterij non prohibetur eandem emphyteusim alienare, sed potius in eiusdem monasterij fauorem eandem alienare posse, tãquàm id monasterium in ea re pro suo herede insititire & sui heredis loco haberi vellet, vt habet glo. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege, ad verbum Interest. ff. de verborum obligat. & certè monasterium habendum est, tanquam posthumus, vt ait Bal. in l. filius à patre. ff. de hæred. institut. & testamentum prius factum rumpit, & annihilat. iuxta Authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. Hanc quoque paritatem confirmat D. Petrus de Vbald. de Perusio, in suo nobilissimo tract. super Canonica epali, & parochiali, huius paritatis hæc naturalis poterit assignari ratio, quòd sicut filius parentibus subest, veluti à quib⁹ primà duxit originem à quibus suum corpus esse, substantiamque corporis, & membrorum contraxit: ita & parochialis Ecclesia, Ecclesiæ generali subest eiusque membrum est particulare, & quodammodo ipsius est proles, ipsi subiecta, ipsi vnita, ipsique debita ac quasi naturali origine coheres, & cõiuncta. Hanc tamen dictam paritatem monasterij cum filio, praxis, & principum edicta publica postea limitauit, sic monasterium non amplius habendum esset pro filijs nisi in solis casibus in iure expressis, & nõ in aliis: quia in petenda dote vidua, quæ monasterium ingressa est, vel in iuribus feudilibus, vel in similibus casibus aliis in iure non expressis, monasterium pro filijs haberi non potest: sed soli filij, aut filia, qui ex parentum suorum lumbis, aut corpore præciti sunt. Teste Ias. in d. authen. si qua mulier. in quinta add. num. 19. 30. & Tiraq. ad d. l. si vnquam. ad verbum, Susceperit liberos numero 36. & seq. & ad d. verbū, libertis, nu. 70. eam seq. Coni. opi. To. 4. RRRR

Ecclesia & patronus.

Ecclesia aequiparatur patrono: vt enim Patronorum est patrocinarī suis respectu quorum dicitur patronus, ita & Ecclesia tam particularis, quam catholica defendere, non perdere debet suos, quos per Baptismum pro veris membris in corpus suū vniuersale sub capite Christo assumptos, insertos & incorporatos accepit: defendere inquam omnibus modis, viis & medijs, per tolerantiam, per longanimitatem per respicientiā expectationem, ne humana temeritate in mortem incidat aeternam, ne v̄ quisquam ex iis praeproperē pereat quo seruando mortuus est Christus, qui in hunc mundum venit seruare, non perdere. Matt. 9. Luc. 5. 1. Timo. 2. sed potius vt ipsam errantem ocululā exemplo Christi diligēter grat, inuentam non occidat, sed clemēter humeris suis imponat, & in ouile, a quo deuiuit, studiosē reportet, in priorem libertatem filiorum Deia erar, & de ipsius salute, & restitutione gaudeat, & ab amicis & vicinis de repera ouicula congratulationem exposcat. Quum igitur omnes ante Baptismū fueramus filij irae, aeternae gehennae addicti, & per Baptismum cognoscimur incorporati corpori Christi, ipsiusque corporis effecti membra, quod corpus est Ecclesia illa vniuersalis, superest vt eadem Ecclesia sibi per diuinam gratiam, & per Baptismatis sacramentū in suos vnitos, & incorporatos misericorditer etiam agnoscant, agnitos benignē recipiat, foueat, & fortissimē defendat, errantibus prudēter ignoscat, & ad errata quantum Reip. Christianae salus permittit, dissimulet: ad ipsorum salutis sp̄e oculos intendat, iuxta voluntatem Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis suae venire. Huius itaque diuinam naturam imitatur Ecclesia, & in conseruandis, patrocinandis, & defendendis suis filiis, tam orantibus, quam non errantibus, se totam clemēter impendit, ne quis luorum pereat, sed vt omnes pariter retineat, seruet sibi, suoque capiti, & sponso Christo vnitos, & incorporatos asserat, ab aeterna morte defendat, & in cohereditatem, regni caelestis cū Christo ascribat. Est enim Ecclesia Christi nempe vniuersalis, siue catholica, domus Dei columna & firmamentum veritatis, teste Paulo 1. Timo. 3. & per consequens in sola domo Dei salus nostra est, vt quae sola nos defendit, & seruat per Christum dominū nostrum, qui eiusdem est caput. 1. Cor. 12. & Ephe. 1.4. & 5. & Col. 1. & 2. a quo capite omnis nostra salus in sua membra desinit, sicut succus vitis in omnes suos differtur palmites. Sed haec obiter theologice. Ad meam confessionem redeo, imitatus hanc Pauli sententiam. Idem etiam confirmat D. Petrus de Vbal. a Perusio, in trac. super Episcopali, Canonica & parochiali.

Edere.

Quicumque edere, exhibere, & restituere, cū grāmaticis, tū iuris peritis, paria sunt. l. & que a Diuo. & ibi Bal. nu. 5. ver. & vt clari. C. de edē. de editione loquitur d. l. & quae, de exhibitione. l. iij. §. pen. ff. ad exhibendum. de redditione siue restitutione loquitur. l. dissoluta. C. de condit. ex lege sine caus. l. si Chirographum, ff. de probat. l. Labeo. ff. de pact. cū similibus iurib. nam quemadmodum ex causa ad editionem rationū quis compellitur, d. l. & quae, ita quoque ad exhibitionem instrumentorum compelli potest, d. l. iij. §. penult. & ad restitutionem, quia creditor cui est satisfactum, tenetur ad restituendum debitori Chirographum, d. l. dissoluta. & ideo pulchrē respondit Zasius, singu. responforum, lib. ij. ca. xxi. quod non sufficit dare cautionem vel quietantiam de soluto, ac satisfacto, vel redēpto annuo redditu: sed praeter hanc quietantiam etiam restituendae sunt ipsae obligatoriae literae. Primò, quia quisque cogitur praecise restituere oēm obligationem, quam restituere potest. l. qui restituere. ff. de rei vendi. Secundò, quia cautio seu quietantia est res fragilis, & perditu facilis: ideoque non satis efficaciter obligationem liberat, nisi creditor ipsissimas literas reddituales restituat. l. cogi. §. si pater. ff. ad S. C. Treb. & quamuis hic amissionis futurae euentus ex rerum praesenti statu non appareat, propter culpam tamen restituere volentis, eodem literae peritiae praesumuntur, vel pereundae, arg. l. diuortio, in principio. ff. de negot. gest.

Edere imperfecte.

Imperfectè edere, & plus nō edere paria sunt. expressa l. j. §. pen. iuncta glo. ibi. in verbo Edere. ff. de edēdo, quod ibidē

not. Alber. de Rosa. nu. 1. Veluti si quis edat instrumentū in quo contineatur stipulatio facta sub p̄dōne, p̄dōnem tñ nō edit: vel edit stipulationē, sed non p̄cna quae in ea continet. is profectò instrumentū edit imperfectū, & ita tanquā nullū instrumentū edere censetur: & per consequēs quia pars eā expressam conditionē & p̄cna ignorauit etiā in p̄cna incidere non debuit. l. Haereses. §. Idē iuris. ff. Famil. her. Atque hinc Bar. in d. l. j. §. pen. not. Quod parti debeat fieri copia de oibus q̄ in iudicio producantur, & instrumentū tradi perfectum cū expressis p̄dōnibus & p̄cenis vt pars eas p̄dōnes obseruare & p̄cenas euitare possit. Quod et̄ confirmat Vlpia. qui ibidē dicit q̄ in stipulationibus edenda omnia sint q̄ edēda sunt: quodq; is nullā stipulationē edere videat q̄ stipulationē totā non edit. De hac re quoque pulchrē loquitur Lu. Roma. ff. de ope. no. nun. nu. 2. Quēdā inquit est editio q̄ fit iudici per partē ad intentionē fundandā, q̄ fieri tñ debet integraliter, & in qua nō sufficit particulā edere. l. In ciuile. ff. de legi. Quēdā verò editio fit iudici ad hoc vt ex ea ipse p̄dideret quid debeat parti, & hoc casū idē est an particularis an integra fiat. c. Contingit. de si. instru. Quēdā p̄terea editio fit Principi ad hoc tñ, vt declaret verbū aliquod: in hac sufficit particulā exhibere. l. f. C. de precib. Imper. offerend. Quēdā autē editio fieri dēt parti, sed in parte, hoc est, ad eū solūmodo finē, vt pars per eā expressam partē instruat, & admo- neatur an velit liti cedere, an in ea ulterius cōtendere, & tūc sufficit eam particulā clare exprimere per quam pars adcedendū, vel ad procedendū informari possit. l. Argentarius. §. edi aut. ff. de edēdo. Aliqñ fit editio parti, vt ex ea pars exhibens intentionē suā parti exhibita cōprobet, & tunc debet ita edi, vt ex ea fieri possit probatio, cō omnibus suis solennitatibus. l. Veluti. ff. de eden. Postremò aliqñ editio fit parti, vt ex ea editione pars aduersa videat quid in ea tanquā falsum reprobare, aut vt verū admittere debeat, & tunc debet plena ac integra fieri, & exhiberi editio, d. l. j. editiones.

Edicta.

De edictis, mandatis, aut legibus ciuilibus. Vide infrā sub titulo, Statuta.

Error improbabilis.

Error improbabilis (q̄ error supinus dī) aequiparatur errori iuris. l. Reg. ff. de iur. & fact. igno. & l. Quāquā. ff. ad S. C. vel. eū alijs iuribus. Vbi dī, quod sicut hī qui per iuris ignorantiā l. Fal. beneficio vsi nō sunt, nō possunt repetere, ita quoque qui per errorē improbabilē fideicommissum soluerūt, id ipsum solūtū tanquā indebitū repetere non possunt. Et 3, sicut error iuris impliciti seu intricati dī error probabilis, sic quoque error facti dī error probabilis, vt est text. quem ad hoc citat Ant. in c. cū dilectus. & ibi quoque Imo. de regula. & Cle. j. §. sanc. in 3. opposi. de vsur. Et quēadmodum praesumitur esse in dolo is qui errat in iure naturali vel quasi, vel q̄ errat in iure ciuili notorio & indubitato, testib. Angelo, Cuma. & alijs ad l. ex cōsensu. §. si. ff. de appel. Et Alcia. regula. 3. praesumptio. 3. o. ita quoque & is praesumitur esse in dolo, qui allegat errorē facti improbabilē, iuxta gl. in c. vlt. §. vt aut. ad verbum, Scienter. de offic. deleg. libr. 6. Tiraquellus latius in tractatu De p̄cenis tempe. causa 13. nu. 22. cum seq.

Error iuris dubius.

Error iuris dubius aequiparatur errori facti, qñ de eo constat vel probatur, secundum Anto. de Butrio, & Abb. in c. de quarta. extrā de praescri. nu. 12. cum concord. De quibus ibi quoque latē per Felin disputatur. Atque ita etiam tenet Carolus Ruinus, consi. 2. 8. post nu. 2. in 2. vol. consilio. & con. 27. nu. 18. 3. vol. Vbi dicit, q̄ error dubius inducat bonam fidē, & praebat iustam causam praescribendi. c. cū dilectus. extrā de consuetud. Quod etiam notat Ant. de But. & per Im. in c. si diligētī. de praescri. Et per Abb. in d. c. de quarta. c. tit. cū alijs p̄cordantibus, de quibus ibi recētiore cōsule. Et ideo vbi sumus in casu, in quo est dubiū de iure, an solus Episcopus actū facere possit, tūc in eo casu titū? ex illo actu oriēs, quamuis minus iustus sit, tñ propter dubium iuris, occasio- nē, & causam praescribendi praebet, non minus quam si errore facti contigisset, teste Imol. & Card. in c. cū dilectus. de consuetu. Quia qñ ius, in quo erratur, est ius dubiū, is error iuris equipollit errori facti. Imò ipse error iuris dicitur probabilis error, qñ ius ipsum est obscurū. l. cum prolatis. ff. de re iudic. vel res in apicibus iuris consistit, sic Bald. in l. venditioni. C. de vsucap. pro empto. Atque haec ipsa etiam dicit, & alle-

& allegari solent de extraordinaria seu extrayaganti consti- tutione, quae non est publicè nota, quia talis non praesumitur peruenisse ad notitiam cuiuslibet, vt dicitur Doct. in c. j. de constitutio. libr. vj. & Bald. in l. Leges. C. de legib. Vnde & Corneus consil. xlvij. num. 10. dicit quæstionem illam esse dubiam. An res enormissimae laesionis possit teneri contra transactionem iuram, & an ideo de illa compromitti possit: sic vt quæstio facti est dubia, quae de interpretatione consuetudinis nascitur, vt ibidem latius videre licet cum reliquis ad hanc quæstionem pertinentibus, vt & ibi latius explicat Doctores, ad d. cap. cum dilectus. Et Imol. in c. si diligenti. de praescriptioni.

Esse.

Esse in prouincia, & esse circa prouinciam, paria sunt. Vide infrā, sub Themate, Prouincia.

Esse in via ad actum.

Esse in via ad actum, & esse in actu, paria sunt. Vide suprā, in actu esse, sub titu. Actus.

Esse talem, & haberi pro tali.

Esse patronum, ciuem &c. & haberi p̄ patrono, ciue &c. paria sunt. Vide infrā, Patronus.

Esse indebitè.

Non esse, & nec debite, nec legitime esse, paria sunt, capit. ei cui. de p̄bend. in vj. Vbi dicitur, quod si mandetur iurisperi- titer, vt Ioanni prouideatur de praebēda proximē vacatura, tunc si ea fit sacerdotalis praebēda, ea certē ipsi conferri nō poterit, si notandum in tali etate exiit, qua ad sacerdotium promoueri possit: quia paria sunt, Ioannem simpliciter non esse habilem ad praebendam & Ioannem ad praebendam talem nondum esse habilem. Nam eo casu & qualitas perso- nae, & qualitas praebēdae inspicere debent, iuxta tempus praesens, & qualitas adiecta verbo debet intelligi sū tempus verbi §. proximus. Institut. de legit. agna. turel. ad similitudinem quoque superiorum etiam paria sunt, Non facere, & nō sic facere, vel alio indebito, vel insufficienti modo facere. capit. final. de restitut. spoliat. Ioannes Neuizanus. consil. 50. num. 20. Item ad hunc quoque modum paria sunt, Omnino non esse iudicem, & esse iudicem, sed non ad illum actum de quo agitur, teste Ioann. Monach. in capit. ea quae. de regul. iur. De hac re etiam meminit Petrus a Braxio, in suo directorio lectionum, numer. 4.

Esse non de iure.

Non esse, & esse, sed non de iure, paria sunt. leg. quotiens ff. qui satisfare cogantur. Atque a simili paria sunt, Non esse factam excussionem, & excussionem esse factam, sed non de iure, Roland. a Valle, consil. ix. nume. 7. Tertio, paria sunt, Non esse factam obligationem, & obligationem esse factam: sed non de iure, l. nulla. ff. de auctorit. tutorum. Idem Rolandus, consil. xliij. nume. 2. §. l. acceptam. C. de vsur. & ibi Doctores. Nam quod incautē vel contra ius factum est, id nullum est, habeturque pro infecto. l. non dubium. C. de legib. capi. quae contra ius. de regul. iur. & l. j. ff. de his, quae in testamento. del. Atque hinc etiam consequitur, quod malè respondere, peius sit, quam nullo modo respondere, gloss. in l. si sterilis §. cum per venditorem. ff. de action. empti. & latē de his laeson in l. j. ff. quod quisque iuris. Item, paria sunt: Non existere aliquid, & existere, sed de iure non posse succedere. Parisius consil. lxx. nu. 64. lib. iij. & d. Anto. de Rosellis in suo tractatu de potestate Imperatoris ac Papae. num. 20.

Esse, & non posse disponere.

Sic quoque paria sunt, Non esse, & esse, sed non posse disponere. l. nec emere. ff. de contrahend. emptio. cum vulgari- bus. De quo etiam Petrus Paulus Parisius consil. cxliij. nume. 2. §. in iij. parte.

Esse inutiliter.

Non esse, & esse, sed inutiliter esse, paria sunt. Sic et̄ paria sunt vt paulò antè meminimus, Ecclesia nō habere platū, & habere platū, seu patronum, sed inutilem. ca. inter corporalia. & ibi Panormi. extrā de translatio. episco. quod quidem

decretum ad hoc saepissimè allegatur. facit etiam ad haec q̄ habetur in vulgata l. quotiens. ff. qui satisfada. cogant. & in l. j. quibus. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine. Quin & istud confirmatur per gl. in l. f. C. ad leg. Flauiam de plagiaris. vbi notanter dicitur quod paria sunt: Non habere filiū & habere filium inutilem. Similiter & paria sunt, Vxorem nō habere maritum, & vxorem habere maritum inutilem, sicuti Ias. refert in d. l. quotiens. ff. qui satisfada. cog. vbi ponit multo plura similia huic proposito seruientia. Haec eadem refert etiā Alex. in l. filij. §. vidua. ff. ad municip. dicens quod non solū vidua dicatur quae est priuata marito, sed etiam quae maritū habet inutilem, de quo gl. est singularis in d. l. f. ff. ad l. Flauia. de plag. & ibi Salic. in fin. vbi eandem sententiā probat, quā idcirco summopere pro statutis eodem loco notandum pu- to, vbi peculiarem mentionem de viduis facit. Huc quoque adferenda est gl. cum adiuncto textu. in l. non putauit §. nō queuis. ff. de bono. posses. contra tabul. & ibi Bald. Sratuto, inquit cauetur, quod Bānitus siue exul possit impunē offen- di: quod si est bannitus banno inualido, nō poterit offendi. Quod etiam confirmat Dominicus in ca. Pia. de except. lib. vj. vbi etiam dicit quod paria sunt, Aliquid non esse & esse, sed non posse probari esse. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. & Raph. Fulg. in l. Temporalibus. nu. 2. de vxorib. militū. Vi- de etiā tex. in c. Alius. xv. q. vi. Vbi narratur, quod Rex Frā- corū Chilpericus aliās Childericus tertius stupidus anno Christi 741. aut secundum nonnullos. 742. regno fuerat ex- actus & depositus propter ipsius in gubernando inutilitatē, & facit ad haec etiam textus in c. f. de erate & qualitate. Vbi similiter narratur, quidā Episcopus Calinēsis fuerat suo Epif- copatu priuatus, tātū ob id quod ignorabat Donatū gram- maticum, & ad hoc facit vulgatus text. in l. quotiens. ff. qui satisfada. cogant. Vbi etiam paria referuntur, Non cauere, & in utiliter cauere, teste D. Ias. in d. l. quotiens. Paria quoque vel similia sunt sicuti ante diximus, Non esse, sed non apparere, vt est textus in l. in lege. ff. de cont. rah. emptio. & l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. Item, Paria sunt, Nihil habere, & aliquid habere, quod nō sufficiat: vel nullum habere beneficium, & habere beneficium, quod vite sustentationi non sufficiat, vt inquit Archidi. in c. Pictis. lv. distin. per illum tex. Facit materia l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio.

Esse inualidum.

Nihil esse, & inualidum esse aequiparantur. l. si autem nul- lū, & ibi Baldus notat. C. de legi. hereditibus. Vbi & paria sunt, Nullum facere testamētū, & facere quidē, sed intra tempus illegitimū ante pubertatē. Sicut etiā paria sunt, nihil probare, & inualidè probare. Barth. Chass. consil. xliij. nu. 1. §. & sic pa- ria sunt, Nullo modo venire, & non legitime venire. Archi- dia. in c. veniens, de renunciat. Item, Paria sunt, Vitiosè aliqd fieri, & id omnino nō fieri. D. Zasius, cōf. vij. nu. 2. 6. Sic & pa- ria sunt, Non esse iudicatum, & sententiam iudicatam esse nullam. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudic. Sic & paria sunt, Nullam esse interpositam cautionem & cautionem esse in terpositam, sed de iure inualidam. l. quotiens. ff. qui satisfad. cog. Item, Paria sunt, Si nulla causa exprimat, & si causa exprimat inualida. gl. magna in l. j. ff. de ope. noui. nun. Et Ias. in d. l. quotiens. ff. qui satisfad. cogant. Item, Vitiosa citatio, & nulla citatio aequiparantur. Similiter, Vitiosa seu illegiti- ma executio, & nulla executio assimilantur. Horū meminit Iasius D. Valdr. Zasius dicto consilio vij. nume. 2. 6. lib. ij. quē per ocium videre poteritis.

Esse nullum.

Nō esse, & esse, sed esse nullū, paria sunt. Pro quo faciunt allegata Andreæ de Yfern. in c. j. §. Præterea. Quae sit prima causa benef. ami. dum allegat. l. j. §. qd sine mo. ff. quod cuius- que vniuersi. nomine, & alia iura, & ibi per cum. Sic & paria sunt, exhæredationem non esse factā, sed ipso iure esse nul- lam: nempe quando aliquis filium suū a paternorum bonorū successione p̄ exhæredationē sine legitima causa excludit. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poss. contra tab. Ad ho- rum quoque similitudinem, nemo dicendus est tutor testa- mentarius, si testamentum ipsum nullum sit, in quo is tutor constitutus fuit. l. iij. ff. de testamento. tutel. Et testamentum dicitur nullum, quando nec testator, nec testes testamen- to subscripserunt, idque suis chirographis non consignarunt. l. ad testium. §. penult. ff. de testamen. Sic etiam res dicitur esse non transacta, vel finita, si ea transactio sit Commu. opi. To. 4. RRRR 2

nulla, aut si in ea inualidè, vel nulliter sit processum. l. j. ff. ad S. C. Trebellian. quia in omni transactiõne verba sunt cum effectu intelligenda. l. j. ff. quod quisque iur. ad quam multa al legauit Matthæus ab Afflicis. in d. §. præterea. Item, & Alex. consi 77. incip. visis dubitatio. in iij. vol.

Esse sine probatione.

Aliquid non esse, & esse, sed non posse probari esse: vt & paulò ante diximus paria sunt. d. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. Casum ponit, si duo essent Titij, scilicet pater, & filius; & si præterea datus esset tutor Titius sine ampliori additamento vel expressiõne, ita vt per circumstantias nõ apparet de quo Titio testator sensisset, aut quem Titium tutorẽ esse voluisset, quæritur ergo quid iuris in eo casu cõsensus sit. Ad hanc quæstionem respondendũ esse dicit, qd si Titius tutor esse debeat, de quo se testator sensisset verbis, vel scriptis declarauit, quod si nec verbo nec iure, nec scripto appareat, aut probari possit, ius quidem ipsum non deficit, sed sola probatio, quia id ius scilicet pbari, & manifestari nõ pot: ideoque ius tale occultum, & incertũ pro nullo iure censetur: & per consequens nullus tutor datus declarabitur: quia in testamento nõ pot dari tutor incertus. l. tutor. ij. cod. tit. de testa. tutel. ad huius similitudinem Modestinus quoque dicit, quod quotiens nõ apparet, quis heres institutus est, institutio non valet, quippe euenire potest, si testator quãplures amicos eodem nomine habeat, & ad designationẽ nominis, singulari nomine vtatur, nisi ex aliis apertissimis probationibus fuerit reuelatur, pro qua persona testator senserit. l. in tempus. §. j. ff. de hæred. institut. Ad huius casus similitudinem Vlp. aliu casum ponit, scilicet, si legatum relictum fuisset vni ex cognatis, meis, qui primus capitolium ascenderet, & si duo simul in capitolium venisse dicantur, nec apparet vter prior venerit. Item, si ex pluribus seruis eiusdem nominis, vni vel pluribus libertas relicta esset, & non certò constaret, cui particulariter ea libertas attribuenda foret: profectò in his casibus propter probationis incertitudinem, tũ legata, tum libertas impediuntur. l. si fuerit. ff. de reb. dub. sic idem Vlp. ad l. idẽ Põponius. §. si. ff. de rei vëdica. Si, inquit, plures sint eiusdem nominis serui, puta plures Erotas, nec apparet de quo actũ sit, Pomponius dicit nullã debere fieri condemnationem, propter rei actẽ incertitudinem. Idem quoque cõfirmat Phil. Dec. consi. 271. incip. viso processu causæ vertētis. nu. 5. in ij. par. vide infra, Facta sine probtione.

Esse certum, & debere esse certum.

Esse certum, & debere esse certum, Item, Scire, & scire debere, in iure paria sunt, vt notatur in verbis legis, qui cum alio contrahit. Nam is qui cum alio contrahit, vel est certus, vel debet esse certus de conditione, & contrahentis qualitate. ff. de regul. iur. l. ij. §. si a pupillo. ff. pro emptore. Vnde si qs cũ pupi. vel prodigo contrahat, isque cõtrahens postea sentiat se per eum contractũ in aliquod incidisse dãnũ contra pupillum, aut minorem agere coeperit, & contra eũ contrahentem pupillus, aut minor, certè in ea actiõne longè fauorabilior ac potentior ad excusationem est causa pupilli, vel minoris, vt pote quos vel atas, vel gubernationis incertitia excuset, argumento l. quod infans. ff. de rei vendica. Atque ideo is contrahens in dãmno, & in culpa erit, qui taliter pupillo, aut minori soluit, quia scire debuerat quis & qualis fuerat, cũ quo tractauit. §. sed econtrario. Institut. quibus aliena licet. nihilominus, si quis contrahens verè ignorasset eũ verè fuisse pupillum, minorem, aut prodigum, certè is nõ deberet soluere, aut in dãnõ esse, nisi certò pbari postea posset ipsum certo præsciuisse, aut saltẽ dubitasse de eius conditione, scilicet an fuerat pupillus, minor, aut prodigus, an nõ. & hoc potissimum, quando is pupillus, minor, aut prodigus diues fuit, & pro diuite habitus, sic vt ea pecunia numerata plurimum incommodaret contrahentem pupillo, minori, vel prodigo parum: certe tunc contrahens liberatur per exceptionem. l. apud. §. si quis pupillo. ff. de except. doli. Philipp. Decius, vir certè magni cõsilij, in d. l. siue regula, qui cum alio contrahit. Sic si quisquã mutualet pecuniã alicui filiofamiliã, is non posset id ipsum mutũ iure necoscere, aut recipere obstat scilicet S. C. Macedoniano, quia scire potuit, aut debuit illum esse filiofamiliã. l. penul. ff. ad S. C. Macedo. & idẽ in minore, vt notatur per gl. in l. si Titius. in verbo, ætatis. ff. de fideiusorib. præsumit eũ semper, quod is q cum aliquo contrahit, notitiam eius habeat, aut habere debeat, cum quo mercatur, aut contrahit, vt notat Bal. per illũ text. in l. inciuilẽ. C. de furt. Vñ si qs sua culpa in aliquod dãnũ per

contractũ incidit, is siue ciuis sit, siue forẽsis, ab eo dãmno excusari non pot, ob id quod cum boni ciuis liberis contraxit, qui in paterna potestate adhuc extiterant, qui etiam liberorũ, ac filiorum qualitatem vel sciuit, vel certe scire debuerat. Et si eandem ignorauerat, profectò inuestigare debuerat, qualis is fuerat, cum quo ignoto cõtrahere præsumpsit, vt notat Cumanus consi. 26. inci. cũ statutũ Paduæ. simili quoque ratione ille qui contrahit, in materia societatis contrahere cupit, is etiã qualitatem eiusdem societatis inuestigare debet: quod si nõ fecerit, sed per huius nõ inuestigationis occasione in dãnũ incidit, id dãnũ sua culpa ferat oportet ad horũ quoque similitudinẽ. quod hic dicitur de cõtrahente, idem & censendum est de eligente: quẽ etiã præsumitur habere, vel debere habere notitiam electi. Quocirca non excusantur canonici, patroni, aut reliqui collatores, qui ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, ob commendationes amicorum, indignos quoque cũ maximo ecclesiæ scãdalo sepe eligunt, vt notat Bar. in l. si patronus. ff. de cõfirm. tutor. & ibi Bar. allegat præscriptum tex. l. qui cum alio contrahit. Vide de hoc etiam infra, Scire.

In esse consistere.

In esse consistere, & aliquid cõsistere in eo statu, qui rem iam iam producet in esse, in iure sunt paria. l. Fulcinius & ibi Bar. ff. quibus ad liber. p̄gredi nõ licet. & in l. nõ rãtũ. in princip. ff. de excusatio. tutorũ. sic Christus apõstolis post cœnã nouissimã loquẽs de sua morte & valedictiõne, capitibus 13. 14. 15. sic sermonẽ contexit, & protulit, quasi præteritam fuisse mortẽ pronunciaffet, quã tamen tũ demum imminabat. Odio habuerunt, inquit, me gratis. lo. 13. Item, nũc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. loã. 13. Item, venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Ioan. 17. Pari quoque ratione sancti Prophetæ propter prophetiã & rei futuræ certitudinem, sic de futura Christi passione locuti sunt, ac sic a tũc temporis cõplẽta fuisset: vt, Astiterunt reges terræ, & principes conueniunt in vnum aduersus dominũ, & aduersus Christũ eius, Psal. ij. verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. & nos putauimus eũ quasi leprosum, & percussũ a Deo, & humiliatum. Ipse aut vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est p̄pter scelera nostra. Esa. 53. atque ita in pluribus aliis scripturæ locis, sed hæc obiter: Pergamus nunc ad iura. Ad prædictũ, itaque modũ (Abherico teste) similia sunt, aliquid iã factum esse, & iã iam proximè factum iri, vel faciendum esse. l. rẽ legato. ff. de leg. iij. vbi pro dato habetur, quod dari paratũ fuit, & in l. si quis cum sciret. ff. de v. sup. pro emp. vbi perditũ censetur, quod statim perdẽdũ est. & l. qui pœna. §. Diuus. ff. de manumissio. nib. ex quo notat benedict. Plũb. qd licet is, qui captus est in causa capitali, non sit fideiusoribus relaxandus, vt not. Bar. in l. j. ff. de custo. reorũ. tũ si certò constet de ipsius innocentia, & si cõclusum esset in causa, vt proximè absolui debeat, certè is omnino, & statim relaxari debet. quod dictũ pro singulari citat Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune ver. ego vltra scrib. ff. de acquir. reorũ. possel. quod quidẽ singulare etiã hoc nostro æuo diligenter obseruandum est contra quorũdã superciliosam seueritatem, qui tametsi alicuius incarcerationi probitatẽ, fideiũs integritatem certissimè cognoscãt, ipsiusque innocentiam, tum omniũ iudicio testatissimam, tũ propriis oculis perspectissimã habeant, atque is interim clarissimorũ virorum piis responsionibus, maximisque cautionibus oblati relaxari desideret, tã mordaci tamen pertinacia eosdem nõ rarò exastuare cõperias, vt nullis pactis, nullisque cautionibus sese placari sinant, vt talẽ alioqui probatissimũ, infantẽ ac fortassis etiã valetudinarium, ac penè moribundum è carceris duritia vllõ modo relaxet, priusquam muneribus fungit permittant, quin potius eundem innocentem, carceris squaloribus mordicus comprimant, ac prope modum enecent: quippe vnus aut alterius maleuoli atque etiam sæpe infamis maledicentissimis linguis potius obscundares, q̄ publicè honesteque famæ, q̄ clarissimorũ virorũ lætis p̄coniis, q̄ denique ipsi innocẽtissimè candidissime auscultantes. Atque hinc fit vt felicem illum iudicẽ, qui detinetur apud iudicem aliquem prudentem & Christianè pietatis amantem, affectibus humanis non ita additum, quin plus veritati compertæ quã delatoribus tribuat. Contingit enim aliquando vt delatores ex priuato quodam odio, aut ex nimio iudicibus adulandi studio plura sæpe ad iudicem deferant, quã rei veritas habet, & ea culpent graui-

us, & atrocius, quã crimen ipsum meretur, ex quibus incauto iudici citius imponitur, & insons contra æquum, & bonum miseriam affligitur. Sed nunc ad intermissã, eandem Iasonis sententiam sequitur quoque Iacob. Butrig. & post eum Bald. in l. sed est is, ff. de in ius vocab. per text. quem Bald. dicit singularem in l. nullus. ibi, donec repetierit. C. de exhiben. reis. Idem quoque cõfirmat Bal. in l. ij. C. de custo. reor. Quem deinde sequitur Franciscus Aret. in l. ij. §. si feruus. ff. de acquir. possess. Quin & per text. in d. §. diuus. dicit Paulus Elea. in Clementina Pastoralis. de re iudicat. quod pro condemnato esse debeat, qui statim cõdẽnandus erit. Ad quod etiam est tex. in d. l. qui pœna. §. j. ff. de manumissio. & text. in alia notabili. l. quamuis indubitat. C. de adulte. per quẽ decedit notabiliter Bald. ibi, & in l. si pro ea. in vj. q. mandati. Vbi dicitur, quod sicut fideiusor condemnatus agit contra reum principalem, vt ipsum eximat, & liberet. l. Lucius. in fi. ff. eod. ita & is, qui de proximo condemnadus est. Ad quod etiam allegat textum in authent. vt cũ de appell. cognosci. in prin. Hunc quoque sequitur Ale. in d. l. iij. §. si feruus. quẽ ff. de acquir. possess. & Ias. in l. admonendi. in lectura. Et ibi quod sequitur Franciscus. Purpur. vers. Quintò inferitur. ff. de iure iur. Item Ias. in authent. si qua mulier. in fi. C. de sacros. eccle. & in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. matr. & in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquir. pos. in j. lectũ. & iterũ in ij. lectura, vers. Ad idem bene facit. Horum postremò profuse etiam meminit D. Andr. Tiraq. in suis commentariis de legib. connubialib. & iure maritali. xv. lege connubiali, numeris 7. & 8.

Esse inapparenter.

Non esse, & esse, sed non apparere, vt & ante diximus per regulam antiqui iuris similia, & equiparata sunt. Vnde sequitur, quod statutũ corrigens vbi nihil sit factũ, corrigit etiam vbi factum sit, & quod sit factum nõ apparet. Hinc videmus etiã quod quãdo duo sunt casus à iure antiquo per viam regulæ equiparati, quod tunc id quod lex noua corrigeret in vno, eadem quoque censeretur id ipsum corrigere in alio, vt est glossa in authent. & nõ obseruata. C. de testamen. quam ad hoc pro singulari allegat Imol. in l. si verò. §. de viro. in v. fallent. quam ponit circa extensionem, qua fit in correctoriis. ff. solu. matrimonio. cùm ergo illa duo, nihil esse, & esse, sed non apparere sint per viã regulæ equiparata, vulgata l. duo sunt Titij. & ibi Bal. ff. de testament. tute. & Ias. in l. Titia. tex. nu. 2. ff. de l. j. & Nicola. Euerard. in consi. xij. ad finem paginæ lv. nume. 30. & c. solemnissimè. j. de cõsecrat. dist. j. l. si fuerit. ff. de reb. dubiis. & in l. eũ ex plurib. ff. de manumiss. testamẽt. & text. in l. quotiens. ff. qui satisfat. cogant. Igitur statutũ corrigens ius commune, eo casu, quo nihil est pronunciatũ, idem dicitur etiam corrigere ius, vbi quod pronunciatum fuit non apparet. ita Carolus Ruinus consi. cxliiij. nu. 19. iij. vol. consi. Alex. in suo cõsi. xlij. incip. Viso processu. & c. in vij. vol. Idem notatur in l. nõ hoc. C. vnde legit. & in l. neque natale. §. & in l. ad probationem. C. de probationib. & in ca. in presentia, vbi plenissimè Can. extrã eodem titu. de probatio. & Petrus Paulus Parisius consi. ciiiij. nu. 2. in j. parte. Huc facit l. cum res. §. item si res, delegat. primo. & l. si cõstante. §. si vxores. ff. solu. matrimonio Alex. de Imo. in suis consiliis consi. clxxxj. nu. j. lib. vij. Sic & idem est iudicium de his quæ non sunt, & quæ nõ apparent, teste D. Hipp. de Marfi. consi. cxxxij. incip. In presentia causa inquisitionis, & c. nu. 22. in ij. vol. Et ita constat paria esse, Nullam fieri prouisionem, aut de certa non apparere. l. in lege. & ibi Bart. ff. de contrahenda. empt. & d. l. quotiens. ff. qui satisfat. cogantur. Vdal. Zaf. consi. v. nu. 64. Accedit quod vulgò dicitur paria cõferri, rem non esse, & non apparere, d. l. in lege. & l. Rutilia Polla. ff. de contrahend. empti. Ita D. Vdalri. Zaf. consi. xij. nu. 5. 1. & idem Zaf. consi. xx. nu. 30. vbi ait paria esse, Non apparere, & non esse. Item non esse in tempore, & non apparere in tempore, vt Andr. Tiraq. in libro de vtroq; retract. numero, 93. de retractz lignagiers. §. j. Dedans l'an. gl. x. de his plura videbitis supra, sub lite. A. tit. Nõ apparere, de his quoque vide supra themate non constare.

Esse euidenter.

Aliquid euidens esse, & approbari, sunt paria. Caius in l. si verò. §. j. ff. qui satisfat. cogant. vbi paria narrantur: Is euidentissimè diues fideiusor est, & pro tali ab omnibus euidenter habetur, & is diues fideiusor approbatus est. Simili quoque

ratione Paulus in l. si ab arbitro eod. tit. dicit. Quod qui prolocupletibus fideiusoribus habentur, hi quoque apud arbitrum prolocupletib' fideiusoribus probati habentur. & q sic ab arbitro probati sunt locupletes fideiusores, hi etiam prolocupletibus fideiusoribus habendi sunt apud competentem iudicem, si quando ad ipsum causæ quærela foret de ferenda. Item paria sunt testes euidenter esse tales, & pro talibus approbari, Speculator in titu. de teste. §. j. & Iason. in l. arbitro. in princ. ff. illo eod. titu. Vnde etiam dicitur, quod de ceterum, vel sentẽtia iudicis approbans aliquid, & omne notorium equiparatur. c. fin. de cohabita. clerico. & mulierũ. Huc quoque facit l. emptorem. in princ. cũ gl. ff. de actio. empr. non solum ad probandam, sed etiam ad producendã actionem, vt testatur Ias. in d. §. i. nu. 3. De quo etiam latius vide apud Bar. in l. is cui bonis. ff. de ver. obl.

Esse impossibiliter.

Non esse, & nõ posse fieri, paria sunt. l. Multa. in princip. ff. de condit. & demonstrat. l. Naturalem. in exordio. ff. de acquir. rerum domi. l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. & posth. Alex. in l. si constante. §. si vxor. ff. solu. matr. Vbi Pomponius in d. l. multa. dicit, quod multa de non impleto testamento non incurritur ab herede, vel à legatario, vel ab alio quo quis ex testamento aliquid legatum consequi debet, dũmodo tale impedimentum, eãque non impletio testamenti per dictũ heredẽ, aut legatariũ non steterit, sed aut per arbitrum, aut per alium quemuis, cuius dictũ aut decretum ad eam testamenti completionem necessariò requiritur. Veluti, si testator alicui legasset quippiam ea lege, vt ipsi monumentum aliquod erigeret ad arbitriũ cuiusdã Ioannis, & si interim is arbiter, ad cuius arbitriũ ea designatio spectat, aut nõ uiuat, aut adesse nõ possit, certè is heres aut legatarius p absentia arbitri, ob nõ cõpletũ testamẽtũ legatũ, in dãnõ, & multa esse non poterit. Deinde sicut multa non committitur propter talem arbitri absentiam, si is qui arbitrari debuit omnino in rerũ natura nõ existat: ita quoque multa nõ incurritur propter eũ arbitriũ absentẽ, qui quãuis in rerũ natura existat, tamẽ ad designandũ suũ arbitrium non adest, aut adesse non potest. Ideoque quamuis in tali casu hæres, legatari conditio nõ impleuit, in multam tamen incidere non potuit, quia à persona eius qui arbitrari iussus fuit, non recessit. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obl. Huc quoque pertinet ea quæ in vnuersum respondet Marianus, scilicet quod conditiones omnes quæ contra Imperatorum edicta, aut contra leges statuuntur, eas omnes (quia cõtra bonos mores constituuntur) esse derisorias, & planè nullas. Has enim cõditiones Prator statim improbat, & pro non scriptis conditionibus habendas censet. Ideoque tales hæredes, aut legatarios, quibus adscriptæ sunt tales cõditiones, debere suam hæreditatem, aut legatum statim accipere non obstantibus cõditionibus non completis, ac si omnino tales cõditiones adscriptæ non fuissent. l. conditiones. ff. de conditionibus institutionum, quia paria sunt, Non esse adiectam conditionem, vel eam esse adiectam, q̄ de iure adiecta esse nõ potuit.

Excipere sine probatione.

Excipere & non probare, par est cum non excipere. Vti habetur capit. cum super quæstione. & ibi Panorm. num. 3. extrã, de concess. præbend. & ad hoc solet allegari iste textus, vbi contra eum, qui in Canonicis Ecclesiæ Tridentinæ receptus fuerat, excipiebatur ob id quod illa receptio fuerat contra concilium Lateranense: sed quia eã exceptionem pars non probauit, Pontifex mandauit receptionẽ esse validam & defendendã. Rursum in l. cum precibus. C. de probat. dicitur, quod standũ sit instrumento, nisi is qui excipit contra instrumentũ redocerit, & probauerit id ipsum instrumentum esse falsum, & falsã in eo contineri. Sic & in l. si scriptum. eodem titulo. Nepotes contra reum quendam agebant petitione hæreditatis ab intestato, reus contra ipsos obiciebat de testamento factò: sed quia id testim exhibere & probare non potuit, actores vincebant: & ideo Imperator in l. si quidẽ. C. de exceptio. dicit, qd si te exceptione munitione asseueras, de hoc (id est de huius exceptionis probatione) tantum agi conuenit. Vnde & I. C. dicit, scilicet in l. in exceptionibus. & in l. quin quaginta. ff. de probationib. & in l. prima. ff. de exceptionib. quod reus in excipiendo, quo ad probandi onus, actor fiat. Nam sicut actor suã intentionem probare debet, alioquin reus ab soluitur: ita quoque reus si excipit suam exceptionem, probare debet siue eã exceptio nem factò contrario affirmare promittat, siue eadem per Commu. opin. To. 4. RRRR 3

reiectionē intentionis actoris iam proposita, aut per infractionem factorū parti iam probare voluerit, alioqui & ipse sic excipiens & non probans condemnatur. Bal. in l. frustra. C. de prov. ad hūc quoque modū (vt paulo ante in, Essē in apparētē, diximus) paria sunt: nō apparere, & non esse, quod ad iuris effectum. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutela. Idem asserunt Bar. & alij in l. fundi. ff. de contrah. cūpt. & Iason post alios in l. cū res. in princip. in 14. notab. ff. de lega. j. & D. Cardinalis de Zaba.ellis in c. cum super. extrā de concess. prab. nu. 1. de his quoque infra videbis sub capite, Probare.

Excipere contra sententiam.

Excipere contra sententiam iudicis, sed eam exceptionē appellando non prosequi, est omnino non excipere, vt habetur in c. caterum, & ibi Panor. nu. 9. extrā de rescrip. in ca. cum dilecti, extrā de elect. & in c. ex parte. 2. extrā de appell. vide etiam glo. in Clem. vnica. de dolo & contumacia.

Exceptio.

Exceptio actionis. Vide supra sub tit. Actio.

Executores.

De executoribus testamentariis. Vide infra, Testamentarij.

Exilium.

Exilium perpetuum cū bonorum cōfiscatiōe in iure par & aequale habendum cū morte ciuili: & talis quoque mors ciuili par est, aut proxima morti naturali siue corporali. §. cum autē. iuncta glo. in verbo mortuo. & ibi D. Ange. Areti. Insti. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. & l. j. §. quidam filiū, in fi. ff. de bono. poss. contra tabul. Item Cyn. & Bal. in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. de hoc. iure etiam ipsi meminimus in nostra praxi rerum criminalium, c. 58. de exiliis siue bannis. nu. 3. & 4. in postrema editione. Plura item de hoc videbitis infra, sub tit. Deportatus.

Exules, Exilium.

Exules cum relegatis, & deportatis & bannitis comparandi sunt. Vide supra, bannitus.

Exprimere rebus, & verbis.

Aliquid exprimere rebus aut factis, & aliquid exprimere verbis, paria sunt. vti de quib. in fi. & iuncta ibidem gloss. in verbo, factis. ff. de legib. vbi Iulianus ait, Nam cū ipse leges nulla alia ex causa nos teneant, quā q̄ iudicio populi recepte sunt, meritō & ea quae sine vilo scripto populus probauit, tenebunt omnes. Nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declarat, an rebus ipsis & factis? Et Pomponius, Et qui seruum vincit vendiderit, adilitium edictū remitti æquum est, multo enim amplius est id facere, quā p̄nunciare in vinctulis fuisse. l. si tamen. ff. de ædili. edict. sic & Vlp. ad l. ij. ff. de his qui not. infam. §. ignominiosa autem misfio. Sed & si eum exauctorauerit, id est, insignia militaria illi detraxerit, infamem efficit, licet non addidisset, ignominia causa se cum exauctorasse, quia paria sunt, aliquem grauari facto, & grauari per sententiam. l. si quis prouoca. C. de appell. l. Paulus. ff. rem ratam habe. l. coiri. ff. pro socio. & est gl. in l. ij. §. ignominia. ff. de his qui notat. infam. Hæc Bar. q. 11. incip. habeo filiam. in contra. videtur vers. ij. sic.

Exprimere circumlocutiue.

Exprimere aliquid nomine proprio, & exprimere per demonstrationem, vel circumlocutionem, vel per indubitatas circumscriptioes, paria sunt. Ad quod fecit l. certum. ff. si certum pet. & c. tuam. extrā de consang. & affinit. & Panor. i. cap. licet ex quadam. extrā de testib. Vbi paria esse dicuntur, gradus consanguinitatis distinguere nominibus propriis, & eisdem gradus distinguere demonstrationibus personarū, vel aliis externis, certis, & æquipolentibus indicis, sic institutio hæredis certa dicitur, cum testator nominatim vel indubitato signo ipsum hæredem expressit. l. iubemus. C. de testam. l. quotiens. §. si quis nomen. ff. de hæred. institut. Idē etiam confirmatur in ca. quanto. & ibi Panor. nu. 7. extrā de his, quæ sūt à prela. sine consensu cap. & ad hoc §. nominatim. Infit. de ex hæred. liber. & quod dixit D. Panorm. in cap.

in Lateranensi. extrā de præbend. Vnde nominatim (inquit Iustinianus) quis ex hæredari videtur, siue is ita exheredetur, Titius filius meus ex hæres esto, siue his verbis dicat, Filius meus ex hæres esto, non adiecto proprio nomine, dummodo alius filius non extet. Sic enim recte facta exheredatio dicitur. Fit enim vt in exheredando filio pater ipsum filium præ dolore, aut præ naturali alio affectu nominare non possit, aut vt filium suum cum adiectis conuiciis ac probis per odium in filium conceptum, ipsum omnino nominare nolit. Vnde tantum dicit, Filius meus ex hæres esto, vel, ex Seia natum, quem vt non filium ex causa agnosco, exheredo. l. iij. ff. de libe. & posthum. Item agrorum limites cerri designantur, quando ipsorum fines distinguuntur specificatione aliorum agrorum, qui ipsis sunt contermini. l. Forma. ff. de censib. & Barto. in l. demonstratio. q. vij. ff. de condi. & demonstr. sed & rellis, qui iuramento affirmant se certō rem scire, tā certus haberi potest, quā si distincta expressioe eam rem expressisset. Atque ipsius ita affirmantis probatio præsumptiua probatio dicitur, quia iura intelligunt eum affirmare per talem certitudinem, quæ ex ipsius natura rei debita haberi potuit, teste Barto. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alie iur. quin & ea demonstratio quæ per digitum fit, certior haberi debet, quæ a nomine sumitur. gl. in l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. siue id nomen proprium fit, siue appellatiuum. Quorsum enim sunt nomina, nisi vt res demonstrant, aut nominatim indicent. l. habeo. ff. de suppl. lect. legat. quæ si per oculorum sensum res demonstrata sit, & in notitiam veniat, nil opus est nomine, cum de re ipsa nō sit amplius ambigendum: teste Alci. ad dictam legem, certū. nume. 9. quare quamuis contingat aliquando error in nomine, vel cognomine, vel pronomine, si tamen ex verbis, aut ex circumlocutione verborum constat de quo senserit, is nominis aut cognominis, vel pronominis error, nihil veritati officere, aut rem impedire poterit, l. si quis in nomine. ff. de testam. Ex quo enim habemus certitudinem rei, non curandum est de modo, Iaf. ad l. ij. nu. 6. ff. de lib. & posth.

Exprimere per relationem ad verbum.

Verbo id expressum est, & id per relationem ad aliud dictum est, paria sunt in iure. l. asse toto, & ibi Bart. ff. de hæred. institut. Vbi dicitur, quod in hac scriptura certō continerit ceterū illud quod continetur in ea scriptura ad quam fit relatio. Ideo que Paulus dicit, si ita scripsero, quantum codicillis Titio legauero, licet codicillis legatum explicetur, tamē ex testamento valet sola quantitas, quæ in codicillis legata est. l. si ita scripsero, & ibi Bart. ff. de condi. & demonstr. quasi dicat, quod ex testamento debetur, quod ibi expressē relinquitur, vel quod per relationem ad aliud deberi cognoscitur, quod confirmant Bald. Ange. & Imo. in d. l. asse. dicentes, si aliquis instituit illum hæredem cuius nomen appareret scriptum, seu cuius nomen descriptum esset in scheda, quam dedit Priori fratrum prædicatorum, vel Guardiano fratrum minorum, valet quidem ea institutio, & tenet, iuxta relationem ad schedulam illam datam. l. in testamēto. & ibi Barto. ff. de condi. & demonstr. sic idem docet Socin. cōf. 4. incip. quantum ad primum. nume. 4. & consilio 62. incip. visis. numero 8. vol. 4. Petrus Paulus Parisius cons. 97. num. 96. in j. part. sic quoque quādo iudex dicit in sententia, Cōdemno te ad summam, quæ continetur in testamento, Prior huius sententiæ pars, scilicet condemnō te ad summam, per se est incerta, sed cum dicitur, condemnō te ad summam, quæ est in testamento, certa & plena est hæc sententia. Certitudo enim eius per relationem ad testamentum ipsum colligitur, dummodo ea summa in testamento certa exprimitur. l. ait prator. §. si iudex. ff. de re iudica. atque hinc etiam est, quod dicitur certa & vera tradi possessio, quæ per circumlocutiones designatur. l. quod meo. ff. de acq. poss.

Expressio tacita.

Expressio virtualis & tacita, par est cū expressioe actuali. lege, cum quid, & ibi habetur plenē de hoc per Bal. Ange. Salic. & Doctores. ff. si certum pet. sic & Pomponius, cum quid mutuum dederimus, & si non cauerimus vt æquē bonum nobis redderetur: non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit reddere: veluti vinum nouum pro veteri. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est. Id autem agi intelligitur, vt eiusdem generis, & eadem

eadem bonitate soluat quod datum sit. Sic & nominatio perditur, siue quis expressē illi renunciauerit, siue tacitē, vt latē notat Rebuffus in tractatu de nominatio. q. vlti. nu. 18. Vnde etiam dicitur, q̄ expressio eorum quæ tacitē insunt, nihil operatur, quæ talis est superuacanea, cū tacita expressio sufficiat, & pro expressio habēda videatur. l. conditiones extrinsecus. ff. de condi. & demon. Ob quod ea nō expressa, sed tacitē subintellecta, à lege suppleri solēt. l. si. ff. de petitio. hæredi. & l. Triticum. cum ibi not. ff. de verbo. obliga. & l. de quibus. in fi. ff. de legib. Vide infra, Tacitum.

Pro expressio habetur à Papa.

Istud sufficienter exprimitur, & istud Papa vult haberi p̄ expressio, paria sunt. l. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, vbi Angel. dicit esse meliorem textū de corpore iuris. Vbi Imperator dicit præscriptionem tot annorum ob stare omnib⁹ actionibus, siue illic expressæ sint, siue nō sint: quia quæ non sunt expressæ, eas vult haberi pro expressis: & quādo peritum est aliquid pro expressio haberi. Et quando in signaturis dicitur, fiat, valet gratia, non minus quā si Pontificis gratia multis & clarioribus verbis expressa fuisset: quia per hoc verbū constat de mente Pontificis, vt latē Felin. in c. super literis. num. 9. de rescrip. Et D. Anto. cons. 2. & cōf. 49. quia per expressionem nihil de nouo datur, sed iam datum, & habitum refertur. Ita verò clausula, habentes pro expressis, non tollit inhabilitatem personæ, sed solum taciturnitatem, & surreptionem remouet. Felin. in ca. in nostra. de rescrip. Rota decisio. 112. in nouis, gl. in clem. si Romanus, de præb. Anch. cons. 20. Sic quoque hæc eadem clausula non tollit defectum intentionis, nec etiam inducit dispensationem, vt testatur Io. Andr. in c. cum adeo. de rescrip. Et Petrus Paulus Parisius consil. 1. nu. 96. libr. 1. Et idem vult Bald. in titulo de pace Constantiæ, in vers. non obstantib. & in l. Diuus. §. licet. ff. de iure codicillorum, & in l. fed & si quis. §. quæ situm, §. si quis cautio, & probatur in ca. 1. extrā de trāsa. & ibi notatur, & in c. illa. extrā de electionib. Huius quoque meminit D. Carolus Ruinus consil. 128. incip. Circa casum. nu. 7. i. volu.

Extare.

Non extare, id est non viuere, & extare, sed non posse succedere, quantum ad hæreditatis rationem sunt paria. §. sed nostra. Infit. de success. liberto. l. si necem. §. si deportatus. ff. de bon. libe. & l. 3. ff. de bono. posses. contra tabu. in princip. Et Bald. in l. quicumque. C. de feruis fugit. & l. j. §. si. ff. de bono. posses. contra tabu. vnica C. quando non peten. partes parentib. accres. & l. 3. in fine. & l. 4. ff. de bono. posses. & l. 2. §. fed & si. & ibi Bartol. ff. ad S. C. Tertul. Philippus Probus, & Ioā. Monach. ad cap. ea quæ de regu. iur. lib. 6. per d. Ludouicum Romanum cōsilio 43. incip. Ad primum quæ situm. in tertio dubio, vbi dicitur, quod tunc potissimum extans succedere non potest, quando ab ipso renunciatio facta est, & qn̄ in ea renunciatione verba sua expressē dixerit in ipsam hæreditatem, & ad ipsa iura, considerando scilicet in ea renunciatione ius futurum, quod sibi aliquando possit competere. Propter eiusmodi enim renunciationis verba, omnibus iuribus, & capitibus quibus succedere potuisset, cessasse, & renunciasse certū est, ita vt tunc nullo modo succedere possit, secundum Bald. & Angel. in l. suum. C. de iure deliberan. & in l. pactum. C. de collationib. quæstio. 16. Et Alexand. de Imol. consil. 1. incip. viso processu. volumi. 2. Et Philippus Decius consilio 226. incip. Ad exclusionem. ver. sed tamen. num. 4. Et Ludouicus Romanus consilio 22. Et Socin. consilio 33. numero 5. volum. 4. Ita quoque tenet Petrus Paulus Parisius consilio 69. numero 64. incip. in facto, in tertia parte. Et D. Carolus Ruinus consilio 107. incip. ex omni capite. nu. 8. volu. 3. & in consil. 87. incip. In facto proponitur. nu. 2. vol. 2. Plura de his videbis infra, sub tit. Successio. Et qui plura desiderabit, videat D. Philip. Probum in additionibus ad D. Ioannem Monachum. c. priuilegium. nu. 10. de verbo. signifi. lib. 6. & c. ea quæ de reg. iur. iu. in 6.

Extare incognitē.

Rem non extare, & rem extare, sed inueniri non posse paria sunt. Bart. in l. cum res. nu. 8. ff. de leg. 1.

Facere contra legem.

Facere contra legem, & loqui contra legem. Vide infra sub tit. Lex.

Facere difficulter.

Aliquid facillē non facere posse, & non posse facere, in iure & per se, sunt paria. Gl. est in c. quāuis. in verbo, continuatis. de offi. ord. lib. 6. Ad quod facit gl. in c. faciat. 2. q. 2. quæ vult, q̄ illud dicitur non posse fieri, quod commodē fieri nō potest, vt testatur D. Hyppol. de Marfil. consil. 56. nu. 2. & 3. in 1. vol. consiliorum criminalium. Dixit autem prius per se & in iure isthæc esse paria. Nam in foro conscientie, atque in virtutibus hæc locum non habent. Multa enim sunt, quæ nō admodum facile facere possumus, quæ tñ aliquo modo facere possumus: nēpe adiuti gratia Dei. Vnde & Paulus volens nos solis nostris nō debere inniti viribus, sed etiam debere pendere ab ope diuina, iuxta illud: Sine me nihil potestis facere, ait, hoc Christi dictum confirmans: Non sumus sufficētes aliquid cogitare ex nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia ex Deo est. 2. Corint. 3.

Facere insufficienter.

Non facere, aut minus sufficienter facere intra tempus statutum, paria sunt. c. si quis iusto. vers. si autem nullus, iuncta gl. in verbo, admitti. de elect. libr. 1. Vbi etiam dicitur, quod paria sunt, Non cōstituere procuratorem, & cōstituere procuratorem, sed non legitimē, nec intra tempus debitum, neque secundum modum à lege præscriptum. Sic etiam paria sunt, Non appellare intra tempus statutum, & minus legitimē appellare intra tempus statutum. Bal. in addit. ad Spec. de appella. ver. sed pone, dicit statutum, Iaf. in athen. qui rem. C. de sacrosan. Eccles. Item paria sunt, Non comparere infra tempus legitimum, & intra legitimum tempus comparere, sed nō legitimē, & in modum & qualitatem debitam. Et ideo sicut is contumax est, qui ad iudicium tempore statuto non venit, ita quoque & ille habendus est contumax, qui cū debito modo, forma, & qualitate legitimē non venit, vel qui procuratorem legitimē constitutum non mittit. gl. in dicto c. si quis. Quocirca vt debita sufficientia explicetur in libellis actorum, vel responsonibus eorum, adici solent huiusmodi clausula, aut similes (contra se, aduersus Titium, & quæcumque personam, pro se & eius nomine legitimē in iudicio comparentem, &c.) vt notat Ioa. Pet. Ferra. in formal lib. in actio. real. ad verbum, legitimē cōparentem, cuius meminit D. Andr. Tiraquellus in suis cōmentariis de vtroque tractu. tit. De retract. lignagier. §. j. d. dans l'ar. glo. 10. nu. 90.

Facere indebitē.

Aliquid nō facere, & aliquid facere non tñ debito modo, hoc est omnis actus, aut quibusdā ad actū necessariis, in iure paria sunt. l. j. §. quod ait Prætor. 2. ff. q̄ legatorū, cum similibus aliis iuribus. Exempli gratia: ponatur legatario nō esse interdictū ne rem legatam ante consensum iudicis præripiat, atque is legatarius sic ex p̄sensu hæredis, vel eorū qui hæredi succedere debebant rē legatam in toto vel parte occupauerit, postquam ab eis adita fuerit hæreditas, valida quædam est hæc occupatio: verum si legatarius voluntatē hæredis, & eundem consensum priusquam ipse hæres hæreditatem adierit, hæc verbis impetret: frater, scis q̄ isthæc hæreditas tibi delata sit, quodq̄ hæc res mihi sit legata, rogo te vt per tuū p̄sensum, licet hæreditatem nondū adieris, hanc rē mihi legatam præoccupare, & habere liceat. Certē hoc casu, si is hæres qui hæditatem nondū adit, id legatario p̄sentiat, irrita est & inualida ea præoccupatio, vt ibi explicat Zasius, quæ scilicet, p̄sentire, & non cōsentire debito modo, & ante aditionē à l. requisita paria sunt. Quōd pertinet, quod in c. fin. de resti. spo. scribitur, scilicet, quod non videtur restituere possessionē, vel libertatem, qui nō debito modo restituit. Et quæ modus à l. cōstitutus dicitur esse de forma legis. l. cum eorū. C. de sen. & interlo. omnium iudi. Ideo quicquid alio modo fit quā debito modo, & qui à iure constituitur, nihil est, & pro nullo modo factum censetur. Specul. de fructib. & inter. resse. §. 3. ver. hoc autem. Quod videre licet in executioni.

bus modo debito non seruato factis. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. l. ij. C. de excep. rei iud. c. in actionib. de excep. l. in. in c. dud. de elect. in mandatis. l. diligenter. ff. mandati. Inno. in c. super. de offi. deleg. & in aliis ferè omnibus. de hoc & ipse memini in meo pupillorū patrociniō, titulo de tutorum & curatorū munere. c. 9. num. 59. in postrema edit. His iuridicis etiam cōformia sunt, que diuinos cultus, atque adeo etiam ipsa sacrificia concernunt. Sic enim & in veteri testamento præceptum fuit, vt Deo offerrent sua sacrificia. Sed quando ea nō debito modo, neque cum debitis circumstantiis à lege p̄scriptis offerrebant, tūc quasi nō obtulissent, habebantur. Vnde Prouerb. 2. 1. Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere. & Hierem. vj. vt quid mihi thūs & saba offeritis, & calami suauē olentem de terra longinqua: holocaustomata vestra non sunt accepta mihi, & vitimæ vestræ non plauerunt mihi. Item Amos v. Odi & p̄ieci festiuitates vestras, & non capiam odorem foetuum vestrorum. Si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam. Sic Esa. 58. inuichens in impia Iudæorum ieiunia, ait: ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi? &c. Et Hierem. 14. noli orare pro populo isto in bonū. Cum ieiunauerint non exaudiam p̄ces eorum, & si obtulerint holocaustomata & victimas non suscipiam ea, quoniā gladio, & fame, & peste consumam eos, &c.

Facere ineptè, vel impertinenter.

Nullō modo facere, & ineptè facere. Item nullō modo agnoscere, & impertinenter, vel indebitè agnoscere, etiam iuxta præcedens caput, paria sunt. testib. Alex. Bal. & Salic. in l. si auz. C. de success. edict. vbi dicitur, q̄ si primus nō agnouit bon. poss. vel si agnouit, non tñ agnouit vt debuit, tūc sequēs admittitur: secus aut si primus agnouit, vt debuit: quia paria sunt, nullō modo facere & ineptè & facere. Item nullō modo agnoscere, & ex nulla causa, vel ex capite nullo, vel ex impertinenti agnoscere. Sic quoque paria sunt nullō modo iudicare, & ineptè vel indignè iudicare. l. iij. §. condemnatū. ff. de re iud. Matth. de Afflictis decif. Neapol. 182. nu. 4. item paria sunt, Non adire hæreditatem, & non legitimè aut indebitè adire. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. vide infra sub tit. Hæreditas. & rursum paria sunt libellū nullum exhibere, & exhibere libellū ineptum, vagum, incertum, incorrectum, generalem, obscurum, contrarietatem ac repugnantiam cōtinentem, aut talem quem iudex dentibus lacerare p̄t. l. j. & ibi notatur. ff. de offi. asseffo. & ob id dicitur, quod libelli inepti exhibitio non magis interrumpat p̄scriptionem in iure coram arbitro, quam si profus nullus libellus vnquā exhibitus fuisset, teste Bapt. de S. Blasio in suo tractatu, de arbi. q. 44. Neque etiam talis ineptus libellus vnquam actionem, vel accusationem perpetuare potest, Bal. in l. edita. C. de edē. Imò ex positionibus vel probationibus aptis iuari nō potest, teste spec. de offi. iud. v. cr. si iudex. Item paria sunt, non facere probationem indebitam, & ineptam: vel indebitè aut ineptè, scilicet per falsas literas, aut per falsos testes. Barto. Chass. conf. 44. nu. 1. 5. parte non citata. l. de vnoquoque. ff. de re iud. post publicationem testium, & eorum depositionem. c. intimauit. & cap. fraternitatis. de testib. & l. per hanc. C. de appel.

Factum esse malè aut indebitè.

Similiter aliquid non esse factum, & perperā, siue non debite esse factum, paria sunt. ad quod facit textus in l. nulla. ff. de aucto. tutor. & in l. quamuis. §. si conuenerit. & ibi Bart. ff. ad S. C. Vellei. item nulla differentia est (inquit Vlp.) an non interueniat auctoritas tutoris, an eadem perperam & indebitè adhibeatur. & idē in d. §. si cōuenerit, ait, Quid enim interest, non det, an talē det, hoc est, quid interest, an debitor nō det fideiussorem, an det insufficientem, vel inutilem. Quia scilicet verba a semper cum effectu sunt accipiēda. l. de die. §. j. ff. qui satis cog. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi eximat. Item, paria sunt, tutor inuitus, vel mēte caprus, vel interualla passus aliquid consensit, & tutor omnino non consensit, nec vllam suam auctoritatem ad hoc cōcessit, vt habetur in l. §. Tutor. l. obligari. §. Tutor. ff. de auct. & consen. tuto. & paria sunt, nō interuenisse iussum, vel mandatum nō debite esse factum. l. si quis mihi bona. §. iussum. & ibi las. ff. de acq. hæ. sic & paria sunt, non respondere, & per-

peram, vel non debite respōdere. l. de arate. §. nihil interest. ff. de interrog. act. Et vt ait Vlpia. Dolo malo non edit, & qui malitiosè edidit, & qui in totū non edidit. l. vbi. ff. de edend. Itē paria sunt, non dedisse fideiussorē iudicio sistendum, & dedisse fideiussorem qui certo priuilegio à foro exēptus est, & tutus. l. j. ff. si quis in ius vocat. & c. & in l. non putauit. §. nō quæuis. ff. de p̄ tabu. Et las. in l. quotiens. ff. qui satisd. cogan. cum aliis similib. iurib. vulgarib. Huius etiā recordatus sum, in meo pupillorum patrociniō. in tit. de tut. & cura. munere. c. 9. nu. 60. in mea postrema editione. Sic etiam asserit Ioan. de Neuzanis, vt ibi latius consi. 7. nu. 1. 5. De his & paulò infra, Facere malè, indebitè, illegitimè.

Facta purè, & conditionaliter.

Aliquid factum esse purè & factum esse sub conditione purificata paria sunt. l. fina. §. Titius. vbi Ange. ff. de vulga. & pupilla. substitut. l. si pupillus. ff. de condit. instit. Vbi dicitur hæreditatis conditionē purificatam habendam esse pro ea, qua purè hæreditas defertur. Et in l. fed. & si. §. fin. ff. de acq. hæredita. dicitur, quod qui credit se purè institutum, licet sit institutus sub conditione, que sit purificata, potest tamen eandem hæreditatem adire, quia ista duo inter se non sunt diuersa, vt docet Barto. in l. hæres institutus. cod. tit. & in l. fina. §. fina. ff. de verbo. obliga. Quin etiam obligatio pura, & obligatio conditionalis purificata adæquantur tam in stipulatione quam in contractu stricti iuris. Item si esset statutum aliquod, vt instrumentum purum & liquidum mandetur executioni absque aliqua exceptione, & vt persona ipsa capi possit: profecto idem tale statutum etiam vendicari sibi locū in instrumento continente debitum conditionale, atque si ea conditio iam euenerit, & per hunc euentum purificata fuerit. Per hanc enim sic purificatam conditionem poterit & tale instrumentum mandari executioni ex eadem forma statuti, ac si à principio debitum fuisset purum. Ange. in d. l. si. §. Titius. Atque hinc etiam dicitur, quod in cōtractibus conditio retrahitur ad tēpus contractus celebrati, ita vt in eo spectandum sit contractus initium, & non tempus quo conditio statuta fuit. l. qui balneum. ff. qui potio. in pigno. habe. Secuta enim & adimpleta conditione contractus habetur perinde ac si ab initio fuisset purè, & sine conditione celebratus, vt docet Decius consi. 279. incip. placet. nu. 2. per tex. in l. potior. §. videamus. d. tit. & Pau. Per. Parisius allegans plura consi. 1. 1. nu. 64. lib. 1.

Facere malè, vel indebitè.

Facere malè & non facere, paria sunt. Vel facere ita vt factum tale sit nullum, & omnino non facere æquiparantur in c. j. & ibi Panor. nu. 27. extrā de senten. & re iudic. ca. 2. de translatio. & ca. tua. extra de cleri. non residen. Vnde etiam in d. cap. dicitur, quod in effectu paria sunt, nullam proferre sententiam, & proferre sententiam, sed contra leges, vel canones: quia sicut ex sententia, quæ est nulla, non potest fieri executio. l. à diuo Pio. ff. de re iudic. l. ordo. C. de execu. rei iudic. Ita quoque executio fieri non potest ex ea sententia quæ aduersus leges, vel canones lata est, vt habetur in d. c. 2. cum gloss. ad verbum, Inutilem, vbi dicitur, quod paria sunt, Non facere, & inutiliter facere, & ita multo magis, malè facere, par est cum non facere, & in d. ca. tua. dicitur quod ad hoc vt aliquis absens nō habeat fructus beneficiorum suorum, paria sunt, non esse in studio, & esse in studio, sed non in loco priuilegiato, vel in quo nullum aut non cōpetens studiū est. Sic item paria sunt, Nō satisdare & nulliter satisdare. l. quotiens. ff. qui satisdare cogantur. Itē, Non cauere, & non idoneè cauere. l. j. ff. vt legat. no. caueat. Item, Non offerre, & offerre, sed non secundum dispositionem legum, adeoque & nulliter offerre. l. acceptam. C. de vsur. l. qui decem. ff. de solutionibus. Appellare & nulliter appellare paria sunt. c. 2. de appellationib.

Facere, & mandare facere.

Faciens, & iubens, vel ratum habens, pares sunt. l. Prætor ait. §. restituas prætor inquit. ff. ne quid in lo. pu. fiat. & ibi D. Alb. de Rosa. nu. 1. vbi tex. Nā si ipse cū quo quis interdixerit, fecerit, vel iussu eius alius, aut ratū habitū sit q̄ fecit, ipse suis sumptibus debet restituere. Vel sic, Nā si quis quod interdixit per se fecerit, aut si id ipsum alteri faciendum mandasset, idque ita factum ratū habuisset, certè ipse vel faciens, vel iubens omne damnū suis sumptibus restituere tenetur, l. j. §. quotiens. ff. de vi & vi arma. vbi Vlpianus. Non enim

enim magis excusatus est qui iussu alicuius aliquē deiecit, quam qui iussu alicuius occidit. Et paulò ante apertius ait, Deiecit is aut v̄ qui mandauit, vel iussit, vt aliquis deieceretur. Parui enim referre visum est suis manib. quis deiciat, an verò per aliū. Ad hunc modum sicut pater familias tenetur, & ob id cōueniri p̄t, si iussit vt filio suo quis pecuniam mutuam daret, vel si aliquod mutuum filio suo datum approbare, vel ratum haberet: non secus quam si ipse pater id mutuum ipse per se accepisset. Nam tale patris mandatum, vel ipsius ratihabitio excludit & irritat illud S. C. Macedon. l. si. C. ad Macedo. Item paria sunt, Literę impetratæ sunt ad lites, cū speciali mandato impetratæ sunt, atq̄ approbatæ. Roma. 2f. 340. inci. Circa primū. Et Feli. in c. nonnulli. §. sunt alicui. de rescri. Paria sunt rē propriam per se vendere, & rē propriam ab alio venditam ratificare. l. mater. C. de rei vendic. Quod aut faciens & iubens sunt paria, certū est per regulam iuris, quæ habet, Quod qui per alium facit, id per se ipsum facere videtur. cap. qui facit. de regulis iuris.

Facere scienter, & pramonitè.

Aliquid ab initio scienter facere, & ab initio iusto errore deceptum, pramonitum tamen in re illicita scienter perseuerare, paria sunt, Raph. Ful. in l. qui contra legū præcepta, nu. 1. C. de incest. nup. Vbi quoque dicitur quod paria sunt, Ab initio scienter inestas nuptias contrahere, & postea ab illicitis nuptiis contractis non abstinere, potissimum quando de illicita coniunctione quis monitus, & edoctus fuerit. Et cum hoc concordat Clementina vnica, de consangu. & affin. c. inquisitioni. de senten. ex com. c. 1. de don. inter vir. & vxor. Item in l. pen. ff. de vsucap. Similiter paria sunt, Ab initio habere malam fidem, & ab initio habere bonam fidem, sed postea superueniente scientia rei alienæ, in possessione rei alienę permanere. Et secundū ius canonicum paria sunt, Ab initio habere malam fidem, & ab initio habere bonam fidem, quam per p̄scriptionem aut impedimentum quis amittit. c. de p̄script.

Facere coactè, timidè.

Aliquid facere coactè, & aliquid facere ex coactionis metu, paria sunt. D. Philip. Decius consi. 690. nu. 10. Bartol. in l. nouissimè. per illum textum. ff. quod falso author. tuto. vbi dicit Vlpianus, quod paria sunt, si tutor compulsus auctoritatem suam interposuit metu ne ad hoc compellatur. Eridem tradit Barba. conf. 60. etiam lib. 1. vbi dicit, quod paria sunt, Soluere coactè vel soluere metu coactionis poenalis. Item, quod paria sunt: Vxorem coactè facere, & facere metu coactionis. Sic & paria sunt, Facere compulsus per iudicem, & facere vt quis per iudicem compelli possit, secundum Zafium ad l. 2. §. fed an ipsos. nu. 4. ff. de confess. Atque ideo quando procurator respondet libello, vel petitionibus actoris, dicitur ea responsio esse coacta, quia necessitas inertes cogit procuratores, vt libello respondeant. Et licet iudices non semper cogant procuratores, imò quamuis procuratores vitro respondeant, adhuc tamen iidē dicuntur inuiti facere, aut respondere, quia sciunt se cōpelli posse per iussum iudicis. Vnde ex hoc oritur cautela & prudentia quædam bonorum procuratorum, secundum Zafium ibi, qui cum respondendum est positionibus, non respondent etiam si iudex id iusserit, vel decreuerit, donec iudex eos moueat, & eis ad respondendum præcipiat sub poena excommunicationis. Tunc enim tandem respondere coguntur hisce verbis, Ego procurator metu censuratum compulsus respondeo ad positiones, aliās non responsum, nisi essem cōpulsus, &c. Et ita pramonitè se ipse prouident, ne vlla futura p̄fessio ipsi noceat Sed si se nōcumentum ex sua confessione oritur, ea non sibi, sed suo domino cedit & obest.

Facere alicuius nomine.

Dicere, fac istud meo nomine, & fac istud procuratoris mei nomine, paria sunt. Itē dicere, Fac illud, vel soluere istud p̄ me, & dicere, Solue istud meo nomine, tum in iure, tū apud grammaticos paria sunt. l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. 3. Nam si ipse procurator meus nomine meo quid facit, & mandat, eo casu quod sic mandat, videtur id meo nomine mandare, & facere, à me ad hoc faciendum substitutum esse, vt notare videntur Doctores ibi & alibi, & ibi idē quoque not. Bart. & per notata eiusdem Bart. idem docetur, in l.

j. §. nunciatio. Et ad hoc facit l. 2. ff. mandati. Et D. Carolus Ruinus consi. 143. incip. Viso instrumento. nu. 6. volu. 4. cōfiliorum. Et D. Pet. Paul. Parisius consi. 107. incip. Queritur primo. nu. 12. in 3. parte. Scriptura quoque sacra hanc paritatem apertè confirmat, sic enim apud Matthæum c. 8. Centurio, præclara erga diuinam potentiam insignitus fide pro puero suo paralitico & male affecto, ad Christum rogaturus accessit, quem cum instantius atque confidentius rogaret, hoc benignum à Christo responsum accepit: Ego inquit veniam & curabo eum. Ad quod responsum Centurio modestissimè ac humilimè de se sentiens, & de diuina Christi potentia præclarissimè fidens, mox aliud magnificum responsum intulit dicens, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Certò vtique credens nihil referre, an Christus corporali præsentia suam curet puerum, an per alium, aut solo verbo tanquam per alium, quod ipsi a què possibile factū credidit.

Facere illegitimè.

Non facere, & minus legitimè facere, vel sic passue (vti paulò antè meminimus) aliquid non esse factum & aliquid esse factum, sed indebitè vel illegitimè, paria sunt. l. quotiēs. ff. qui satisd. cogan. l. scire oportet. in §. sufficit. ff. de excu. tut. l. Non putauit. in §. non quæuis. ff. de bon. poss. contra tab. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. si accusaturus. ff. de adulter. c. proposuisti. in vers. legitimè. extra de fo. compe. glo. in l. si pater. C. de statu. defunct. cum multis similib. Huius quoque meminit D. Hippol. de Marsil. in suis consiliis criminalibus, consilio 18. nu. 10. in 1. vol. & in consi. 5. 1. nu. 63. & in consilio 64. nu. 48. in eo. volu. & in consi. 128. numero 14. in secundo volum.

Facere obliquè.

Facere obliquè, vide infra, Fieri obliquè.

Facere non consueuit.

Non consueuit facere, & non poterit facere quantum ad iuris præsumptionem, paria sunt. Vel non consueuit facere, idem est ac si diceret, non potest facere: capitulo, Bonæ memoriæ, primo, & ibi Panor. numero 12. extrā de postulat. prælatō. vbi dicitur, quod sedes Apostolica non consueuit postulationes prælatorum in magna diuisione & contradictione recipere. & ex eo colligitur quod id commodè facere non potuit, quia contra talem postulationem est iuris præsumptio, scilicet, quod non tam ex iustitia, quam ex gratia procedat: Atque hinc est quod videmus, Si Papa scribat pro aliquo beneficiando, etiam motu proprio, non p̄sumitur tamen eum velle aliter facere, quam sit consuetus facere, & ideo si clericus secularis impetrasset beneficium non solum dari secularibus, non valet talis impetratio, etiam si in bulla sit clausula, motu proprio, vt docet Baldus & alij in d. l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de legat. tertio. Et est bonus textus, in capitulo, cum de beneficio. de præbend. libro sexto, & in capit. possessiones. iuncta gloss. de reb. Eccl. non alienan. Quia quando Papa hoc non consueuit facere, id habetur insolitum, & iuris præsumptio est de subreptione, & obreptione contra ipsum impetrantem. Nam vulgò dicimus, Quod omnia insolita, noua, & inconsecta habent iuris præsumptionem contra se. Doctor. latè ad l. post contractum. ff. de donatio. Et omnis dispositio mundi siue legalis, siue vltimarum voluntatum, siue contractuū fuerit, recipit omnem sui interpretationem à consuetudine, & ab eo quod communiter fieri consuevit, vt testatur Panor. numero 12. extrā de postu. prælat. facit in simili textus in l. idem Iulianus. §. fina. in fine, in verb. Distrahi non soleant. ff. de leg. 1.

Facta per Magistratum.

Facta per ciuitatū rectores, & facta per ciuitatem, vel cōtatem ipsam, paria censentur. Quocirca contra ciuitatē totam, aut contra ciuidē ciuitatis Rempublicam vniersam, & contra ciuidem ciuitatis ciues quolibet concedi possunt Repræsentati illi qui propter eiusdem ciuitatis rectores, nempe propter ipsorum delicta passus est incōmoda, & iniqua. Nam ex rectorum delictis colligitur deliquisse tota ciuitas, imò & ciues singuli. Verum in hoc casu notandum q̄ tum ciues, tum tota ciuitas actionem habet, & recursum p̄ ipsos rectores,

rectores, ita ut ad iuris litem contra tales rectores intentare possint. Ita dicit Ange. de Perusio, in l. metum autem. §. animaduertendū. ff. quod met. caus. allegat. l. j. ff. de magistra. cōueniē. & l. Lucius. §. Imperator. ff. ad municip. Vbi Vlpianus, animaduertendū est, qd prator generaliter & in rem loquitur, nec adicit à quo gelū sit, & ideo siue singularis sit persona ea qua metū intulit, vel populus, vel curia, vel collegium, vel corpus huic adiecto locus est: atque hinc est, qd si quis velit vniuersam ciuitatē conuenire, huic non est opus vt omnia suppositorum vel ciuium nomina in libello comprehendat, & eodē nominatim citet, sed sufficit qd præsidentium vel magistratum officia exprimat, hoc modo, Magnifice domine iudex, ego Sempronius exhibeo huic libellū aduersus consules, totūque decurionū seu Senatus ordinem talis ciuitatis, &c. Ita Bart. in l. j. C. de iure reip. lib. 1. r. sic quoque & Syndicus eundē libellum totius ciuitatis nomine sub tit. officiorū vel rectorum eiusdem ciuitatis cōcipit, vt notatur in auth. sed hodie. C. de episc. & cler. Sic etiā si prefectus ciuitatis, aut cōsul, vel totus Senatus qui totius Reip. administrator est, aliquid totius ciuitatis nomine acceperit mutuum, de quo mutuo confectum sit instrumentum obligatorium, in quo nemo nominatim expressus habetur, sed sola officiorum nomina, eadēque pecunia sit conuersa in rem ciuitatis, profectō tota ipsa Ciuitas tenetur de mutuo. l. ciuitas. & ibi doctores. ff. si cert. pet. & Bal. in tit. de pace Cōstantiæ. §. damna. vers. ab vniuersitate. dicit, quod factū per potestates, & cōsiliarios & ancianos, id videtur esse factum à tota vniuersitate. Hæc tamen secundum quosdam locum non habent, quando ipsa vniuersitas probaret se id delictū neq; sciuisse, neque post cognitionem ratum habuisse, teste Oldra. conf. 66. Idem allegat etiam Ang. vbi supra. gl. in rub. C. quæ sit longa consuet. quod illud quod fecit consiliū populi, intelligitur factum esse à toto populo, quam gloss. dicit non esse alibi. Item, quod consiliū facit pulsata campana, vel quod maior pars facit, id omnes fecisse videntur, secundum gl. in l. sed si ex dolo. super verb. facere possunt. ff. de dolo. Variè itaque in hac materia loquitur Doctores, vt licet prolixius videre per D. Fredericū Schenckh à Tautēberg in suo viridario conclusionum iuridicarum, Tomo primo, cōclusionibus 79. 80. 81. vbi hæc materiam fusissime tract.

Facta sine probatione.

Factū non fuisse, & factum fuisse, sed id nō posse probari, paria sunt. l. duo sunt. ff. de testam. tute. vbi dicitur (vt & supra sub esse sine probatione, diximus) Si duo sunt Titij, pater & filius, & datus est tutor Titius, nec apparet de quo sensit testator, is tunc tutor datus fuisse creditur, quem dare se testator sensit: si id nō apparet, nō ius deficit, sed probatio, igitur eo casu neuter debet esse tutor, & Iabolenus ait in legem venditionis non venire illud, de quo non apparet, l. in lege. ff. de contrah. empt. & paria sunt, non esse consuetudinem, & illā quidem esse, sed non probari posse, vt notat Io. Neuizanus conf. 12. nu. 5. doctores ad l. de quibus. ff. de legib. vnde maxima iuris est, quod actore multa allegante, & nihil eorum probante reus absoluitur. c. fi. de iureiur. & l. actor. C. de probat. item paria sunt inuestituram non esse petitam, & inuestituram esse petita, sed ipsius petitionē nō esse probatā. Alcia. responso 190. nu. 13. Imò qd magis est, nō sufficit rem esse probatam, nisi eadem quoque probetur euidēter, aut (vt ita dicam) concludenter: quia per probationē dubiam, nihil adhuc apparere dicitur. l. si fuerit. ff. de reb. dub. l. nō hoc. C. vnde legit. l. neque natales. l. ad probationem. C. de proba. & in c. in presentia. de probat. Petr. Paul. Parisius conf. 104. nu. 2. lib. j. vide supra, esse sine probatione.

Factum reuocatum.

Factum nō esse, & factum esse, sed reuocatum esse, paria sunt. Aymo. conf. 80. nu. 4. vbi dicit esse paria, testamentū & substitutionem non factum esse, & testamentum factum esse, sed postea esse reuocatum, vt probatur in l. item eorū, §. qd si. ff. quod cuiusque vniuersi. nomine, vbi etiam dicitur, quod paria sunt, non fuisse datum actorem, & datum quidem esse, sed postea reuocatum esse. Sicuti etiam in rem versum esse non dicitur, nisi id duret versum, l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. Sic quoque non dicitur tradita via, quæ nō durat, teste Specul. de dolo & contumacia. §. 6. ver. 130. & non dicitur satisfactum, nisi duret satisfactum, vt habet idē Specul. in tit. de fideiuss. §. j. vers. sed qualiter, & vt in gene-

re loquamur: Id quod non durat, fingitur non esse factum, vt dicit idem Specul. tit. de arbi. §. si. vers. sed pone arbitrium. Item paria sunt: Non impugnasse testamentum, & in accusatione, vel impugnatione nō perseuerasse, l. alia. l. Polla. C. de his, quib. vt indig. & plura alia exempla sunt in gl. ad verbum. versum, d. §. versum.

Fama.

Fama æquiparatur vitæ & Personæ. Vide infra sub titulis, Honor, persona.

Familia & domus.

Familia alicuius relinquere & relinquere domui alicuius, paria sunt, per. l. j. in prin. cum ibi no. per Iac. de Are. ff. ad S. C. Syllan. Idem dicit D. Carolus Ruin. conf. 203. incip. de duobus. nu. 7. 2. vol. Pro quo facit l. pronuntiatio. §. cōmuni iure. ff. de verb. signifi. vbi domum, & gentē, & familiam æquiparat. Idem no. Alcia. ad l. j. nu. 5. co. tit. domum scilicet pro familia accipi. Atque hinc est, qd domesticos, hæredes suos appellauit Imperator Iulianus, in §. sed sui quidem. Instit. de hæredum quali. & different. id est, filios familias. Et hinc quoque fit, vt cui vsus domus relinquatur, eidem & totius familia gubernandæ vsus relictus censetur, siue is maritus sit, siue vxor, vt notatur in l. 2. ff. de vsu & habita. Sic & in sacris literis, & in Euangelio Lucae. 2. Ioseph dicitur fuisse de domo, & familia Dauid: quia domus eius ex domo successiue à Dauid deriuata fuerat. Sic quoque & Aristoteles lib. Polit. dicit, quod Stalones, qui ex vno veluti stipite enati ac producti sunt, vnum corpus, vnam familiam, vnamque tribum efficiant. Quod autē domus pro familia vsurpetur, id tum passim, tum in sacris scripturis obuium est. Cū enim Paulus ait: Neminē baptizauit nisi domum Stephanæ, id est familiam Stephanæ. 1. Cor. 1. cap. 6.

Fideicommissum.

De fideicommissio, vide infra titulum, Legatum.

Fideicommissarius.

De fideicommissario, Vide infra sub titu. Testamentarij.

Fideiussio, pignus.

Fideiussio & pignus æquo iure procedunt. l. fideiussor. §. vlti. vbi hoc notat Ang. ff. de constitut. pec. Et D. And. Tiracquel. de legib. connubialib. & iure maritali. Glossa 3. in text. *Contraher.* charta 148. nu. 102. vbi dicit, quod sicut mulier sine consensu mariti sui prohibetur fideiubere, ita quoque prohibetur res suas pignori dare. Quod pertinet etiam quod Paulus sub titulo de pignorib. scribit, Si legari (inquit) cōditionalis nomine relicti filios familias pater ab hærede rē propriam eius pignori acceperit, & mortuo patre, vel emancipato filio conditio legati extiterit, incipit filio legatum debere: & neque pater potest pignus vēdicare, neque filius qui nunc habere cœpisset actionem, nec ex præcedenti tempore potest quicquam iuris habere in pignore, sicut & in fideiussore dicitur. l. si legari. ff. de pignoribus & hypothe. Rursum & Iason, in l. j. in fi. ff. de legatis primo, argumētatur à fideiussione ad hypothecam seu pignus, hoc modo: Officio iudicis, vel ei quod debetur per iudicis officium, potest accedere fideiussor, vt habet glossa, & Bartolus in l. Cum quis. §. Si quis pro eo. ff. de solutionib. Ergo & pignus seu hypotheca officio iudicis accedere potest, quia bonum est argumentum, à fideiussione ad hypothecam, intelligendo tamē de expressa hypotheca, non de ea quæ à lege tacite inducitur, vt ibidem declaratur.

Fideiussio vitiosa.

De fideiussione vitiosa, vide supra sub titulo, Cautio vitiosa.

Fides.

Par est in se, à fide exorbitate, & alios vel exēplo, vel verbo à fide deicere, iuxta expressum c. Testes. circa fi. 2. quest. 7. vbi tex. ita habet, Paulus Petrum reprehēdit, qui Princeps Apostolorū fuerat. Vnde datur intelligi, quod subditi possunt reprehendere Prælatos suos, si vel exēplo, vel moribus, vel doctrina reprehensibiles fuerint. Sed hæc reprehensio in simili causa existere debet, non in quauis causa, sed qd fidei incrementa cōcernere putabitur, quæque eiusdē incrementa impedire

impedire videbitur. Vnde & paria sunt, Malū facere, & aliis occasionem mali verbo, aut exemplo præstare. c. Nolo. xij. quæst. j. c. Cauendum. x. quæst. iij. Vnde & omnium malorū, quæ sequuntur rei sunt, qui aut verbo, aut exemplo scandalizant aut perimunt alios, & à recta viuendi norma alios deiciunt, vt habetur cap. si quoscunque. j. quæstione j. Imò tot mortib. iudem digni sunt, quot vitiosa exempla ad alios transmittunt. capit. Qualis. viij. quæst. j. cap. Præsument, in fi. ij. quæst. vij.

Fides mala.

Mala fides subfuit à principio, & mala fides postea suborta est, paria sunt. secundum D. Albericum de Rosate in litem si rem distraxit. §. de eo autem. ff. de petit. hæred. Quam tamē paritatem glossa ait veram esse, quod à fructus, non quo ad fatalitatem, vt latius ibi videre poteritis.

Fieri malè.

Nihil interest an aliquid non fiat, an malè fiat, præsertim in cautionibus, & satisfactionibus. c. Notificasti. xxiii. q. v. l. quotiens. ff. qui satisf. cog. vbi dicitur, nullo modo esse cautum, aut satisfactum, quod vitiosè cautum est, vel satisfactum: veluti si fideiussorem quis constituat aut caueat per scēminam, militem, minorem, seruum, & c. talis cautio aut satisfactio est nullus, per glossam eiusdem legis. in verbo, Quotiēs. & l. de die. §. Qui mulierē. C. de libera. caus. Vide supra, Cautum esse facere, vel factum esse malè.

Fieri indebitè.

Non fieri, & fieri, sed non ritè fieri, siue indebitè fieri, paria sunt. Panor. in c. Veniens. num. 1. de presby. non baptiza. vbi dicitur, quod is qui de factō ordinatur non baptizatus, non recipit ordinis characterem, etiam si credatur fuisse baptizatus. Nam ob solam opinionē suscepti baptismatis non est aliquis admittendus ad ordinem, siue ad ministerium Ecclesiasticum, sed requiritur vt certò constet de accepto baptismate, priusquam legitimè ad Ecclesiasticum ministeriū ordinetur. Nemo enim Ecclesiæ ministrandæ designari potest, qui Ecclesiæ membrum non existit, nec per baptismum Ecclesiæ incorporatus est, sed qui adhuc ab Ecclesia alienus est. Quare si quis antè baptismum ad munia Ecclesiastica ordinatus esset, is pro non ordinato haberi deberet, quia paria sunt, Non ordinatum esse, & esse ordinatū, sed indebitè, illegitimè, & non secundum formam Euangelij, aut traditionem Apostolicam. Sic quoque paria sunt: Non baptizatum esse, & esse baptizatum, sed non ritè, non debite, non secundum institutionem, formam, & elemētum, & verba à Christo instituta, & secundum consuetudinem à SS. Apostolis vsurpatam. Sic etiam paria sunt: Nullo modo denunciare, & denunciare, sed perfunctorie atque obscure denunciare. l. aut qui qualiter. §. j. ff. quod vi aut clam. Et Alex. conf. lxxxix. incip. excellentissimi. lib. v. & Arct. conf. lxxvij. sic & paria sunt, Non edere stipulationem, & edere stipulationem, sed nō totam, vt habet. l. j. §. edere. ff. de edendo. Vbi notat Bald. qd tenetur edere instrumentum, is nō solum tenetur edere quod principale est, sed etiam stipulationem ipsam & renunciationes, & alias clausulas adiacētes omnes. Sic & paria sunt, Non accedere ad iudicem, & accedere quidem, sed omnia quæ ad negocium pertinent non exprime. l. scire oportet. §. scire autē. ff. de excusa. tut. & paria sunt, Ignorare vel nescire, & scire absq; cognitione eorum, quæ sunt de substantia eiusdem scientiæ. l. multum. ff. de condi. & demonstrat. sic quoque paria sunt, Omnino non proferbere, & non ritè, nec legitimè proferbere, hoc est, proferbere, clam, obscure, & non in propatulo, l. sed & si pupillus. §. Proscribere. ff. de institut. actio. Nullum enim, nihil, & inutile in iudicijs semper paria iudicantur, vt notat in ca. inter corporalia, de transit. episc. Ad quod facit textus, in l. j. ff. Quod cuiusque vniuersi. nomi. & notatur per illum tex. & per tex. d. cap. veniens. Ex quibus colligi potest, qd si procurator nō facit fidem de suo mandato, id est, si non fideiiter iuxta acceptum à clientulo mandatum compareat, & respondeat, profectō istud comparere perinde habendum est ac si omnino nō comparuisset, adeo, vt ob talem indebitam comparitionem si procurator posset puniri tanquam contumax & nō comparens, vt notat Bart. ibi. Quod diligenter notandum, & memoriæ mandandum est. Plura item ad horum confirmationem allegat Iason in trita & vulgata l. Quotiēs. ff. qui satisf. cogant. Vide etiam de his infra, Probatum, Tempus:

& supra, Dominus.

Fieri obliquè.

Obliquè fieri, & directè fieri, paria sunt. l. iij. §. in rem. ff. de in rem verso. vbi dicitur, quod nihil referat an per aliquem res in rem verratur directè, an eadem res verratur in rem indirectè aut obliquè: veluti in rem domini directè versum cēsebitur, si quis seruus acceptam à domino suo pecuniā impenderit in emendo triticum, vestes, carnes, aliæque cibaria in vsum familiæ domini sui. Sic quoque in rem domini sui conuersum censetur, si quis filios familias in studiis nequa uasset pecuniā pro emendis libris, vestibus, aliisque necessarijs, licet id indirectè impensum videatur. Imò hæc paritas est tanta, vt is qui sic filios familias pecuniā mutuaasset, patri actionem intendere posset de re in rem ipsius familiæ versa. Verum hæc sanè quoque omnia intelligenda sunt, scilicet de impensis necessarijs, & honestis, non autem de impensis ad luxum aut pompam: nisi eadem facta quoque essent ex mandato domini, aut patris, vel certè cum ipsorum amorum consensu.

Fieri relatiuè ad tempus permissum.

Aliquid fieri tempore permissio, & aliquid fieri tempore prohibito, sed conferri in tempus permissum, paria sunt. ca. final. & ibi Panorm. nu. 20. extra. de ferijs. vbi abundè satis videre licebit, quo modo præfatum thema intelligatur.

Fieri statim quando dicatur.

Aliqua fieri statim, & eadem fieri intra duos menses, paria sunt: quia non est ius prescriptum tempore teste D. Io. de S. Georgio, vulgò Præposito, in c. accepisti. nume. 3. extra de frigid. & malefic. & idem notabat ex hoc Abbas, quod emphyteota, qui per biennium canonem non soluit postillos duos menses, potest sibi cōsultere, & soluere. Et quamuis gl. in ca. potuit. extra de loca. censeat quod tempus sit arbitrium, est tamen dicta opinio communis, secundum Card. in d. cap. accepisti. per dicta in c. potuit. vbi etiam dicitur, quod paria sunt, Si vxor ab initio statim allegat frigiditatem mariti, & si eam allegat intra duos menses. Sed hoc loco notandum est, quod ista æquiparatio vel paritas non sit vniuersalis, sed particularis, & tantum in casu iam dicto, vel in alio simili. Nam in alijs causis æquiparantur, Statim soluere, & intra decem dies soluere. l. promissor. ff. de const. pec. & in quibusdam causis modicum spacium æquiparatur tēpori presentis. l. si debitori. ff. de iudic. & hæc consideranda sunt secundum qualitatē causæ, temporum, rei, vel personarum.

Fieri statim post actum.

Fieri in actu, vel post actum: vide titulum, Incontinenter. item vide titulum infra, Mandatum.

Fieri ante, & post litem contestatam.

Aliquid fieri ante litem contestatam, & fieri incontinētē post litem contestatam, in iure paria sunt, glo. in verbo, cōtestationem, in l. Pomponius. §. rati habitio. de procurat. & dicitur aliquid fieri ante litem contestationem, l. si etiam incontinētē fiat post litem contestationem. l. petens. C. de pact. & l. modestinus. ff. de solut. & liber. & gl. in l. 2. ff. de iur. a. calū. & gloss. in l. j. C. de oper. libert. & gloss. in verbo, incontinētē. in l. vltima. ff. de liber. cau. verbi gratia: si emēdatio libelli statim & incontinenter post litem contestatam fiat, ea habetur talis ac si fuisset facta ante litem contestatam, & in iure æqualiter admittitur & recipitur, vt tenet Ang. de Perusio, & Alexand. post eum in l. edita. C. de edendo, ea enim qd incontinētē fiunt, & adesse, & iā inesse videntur. l. lecta. verb. dicebam. ff. si cert. pet. & potissimum in rebus, aut actionibus momentaneis & transiuntibus. l. Thais. ff. de fidei. l. berta.

Fieri post factum.

Aliquid fieri ab initio, & aliquid fieri post factum: sic tamen, vt ab initio præcefferit aliquid pactum de faciendō, paria sunt. l. modestinus, & ibi Bart. nume. 2. ff. de sol. & liberat.

qui sic habet: Si post solutionem sine ullo pacto, in omne quod ex causa tutelae debebatur, actiones post aliquod interuallum cessare sunt, nihil per eam cessionem actum esset, quam nulla actio superferret. Si vero ante solutionem hoc factum esset, vel si conuenissent, ut mandarentur actiones, tunc solutio facta esset, quia cōuentio & mandatum subsistunt, quae mandatas actiones faciunt esse saluas, cum nouissimo quoque casu precium magis mandatarum actionum solum, quam actio, qua fuerit perēpta videatur. Et sic intelligitur, quod dici solet: quod praescriptio in principali trahitur ad accessorium, quando illa inerat principali ab initio: secus si postea eadē interuenisset, quando noua praescriptio ne opus fuerat, ut habet Romanus singulari 577. Et Docto. ad l. qui fundum possidebat. §. ff. de usufructu. pro empto. Sed haec etiam ad debitam causam trahenda, & in paritate rationis limitanda sic sunt, ut ex his generalis thesibus non confuturatur: quia quauis paria dicantur, Ab initio fieri, & postea fieri, & confirmari, (quia rati habitio retrorahitur) si tamen ibi eiusmodi pactum antecedit, quale iam meminimus, ea paritas locum habere non poterit.

Fieri sero.

Aliquid non fieri, & sero fieri, paria sunt. l. 2. §. Si simul. ff. de adulter. Vbi Ulpianus, Si simul eodem tempore ad accusationem veniant maritus & pater mulieris, queritur vter horum in ea accusatione praeferratur. & respondet ibidem quod maritus in ea accusatione praeferrendus sit. Hunc enim propensiore iure, & maiore cum dolore eam accusationem prosecutum credendum est, quam pater: adeo ut etiam si pater maritum filiae in accusatione praeruenisset, & libellos inscriptionum deposuisset, mariti tamen accusatio, licet tardius, & negligentius succederet, haberetur potior: dummodo accusationem pararet, & probationibus instaret atque immigeret, ut facilius iudicibus de adulterio commissio probaret. Ex quo praerentionis, & negligentiae responso colligimus, quod paria sunt: Maritum ad accusationem vxoris non concurrere cum patre, & concurrere quidem, sed sero: scilicet qui pater excusationem filiae praemittit & generum accusat, & horum probationibus strenue imminet, & interim ipse maritus in sua accusatione negligenter agit, & omnia retardat, vti habetur in l. 2. ff. de custodia. & exhibit. reo: u. Vbi dicitur: Quod si dominus, vel alius quispiam vellet defendere seruū de crimine capitali accusatum, is debet mox de eo seruo iudicio faciendo satisfare, alio qui conueniendus esset in carcerem. Si seruus de crimine capitali accusaretur, & sius dominus tunc abesset, vel si praesens adesset, sed insufficienter nempē talis, qui propter inopiam satisfare non posset, certē tunc seruus conuenitur in carcerem. Porro si postea dominus eundem seruū in carcerem optaret eximere ex carcere, & pro ipso satisfare, atque his modis quidem defendere, profecto in ea praesentatione dñs iste audiendus est: & seruus sub praestita cautione relaxandus, & liberandus, si in hac satisfactione non nimis diu tardauerit. Nam qui nimis diu eam satisfactionis oblationē offert, is pro non offerente habebitur: quia non fieri, & sero, vel tardē fieri, paria sunt. Et hoc potissimum quando ex ea tardatione iam incipit alterius oriri interesse, ut est textus in l. Si ita quis promiserit decem. §. Seia. ff. de verbo. obliga. Vbi ait responderi posse, si non multo post obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesset, quod tunc omnia ad iudicis cognitionem remittenda essent. Sic & in l. Non omnes. §. 3. barbaris. ff. de re milita. dicente, quod paria sunt, Non redire ad militiam, & redire quidem, sed sero, & post multum temporis. Et Ulpianus in l. Si tenetur. §. si. ff. de priuile. credit. dixit paria esse: Aliquid non esse factum, & esse factum, sed post longum interuallum, & l. 3. C. de excusa. tuto. sic notat Alberici de Rosate ad l. Si diuisio. C. de diuiden. tutel.

Fieri ex iussu.

Quod ex iussu vel ex mandato alterius fit, id per se, & proprio motu factum intelligitur. Ideoque quantum ad obligandum inaleficiantem haec paria sunt, teste Baldo. in l. 1. §. Si praeses. ff. de magistrat. conuenien. Vide etiam infra, ex mandato fieri.

Fieri per negligentiam.

Quod per meā negligentiam fieri cognoscitur, id tanquam ex mea voluntate fieri conuenitur. & hoc nomine paria censentur. l. Si pupillus. ff. de adm. & pericu. tut. & cura. Vbi paria sunt: Si quis tutor re ac voluntate pupilli post pubertate

liberetur, & si idem tutor per negligentiam pupilli post pubertatem liberetur. Sic item dicimus, quod paria sunt: Rem suam alienare vltro, & per negligentiam efficere, aut permittere, ut res sua usufructuatur aut praescribatur. l. Alienationis. ff. de verb. signi. Sic & nullus fideiussor pro persona principalis debitoris conueniri debet, quando is principalis debitor per negligentiam creditoris liberatus fuit: non secus, quam si idem debitor per puram ac liberam creditoris voluntatem liberatus fuisset.

Fieri contra Praetorem.

Aliquid fieri praetore vetate, & aliquid fieri aduersus praetoris edictum, paria sunt. Teste Philippo Decio, in regula, q. vetante. ff. de reg. iur. ad idem facit l. aduersus. ff. de arbit. vbi dicitur, quod aduersus sententiam arbitri fieri dicitur, si petatur ab eo, a quo arbiter peti vetuit. Et ideo a maiori, perinde, imò grauius peccat, qui Praetore vetate quid facit, atque is qui edictum seu album praetoris violat. l. si quis id, quod. ff. de iurisdic. omnium iudic. & sicut dicitur, quod aliquis iudicem contemnat, qui aduersus vocationem eius in iudicium facit. l. i. ii. & aliis. ff. si quis in ius voc. non ierit. Quia in ipsa vocatione in ius sic quoque, quia in ipso edicto praetor ipse praesentatur, si indubie quid faciat, aut scienter contra ius faciat, profecto is videtur legislatorem contemnere, testibus glo. & doctoribus in c. cum illorum. de senten. excōmunic. & contrario autem aliquid videtur fieri secundum legem & legitime, quod sit iuridice, aut iudice vel praetore mandante. vnde dicit Iurisconsultus: quod iuste possidet, qui praetore auctore possidet. l. iuste. ff. de acq. posses. & ideo mandatum seu iustus iudicis semper excusat. l. furti. §. qui iustus. ff. de his, qui not. infamia. & l. Non videtur. §. qui iustus. ff. de reg. iur.

Fieri difficulter.

Quod difficillime fieri potest, id tanquam non posse fieri, censendum est. l. nepos. ff. de verb. signific. istud idem quoque comprobatur cum eo, quod sequitur infra loco secundo. sed hoc loco interim notandum est, quod ista paritas non semper, nec in omnibus locis habeat: alia enim est ratio impossibilitatis, & alia difficultatis: quia impossibilitas nulla est obligatio, l. non solum. ff. de actio. & obligatio. & tamen de re difficultima fit obligatio. l. cotinuuus. ff. de verb. obli. licet difficultatulum exactio ex humanitate quae fundatur ibidem. & l. quod dicimus. ff. de sol. manet itaque haec paritas intra terminos suae paritatis & adaequationis, sicuti refert Raphael Cumanus, in l. quid ergo. §. si heres. nu. 2. ff. delegatis. j. vide supra Facere difficulter, esse impossibilitatem.

Fieri per stipulat. & litis contest.

Aliqua fieri per stipulationem, & fieri per litis contestationem, paria sunt. l. delegare. ff. de nouat. vbi ait Ulpianus, delegare est vice sua alium dare reū creditori vel cui creditor iusserit. fit autem isthaec delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem. & quia per stipulationem contrahimus, ideo quoque per litis contestationem contrahere videmur, teste Alberico de Rosate, in l. Solutionem. nu. 4. ff. de solu. & liberat.

Fieri secundum verba.

Fieri secundum verba, & secundum sententiam, in iure paria sunt. sic contra negatiuē, paria sunt, fieri contra verba, & fieri contra sententiam, vel contra sententiam tantum, ut habetur in l. non dubium, C. de legib. & idem confirmat Albericus de Rosate, in l. nominis. §. verbum ex legibus. ff. de verbo. signific.

Fieri posse, sed indebitē.

Fieri non posse, & posse fieri, sed non congruē aut indignē, paria sunt. l. Nepos. ff. de verbo. signific. vbi dicitur: si quis his verbis dotem promississet: ego cum potero in dotem tibi lego, aut promitto centum, cum hoc dicto videtur tantum promississe centum, si tantumdem posset deducto are alieno, & cum salua dignitate sua, id posset, quia non posse dotē praestare, & posse, sed non salua dignitate: paria sunt. cum quo etiam concordat textus in cap. faciat. xj. questio. j. vbi dicitur, quod illud solummodo dicimus posse, quod congruē, & conuenienter potest fieri, & ad hoc etiam pertinet, quod glossa ad l. primam

Fori alicuius esse.

Fori alicuius esse, & esse alicuius territorij, & legibus vel statutis alicuius subiici, paria sunt, ut notat gl. viii. distinct. c. quae contra mores, & xij. distinct. c. illud. & notant Doctores in Rubr. de consuetud. & Ioa. Calder. in disputat. incip. quidā Florentinus. & c. Et D. Carolus Ruinus consilio xlix. incip. Viso, numeris 6. & 10. in tertio volumine. Vide etiam infra, Territorium.

Furtum, Rapina.

Furtum & rapina aequiparantur, quo ad priuationem possessionis, licet sint aliis dissimilia, teste Vdalrico Zasio, in l. rem quae nobis. nu. 8. & 9. ff. de acquir. vel amit. possess. Pro enim immobili competit nobis possessorem recuperare, seu possessionis recuperandae actio: sed pro re mobili, furto vel rapina ablata, nulla nobis possessionis recuperandae actio competit: seu (ut dici solet) nullum possessorem recuperandae nobis competit. l. 1. §. si fundus. vbi hoc ex obliquo habetur. ff. de vi & vi arma. & c. De his plura vide superius sub titulo, Capere pro furari.

Furiosus, Mortuus.

Furiosus & mortuus, ad subeundam iudicis sententiam, a pari procedunt. ut dicit Bal. in l. Humanitatis. C. de impub. & alijs substitut. & quia mortuus regulariter non debet suspensio. l. defuncto. ff. de pub. iudic. ergo potius nec furiosus, ad quae facit l. Diuus. ff. de offic. Praesid. quandoquidem non debeat addi afflictio afflictio. l. tam dementis. C. de Episcop. audien. c. Cum percussio. vij. questio. j. cum multis concordantijs allegatis. ad d. l. Diuus. attamen in casibus enormibus, in exemplum, & opprobrium aliorum, aliquando contra mortuum fertur sententia, & executio, ut familia facinorosa cautius vitentur, verū ex praxi potius, quam ex miti humanitate.

Furiosus, Pupillus & c.

Furiosus vel mēte captus & pupillus, minor, vel Prodigus bonorum suorum liberam dispositionem non habendam, aequiparantur. Quia enim hi omnes rebus suis adesse, aut verius vtiliter sufficere non possunt, ob quod in tutela, & ad curationem constituuntur, merito in non dispositionem rerum suarum aequiparantur, ut est textus notabilis in l. Fulcinius. §. adeo, & sequenti. & ibi Ale. de Imol. & Vlda. Zasius colligit & notat. ff. Ex quibus caus. in possess. eatur. & est gl. or dinaria in verbo, Earumdem rerum, in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & gl. celebris, maxime hoc tempore infelicissimo in verbo, Prodigalitate, in ca. Ex parte. de consuetudine. & textus & glo. in l. his, qui. §. Diuus. ff. de tuto. & curato. dat ab his concordat cum his etiam glossa in c. quia contingit. in verbo, Tutorum & curatorum, de religio. domibus in elementinis, & l. fina. C. de curato. furiof. Quae quidem glossa non intelligi debet, scilicet quantum spectat ad effectus iuris, & obligationis: ut habet textus non alpernandus in l. qui neque. & ibi glof. & Bal. ff. de rebus eorū, qui sub tutela, vel cura sunt. & de hoc etiam est textus in l. propterandum. ad finem. C. de iudic. & l. j. C. de curat. furiof. glossa in l. ij. C. eodē. & Panormi. in c. cum liceat. versiculo. Secundum quare. de praescript. ducta enim argumentatio ab vno, eadem facile accommodabitur ad reliqua, ut si dixerimus, Non valet bonorum immobilium alienatio per minores sine iudicis decreto facta, l. Magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum, qui sub tute. vel cura sunt: ergo nec valere potest alienatio per furiosos, aut prodigos, sine iudicis decreto facta, Quae quidem consequentia probatur, per argumentandi locum a simili, scilicet, quod furiosi & prodigi minoribus iure aequiparentur, legibus praescriptis. & de similibus idem est iudicandum. Potest quoque hoc illatum ostendi verum, ex l. Is cui bonis. & ibi per Doctores. ff. de verbo. obli. Is enim (inquit Iulianus) cui bonis interdictum est, nec ad promittendum, nec ad tradendum sese obligare poterit. Imo ne fideiussor quidem pro eo interuenire poterit, sicut nec pro furioso. Plura si quis de hac re desideret, videat eximios dominos Nicolaum Euerardi a Middelburgo, & Claudium Cantinulam in ipsorum Topicis, in loco a minoribus ad furiosos, et mente captos. Videat etiam Ioannem Oldendorpium, de copia verborum, ac rerum in iure ciuili, & c. eodem loco. De hac re etiam memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & curatorum munere, capitulo, Commu. opi. To. 4.

§. si Praeses. ad verbum prodesse dicit, quod paria sunt, non dare, & malē, seu inconuenienter dare, ut l. ij. ff. ad municipa. atque hinc etiam disputatum fuit an idem esset, aut in idem redderet: hic conditionē aliquam de facto adimpleuit, quae de iure adimplere non debuit, nec potuit, & conditionem non adimpleuit: & videbatur quod non, quia non adimplere conditionem, & adimplere, sed non debite, nec congruē, paria videntur. Aliis vero contra videbatur, quod sic: idque probant per l. Meuius. in princip. ff. de cōditio. & demonstratio. l. mulier. §. si quis hereditatem. & ibi Bart. ff. de condi. insti. Sed soluitur haec disputatio per doctores ad l. ij. ff. qui satisfada. cogan. & ad l. cum aum. C. de insti. & substitut. Et per Raphaelem Cumanum, in l. quid ergo. §. si haeres, num. 2. ff. de lega. j. Reliqua vide paulo antē, sub themate, Fieri indebitum.

Filius adoptiuus.

Filius adoptiuus aequiparatur filio naturali & legitimo simul. ut est textus in §. In plurimis, insti. de adoptionibus. & l. penult. C. eodem. titu. de adoptionibus. Quomodo enim filius naturalis transit in potestatem patris naturalis, ita & filius adoptiuus transit in potestatem patris adoptantis: & quemadmodum filius legitimus succedit ab intestato patri naturali & legitimo, ita & filius adoptiuus succedit ab intestato patri adoptati. Praeterea sicut filius naturalis & legitimus in testamento praetorius, potest testamentū patris (vita dicam) querelare de inofficio, ita & filius adoptiuus quantum non sit verus, sed solum fictitius filius adoptantis testamentum querelare potest, si sit in testamento praetorius, l. Gallus Aquilius. ff. de liber. praetorit. vel exhereda.

Fiscus, Ecclesia, Imperium.

Fiscus in iure aequiparatur Ecclesia, & contra: si quidem iuri dicas non theologicas spectemus rationes. ut habet gl. reputata singularis, & in leg. Si procurator. §. finali. in verbo, Solutio. ff. de iure fisci. Idem notat D. Iason. in §. ex maleficiis. insti. de actionibus. Quin & ipsa Ecclesia quadammodo gaudet, & vti iure imperij potest, teste glossa in c. auditis. in verbo, iure minoris, extra de in integr. resti. Quocirca omnia priuilegia attributa imperio, extendi quoque & attribui possunt ad Ecclesiam, secundum Panor. ibi circa finem. ver. Secundum nota. idem quoque asserit D. Ioan. Franc. Balb. ibi. Quinto quero. nu. 3. in suo tractatu praescriptionum. Item, quod Ecclesia fungatur iure imperij id probatur in authent. de non alienand. vel permutandis rebus Ecclesiae. §. Sancimus, colla. ij. Sunt porro quibus Ecclesiae ratio ita commendatur, ut ipsam verum imperium esse dicant, imo imperio quouis superiorem, & digniorē, c. duo, & c. Si imperator. xvj. distinct. atque hi ex eo dicunt tantum esse differentiam inter imperium, & noui testamenti sacerdotium, quanta consideratur inter solem, & lunam: Ideoque imperium quoduis ipso sacerdotio longē esse indignius, & inferius. ca. solita. extra de maiori. & obedientia. ut inquit glossa in verbo, Ecclesia. in d. c. Auditis. Vide D. Bartho. Chaffa. titu. Des censēs. §. ij. in prin. nu. 22. Vide supra, Ecclesia.

Fiscus, & Mulier.

Fiscus & Mulier in plurimis iuris articulis paribus passibus ambulant, praecipue in tacitis hypothecis. l. ij. & ibi glo. in verbo, Cessat, & ibi etiam Bart. Pau. de Cast. & alij Doct. C. de priuile. fisci. quae semper ad hoc allegatur. & l. dotis tua. C. de iure doti. & facit l. finalis. ff. ex quibus caus. maio. & l. iij. ff. qui potio. in pigno. habeant.

Fiscus, Pupillus, & Respub.

Fiscus, Pupillus & Respublica aequiparantur. Vide infra Respublica.

Forum.

Forum conscientiae, Forum aequi & boni, & tribunal veritatis, siue verae iustitiae, & non fictionis aequiparantur, ita ut in his nulli iuris, apices locum habere debeant, ad forum enim conscientiae, ad forū aequi & boni, & ad forū veritatis, & iustitiae omnes iurium regulae feruere debent, non contra. Ita tenet Baldo. in l. vnic. C. de confess. & idē Baldo. in c. j. in tit. quae sint regalia. & Iason in Rubric. ff. de acqui. heredi. in fin. & Ioanes de Neuiza in Silua nuptiali. post principium.

ix. numero tertio in postrema editione. & idem confirmat D. Valerius Zasius in l. Fulcinus. §. Adco, numeris 9. & 10. ff. quibus ex caus. in possess. catur.

Furiosi, Absentes, ignorantes, Infames.

Furiosi, Phrenetici, Absentes, & Ignorantes, Infames, & Minorenes in iure æquiparantur, maxime ad hoc, vt nō admittantur ad testimonij fidem. Vel sic, Furiosi & Phrenetici in testimonio ferēdo p absentibus & ignorantibus habentur, l. §. si furiosus. ff. de acqui. possess. l. ij. §. Furiosus. ff. de iure codicillo. & l. nec codillos. C. eod. ti. de codicillis. vbi furiosus loco absentis est. Idem ipse memini in mea Praxi criminali recognita. capitulo xlix. titulo, de plena probatione in materia criminali, nu. 15.

Furiosus, Infans, Dormiens.

Furiosus & infans æquiparantur dormienti. Nā sicut furiosus & infans nō punirentur vlla pœna, si per naturalem furiam, aut per infantiam aliquē occiderent, l. Diuus. ff. de offic. præsid. & l. infans. ff. de sicar. Sic etiā si dormiens interficiat aliquem, non tenebitur homicidij, vt habetur in Clementina j. & ibi Petr. de Anchar. de homici. quod tñ verū esse arbitror, si is dormiens præmonuisset, & in cubiculo existentib⁹ indicasset hoc suū naturale esse vitium, s. quod haberet tale vitium quo noctē in somno ex lecto surgeret, per cubiculum discurreret, & gladiis dimicaretur quosuis inuaderet: & si eisdem in suo cubiculo præmonuisset, vt sibi de hoc suo futuro vitio, & malo pœauerēt. Si enī talis dormiens taliq; vitio laboras id nō præmonuisset, nec aliis indicasset, & interim in suo furore aliquem inter dormiendū aut discurrendū occideret: pfectō is de homicidio teneretur, & puniendus esset vt homicida: non quidem ob homicidium, sed propter culpam, vt pulchrē Bart. in l. penultima. §. finali. ff. de paricid. q exempli causa nominat quendam Pisanum, qui solitus fuit in somno de nocte ex lecto surgere, sese armare, atque ita armatus per ciuitatem cantando discurrere. & citat D. Valerius Zasius in l. Possessio. §. adipsimur, numeris. 8. & 9. de acquir. vel amitenda possessio. sc quendam hominem nobilem nouisse q de nocte surgebat, & sese armabat, in sternebat equum, tanquam equitaturus, quod vbi, vxor ipsius intellexit, adeo fuit exterrita & exanimata, vt hæc conspiciens pauculos intra dies mortem obierit. Simile quoque exemplū & ipse audiui ab hinc paucis annis contingisse Gandau in Flandria. Vide reliqua suprā, Dormiens.

Futura statim.

Iam iam futura, pro re ipsa præsentia habēda sunt. Vide infrā sub titulo, Proxima, & Sententia lata.

Gratia papales.

Gratia papales siue rescripta motu proprio concessa, & vltimę voluntates æquiparantur. Quia æqualem, & æquę fauorabilem ac plenissimam interpretationem accipiunt. cap. Si motu proprio. & c. Si pluribus. de præbend. libro vj. De quibus. D. Nicolaus Euerard. à Middelburgo, in loco, A dispositione vltimarum voluntatum, ad rescriptum motu proprio concessum. & D. Claudius Catiuncula, in eodē loco, Ab vltimis voluntatibus ad rescriptum motu proprio concessum. Hac autem similitudine vtitur Papa in c. Auctoritate. de concess. præbend. lib. vj. De his quoque vide suprā sub titulo, Beneficium, vel Beneficialis gratia.

Habere debere.

Habere, & habere, debere sunt paria, vt notat Bart. in pulchra questione, in l. pen. §. Cum ita. ff. de aur. & argen. leg. Si enim quispiā testator legasset Ioanni omne argentum suū quod habuit, isq; testator prius commodasset Petro aliquot scutellas argēteas, aut pocula argentea, isq; testator interim moriatur ante dictum argentū sibi reditū: idē hoc argentū cōmodatum etiam competit post mortē testatoris Ioanni legatario: quāquam hoc argentū nō fuerat in domo testatoris, vel quāuis testator idem argentum actu

non habuit, idem tñ habere tenetur, quia hoc ipsum suum fuerat, idque omnino habere debuit, lege, & loco, vt ante.

Habere, & Habere posse.

Habere, & facillē habere posse, paria sunt. vt notat Angel. in qu. ff. quam ponit in lege. Item veniunt. §. Petitam. ff. de penit. hæredit. De hoc & in iam proximo.

Habere non posse.

Rem istam habere non potest, & rem istam cum magna difficultate prosequitur, paria sunt. Bald. in l. Mater tua, nu. 17. C. de rei vēdica. l. Naturalem. ff. de acq. rerum domin. cū pluribus allegationib⁹ ibi per eum allegatis. Rem autē cum difficultate aliquis prosequitur, quando eadē ex conspectu euanuit: aut quando de impetrāda ea re etiā si in conspectu sit, nihil spei est reliquum. & contrā, eam rē habere, aut obtinere dicimus, quando eam facile consequi possumus, & quando in eam persequendo diligēter insistimus. Idēque si quispiam interuenit qui eam rem quam persequor, & quam facile obtinere potero, mihi præripiat, furtum committit, ob id quod rē meam quāmq; facile consequi poterā præripuit: vt manifestē ostēditur l. & §. suprā allegatis. Vide etiam suprā, Amittere conspectum.

Habere parum, nihil.

Habere nihil & admodum parum habere, paria sunt. So. cinius in suis consiliis, consil. xxx. num. 3. lib. iiii.

Habere maritum inutilem.

Non habere maritum, & habere maritum inutilem, paria sunt. Vide infrā titulum, Maritus.

Hæres.

Hæredem esse, & hæredē facere, vel fieri, vel factum esse, paria sunt. Ita sustinet Raphael Cumanus, in l. In substitutione, nume. 3. ff. de vulg. & pupill. substit.

Hæres indebitus.

Hic indebitus datur hæres, aut cohæres, & hic non datur hæres, aut coheres, paria sunt. l. Cohæredi. §. fin. ff. de vulg. & pupilla. substit. vbi dicitur, quod sicut qui certæ rei hæres instituitur, cohærede non dato, bonorum omnium hæreditatem obtinet: ita quoque cui cohæres datur, sed non verus, nec legitimus.

Hæres & liberi.

Sine liberis decedere, est sine hærede decedere. Vide §. De decedere.

Hæreditatem adire.

Adiri hæreditatem per filium patre iubente, & adiri hæreditatem per patrem filio consentiente, paria sunt. l. Filiofamilias, & ibi Bald. & Alex. C. de iure deliberan.

Hæreditatem adire indebitē.

Adire hæreditatē indebitē vel incompetenter, & hæreditatē non adire, in iure sunt paria. l. ij. & ibi Alex. Bald. Salicet. Fulgo. & alij ad hoc notant. C. de successio. edict. l. fin. ff. de liber. & posthum. & l. Filius emancipatus. ff. de collat. dot.

Hæresis.

Crimē hæreseos simile est crimini læsę maiestatis. Ad hoc, vt vtrūque possit post mortē accusare. l. Manichæos, iuncta glossa in verbo, subire. C. de hæretic. & Manichæ. l. si. in fi. C. ad l. Iuliam maiesta. & Specula. lib. iiii. partiu. iiii. De hæretici. numero 5. Cuius allegationes ibidem videre poteris. Ad

Ad hæc videte D. Valerius Zasius cōsil. xxiii. quod hæc tempestate scitu plusquam necessarium. lib. j.

Homicida.

De homicidis ad locum per fugij concurrentibus. Vide superius ad cap. Capere pro apprehendere.

Homines, Arborum folia.

Homines arborū folijs æquiparantur. Homer⁹ in lib. Iliad. quale foliorum genus, tale & hominū: folia quidem fundit vētus humilia verō sylua pullulans gignit, qñ veris venit tempus, sic hominum quidem genus, aliud quidam nascitur, aliud autem moritur. Sopho. in Aiace furēte, Vlyssis verba: Vides, inquit, nos nihil aliud esse præter simulachra quicunque viuimus, vel leuem vmbra. Ioannes de terra rubea contra rebelles suorum regum, in glossa proœm. in verbo, Derelictam.

Honestum.

Honestum, necessariū, & possibile æquiparantur. l. in eadem, & l. Nec non. §. ff. Ex quibus causis maior. & nouella de referendariis facti palatii, in principio Cōstit. xj. & Ioannes Oldēdorp. in suis locis iuris communibus, sub litera N.

Honor.

Honor vitę comparatur, & grauissima infamia, morti. l. Iusta. iuncta glossa j. & l. etiam §. ff. de manu. vindic. Et l. Isti quidem, §. fina. ff. de eo quod met. cau. Has ob causas multi in religione Christiana virij, gloriosam mortē infamij vitę præstulerunt, vitāmque virtutibus, ac honestati posthabuerunt, nempe confortati illo verissimo dicto, Sap. iiii. Quod gratia, & misericordia Dei semper sit in sanctos eius, & respectus in electos ipsius: adeo vt etiam si iustus morte præoccupatus fuerit, in refrigerio tamen constituatur. Atque hinc fit vt iuuentus celerius consummata, condemnet longam vitam iniusti, & iustus mortuus condemnet vitā iniusti viuētis: sicuti serō tandem cū admiratione ipsi iniusti quoque post mortem iustorum testabuntur, de que ipsorū morte, & miserando (vt videbatur) temporalis vitæ interitu dolenter exclamabunt, & dicent: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinē improperij. Nos insensati, vitā illorū estimabamus infamiam, & finē illorū sine honore, ecce quō computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Sic & Eleazarus nonagenarius maluit gloriosam eligere mortem, quā cōtra conscientiam, contrāque legem diuinam aliquod illicitum committere. ij. Macchab. vj. vide & infrā, Persona.

Hospitalia.

Hospitalia in iure priuilegiorum, paria cū iuribus Ecclesiarum sunt: vt signanter notat in xix. casibus D. Felin. in ca. de quarta. extra de præscriptionib⁹. Eandem quoque paritatem confirmat D. Nicolaus Euerard. à Middelburgo, in loco, ab Ecclesia ad pia loca. Sunt nihilominus Hospitalia quædā non consecrata, nempe secularia prorsus, & nequaquam religiosa vocata. In his Episcopus nullum ius habet, sicut in religiosis hospitalibus, neque eadem Ecclesiasticis priuilegijs gaudet, nec in iis missæ ex priuilegij consuetudine celebrari, aut alia sacra tractari possunt, nisi cum consensu Episcopi, nempe quod loca sint planē prophana, vel aliz domus seculares.

Hospitalarij.

Hospitalarij similes sunt tutorib⁹ & curatoribus, tam in bonis hospitaliū, quā in bonis hospitantiū. vide inferius, Orphanatrophij.

Hostes.

Hostes fidei, æquiparantur piratis. Sicut enī piratę passim per maria volitant, vt incautos mercatores (qui reipublicæ commodis profunt) opprimat, & spoliēt: sic & hostes fidei nostræ (quales sunt Turcæ, veri hæretici, & quibus alijs fide

alieni, qui nostre orthodoxorum salutē per instinctum Satanæ & Antichristi, & per infideles Principes insidiantur, nostramque fidem & veritatem Euangelicam varijs opinionibus, diuidijs, bellis, & tormentorum tandem machinis oppugnant, vt fideles quosque à salutari fide, & æterna salute priuēt, quod quotannis per Turcarū incurssiones, & per nō sanē fideles Principes licet cernere. Atque ideo ab his fidei hostibus nō secus, quā a violentis piratis vnicuique cauēdū esse censeo, vt clam, vel violenter ipsorum potentiam liberi effugiāt. de his est textus in auth. Nauigia. C. de furt. ibi, nisi talia sint nauigia, quæ piraticā exercēt prauitatē, siue nobis, siue Christiano nomini inimica. Nā cū piratę contra legē faciant, legis auxilio vt non debent. l. auxilij, in fine. ff. de minorib⁹. xxv. annis. ca. Bonæ memoriæ. j. cū glossa. super verbo, Exceptione, extrā de elect. cap. an sit deferendum. & cap. constitutis, extrā de appellat. & c. de viro. xij. q. ij. idem annotauit Bald. in d. auth. Nauigia. differunt tamē in hoc, q piratę vbiq; & a quibusuis reprædari, capi, virib⁹q; suis & minui, & prorsus exui possint, imo & capitaliter puniri debeant, quia sunt ipso iure vt hostes patrię passim condēnati, & vt loquuntur defidati, hoc est, ab omnib⁹ bona fide alieni & reiecti, vt habet authent. Cassa. C. de sacrosanc. Eccles. & idē notatur in c. j. de mili. vafal. qui contu. est, in x. collat. & in tit. Hic finitur lex Conradi domino guerram faciēte, collat. x. idem etiam post Bald. notauit Iason. in §. rursus. Inst. de actionib⁹. nu. 46. hostes verō fidei, si sint exteri, nō sic vbi libet locorū capi & puniri debēt, quia nō omnib⁹ territorijs subsunt, nec ad quasuis nationes spectāt, neque omnium Principum edictis parere coguntur. Verum enī numero, si hi exteri nostræque Euangelicę fidei hostes nostros fines inuaderent, nostramque rempublicam nefariē turbarent, profectō vt seditiosus, & reipublicæ perturbatores capi & puniri tunc possent. Quin & hereticos seditiosos (qui etiam sunt hostes fidei) non autem quietos, tacentes & modestos Iustinian⁹ puniri voluit, nec quidem ab omnibus morte, sed tantum a magistratū. Modestos enim tolerandos censuit, & in hoc deceptus est, quia nō sunt tolerandi. Seditiosos verō non tam ob religionem, quā ob seditionem & reipublicæ turbationem plectendos esse statuit. Crescētibus autem hæresibus aliud Carolus Quintus foelicis memorię Imperator pro tempore exigentia (& bene) statuit, edicto anni 1550. dato Bruxellæ xxix. Aprilis, quo quidem edicto rigorosiorē legem dedit, qua et hæreticos respicētes ac pœnitētes plectēdos cōmori naturali, tam viros, q mulieres seu foeminas edixit. Viros q gladio, foeminas autē puteo censuit. & si, textus nullus canonicus, nec ciuilis, nec ex probatis scriptoribus Doctor vllus, qui his qui sponte & in tempore reuertuntur & reconciliati sunt, pœnā mortis imponat teste et D. Valerius Zasius in suo consil. xxiii. libri primi. Illud tamen subiungere volui, qd tandiu in pace ac tranquillitate viximus, quandiu Iustitiarij & Officiarij harū regionū illud edictum ad amissim obseruarunt, & postquā conuiuere inceperūt, in infelicia hæc tēpora incidimus, quod quidem edictū tenebantur & obligabantur obseruare eque bene atque edicta Iustiniani Imperatoris. C. de heret. & manichæ. vsque ad edicta Caroli quinti Imperatoris. Lex enim semper loquitur. Bart. in l. Ariariani. C. de hæret. & Manich. & schisma. pro quo facit textus in c. cum Matthe. i. ver. Mosaica lex clamat. de celeb. missar. quę admodum enim leges & edicta edita fuerunt per Iustinianū Imperatorem, cum maturo consilio ac deliberatione, ita & edicta Caroli Quinti Imperatoris: quare etiam exactē obseruāda sunt, & erūt donec maturo consilio ac deliberatiōe reuocata fuerint. Nec inferiorū iudicū est disputare aut in dubiū reuocare, nisi istiusmodi edicta valida sint, necne: sed secūdū ea sine aliqua difficultate aut scrupulo dūtaxat iudicare, & sententiā executioni mandare. Nihilominus interim & Iason. & Barto. de hac materia hanc similitē mouent quæstionem. Si ciuitas imperij resistat officiali Imperatoris, an per hoc dicatur illa ciuitas esse hostis imperij, ita vt ei bellum in dici possit: & respondet Bart. in l. hostes. nu. 13. 14. 15. versu. circa prædicta quæro. cum hac distinctione scilicet, Si ciuitas officiali resistat, vt ipsi persone officiali, vel ppter ipsum officialem, nō propter Principem vel Imperatorem, tūc ob eam rebellionem illi ciuitati sic in priuata causa rebellant bellum indici non debet. Si verō ciuitas Imperatoris officiali rebellet vti Principis officiali, nempe in suo officio, & propter Principem, tunc ea ciuitas censenda est esse hostis imperij, & ipsi ab Imperatore bellum indici poterit, vt habet Bar. in d. l. & loco iam allegatis, & in l. qui à latronib⁹. in principio. ff. de testamen.

Ignorans.

Ignorans quantum ad culpam comparandus est cum infante, & contra, neuter enim in dolo, aut culpa haberi debet. c. inebriauerunt cum glossa xxv. q. i. & c. vnum orarium. §. criminis appellatio. xxv. dist.

Immatriculatus.

Ia immatriculatus, & statim immatriculatus, paria sunt. vel statim immatriculandus censetur pro iam immatriculato, hinc ait Ang. in l. ex eo. ff. de milit. testamen. quod statutum ponens offendente scholarem immatriculatu, etiam locum habeat in offendente scholarem statim immatriculandum, quem scilicet iussit rector immatriculari, licet nondum sit immatriculatus: quia proximè immatriculandus habetur pro immatriculato, quod etiam voluisse apparet Jacob. Butr. in l. si quis id, quod §. cū proponitur. Cuius sententiam etiam sequitur Alex. in principio eius legis, ff. de iurisdi. omnium iudic. quin & horum sententias approbat etiam Iason in l. admonendi. ff. de iureiurand. ad idem facit quod notat Angel. in l. item veniunt. §. præter hæc. & per textum sibi & glossam in verbo, Cōsules. ff. de petit. hæred. quod qui definitus est ad magistratum, vti illū proximè ineat, iam & iniuisse videtur, ipsiusque nomine appellatur. huic multo propius accedit quod ait Salicet. in l. cum re, in fi. C. de dona. ante nupt. quod mulier pro coniuncta & carnaliter copulata à viro habetur, quæ de proximo est copulanda, quod dictum sequitur Alexander consilio cxxix. incip. Super. ver. Istis sic præmissis. lib. vij. & pro singulari refert Felin. in c. tertio loco. versic. & retenta. de præsump. & in Rub. de spō. salib. & Hippolli. de Marfil. in l. j. ff. de scar. & singulari cvj. incip. qui de proximo. & D. Andre. Tiraq. de legib. cōnubialib. & iure maritali. xv. lege, numeris 15. 16. 17. & sequētib.

Impedimentum solutionis.

Debitor impeditur soluere factio vel aduersarij, vel iudicis, quo ad morā: & debitor impeditur soluere factio aduersarij vel iudicis, quoad poenam euitandam, paria sunt. l. arbi. rer. Calendis. & l. fin. C. de recept. arbi. & D. Carolus Ruinus cōsilio cl. nu. 16. incip. satis clarum, in primo volumine.

Imperium, Ecclesia.

Imperio quomodo Ecclesiasticum sacerdotium comparatur. Vide supra, Fiscus.

Impossibilia.

Impossibilitas naturæ, & impossibilitas iuris, equiparantur. l. vltim. ff. quæ senten. sine appellat. rescind. vbi Paulus respondet, impossibile præceptum iudicis nullius esse momenti. item respondet, quod ab ea sententia cui parere per rerum naturam nemo poterit, sine causa appellari non debeat, ob id quod talis sententia impletur impossibilis neminem liget, & ibi glossa finalis citat l. filius, & l. conditiones quæ egregiè idem tenet, de condit. instituend. ad huc quoque modum paria censenda sunt, non posse, & inhonestè posse: quæ enim inhonestè sunt, etiam si posset, tamen propter decorem, & honestè debitam rationem, ea se omnino non posse dicit vir probus, teste Cicerone lib. j. offic. de his vide etiam titulum, Difficile.

Incantatrix.

Incantatrix & venefica, pares sunt, vide supra Amatorius, & infra venefica.

Incontinenti.

Fieri in actu, & fieri incontinenti post actum, paria sunt. secundum glossam in l. Pomponius. in §. Rati. ff. de procurat. quam dicit singularem Ioan. de Imola, in l. ex consensu. §. fi. ff. de appellat. & in l. ij. in §. prius. ff. de vulg. & pupill. subfti. cuius quidem glossa etiam meminit D. Hyppolit. de Marfil. in l. j. in §. diu. Antonius. ff. de quaest. iudicibus. & idem dixit gl. in l. ij. in verb. numerationem. C. de iuramento calum. nec dissimile dicit Speculator in titu. de satisfda. in §. viso. in vericulo, debent autem præstari, & c. Inno. in c. pastoralis. de except. ideoque ait Bart. in l. si quis mihi bona, in §. iussim. ff. de acquir. hæred. quod quamuis auctoritas curatoris in actu pupilli debeat interuenire ante ipsum actum, vt habe-

tur in l. obligari. in §. tutor. ff. de aucto. tuto. tamen sufficit si illico, & in continenti post actum interueniat, & idem voluit glossam in §. tutor. in verbo post tempus. in tit. de aucto. tuto. & glossa & Bart. in d. l. obligari. in §. tutor. His etiam seruit notabile verbum Bal. in l. fi. ff. de feris. Vbi ait, quod post terminum peremptorium, datum ad probandū, admittitur nihilominus ad probandum, qui incontinenter probare, & suā morā purgare offert, siue eā probationē pinstra siue p restes exhibere præsentet. Quod quidem dictū, cū pluribus aliis ad hanc materiam facientibus, refert & sequitur Iason in l. edita. nu. 29. C. de edendo, quem vide. Vide etiam D. Hippolitum de Marfilii, consilio cxxxvij. incip. Inspeco tenore inquisitionis. numeris 3. 2. 3. 3. 4. cum ibidem sequētib. numeris.

Inconueniens.

Inconueniens aliquid esse in principio, & esse cōueniens, sic tamen vt ad inconueniens mox redigēdum fuerit, paria sunt. Teste Baldo in l. j. In testamento. nume. 15. C. de testam. militar. allegante ibidem Gulielm. de Cuneo, quem ibi consule.

Indebitè.

Indebitè facere, factū esse, fieri & c. Vide supra hisce suis locis.

Infamia.

Grauisissima infamia morti, & honor vitæ comparantur. l. iusta, iuncta ibi glossa prima, in verbo Infamiae ve, & l. etiā. §. j. ff. de manu. vendi. & l. isti quidem. §. fi. ff. de eo quod met. caus. Exempla sacra huc repete ex titulo paulò ante habito, Honor.

Infans.

Infans, & ignorans. Vide ante, Ignorans.

Infans, pupillus, absens.

Infans, pupillus, & absens equiparantur. Bald. in l. fancim. in principio. C. ad Trebel. S. C. quæ paritas intelligenda est quantum ad restitutionem, quæ quidem restitutio ex Trebelliano fieri debet solitutori infantis, vel curatori absentis, vel curatori furiosi, & tūcis restituens re & verbo consequitur plenissimam liberationem suæ tutelæ, vel curatelæ, & sic restituens nomine pupilli, vel furiosi totā hæreditatem ex Trebelliano restituit, quod Bald. ait notandum esse.

Inhabilis.

Inhabilis & nullus æquiparantur, l. j. §. pen. ff. quod cuiusque vniuersita. nomine. Ita quoque tenet. D. And. Tiraq. de legib. cōnubialib. & iure maritali, glossa. vj. ibi. de iur. marit. num. 6. 1. Vbi dicit, Maritum habere inhabilem, & maritum habere nullum, prorsus esse paria.

Inhonestè posse.

Inhonestè posse, est non posse, Vide paulò antè, Impossibilia.

Iniustitia manifesta.

Iniustitia manifesta par est cum iustitia nulla. Secundum plenè notata in c. j. & in c. Inter ceteras. extra de senten. & re iudica. & ibi Panor. Fel. aliisque Canonistæ æquaquam in celebres.

Instrumentum.

Instrumentum liquidum esse, & breui liquidandum, paria sunt. Capicius decif. Neapol. xlvij. nu. 2.

Instrumentum sine data.

Annos Domini non esse in instrumento, & esse, sed ita obscurè.

Iudicatum malè.

Non esse iudicatum, & nulliter vel perperam esse iudicatum, paria sunt. l. iij. §. cōdemnatū. ff. de re iudica. & ibi gloss. in verbo, cōdemnatum. ff. de re iudica. Ad hæc faciūt multa similia allegata per Andream de Yfernia in cap. primo. §. pr. terea. & quæ ibi dixit D. Mathæus de Afflictis, quæ fuit prima causa beneficij amittēdi. & idem ponit. D. Mathæus de Afflictis, decisione clxxij. nu. 4.

Iudicia

Iudicia & arbitria in multis sunt similia. l. prima. ff. de recept. arbit. vbi Paulus, Compromissum ad similitudinem iudiciorū redigitur & ad finiendas lites pertinet. Et ideo regulariter bonum est argumentum de iudicijs ad arbitria. Plura videre poteritis ad caput siue thema, Arbitria. & i Praxi nostra ciuili capite ccij. de cadendo in submissiōe, & arbitria.

Iudicium.

Iudiciū Officialis, & iudiciū Episcopi eiusdē sunt effectus. Quia vtrobique idē est cōsistoriū, scilicet Episcopi & p̄sistoriū ipsius Officialis. Atque hæc est causa cur nō appellatur ab Officiali Episcopi ad eundē Episcopum. cap. ij. de consue. tudine lib. vj. vbi reprobat consuetudo, qua ab Officiali Episcopi, ad ipsum Episcopū appellari cōsuevit. nempe quod sic ab eodē ad seipsum appellatur. Nā quū sit idē auditoriū vtriusque, ea appellatio interposita videtur habenda nulla. Sed si quis ab officiali appellare voluerit, is ad Archiepiscopum appellat oportet. cap. Romana. in principio de appella. lib. vj. Nihilominus quanquā hoc loco dixerim par esse Cōsistorium Officialis, & Cōsistorium Episcopi, non habet tamen hæc paritas locum in omnibus generaliter, teste c. Si contra vnum. §. vltimo. de offi. delega. & c. ij. & iij. de offic. vica. lib. vj. vnde Episcopus prohibere potest officiali ne iudicet: non autem contra Officialis prohibere non potest, vt Episcopus non iudicet, vt habetur in d. capi. Romana. ad verbum idem. Præterea, quod hic dicitur de officiali, id non intelligendum est de officiali vniuersali, aut de foraneo, vel delegato: sed tantum de officiali ordinario, secundum Petrum de Anchara. & Philipp. Francum in dict. c. Romana, quia ab officialibus vicariis immediatè appellandū est ad eos, quorum sunt vicarij, vt habetur in clementina, & si principalis, & ibi doctores, de rescript. l. p̄cipimus. C. de appellat. & ibidem gl. verbo. videatur. Idem enim auditorium est (vt dixi) vtriusque, scilicet & Officialis, & Episcopi. Sed hæc sanè intelligēda sunt, nepe de officiali ḡnali vel ordinario, & nō de officiali delegato, quia si ab Episcopo delegatus esset quispiam officialis ad causam specialem, tūc ad ipsum Episcopum appellari posset. c. super quaest. de officio delegati. & c. dilecti. de appellat.

Iurare per Deum.

Iurare per Deum, & iurare per Principem, aut per salutē Principis in quibusdam causis, mundus censet esse paria. l. si quis maior annis. & ibi Bar. Paul. & communiter Doctores. C. de transa. & l. si duo. §. finali. & ibi gl. & Bart. ff. de iureiur. Sed hæc in foro aulico (vt dixi) & mundano potius, quam conscientia intelligenda sunt esse similia: tametsi in veteri lege varia fuerant iudicis in vsu iuramenta, huic iuramento per Principem, nō admodum dissimilia, quæ tamen Christi nō approbat, sed confutat Matth. v. Iurabant enim per celum, per terram, per caput, per Hierosolymam & c. Matt. v. Ioseph item fratribus suis iurabat per salutem Pharaonis, & auctorem & conseruatorem. Iurabant & Iudæi per templū, & per altare templi: quæ ipsi leuia & nihili esse putabant. Iurabant item per aurum templi, & per donū altaris, quæ grādia piacula ducunt si non seruaretur. Sed horum superfluitationem acriter redarguit Christus. Matth. xxij.

Iuramentum, & fides.

Iuramentū & fides, iure sunt paria. vti habet i. c. ad aures. extra de his q̄ vi met. causa fiunt. Quemadmodū eī vnum seruandū est, ita & seruandū est alterū, si quidē id sine interitu Comm. opin. To. 4. SSSS 3

obscurè, vt intelligi nō possit, paria sunt. Ita sustinet D. Alex. de Imola consilio xc. nume. 1. lib. vj. allegans. l. iij. ff. de his q̄ pro nō script. habent. & l. j. in versic. cōstitutiones verò. Cod. de emēdatione iusti. codicis. & l. quicquid adstringendæ. secundum vnam lecturā. & idem notat ibidem Bartolus, ff. de verborū obligation. & Speculat. in titulo, De instrumentorum editione. §. ostensio. versic. quid si abbreviatura, quem ibi videre licebit.

Instrumentum, testes.

Instrumenta & testes in iure, parē vim seu efficaciam obtinent. l. in exercēdis. C. de fide instrumēt. vbi Imperator Constantinus, eleganter, succinctè his verbis ait: In exercēdis litibus eandem vim obtinent, tam fides instrumentorū, quam depositiones testium. & ibi Paulus de Castro, & Ioan. Monachi in suo defensorio iuris. Cōcordat cum his glossa in cap. cum à nobis, super verbo, testimonia, extra de testibus. circa principium. Si quis plura huius materiæ desideret, is videat tractata doctorum tam legum quam canonū, in c. cum Ioannes. extra de fid. instrumēt.

Interesse.

Interesse, siue damnū passum, vel quāti res est, paria sunt. Quia ista verba, quanti ea res est, aut valeat, significat verā reitimationem, ac precium, aut communem valorem, & per consequens communem interesse. Ita sustinuit D. Valericus Zasius in l. vnica, in §. hoc iudicium. ff. si quis ius dicenti non obtempe. nu. 10. alios vos ipsi videte.

Intrusus.

Intrusus in beneficium, & possidens beneficiū, quo canonicè priuandus, vel effectū priuatus est, paria sunt. cap. cum dilectus. de purga. canon. D. Bartholomeus à Chassaneo cōsilio xx. numero trigessimono.

Inuentu difficile.

Res inuentu difficilis, res nulla, censetur. Vide infra, Res.

Inundatum, & perditum.

Inundatum aliquid esse, & aliquid ab hostibus captū seu occupatum esse, paria esse dicit D. Albericus de Rosate. Qui se tuetur argumento. l. cum vnus. §. si propter naturam. nu. 1. de bon. auctori. iudic. possiden. Nam sicut illud reuera dici mus esse deperditū, quod inundatum est. l. iij. §. Labeo. ff. de acquir. possess. & l. interdum. & l. qui vniuersas. §. Itē quod à mari, eod. tit. sic & illud quoque quod ab hostibus occupatū est, dicitur esse deperditum: ob id quod hoc in possessione nostra esse desit. vnde & satis patere dicit, quod si horū alterum aliquando eueniat, tūc ea res dicitur emphyteotica seu emphyteutica, id est perpetuaria, & quasi possessoriè inrita, scilicet, quod ea quæ aut ab hostibus sunt occupata, aut quæ à mari sunt inundata, censentur à primo possessore esse alienata. Et ideo huiusmodi deperditā à pensionis p̄statione iure sunt libera, quia per eos & similes casus res deperditæ esse, & non possideri dicuntur. l. j. C. de iure emphyteuti. vti is Alberic. loco vt supra plenissimè disputauit.

Inutilis, Inidoneus.

Inutilis Prælati, vel rector, & c. Vide infra, Rector, Maritus. & supra, cautū esse vitiose, Comparere insufficienter, & c.

Iudex impertinens.

Non iudicem esse, & esse iudicem, non in causa de qua agitur, paria sunt. l. intestato. ff. de legi. tutorib. & l. j. C. si à nō compet. iudic. argumento. l. si duo. ff. de administ. tutor. & sicut primo casu nihil efficaciter agitur: ita nec secundo. argumento d. l. intestato. ff. de legi. tuto. l. loci. §. competit. ff. si feruit. vendic. de quo plura allegat D. Ioann. Monachi. Card. in c. ea quæ. nu. 1. de regul. iur. in vj. in c. priuilegium. nu. 7. de verbo. significa. lib. sexto. vbi dicit idem esse non habere aliquid simpliciter: & habere, sed nō ad id de quo agitur. Quod cōfirmat Philipp. Probus in additione ad Ioan. Monachi. c. si tibi. nu. 23. de præ. ben. & digni. lib. vj.

salutis aeternae seruari poterit. ut habetur in c. cum dilectus. extra eo. de his quae vi met. causa sunt. & c. si vero extra de iurcurand. ubi late Doctores. & horum ratio est, quia quod in aequiparatis legum statuitur in vno, id censetur statui & in altero, ut habent gl. & Doct. in l. si quis seruo alieno per suaferit. C. de furt. & l. quod vero contra. ff. de legib. de istis nequaquam inutile erit videre additionem apud Philipp. De ciuim super regula, & l. ea est natura. ff. de regu. iur.

Juramentum, & Sententia.

Juramentum & Sententia paribus passibus ambulant. Vide infra, sub capite, Sententia.

Inuadere.

Inuadere alicquem in domo, & in domus vestibulo, & petere alicquem gladio in domo, & pro foribus, in crimine sunt paria. Declaratur hoc per exempla, quo melius intelligatur. Si dicto publico constitutum esset, ut quisquis alicquem inuaderet in domo sua is duplo puniretur, & si me quosquam tunc assiliret in domus meae vestibulo, seu in portico domus meae, is certe me sic assiliret eiusdem multae statim reus fieret, quod vestibulum, seu porticus pars domus meae habeatur. c. si quis contumax. xvij. q. iij. & Bartolus Baldus & Doctores, in l. cetera. §. hoc Senatus. ij. ff. de legat. j. argumento. l. qui aedes. in fin. ff. de incend. rui. naufrag. Neque etiam hoc in facto vlla est facienda distinctio, an domus haec conductitia, an gratis data, seu concessa, an emptione vel hereditate mihi propria. Huic seruiunt. l. lex Cornelia. §. domum, & ibi scribentes. ff. de iniuriis. l. j. §. de liber. agnoscend. & l. j. §. habitare. ff. de his qui deiecit. vel effud. & Bart. in l. qui domum. & in l. nec in ea. ff. ad l. Iuliam de adulter. Item Bartolus. Albi. Bal. Pau. de Cast. Iason & reliqui in vulgata. l. perique. ff. de iniur. vocan. dicunt. Si etiam statutis ordinatum esset, ut qui alterum in domo sua inuaderet, is duplo damnaretur, ac deinde quispiam se sedentem pro foribus peteret gladio aut baculo, is similiter eiusdem late poenae reus teneretur, non secus quam si te in domo tali modo fuisset adortus. Nam is maleuolum atque laedendi cupidum suum animum, hoc modo foris per facta edocuit, quod idem patrare fuisset ausus, etiam in domo si tibi dem fuisset. Atque certe is in domo fuisse censendus est, qui pro foribus domus alicuius fuisse cognoscitur. ut etiam paulo antediximus. horum etiam ipse memini in mea Praxi rerum criminalium, Capit. lxxij. de Inuasionem, num. 6. & 7. in postrema editione.

Legare, Legata.

Legare Ecclesiae, & legare Ecclesiae alicuius collegio, paria sunt. l. annua. §. j. ff. de annu. legat. & colligitur ex notatis per Inno. in c. nouerit. extra de senten. excommu. & per Bald. in Rub. C. de sacrosanct. Eccles. & in authentic. Ingressi. verfic. Iuxta hoc quareo. & c. eodem tit. Carolus Ruinus consilio clx. incip. Circa primu quatuor, nu. 13. in tertio volumine.

Legare pro dote.

Dicere, lego hoc pro dote, & lego hoc animo compendendi cum dote, aut pro dote, paria sunt. Ut probatur in lege vnica. §. primum. C. de rei vxor. action. & ibi Baldus & sequitur Alexan. in lege huiusmodi. §. cum pater. ff. de legatis primo. & pro hoc allegat etiam l. Titia. §. qui inuita. ff. de leg. ij. Ita tenet D. Carolus Ruinus consilio clxvj. incip. Circa num. 8. yolum. iij.

Legata, Fideicommissa.

Legata & fideicommissa, in iure aequiparantur. est enim inter haec tam indiffereta similitudo, ut plane eiusdem farinae esse videantur. Per omnia (inquit Vipianus) exequata sunt legata fideicommissis. l. j. ff. de legat. j. §. sed non vique. Instit. de legat. Proinde ex vno ad alterum sic inferas licebit. Quicumque legare potest, idem & fideicommissum relinquere non prohibetur. l. ij. ff. de legat. j. eodem modo, quibus legari potest, illis & fideicommissum relinquere permittitur. Porro sicut alicuique neque testari, neque legare possunt, ut tractatur in l. si quis amicus. ff. de testamen. Ita rursus sunt quibus non potest alicuius in testamento relinquere. §. legari. In

stitu. de legat. Ex praedictis sunt etiam istae illationes: Quae res legari potest, eandem fidei licet committere. Item quibus actionibus legatum, eisdem & fideicommissum petitur. l. j. & ij. C. comm. de leg. Huius meminit D. Ioan. Oldend. libro de copia verborum & rerum in iure ciuili, sub loco, A legatis ad fideicommissa. Quod tamen intelligendum est, de legatis, & fideicommissis particularibus & quae pecuniarium commodum tribuunt. Nam inter legata & fideicommissa vniuersalia magnum reperitur esse discrimen, ut declarat idem Oldendorpius loco praenarrato.

Legatum, Donatum.

Legatum & Donatum, sunt paria. Vide supra, Donata.

Legatum, lex.

Legati ratio, & legis ratio, paria sunt. Bart. in l. demonstratio. §. quod autem. nu. 18. ff. de conditio. & demonstrat.

Legitimitio.

Legitimitio par est cum arrogatione. Vide supra: Arrogatio.

Legitimus.

Legitimus aequiparatur filio legitimo, hoc est, legitime nato Idemdem, Legitima filia, legitima filia iure aequiparanda est. Verum haec intelligenda sunt de filiis siue filiabus solenniter legitimatis, & ut iura de iis loquuntur, secundum quod a verè legitimis in nullo differunt praecipue respectu successione. Hinc verum erit quod dicitur appellatione, siue nomine filij legitimi & naturalis, venire legitimum, id est, iure legitimatum gaudere appellatione filij legitimi, & frui illi dem legitimorum privilegiis, ut habetur in §. & quoniam variè ibi. Nihil dissimilis legitimis. & in §. illud. & in §. adoptionis. in authentic. Quib. mod. natu. effie. fut. Et Decius, consil. cclxvij. incip. in casu domini Francisci. vbi examinat verba posita in l. finali. C. de natural. liber. Quae quidem verba, quae dicuntur de legitima sobole, eadem etiam de legitimatis verificantur: legitima enim soboles ea dicitur, quae a lege approbatur legitima. l. legitima. ff. de pac. l. j. C. quando non petent. part. petent. accrescunt. ibi. Cessante legitima successione. & ibi Salicet. i. prin. dicit, quod legitimum dicitur id, quod a lege vel a iure ciuili dicitur, & approbatur legitimum. Nam hoc verbum (legitimum) semper sonat, & intelligendum est, de lege, atque actu ciuili legitimis vel legitimatis ut notat Pet. de Ancharano, consilio cccxxv. incip. videtur prima facie. Et non videtur dubitandum, quin ea successio quae defertur filiis legitimatis, etiam per rescriptum dicatur legitima, quia ea a lege ciuili defertur, & comprobatur. §. & quoniam variè & in §. reliqui qui iugur, in authentic. Quib. mod. natu. effie. fut. ibi. Semel enim eos efficientes legitimos, dantur habere etiam successiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi sunt.

Lena.

Lena & meretrix, siue ea quae corpore palam quaestum facit, aequi parantur. l. palam quaestum facere. ff. de ritu nupt. quo textu, quid potest esse clarius? Quam late autem patet lenocinij verbum exponit Vipia. in l. Athletas. §. j. ff. de his qui notan. infamia. Huic nec dissentit D. Franciscus Balduinus, in suo tractatu ad l. Iuliam Papiam Poppae. & gl. in verbo, vxorem. in c. apud misericordem. xxxj. q. j. & D. Ioan. Oldendorp. de copia verborum & rerum, sub verbo Lenocinium. quos ibidem suis iam dictis locis consulere licebit.

Lex.

Legem non esse, & esse, sed obscuram, paria sunt in iure. l. de arate. §. nihil. ff. de interroga. actionib.

Contra legem facere.

Contra legem facere, & fraudem legis facere, sunt paria. Quod sanè tamen intelligendum est, scilicet quantum ad poenas legales, l. non dubium. & ibi Iacob. Butrig. C. de legib. c. certum est. & ibi Dinus. de reg. iur. lib. vj. na sicuti puniuntur ille, qui directè facit contra legem, aut contra verba legis: ita

ita quoque puniendus est is, qui facit contra mentem legis, siue in fraudem legis qui facit. Et ratio est, quod omnis virtus legis principaliter in mente legis consistat, adeo ut mens legis idem quod ipsa lex, siue ipsa ratio legis esse dicatur, sicuti notat Dinus, in d. ca. certum est.

Contra legem faciens, aut loquens.

Sicut is, qui sine lege, vel contra legem quid facit, audiendus non est, ita nec & is qui sine lege loquitur, audiendus est. Et ita sustinuit Bald. in c. in Genesi, de electio. quem refert & sequitur las. in l. vinum. ff. si cert. pet. & in l. illam. C. de collat. Et Hippol. de Marfilis consil. iij. numeris 23. & 28. in j. vol. Atque hinc ortum illud vulgare iuristarum axioma, Quod lex non dicit, id nos nec dicere debemus, argumento §. cum igitur. alias incipit, Optimum, in auth. de non eligend. secundum nubent. vbi tex. dicit, nec quilibet lex tale quid dicitur, ex quo textu probatur, quod illud legis dispositionem non inducat, quod lege cautum non est, de quo text. aliqua dixit Bal. in authen. ex testamento, C. de secund. nupt. & facit ad haec etiam lex, Prauaricationis. §. fin. ff. de prauaricat. in vers. quia neque lege aliqua de hac re cautum est. & c. & facit etiam l. si seruum quis. vers. non dixit prator. ff. de acq. haered. & l. si quis stipuletur Stichum, aut Paphilum. in verbo respiciendus est sermo stipulationis. ff. de verbo. obli. & l. fideiussores magistratu. in §. pro Aurelio. in verb. Lecta subscriptione, ff. de fideiusso. & l. ad probationem. in verbo, quae tenor designat. C. de probat. plures confirmationes harum legum adducit, & allegat Barbat. consilio suo incip. Circa hanc dubitationem, quod consilium est insertum inter consilia Alexandri, nu. 396. secundum ordinem libri mei.

Contra legem fieri.

Ea quae sunt contra leges, & quae non sunt, parificantur in iure, & pro non factis habentur. l. non dubium. C. de legib. l. iubemus. ij. §. predia autem. C. de sacrosanct. Eccle. & ita nec dissimilia sunt, factu illegitimum & non iure. de quo supra, fieri indigne, & fieri indebitè. Reliqua vide supra, sub tit. Lex, aut facere contra legem.

Liberatio.

Liberatio, Quietatio, Apocha, siue Quietantia, signatè in materia Pupillorum, Minorum, Prodigorum, & similibus factis inter se conueniunt, quae quidem quietantiae nonnunquam generales & aliquando speciales sunt, quemadmodum sufficiens monstrauit in meo Pupillorum patrocinio, sub tit. de tutorum & curatorum libera. c. j. numero 6. in postrema editione, vbi per occasionem videre ista poteritis.

Liberi.

Liberi soli aliquando intelligendi sunt pro haeredibus. Vide. §. de cedere.

Ex mandato fieri.

Aliquid fieri per dominum, & aliquid fieri ex domini mandato, paria sunt. Ang. in §. vendite. nu. 2. Insti. de rerum diuis. nec refert an res tradantur per ipsum dominum, an per alium de voluntate domini. d. §. vendite. & ibi D. Nicafius in lectura super Insti. eod. tit. & §. vide infra, solutio vel per se. De hoc & supra, fieri ex iussu.

In Mandato esse proximum.

Aliqua esse in mandato, vel iuxta mandatum, vel mandato vicina, paria sunt pro hoc textu in l. ad rem. l. ad legatum. ff. de procura. & Alberic. de Rosate in l. iam tamen. §. in hac. nu. 1. ff. iudicat. solui.

Mandatum reuocatum.

Non habere mandatum, & habere, vel habuisse mandatum, sed reuocatum, paria sunt. l. cum pater. §. Meui. ff. de leg. ij. & ita D. Albericus de Rosate in l. cum quis. §. si debitor. ff. de solu. & libera.

Mandatum inefficax.

Non habere mandatum, & habere mandatum vitiosum,

insufficiens, inefficax, paria sunt. ca. ij. vers. sed neque. & ibi Hostien. de translat. & Card. Zabarel. super j. Decretalium, in cap. veniens. numero secundo. de renunciat. & l. quotiens. ff. qui satisf. cogantur, cum similibus iuribus vulgaribus.

Manus inutilis.

Non habere manum, & habere, sed inutilem, paria sunt, sic Iaso. in l. de quibus. numero 37. ff. de legib. quem ibidem videre poteris.

Manum mutilare.

Manum tollere, & manum inutilem aut debilitatam reddere, iuxta iam dicta, paria censet D. Philippus Probus in additione ad Ioan. Monachum, in cap. si tibi, nu. 24. de praebend. & dignita. lib. vj. ad hoc allegans glossam j. in l. de quibus. ff. de legib. vbi Ang. vnde sic merito dici potest & haec statui regula, quod statutum loquens de punitione membri alicuius, aut de tollendo membro, etiam consistat & locum habere re debeat, de eiusdem membri debilitatione. Membrum enim inutile redditum, ac profus debilitatum id tanquam sublatum creditur, ut in supradictis narratur, uti notat Iason, & alia, quae huic proposito conducunt, subdens, consilio xlvi. pro fisco. volum. iij.

Maritus inutilis.

Non habere maritum, & habere, sed inutilem, item non habere rectorem, & habere inutilem, item non habere sponsum, & habere sponsum profus inutilem, omnino paria sunt. c. ij. de traslat. Episco. l. j. §. & quidem. ff. quod cuiusque vnuerfi. nomine. & Io. Monach. in c. si tibi concessio. nu. 10. de praebend. & dignita. lib. vj. Vide etiam Abb. in cap. Bonae. j. in iij. notab. extra de postula. praetato. & est textus singularis, in l. i. iuncta glo. C. ad l. Fla. de Plagia. & Roland. à Valle consilio ix. numero, 33. & ideo Salic. ad d. l. finalem, in fine dicit, quod vxor quae habet maritum inutilem potest dicere se esse orbatam viro: quia nihil, & inualidum, & inutile aequiparatur. l. si aut nullum. & ibi Bald. C. de legit. haered. & propterea in c. ex literis. de frigid. & malefic. dicitur, si mulier sit ex natura viro inutilis: nec talis sit quae ope medicorum iuuari possit, à marito separari potest, ita ut eidem marito concedatur licentia ducendi vxorem alteram. Vide Alex. consil. c. iij. in j. volu. p hoc facit textus, in l. quotiens. ff. qui satisf. cogant. & glo. in l. si pater. C. ne de stat. defuncto. & textus aureus, in l. si accusatus. ff. de adult. & textus, & ibi Bal. in l. ij. C. de eunuchis. tex. in c. ij. de crim. fals. & Bal. in l. si vt proponis j. C. quomodo & quando iud. & Doctores in c. pia. de except. lib. vj. glo. singularis, & ibi Salic. in d. l. si. C. ad l. Flau. de plagia. & text. in l. non putauit. §. non quaeuis iuncti. glo. & ibi Bald. ff. de bono. poss. contra tab. Salic. in Rubri. C. de probat. & glo. in c. vera. xlviij. distinct. & glo. in l. ij. C. de haeret. & l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudic. cum similibus. Plura de maritis vide infra, vxor.

Matrimonium contractum.

Matrimonium ab initio in facie Ecclesiae contractu esse, & matrimonium postea de facto ab Ecclesia esse approbatum, paria sunt, quo ad legitimationem. & sic paria sunt esse tale, & postea redire ad tale: uti testatur D. Io. Anto. de S. Georgio, alias Praepositus in c. quod nobis. nu. 1. extra qui filij sunt legitimi. atque hinc fit, quod ad proles legitimationem, non exigitur ipsa veritas vinculi matrimonialis, dummodo adsit possessio & opinio colorata matrimonij, & coloratum dicitur matrimonium, quando est cum teste, & auctoritate Ecclesiae contractum: vel quando postea per Ecclesiam approbatum est.

Medicus imperitus.

Non adhibere medicum, & adhibere medicum imperitum paria sunt. Imò istud quodammodo peius censendum est. Medicus enim imperitus (ut est in vulgato prouerbio) plura gibbosa facit caemiteria quam sanet corpora. Probatur autem dicta paritas l. quod si nolit. §. si mancipium. versiculo, culpam, & ibi etiam si non adhibuerit medicum, vel si malum adhibuerit, & ibi Bal. Ang. & amplè Cypolla. ff. de edil. edict. Tunc mors est vulnera tibi, aut ei qui bonum medicum adhibere debuit, & non adhibuit, imputanda: quem textum

Angel. ibidem, & Alexand. in l. si ab hostibus. ff. sol. ma. reputant optimū esse de corpore iuris. Et haec proposito seruit, quod quemadmodum maritus priuatur bonis vxoris suae, propter remedium vxori agi: otanti non adhibetur, ita etiā priuandus est, si ipsi malum adhibuit medicū, sicuti sustinet D. Nicolaus Boerius, q. 3. 2. 3. num. 2. 3. & 2. 4. Quin & quoque fundata sunt in ratione, & in doctrina Apostolica. Nam si vt asserit Paul. ad Eph. 5. Qui diligit vxorem, diligit & carnem suam, & nemo carnem suam vnquam odio habuit, sed eam nutrit ac fouet: quomodo per contrariū non dicendus erit vxorem odisse ipsūque mortem studio exoptasse, qui ipsi medicum accersit imperitū: cuius imperitia vxorem certius quā toxico perdidit. Et per consequens, cur etiam ob hanc causam vxoris bonis nō merito priuaretur: praesertim etiam cum Paul. 1. ad Timo. 5. cum fidem habere negauerit, & infideli deteriorē eum iudicauerit: qui ne domesticorum quidem suorum curam habuerit: multo magis qui impudēter, atque adeo impiē vxoris suae curam debitam, & salutem optatam neglexerit. Quare ex his nunc manifestē, & facillē colligitur, paria esse: Nullum adhibere medicū, aut chirurgū: & quoslibet adhibere medicos aut chirurgos indoctos, & imperitos, quemadmodum prolixius tractauimus, in nota Praxi rerum criminalium, capit. 7. 8. de Inualione. nume. 1. 5. in postrema editione.

Medicus, & Obstetrix.

Medicus obstetrici equiparatur teste Andrea Barbatia, in suo tract. de praesentia Cardinalium lib. 6. num. 40. vt inquit text. in l. 2. C. de communia de lega. Quia sicut obstetrix tenetur de imperitia, ita & medicus, vt dicitur textus in l. Item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. Et medicus agit pro salario, eodem modo quo agit obstetrix, secundum speculato. in tit. de magistrat. Et sicut medicus credendum est, de pertinentibus ad medicinam, secundum eundem Speculato. in tit. de probat. §. 3. vers. hoc quoque. ita & obstetricibus in peritia obstetricatoria credendum est. vt habetur in c. causam. de probat. & sicut si medicus iniquē iudicet, vel referat, potest ab eius relatione appellari, & eius iudicium potest corrigi. testibus Angelo, Imola, Bart. & aliis ad l. si ab arbitrio. ff. qui falsi. cog. Imo sicut potest, sententia medicus ab ipsius relatione lara retractari, si contrarium apparcat, tanquam lata ex falsis attestacionibus, vt testatur Ang. in l. Marco. §. mancipium. in fine. ff. de edil. edict. ita quoque dicendū est de relatione & iudicio obstetricum, quarū manus, & oculus saepe falluntur. d. c. causam. Ita tenet etiam D. Ioannes de terra rubea contra rebelles suorum regum. In glossa, super verbo officia.

Merces.

Mercedes magistrorum equiparantur expensis alimentorum. l. j. C. de infant. expof. & ibi Bald. & l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debe. Nam sicut id quod sub alimentorum titulo alicui impensum est, reddi, atque resoluī debet: sic & id quod doctrinae causa, vel forte quod artificij discendi gratia iuste infumptum fuit, omnino restituendum, & refundendū erit. Et vt dixit textus, in d. l. qui filium. vbi Sempronius constitutus tutor cuiusdam pupillae, fratre eiusdem puellae, & haeredem paternum per magistratū compulsi ad soluendum sumptus, alimenta, & mercedes praceptorum, vt eadem pupilla liberalibus artibus instrueretur. Quod autem mulieres possint addiscere grammaticam, id defenditur per eand. l. qui filium. & per gl. ibid. in verbo, instruxerit.

Merx.

Merces non esse aduectas in portum aliquem, & merces esse aduectas, sed vi tempestatis aduectas, in iure paria sunt. l. Caesar. l. interdum. §. serui. & §. si propter. ff. de publi. & vectigalib. adde l. penul. §. si. & ibi Bar. ff. locati. Merces enim vi tempestatis aut persecutione piratarum in portum adacta eam libertatem merito obtinent, ac si in cum non fuissent aduectae, nempe ad hoc vt vel cadant in commissum, seu in confiscationem, vel vt obligentur ad teloneorum, vectigalium, tributorum, aut similibus onerum exolutionem. Quia sicut non aduectae merces: aut sicut is qui nō aduectis merces, nō dicitur edicto prohibitorio cōtrauenire: ita nec is qui vi tempestatis eas in portum aduehit. Sed in hoc casu legitime cōstitare debet, q̄ nec dolus, nec fraus vlla subit, quin ea merces, ad alium portum destinatae fuerint, & quod vi tempesta-

tis aduectum naufragij certum periculum, talem portū eligere debuerint. Sunt tamen nonnulli nostri temporis, qui aiunt hanc causam in vtramque partem esse disputabilem. Inter quos sunt aliqui qui sustinent, vt supra. Alij mordicus contrarium tuerunt, sicuti abundē disputatum fuit in Consilio priuato quod habitum fuit in causa Antuerpiensium, & Middelburgensium in Zelandia. Sed in his omnibus & similibus, circumstantiae rerum ad veritatis sententiam certam aperiunt viam. Verum an confiscatio habeat locum in rebus quae nondum ad locum prohibitum perueniunt, vide 1. volumine tractatum, post num. 1. 2. quod iuris Oceanus intitularur.

Meum esse.

Hoc meū est, & hoc mihi debetur, paria sunt, quoad hoc ne fiat fraus legi: quia si aliquid in re mea non possem, quod tamen possem in re mihi debita, iam fieret fraus legi de persona ad personam. l. fraus. & ibi glossa. ff. de legib. Huius meminit D. Vdali. Zasius, in l. si minor. ff. de verb. oblig. num. 4. ex quo ibidem notat: Quod sicut vasallus nō potest alienare feudum suum, ita non potest stipulari ab alio qui alienaret feudum ipsi debitum, quod nondum attigerat. Alienationis enim omnis auctoritas ab ipso vasallo (cuius est feudū) provenire debet. Exempli gratia, Sint duo fratres habentes cōmune feudum, sic vt vnus ex his fratribus nō possit tale feudum alienare, tūc is idem frater non poterit stipulari ab alio fratre, vt ius ipsi debitū alienaret. Nam hic concurrat regula vulgaris, quāuis perplexa, Quod per me non possum, in nec possum per aliū. quam regulam late tractat glossa in l. 2. §. ff. de administra. rer. ad ciuita. pertinent. Et Bart. in l. Aristo. ff. q̄ res pign. obl. possunt. Habetur porro his cōformis doctrina vulgaris, & tritissima in iure canonico. Is qui non habet potestatem dispensandi, is etiam non poterit alteri dare potestatem dispensandi, textus in c. 1. §. si. de tempor. ord. lib. 6.

Meretrix.

Meretrix & laena equiparantur in iure. Vide prolixius supra, Laena.

Metus tormentorum.

Ex metu tormentorum confessi, aut gesta. Vide supra sub titulo, Confessio in tormentis, & infra sub titulo, Minari.

Miles.

Miles armate militiae, & miles caelestis militiae (qualis est sacerdos) & quiuis alius ecclesiae minister, equiparatur. Vel sic. Miles ciuili militiae, & miles Christianae militiae assimilatur. Nam ita P. M. in cap. degradatio. de poenis lib. 6. interpretatur. Omnia enim priuilegia concessa in iure militibus armate militiae (ex quibus multa recitantur per Bart. in l. neque. ff. de milita. testam. & per Bal. in l. miles. C. eod. tit. & per D. Alex. ab Imo. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. substi.) eadem etiam priuilegia competunt militibus caelestis militiae, cui omnes clerici, ac ecclesiae ministri additi sunt, iuxta d. c. degradatio. Neque ea priuilegia solummodo competunt clericis, aut sacerdotibus, sed etiam militibus togatae militiae, & iustitiae, quales sunt Doctores & aduocati. Togata enim militia adscribitur Aduocatis. l. aduocati. C. de Aduo. diuers. iud. Militant enim (inquiunt Imperat.) causerū patroni, qui gloriose vocis consiliū munimine, laborantium spem, vitā, & posteros defendunt, sicuti de his etiam latius memini supra sub titulo, Aduocatus. Et idem glossa ordinaria notabiliter notat, in l. miles. & ibi Bart. Ange. & Doct. ff. de re iudic. Et idem probatur in l. Sacrosanctae. & in authent. Presbytero. C. de episc. & cle. & in d. l. aduocati. ibi: Militant nanque causerum patroni, & c. Et d. c. degradatio. & glo. in l. miles. C. Locati. Hi enim vsque adeo in priuilegiis, & natura sunt pares vt glo. & Doct. in praallegata l. miles. omnes script. reliquerint. Quod omnia priuilegia prioribus illis militibus indulta, etiam clericis, & togatae militiae militibus competere debeant, vt praediximus. Quocirca sicut armati milites tenentur ad soluendum cogendi sunt, quatenus satisfacere possunt, deducto ne egeant d. l. miles. ff. de re iudic. ita nec alij diti milites vltra facultates ad solutionem vrgendi sunt, quū nulla disparitatis ratio in iis omnibus appareat. Item vt concubina militis ex testamento ipsius nihil capere potest. l. miles ita. §. mulier. ff. de milit. testa. & l. Mulier. ff. de his quib. vt indi. Sic quoque & irritum est legatum, quod clericus concubinae reliquerit. l. Claudius. ff. eo. tit. Item non magis valet donatio a sacerdote concubinae facta, quā a milite laico, q̄ v

Monachus.

quae ipso iure nulla est. l. 2. C. de donatio. inter virum & vxorem. Item sicut militē armatum non oportet vagari, neque ociosum esse, alioqui nulla habet priuilegia, sed explodendus & exauihorandus est, ita clerici bonarum literarum ignari, neque Christum praedicantes, neque docentes, sed qui vagabundi aut ocioosi sunt, hi Ecclesiae beneficijs prorsus indigni sunt. Item quemadmodum milites strenui esse debent, ac mortem obire pro patria: sic clericis nullis planē deliciis a praedicando Dei verbo possunt sine infamia distrahī. Atque huiusmodi a simili argumento necessariō concludunt. Quod autem Ecclesiae doctores appellatur milites aperte conuincit ipse D. Paulus 2. ad Timotheum, vt militem esse cupit: Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, vt ei placeat, cui se pbauit. Hinc & mater ecclesia omnes verbi Dei praedicatores, qui pro fide ad mortem vsque decertat, eamque libenter (si lucrum fidei id postulet, oppetūt, milites Christi vocat, quorum curam nō minore habet Christus, quā Reges terreni suorum militum curam habēt. Sed fufius super hac militum similitudine ac equiparatione si quid desideratur, petere licet ex Panor. in c. 1. de cleri. egro. Et ex Fel. c. cum ex officij, circa exordium de praescriptio. atque ex D. Nicolao Enerard. à Middelburgo, loco à milite armata: militiae, ad militem caelestis militiae, necnon ex D. Claudio Catiuola, loco à milite ciuili militiae, ad militem Christianae militiae. Et ex D. Ioanne Oldendorpio in lib. de copia verborum & rerū in iure ciuili, & loco, Ab armata militia, ad caelestem & togatam militiam. Et supra, sub titulo, Aduocatus.

Militaria arma.

Arma militaria diuendere, par est cum delicto militari. Vide supra, Delictum.

Minor.

Minor equiparatur pupillo, quando habet curatorem. l. si curatorem habens. C. de in integ. rest. min. qui tex. est notab. & l. cum & minores. C. si aduer. rem iudi. vbi de hoc est tex. D. Vdali. Zasius in l. contra pupillum nu. 5. ff. de re iudi. quē lectōr ibidem consulere poterit. De hac equiparatione alio loco explicatius dicendum erit, hoc in praesentia dixisse sufficiat. Vide infra, Pupillus.

Minari.

Minari alicui caedem stricto gladio, & ferire aliquem stricto gladio, paria sunt, aut certe admodū affinia. l. j. §. Diuus. ff. ad leg. Corneli. de sicar. l. 3. ff. ex quibus caus. maio. & l. metu. ff. de his, quae vi met. cau. gest. sunt. Et ad hunc modum lex confessionem in ipsis tormentis extortam equiparat cum confessione per tormentorum metum facta, vt docet Bart. in l. j. §. Diuus Seuerus. ff. de quaestio. De qua confessione copiosius memini in mea praxi rerum criminaliū recognita. De processum visitatione & examine. c. 54. numeris 19. 20. & c. Vide etiam hoc lib. supra, Confessio in tormentis.

Missio anuli, matrimonium.

Missio anuli, & Matrimonium symbolizant. facit quod voluit Hyppolit. de Marfil. in suis singularib. patētiam cum taciturnitate consensum importare, qui allegat Bal. & Ang. in l. si filij. C. de per. haered. & in l. qui in aliena. §. sed & si non adierit. de acquirenda haere. cum multis concordantiis. Huc accedat quae eleganter sensit Matth. Matthesi. not. 2. 2. qui mirabilem modum extorquendi confessionem vel consensum docuit, vt ibidem latius scripsit: volens inter alia, quod qui simpliciter literas accepit, nō protestādo aliquid in oppositum, quod is videretur fieri, & in contractum assentiri, allegat l. filiusfamilias. 2. ff. ad Macedonia. S. C. clement. 1. de procuratorib. Bartolus in l. Quo enim. §. 1. ff. rem ratā habet. cum multis concord. Cum alter anulum matrimoniale tacens acceperit, iure exigēte etiam matrimonium recognouisse videret, quae certe est non modica praesumptio, cum missio anuli signum esse soleat desponsatorum, & haec praesumptio iuri cōsonat. Qui enim signum accepit, etiam signatum amplectitur, argumento l. stigmata. C. de fabric. lib. 1. l. Sed si accepto. ff. de iure fisci. Bald. in titu. Quid sit inuestitura. vers. Quaesuit Oldr. Et in habentibus symbolum faciliore est transitus. Bald. in titu. Quali. feud. alie. pot. §. si verō. & Angel. in consiliis. consil. 68. qui dicit, in habentibus similitudinem, facilem esse dationem consequentia: huius meminit D. Vdali. Zasius consilio secundo, numeris 67. 68. 69. 70. libro secundo.

Monachus, quod pace ipsius dixerim, in iure cū filio, vel cum seruo equiparatur. Quare sicut potest solui seruo, vel filio, quando obligatio contracta est cum eis, vt est textus in l. si vnus. in princi. ff. de pact. ita etiam solui potest monacho si quando obligatio aliqua cum eo contracta est, secundum Bart. Paul. de Castro, & alios in d. l. si vnus. Eridē voluit Bart. in l. filius paciscendo. C. de pact. & in l. quod seruus. ff. depositi. Idēque sentit per verba generalia in l. quod seruus. vbi bonus tex. ff. de solut. Est etiam glo. in verbo, Possidere, post medium, equiparans monachum seruo, in ca. Non dicitis. 1. 2. q. 1. Huius quoque equiparationis meminit Nic. Euerar. à Middelburgo, in loco à seruo ad monachum. Et post eum Clau. Cantiuicula eodem loco, à seruo ad monachum. De hac pterea similitudinis ratione scribit lafon in l. cum fundus §. seruum. ff. si cer. pet. & in l. j. §. per seruum. ff. de acquir. posses. post Bart. in d. §. seruum. & eundem in l. j. ff. de vulg. & pupil. subst. & doctores in cap. in praesentia. extra, de probationibus. Et gl. ordinaria in l. Pedius. & ibi tangitur per Bart. ff. de recept. arbi. Et gl. ordinaria in fine, in l. Ex poenalibus. ff. de reg. iur. Et gl. j. in l. cum haeredes. §. si. & ibi idem comprobatur per Alex. ab Imol. ff. de acq. haere. & plenius per eundē Alexandrum in l. j. §. item acquirimus. & in §. per seruum qui in fuga. illo eod. tit. Necnon D. Vdali. Zasius in l. j. §. haec, quae de seruis. ff. de acq. vel amit. possessio. Et D. Andreas Alci. in l. cum fundus, §. seruum tuum. nu. 2. 3. ff. si cer. pet. Quae praedicta omnia potissimum intelliguntur habere locum in contractibus respectu acquisitionis, vel praedicti. & in iudiciis quo ad acquisitionem intendendam. Non autem in priuilegiis, atque in ordinibus consequendis. Monachus enim in clericum ordinari potest, seruus autem minimē, nisi suae libertati planē restitutus fuerit. Attamē si ordinaretur domino suo conscio, & non contradicente, tunc nihilominus ipsos per ordines liber esset, & ingenuus, ad quoscunque etiam ordines promotus fuisset. Verum si ignorante domino ordinatus fuisset, ipsumque ordinatū suus dominus repperet, tunc ab iisdem ordinibus deponendus esset, quia ita submotus & reiectus nō gauderet clericali priuilegio: cum tamen monachus contra semper clericali priuilegio gaudere debeat.

Item.

Monachus etiam filiofamilias nonnunquam equiparatur in subiectione & in vltimis voluntatibus. In his enim casibus monachus magis filiofamilias quā seruo equiparatur, propter suauitatem & legitimitatem. Ira singulariter voluit Ioannes de Imola & Alexander. in l. j. ff. de vulg. & pupil. substitut. Istius quoque proprietatis meminit etiā insignis D. Nicol. Euerard. in loco, à seruo ad monachū. Et D. Vdali. Zasius in l. j. §. haec quae de seruis. ff. de acquir. vel amit. possessio. vbi ait Monachos potius equiparari filio, in profectum monasterij, quā seruo, vt ita non curetur animus monachi etiam nolentis, vel malignari volentis.

Monasterium.

Monasterium equiparatur cum filio, vel haered. vide supra, Ecclesia parochialis.

Morosus.


Morosus & fur assimilantur. l. inter stipulantem, §. Stichū, iuncta ibidem glo. in verbo facta, cum suis allegationibus. ff. de verb. obli. & D. Vdali. Zasius in l. si in insulam. ff. eo. titu. de verb. obli. nu. 29. Atque ista similitudo consistit in hoc, Primò, quantum ad periculū casus fortuiti, vt notatur in l. cum filiis. §. si. ff. de verb. oblig. facit l. Eum qui. §. j. & quod ibi notatur. ff. de iureiur. & l. non moriturum. C. de contrahen. stipula. Et secundò, quantum ad interponendam stipulationē, quemadmodum enim a fure stipulari possum rem quae est, ita & a moroso. Bonum est ergo argumentū à fure ad morosum, id est, qui est in mora, Bar. in l. Nemo. in §. ff. de verb. obli. qui ad hoc saepe allegatur, & idē Bar. in l. Quod te mihi dare oportet. ff. si cer. pe. & horum meminit D. Pet. Stella insignis Doctor Aurelianensis in suis Lecturis super d. l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verb. oblig.

Monachus, Exilium.


Mors ciuili voluntaria, hoc est, Monachus, & similiter Exilium perpetuū, in quibusdam casibus, & effectibus mor-

ti naturali æquiparatur. I. Res vxoris, in fine. C. de donat. inter vir. & vxor. & Bartol. Cy. & Ioa. Fab. in l. Deo nobis. C. de Epifco. aud. l. si decesserit. & ibi Alex. ff. qui fatid. cogant. & l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. l. in insula. & ibi Doct. ff. folu. matr. cap. si Epifcopus. & ibi Petr. de Anchar. num. 2. de supplen. neglig. prælat. Cuius etiam meminit in cap. fufceptum, extra de conuerf. coniu. & per gloffam & Doctores in cap. fufceptum, de reſcript. libr. vi. & gloff. fina. in cap. placuit. xvi. q. j. quæ dicit quod ingreſſus in religionem æquiparatur morti naturali. Vnde quicquid iuris eſt circa dotem vel donationem propter nuptias in morte naturali, idem quoque ius erit in hac morte ciuili, id eſt, in ingreſſu religionis. l. vlti. & ibi Barr. C. de Epifc. & clericis. Et ſicut donatio cauſa mortis firmatur morte naturali, ita quoque confirmatur morte ciuili, id eſt, per ingreſſum in religionem. d. l. res vxoris. C. de donatio. inter vir. & vxor. Quodque mors ciuiliſ morti naturali ſit ſimilis, vide ſuprà, Bānitus, Exilium. Idem ipſe quoque expoſui capi. l. viij. de exiliis ſiue bannis. numer. 3. in mea praxi criminali, editionis vltimæ. Et etiã huius meminit D. Bartholomæus à Chaſſano, in ſuis commentariis conſuet. ducat. Burgun. ſub titulo, Des cōſſications. §. j. in verſiculo, Qui conſiſque le corps. nu. 3. Sed hoc loco obſeruandum eſt pro regula, quod in ſolis hiſtam dictis caſibus ciuiliſ mors æquiparanda ſit morti naturali, & in iis caſibus qui in iure

exprefſi & conſtituti reperiuntur, ſecundum Rotam in de. cif. cccclxxvij. incip. ſuit dubitatum, vtrum clem. fina. de procuratoribus, habeat locum in procuratore Abbatis tranſlati ad aliud monaſterium, & notatur in capitulo, fufceptum, de reſcript. libr. vi. & in ca. ſi Epifcopus à Paganis, de ſupplen. neglig. prælat. eodem libro vi. iuncta ibidem gloff. conſideratione digna, in verbo, Sed capitulum. & ibi Petr. de Anchar. Sed hoc iſto loco lectorem admoneri velim, quod ſuprà non temerè dixerim, in quibusdam caſibus & effectibus. Nam ſecundum verum effectum hæc ab inuicem multum differunt. Ideoque hæc aliqui ſic diſtinguunt, & inter hos D. Andr. Alci. de verbor. ſignif. in prin. libro ſecundo. numeris 25. & 26. Vbiunque mors ciuiliſ eundem effectum habet, quæ mors naturalis, quo ad id de quo agitur, ibi quidem mors ciuiliſ cōparatur morti naturali. Vbi verò mors ciuiliſ per omnia non habet eundem effectum, quantum ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, tunc in illis mors ciuiliſ morti naturali nequaquam comparanda erit. Item ſi hæc dictio, Mors, proferatur ab homine, tunc mors ciuiliſ in ſe nullo modo æquiparabitur morti naturali, quia hæc dictio, Mors, quatenus ab aliquo homine pronunciat, ſtatim & iuxta communem intelligendi modum, ſemper intelligitur de morte naturali. Quocirca vt prædicta rectius intelligatur, de vtraque morte binas has accipe tabulas,



Huius diuifionis meminit Card. in Clem. j. vt lite pendente.



Huius tabulæ, atque diuifionis meminerunt Bal. & Imol. in l. ff. de teſtib. Potuiſſem hæc multo longius ac latius explicare, verum ea ſtudioſis, & in rebus publicis non admodum occupatis indaganda relinquo.

Mors ciuiliſ perpetui carceris.

Mors ciuiliſ, & pœna perpetui carceris, ſeu cōdemnatio ad perpetuos carceres, in iure æquiparatur, vt notat Inno. in c. qualiter ij. extra de accuſationib. Panorm. in cap. tuæ diſcretionis. extra de pœnis. De hac quoque morte ciuili & ipſe memini in mea rerum criminalium Praxi recognita, titulo de Carceribus. nu. 2. ca. xvj. quando quidem pœna perpetui carceris æquiparatur damnationi in metallum, quæ paſſim in iure cum morte naturali conſertur, vt vult Bart. in l. ij. ff. de publi. iudic. & Bal. in l. reos. C. de accuſa. habet Imol. in c. j. de colluſio. detegen.

Mors connubialis.

Sicut vita monaſtica, morti ciuili comparatur, vt dictum eſt paulò antè, & ita matrimonium aliquando æquiparatur morti, nempe poſt certam conditionem violatam, veluti ſi maritus quiſpiam moriturus, vxori ſuæ relinquendæ teſtamento relinqueret omnium bonorum ſuorum vſumfructu ſub hac conditione, vt illa in viduitate permaneret, & ad ſecunda vota nuptiarum nõ accederet. Et ſi hæc vidua poſtea hac conditione neglecta ſeſe vtro ad ſecundas nuptias trãferret, tunc illud matrimonium morti omnino æquiparandum eſſet, nempe ad conſequendum prædictum legatum, quia tali vſufructu teſtato conditionaliter ſe voluntariè per ſecunda vota priuauit, teſte Bartholomæo Socin. j. vol. cōſ. v. & xxx. & Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. & ſic totum ius vſufructus cedit meritò heredit.

Mors, tortura.

Mors & tortura ſiue tormenta æquiparatur. Quocirca

nemo ad torturam applicari debet, niſi capitalis criminis reus, aut de capitali factò certo conuictus, & contra affirmatiuè. Quisquis ob ſua ipſius maleſicia morte capitali puniendus cenſebitur, is quoque, atque adeo ſolus ad torturam applicari poteſt, niſi alia interueniat cauſa torturæ dilationem requirens, quod addimus propter mulieres grauidas, quæ tamenſi mortis reæ ob ſua maleſicia habeantur, torqueritamen non debent, propter foetum quem in vtero geſtât, qui non peccauit, nec matris iniquitatem portare poteſt. Quare talis mulieris & tortura, & mortis executio differenda erit vſque ad tempus liberationis vteri, & mulier caute ſeruanda ne vterum lædat, aut ne nouum vterum acquirat: hæc appertè docetur l. prægnantis. ff. de pœnis. Vlpian. Prægnans mulieris conſumendæ damnata pœna diſſertur, quoad pariat. & ego quidè, & ne quaſtio de ea muliere habeatur, cenſeo eam debere obſeruari, ſi quando prægnans eſt, & ibi Bartol. & Franc. Accur. & Bald. in l. interpoſitas, ad finem. C. de tranſac. ad hæc vide ea quæ ſcripti in Praxi mea rerum criminalium, ſub titulo, qui ſunt à tortura excuſand. vide ſuprà Carcer, Deportatus.

Mors, Voluntas, Neglectus.

Mors, Voluntas, & Negligentia æquiparatur, ſcilicet ad effectum deuoluendi, ſeu ad ſubleuationem obſtaculi prioris habentis aliàs melius ius, vt notatur in l. vnica. C. quando non peten. part. peten. accreſcunt. in l. mēniminus. in §. fin. C. de legit. heredib. & in §. penulti. inſtit. de bono. poſſeſſ. & Petrus Paulus Pariſius conſilio cxix. numero 27. in ſua iij. parte.

Mortuus ſine hærede.

Mortuus ſine liberis, & mortuus ſine hærede, aliquando ſunt paria. Vide ſuprà ſub titulo, Decedere.

Mortuus & Furioſus.

Mortuus & furioſus à pari procedunt. teſte Baldo in l. humani

manitatis. C. de Impu. & aliis ſubſtit. Quemadmodum enim mortuus regulariter nõ debet ſuſpendi, nec contra vlla ſententia pronunciar. l. deſuncto. ff. de publi. iudic. ergo pariter nec furioſus, pro quo facit tex. in l. diuus. ff. de offic. præſi. nã quia afflicto non eſt addenda afflicto, & quia mortuus ſatis ſua morte, & furioſus ſatis ſuo furore afflicto eſt, non eſt contra illum ferenda ſententia, qui iam ſuam ſententiam à ſupremo iudice habuit, neque hic mortis atque ſuſpendij pœna damnandus, qui furore percitus ignorat quid faciat, & per conſequens contra legem non peccat. Peccatum enim omne debet eſſe voluntarium, omnino non ſit peccatum, quod autem afflicto non ſit addenda afflicto, docetur per l. tam dementis. C. de Epifc. audien. c. cum percuffio. vij. q. j. cum multis cōcordantiis allegatis ad d. l. Diuus hæc etiã confirmat D. Franc. Ming. in conſue. Ducatus Andegauen. titulo, v. l. a punit. vnde c. v. m. articulo cxliij. numero, i. §. vi. de ſuprà, Furioſus.

Mortuus, Mortaliter vulneratus.

Mortuus, & ad mortem vulneratus æquiparatur. quod Baldus in c. j. in principio tituli. Quib. mod. feud. armitta. notat ex illo textu, qui ad hoc eſt optimus, quod & idè voluit ipſe Bal. in l. j. C. de nudi. & in l. bello. in fi. ff. de excuſ. tut. & in l. damni. in §. Sabini. per textum ibi. ff. de dam. inf. de quo etiã eſt textus in l. Huic ſcripturæ ff. ad l. Aquil. quem ad hoc præderat Pet. de Ancha. conſi. cccxxx. incip. fuiſſet expediens, & alius textus in l. ita vulneratus, cod. titulo, quem Bartol. notat, & hinc occasione ſumpta quaerit an poſſit ſtatim homicidij accuſari, qui alium leiſaliter vulnerauit, & de hac re eſt etiam textus in l. in hac. ff. de condit. triti. per quem dicit Baldus in l. dos data. C. de donat. ante nupti. quod qui eſt in articulo mortis, mortuo æquiparatur, & bene etiam facit ad hæc quod dicit gloſſa in l. qui ſiſichum. ff. de conſec. & in §. j. in verbo. Morientibus. inſtit. de lege ſuſ. Can. tollen. Plura de hac materia leges apud D. Andream Tiraquellum in legib. connubialib. & iure marit. xv. lege. numer. 18.

Mulier accuſatrix.

Mulieres quæ tutores de ſuſpectu accuſare poſſunt. Vide ſuprà, Auia.

Mulier, Fiſcus.

Mulier ſeu foemina, & fiſcus in non admodum paucis iuris articulis paribus paſſibus ambulat, in tacitis maximè hypothecis l. ij. & ibi gloſſa in verb. Ceſat. & Bart. Paul. de Caitro, & communiter alij Doctores. C. de priuile. fiſci. quæ ſemper ad illud citat. & l. dotis tuæ. C. de iure dot. & ad hoc facit l. finalis. ff. ex quib. cauſ. maio. & l. iij. ff. qui potiores in pignore habeantur.

Mulier, Philoſopha.

Mulieres bonæ philoſophis hodiernis poſſunt comparari, quia raræ ſunt. l. ſed & reprobari, ad exordium. ff. de excuſatio. tuto. ſic obſterices Aegyptiorum dicebant Pharaoni Regi Aegyptorum de mulieribus Hebræorū. Non ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres, ipſæ enim obſtericandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad ipſas pariūt, hoc eſt, in rerum naturalium cognitione, nempe in Philoſophia naturali nobis multò ſunt ſuperiores & peritiores. Exodi. j. Sed priuſquam hunc locum abſoluam, vnum addam, quod præterire non poſſum, quod cum nuper incidiffem in hanc materiam, percurri omnes iuris ciuiliſ textus, quod aliquid inuenirem, quod hoc loco poſſem in fauorem, & laudem mulierum inferere, & probare aliquam mulierem exiſtere bonam, & tandem ſe obtulit. l. mulier bona. ff. de iure doti. quam cum diligentiſ inſpexiffem, inueni legem ſic habere, mulier ſua bona omnia in dotem dedit, & c. & deprehendi bona non eſſe hoc loco nominatiui caſus, vt ſit epitheton mulieris: ſed accuſatiui caſus, vt in toto corpore iuris ciuiliſ mulierem bonam inuenire non potuerim. plura de mulieribus, vide inſfrã ſub titulo, Vxor.

Mulier, Herba mala.

Mulier malæ herba æquiparatur, vt tenet gloſſa in verbo, De ætate volentis contra here matrimonium, ſuper tractatu Ioannis de terra Rubea, cōtra rebelles ſuorū regū, articulo

iiij. primi tractatus. idem confirmat Philip. Franc. in repet. c. ſi pater. De teſta. lib. vj. vbi quaerit, quænam ſit cauſa cur foemina citius pubeſcat viro, citiùſque nubilis, aptaque viro fiat, quàm vir aptus foemine quadat, & cauſam reddit. Quod foemina natura ſit viro ſagacior, & ingenij dexteritate maturior, gloſſa in l. qua ætate. ff. de teſtam. in c. puberes. & in c. fi. extra de deſponſ. impu. & quæ mulier citius viro adoleſcit, ita etiam ad coitus potentiam & actum viro citius perficitur. Vide Philip. Fran. in d. repet. c. ſi pater. Vide etiã Bal. & alios Doctores. in d. l. qua ætate. gl. in verbo, octauū. in l. ij. C. de his, qui ven. ata. impetra. dicit, quod autem mulieres citius viro perficiantur, cauſa efficiens eſt, quia herba mala citius quàm bona creſcit. cauſa verò finalis eſt, vt citius coniugio aptentur, & foeboli propagandæ citius deſtinentur: ad quam non tantus annorum numerus, quantum in maribus, nec tanta potentia, quanta in viris requiritur, ſicuti non requiritur tanta potentia in materia, quanta in forma: nec tanta vis in patiente, quanta in agente, vt habet c. puberes, extra de deſpō. impu. & bona gl. in c. de illis, ij. ſuper verb. copula, eodem tit. ſed hoc de mulierum præcocitate obſeruandum eſt, & ſicut citius quàm mares gignuntur, & adoleſcunt, teſte Plinio natural. hiſto. cap. iij. ita etiam citius quàm mares ſeneſcunt, & cōſumuntur, quod & Hoſtienſis teſtatur c. tertio, cod. tit. nam vt in plantis, quæ omnium citiſſimè floreſcunt, & matureſcunt, eæ quoque omnium citiſſimè marceſcunt, & concidunt, & contra, & ſic in omnibus, & in brutis animantibus quæ citiſſimè adoleſcunt, eæ & citiſſimè langueſcunt & pereunt iuxta et illud: quod cito ſit, cito perit. Illud interim, & obiter de natura mulierū notandum eſt, quod Plin. natu. hiſtor. lib. vij. c. l. ij. refert, quod ſcilicet mulieres præcipuè iuuenes, ita concubitu virorum gaudeant, vt ſi pene ſuffocatione vuluæ emortuæ eſſent, ſi ſarum vulua corrigatur, atque fricetur, ſpiritus earum tanquam in aurâ exalatas, ad alacriorem vitam reſtituitur. Vide Plinium loco citato, de his qui elati reuixerunt. Cuius verba hæc ſunt: Feminarum ſexu huic malo videtur maximè opportunus, conuerſione vuluæ, quæ, ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur.

Mutilare.

Mutilare aliquem membrum quoad irregularitatis caſum, aut irregularitatē incurredam, par eſt cum occidere ea. is, qui mandat. & ibi gloſſa, & Petrus de Anchar. de vſur. libr. ſexto, & ad hoc clem. j. eodem titulo de vſuris, & ibi gloſſa, quæ allegat concordantias.

Non naſci, & ſtatim mori.

Non naſci & naſci, ſed ſtatim mori, quantum ad hæreditatis ſucceſſionem, paria ſunt. §. dubitatu, & in authentico, de inceſtis nupt. maximè ſi quis moriatur viuo adhuc eo de cuius ſucceſſione agitur: nam viuentiſ hæreditas non cōſeſt, nec viuens habet hæreditatem. l. j. ff. de hæredi. & actio. vendita. & l. j. ff. pro hærede. & l. qui hæreditatem. & l. nemi. nem. & l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hered. Hæc etiam ita viſa ſunt D. Andream Tiraquello, in lib. De nobilitate primogenitorum iij. q. numero 197. Sed an id ſemper procedat vide eundem ibi. numero ſequenti.

Negligentia craſſa, & Dolus.

Negligentia craſſa & ſupina dolo ac fraudi de iure æquiparatur. vulgata l. quod Nerua. & ibi eleganter & copioſè ſcribentes. ff. de poſt. cum ſimilibus iuribus. de hac negligentia ipſe etiam memini in meo Pupillorum patrocinio, titulo de tutorum & curat. munere. capit. quarto, numero 37. in poſtrema editione.

Negligentia & Delictum.

Negligentia & Delictum æquiparatur. iuxta cap. finale, iuncta ibidem gloſſa in verbo, aut perperam. de ſuplèda negligentia prælat. lib. iij. ipſa quoque naturalis ratio hoc indicat, vt quiſquis per negligentiam aliquid committit, aut ommittit, ex quo aliquid damni cuiſpiam accreſcit, vt ſi per eã negligentiam idipſum damnum dediffet cenſetur, qui hoc ipſum damnum per diligentiam impedire potuiſſet, ſi vo.

luisse unde & damni reus censetur, qui damni occasionem dedisse videtur.

Nobilitas, & Scientia.

Nobilitas & scientia, quantum ad promotionum facultatem, in iure æquiparantur. Barbat. in c. Postulasti. de rescr. & idem Barba. in c. accedens. ij. vt lite non contest. Scientia enim nobilitas. l. prouidendam. in glossa in verb. nobilissimos. C. de postulando. Nobilitas ramen stercore est. nisi habeat virtutis concomitantiam, vt testatur Hostiensis in ca. Venerabilis. de præbend. quin & idem Hostiensis nobilitatem sine virtute comparat cum stercore, scilicet in c. tua. de confangu. & affinit. vbi dicit: Quod qui de nobilitate, aut nobiliori sanguine superbit, is de nobiliori stercore intumescit. Quocirca nobilitas per se considerata, ipsa doctrina, atque virtute longe est inferior.

Nolle.

Nolle, & non posse, quantum ad effectus declarationem, in iure sunt paria. §. vlt. ff. de pcura. l. mulier. ff. ad S. C. Trebellia. Er notat Bart. in l. ij. ff. de vulga. & pupil. substit. in ij. q. i. u. ius mentione etiam facit Ioannes Perr. de Ferrariis, in practica, forma libelli quo agitur ex substitut. ver. substituit vulgari. n. 4. Ita et affirmat, Carolus Ruinus 25. cxxvj. nu. 5. secundo vol. Dixi supra hæc ad effectus exhibitionem, in iure esse paria. Nam iuxta facultatem humanam (non exclusi diuina) sæpe multa possumus, quæ nolumus & contra, sæpe multa nolumus quæ possumus, vt ratio, & experientia perdocent.

Notorium, & Sententia.

Notorium & sententia æquiparantur. Nam quando res facta est notoria, tunc ea virtualiter talis est, ac si de ea lata esset sententia, quia simul atque certa innouit, de ea sententia ferri potest. l. emptorem. ff. de actionib. empt. Ideoque qui manifeste & notorie ab omnibus prodigus esse conspicitur, is quoque habebitur prodigus, non secus quam si per sententiam fuisset declaratus prodigus. Atque hoc casu non est dubium, quin de iure ipsi bonorum usus sit interdictus, etiam si verbis expressis & iuridice ipsi non interdicatur. l. ij. §. ff. ad Turpilli. Vbi etiam dicitur: Si quis manifeste cognoscatur alicui calumniam fecisse, is perinde habendus est ac si condemnatus esset de calumnia. Quia igitur manifestum & sententia æquiparantur, recte neganda & prorsus interdicta erit ipsi bonorum administratio, qui quis fuerit notorius prodigus. Nonnulli allegant: pro hoc. l. i. cui. ff. de testamen. His tamen omnibus non obstantibus D. Vdalric. Zaf. in l. i. cui bonis in re dictum. numero 16. ff. de verb. oblig. contrariam amplectitur opinionem, & tanquam saniozem, & veriozem, iuxta sententiam glossæ ibidem, quam sequitur Bar. ibi, & aliis locis, communiter Doctores, secundum quam opinionem ponitur hæc conclusio. Zafio teste. Manifeste & notorie Prodigus recte bona sua administrat, etiam si decoquat, antequam ei administratio interdicatur. Quæ quidem opinio (inquit) probatur per valde multa iura, quorum meminit in d. l. i. cui bonis interdictum, per I. Iulianus. ff. de curato. furiosi. vbi dicitur, Si prætor interdicitur est administrationem: Item per dictum textum, Is cui bonis interdictum, qui est apertissimus, dum inquit, Is cui bonis interdictum est. Ego quoque certe hanc D. Zafii sententiam, tanquam meliorem ac tutiorem libenter amplector, quia non censetur prodigalitas, prius quam iustitia eam publicè denunciauerit, & quamuis multi eam censeant in animo esse prodigalitate, ea tamen omnibus non in notuit, nec ad omnium notitiam peruenit, & pro prodigalitate ea habenda non erit, priusquam publice per forensis proclamationem denunciata fuerit.

Novum, & Innouatum.

Aliquid superuenire de nouo, & vetus iam demum innotescere, vel in notitiam venire, paria sunt. Vel sic. Hoc nouum est, vel iam recens ortum, & hoc vetus est, sed iam demum innotuit, vel in notitiam venit, paria sunt. Ad quod facit c. pastoralis. de excep. & c. vt circa. de elect. lib. vj. sic Raphael Fulgos. ad l. mulier. num. 5. C. de sponsalib. & arris sponsal. Sic & multæ antiquæ hæreses nostro hoc infœlici æuo sparsæ, non tam nouæ sunt, quam hæreses renouatæ. Nobis tamen

apparent & dicuntur nouæ, quia hæcenus nobis fuerunt in cognita, quamuis olim à mille annis, & amplius à Patribus, & Conciliis, per auctoritatem scripturæ canonicæ fuerunt explosæ, & damnatæ: quales potissimum sunt, quæ sunt de Trinitate, & c.

Item.

Res isthæc iam noua est, & res isthæc iam demum emerit, aut oriri cepit, paria sunt, vt habet Raphael Cumanus in l. in confirmando. num. 3. ff. de confirmand. tuto. & curato.

Nullus & inhabilis.

Nullus & inhabilis æquiparatur. l. ij. §. penultimo. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. ita quoque tenet D. Andreas Tiraquellus de legib. c. nubialib. & iure maritali, gloss. vj. ibi. De son mary. nu. 61.

Nullus & inefficax.

Nullus & inefficax paria sunt. Et ideo notandum, quod quamuis ea quæ prima fronte aliquid esse videntur, si tamè absque effectu esse comperiantur, tunc ea possunt dici quasi nulla. l. dari. ff. de verbo. obli. Carere effectu, & esse nullum intelliguntur æquiuale. Sed hoc intelligendum largo modo, quia stricto iure longe differunt, ea quæ sunt inefficacia propter exceptionem ab iis quæ sunt ipso iure nulla, vt probat D. Vdalricus Zafius in l. qui bis, iuncta. l. si dari. nu. 37. ff. de verbo. obligat.

Nullum esse & non esse.

Nullum & nihil æquiparantur. Vide Vdalric. Zaf. in l. cui quærebatur. num. 3. ff. de re iudica. Si sententia est nulla, perinde debet haberi, ac si nondum lata esset, quia (vt diximus) nullum & nihil æquiparantur.

Nunciandi facultas.

Non habere facultatem nunciandi, & habere nunciandi, facultatè quæ postea per non effectum extinguitur, paria sunt. Sicut scripsit D. Alberi. de Rosate in l. sciendum, numero primo, ff. de oper. no. nuncia. vel sic, Nunciandi facultatem non habuisse dicitur, cuius potestas sine effectu postea extinguitur. Vel sic, Nunciatio nulla, & nunciatio extincta, paria sunt: Vel sic, Potestas nulla, & Potestas extincta, paria sunt.

Nunquam, & rarum.

Nunquam & rarum in iure æquiparantur, & paria sunt. cap. coram. extra de offic. delega. & quod raro contingit miraculum est, vt dicit textus in au thent. de consub. collat. quarta. & D. Philipp. Decius in regula, ea quæ raro. ff. de regul. iur. ad exordium. ex quibus notandum, quod de his quæ raro accidunt, regulariter nulla ratio habetur apud legislatores, sicuti id confirmat idem textus in l. nam ad ea. ff. de legib. cum nequaquam dissimilibus iurib. quæ notantur in glo. in c. litera. extra de desponsat. impube.

Nuptiarum tempus, & mentio nuptiarum.

Id factum est nuptiarum tempore, & id factum est tempore mentionis nuptiarum, paria sunt teste Raphael Fulgoso in l. sancimus. numer. 1. C. de incest. nupt.

Nutrix.

Nutrix, Soror, Mater, Auia, & similes personæ aut mulieres cognatæ, in iure æquiparantur. l. ij. §. consequens. ff. de suspect. tuto. & §. consequens. Iustitu. eod. titu. de suspect. tuto. & ibi Ang. Aret. & Nicafius in insigni sua lectura super quatuor libros Institutionum, eodem §. & titu. Hanc quoque suam sententiam confirmauit eodem loco meus nuper collega D. Iacobus Curtius Brugensis Iurisconsultus, in suis Institutionum iuris ciuilibus libris quatuor, ex Græco in latinum per

per ipsum translatis. Quæ quidem paritas potissimum intelligenda est, quoad accusandum tutorem de suspecto: accusatio enim de suspecto, est tanquam actio, seu accusatio publica: quæ quæ cuius homini permissa est vt ipsam moueat, etiã permittitur & competit omnibus mulieribus, quibus vel ex iure, vel ex nature vrgentis ratione, de suspitione fraudis dolere, & conqueri competit, hoc est quas ex rescripto duorum Seueri & Antonini naturalis affectus, & pietas mouet, vt scilicet ex ea pietate, & ex singulari pupillorum fauore ad eam accusationem excitentur, dummodo ea pietas sit talis quæ sexus verecundia non egrediatur, sicut fecit Calphurnia, vt l. ij. §. Sexum. ff. de postulando. Hanc itaque restrictionem in muliere accusatrice non temerè adieci, ob id quod alia mulieres ad talem accusationem non admittantur, nisi quando vel suam, vel suorum iniuriam prosequuntur. l. de crimine. C. qui accusare non possunt. qui accusare. ff. de accusat. & ad hoc facit. l. feminas alienis, ff. de procur. dicitur autem ista actio quasi publica, vt in d. §. consequens. Imò verè publica, quæ cõpetat (vt iam dixi) non solum mulieribus cognatione, affinitate, aut naturali ratione alicui affectis, aut coniunctis: sed quod cuius etiam ex populo, si modo dignus sit, & non reftabilis, comperat, vt habet. §. i. Insti. de publ. indic. Atque ideo dicitur ea accusatio quasi publica, propterea quod non quibus indigni, & quibus confutabilis accusare de prædicto suspecto possunt, quales sunt infames, impuberes, & c. Vt habetur §. Impuberes, & ibi scribentes, Insti. eod. de susp. tuto.

Obligatio generalis.

Obligatio generalis, & obligatio alternatiua, sunt pares, vt habetur in l. ij. §. & harum. ff. de verb. obli. & lac. de Arena. per l. in executione, §. pro parte. ff. de verb. obli. Exẽpli gratia, si tibi promississem equum sine vlla specificatione, & si ad liberandum fidem meam tibi obtulisssem equum nigrum, quæ ob eum colorem accipere nolles, & si is equus niger oblatu interim moreretur, profectò ipso iure ab vilo alio equo dâdo liberatus essem, quantumvis D. Vdalric. Zaf. in l. stipulatus sum damam. ff. de verb. obli. sustineat veriozem opinionem esse in contrarium, scilicet deteriorum dando debitorem non liberari ipso iure, sed solummodo ope exceptionis: hoc ipsum quoque meminit idem Vdalricus Zaf. in l. si stichum, nu. 5. & in l. stipulationum, in principio, nu. 53. ff. eod. de verb. oblig.

Obligatio iuridica.

Obligatio, siue dispositio legalis, siue statutiaria, magis equi paratur vltimæ voluntati, quam contractibus. Secundum Bar. per glo. ibi in l. j. C. de his, quib. vt indigni. & per eundem Bar. in l. non solus. §. morte. & ibi per Imol. ff. de nou. oper. nunci. & per Bart. in l. in cognitione. ff. ad Syllania. Et de hoc quoque Bald. in l. & si post tres. ff. si quis caut. & in titulo, de pace cõstitiæ, verb. in criminalibus. & Alex. in l. ea demum. C. de col lat. horum latius etiam meminit Carolus Ruinus con. 117. incip. videtur prima facie. iij. vol.

Obligatione quis adstringatur.

In præsentia obligatum esse, & promississe se obligare, paria sunt, vt notabiliter tradidit Io. And. in additione ad Speculato. in rub. de actionib. & obligat. & ad hoc facit notabilis textus in l. ex parte. ff. de verb. oblig. & D. Vdal. Zaf. sic retulit in consi. x. nu. 3. lib. 2.

Obligatione quis liberetur.

Obligatione liberatur, qui pecuniam numerat, aut obligationem cancellat. Vide paulò inferius, Pecunia. & supra Cancellare.

Obligatio nulla quæ.

Obligationem nullam subesse, & obligationem esse, sed parari non posse, paria sunt. l. in lege. ff. de contrahend. emp. & l. duo sunt Titij. ff. de testam. tut. & Raphael Fulgo. in l. in potestate. C. de solut. & libera. nu. 2.

Occidere.

Occidere, & ad maleficium seu delictum inducere, quo quis occidat, paria sunt. Sic notat Raphael Cumanus ad l. quid ergo, §. si hæres, nu. 3. ff. de leg. j. quem videre. Sic quoque apud Deum paria sunt, aliquem actu, vel facto occidere, & aliquem instigatione, cõsilio, mandato, ac voluntate occidere, tametsi prius sit actu grauius. Sicut enim is qui mu-

lierem videt, eamque concupiscit, eam mœchatus cõsuetur in corde suo, Matt. 5. sic quoque & coram Deo homicida cõsuetur, non solum, quæ actu, ferro, aut alio quouis materiali instrumento aliquè occidit, sed et quæ maleuolo animo, barbarico spû, nefario cõsilio, furioso mandato alium ad occidendum instigat, consulit, mandat, aut occasionem homicidij patrandi præbet: imò qui animo consentiente, gaudente & applaudente de alterius cæde, & homicidio lætatur, iuxta illud quoque Pauli Roma. 1. non solum qui ea faciunt culpabiles & morte digni sunt, sed etiam qui facientibus consentiunt.

Officialis.

Officialis (siue ecclesiasticus, siue secularis) qui ab electo pecuniã vllam accipit, Et eiusdem officialis superior qui eã acceptatione permittit, & non punit, postquam hæc ipsi denunciata fuit, pari poena plectendi sunt. Iuxta illud Pau. Ro. 1. non solum qui talia faciunt, sed et faciētes & consentientes pari poena plectantur. Quibus consentit Bar. in §. si igitur. nu. 1. in auth. vt iudi. sine quoquo suffragio fiant. Et in eo. auth. de consub. bus vbi apertè dicitur, Quemadmodum punitur officialis accipiēs pecuniam ab electo ad aliquod officium, ita quoque superior illius officialis, si hoc sciens eum non puniat. Paria enim sunt, si ipsemet superior illam pecuniam accepit, & si cõiuenienter officialē inferiorē, qui eam pecuniã accepit, non puniat. Ad huius rationē & similitudinem in l. iubemus. C. de sacros. Eccl. Iudices, vel superiores qui non puniunt, sed approbant vetitas alienationes, hi sicut ipsi alienatores puniuntur, vt & Bal. in l. 2. ff. de nox. actionibus, p̄ illum text. dicit, quæ qui maleficium, quod ex suo officio impedire dēt, nō impedit, sed ad id dissimulat, aut impedire negligit, is habedus est ac si hoc ipsum maleficium perpetrasset. Sic et Præfecto ciuitatis imputanda sunt omnia maleficia, quæ per cõitatem ciuitatis committuntur, si sua vigilantia ea ipsa maleficia impedire potuisset, & eadem per negligentiam non impediuit, teste Castr. consi. 422. Et videtur is non impedire, aut impedire negligere, qui maleficia puniēda non curat, quia per hoc occasione licentius peccandi omnibus permittit, vt dicunt Doctores, ad l. culpa caret. ff. de reg. iur. & D. Ant. c. cum secundum. De præb. & c. 2. de dolo & cont.

Officialis iudicium.

Iudicium Officialis, & iudicium Episcopi, paria sunt. vide supra, Iudicium.

Omne, Totum.

Omne & totum æquipollent. Vide infra, sub tit. Totum.

Orphanotrophi.

Orphanotrophi, & quibus hospitalarij similes sunt tutor. & curato. tam in bonis hospitalium quam in bonis hospitalantium. l. Orphanotrophos. & ibi Bar. C. de epif. & cle. & in auth. de eccles. tit. §. si. colla. 9. & ibi etiam Bar. & Specula. tit. de instru. edi. §. si. vers. sunt etiam Orphanotrophi. nu. 12. in cle. quia contingit. §. illi etiam. de religiof. domib. Possunt et Orphanotrophi, & hospitalarij quibus non secus quam tutores, vel curatores de hospitalium suorum bonis inuehntaria conficere, iuramenta præstare: imò debent, vt horum tutores, suis ordinariis, seu aliis præfectis vel deputatis, quibus ratione bonorum hospitalium subsunt, singulis annis de eorum bonorum administratione rationem reddere, sicuti ipsi tutores rationem tenentur reddere de administratione bonorum Pupillarium, aut curatellarium suarum.

Pactum.

De actione ad pactum. Vide supra, sub titulo, Actio.

Papa.

Papa de aliquo in specie cogitauit, & Papa de aliquo cogitauit in genere, paria sunt, quod ita determinat D. Alex. ab Imola consi. 111. nu. 13. lib. 6. quem ibidem videre licet.

Papalis gratia.

De Papali gratia, & motu proprio. Vide supra, Gratia.

Partialitas.

Partialitas, & realis seditio, idem sunt. Nicolaus Boerius in tractatu, De seditionis. vide Ioannem de Neuz. in sua syllua nuptiali.

Parium.

Parium, Modicum, & nihil ferè æquiparantur. c. licet cau- sam, §. quanquam. in verbo, Nulla vel modica. extrà de pba. & Insti. de leg. fal. in prin. in verbo, pro nullo aut minimo. & Balbus in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. & Philip. Corn. confi. 63. lib. 1. & confi. 77 lib. 2. & Soci. confi. 108. & ad hæc bene facit ca. licet causam. in verbo, nulla vel modica. extrà de proba. Et in l. 2. ff. quod cum eo, æquiparantur: Qui omnino nõ successit, & is qui in minima parte successit. Et pro his facit glo. in authen. de instru. caute. & fide. in §. penult. in verbo, Inter quos, & c. quæ dicit. Quod parum scire, & nihil scire æquiparantur, & q̄ nihil scientis & parū scientis æqualis est conditio. Sic & precium quod durat momento temporis, non inspicitur, & pro nullo æstimatur, l. precia rerum. §. v. ff. ad l. fal. Et sicut citra simoniam beneficium pot̄ alicui donari & conferri, ita etiam modica res pro beneficio data, nullam simoniam causari, aut prætere de re. c. & si questiones. extrà de simonia. Et c. iudices. 1. quæst. 1. ideòque D. Lud. Rom. singulari 33. 1. inci. Hodie quidam, & c. ait, Quod statutum prohibens alienare domum, fundum, aut aliquam quamvis rem immobilē alienare, aut alicui iuridicè tradere, id statutum locum non habet in domicilio, vel parua domuncula, sicut hoc confirmatur per tex. quem idem R. o. m. dicit esse singularem in l. Senatus. in §. Marcellus. ff. de leg. 1. vbi hoc idem etiam sentit Ang. Bald. quoque in c. cum te. de re iudic. dicit, q̄ officialis pro modico non debet syndicari, ad hoc allegans l. quæuis. ff. de condi & demon. & l. cui dens. ff. de adl. edict. Pro quo etiam facit. l. Seio. ff. de in integrum restit. & l. omnino. ff. de impens. in rebus dotalib. fact. Et l. res bona fide. ff. de contrah. empt. Et huc quoque facit, q̄ parū vulnus, siue leue vulnusculum, non est in consideratione, siue a stimatione ponendū, adeo vt vix pro vulnere sit habendum, vt est tex. in l. §. proinde. ff. de adl. edict. Quocirca statutum loquens de punitione vulneris, id intelligi non debet de leuiter vulnerante, aut de eo qui paruū vulnusculū infligit, vix paruum cuius scissuram facit, teste Bal. in l. f. C. de adl. edict. vbi etiam subdit, q̄ si statutum dicit, q̄ syndici teneantur denunciare percussiones sanguinolentas, per id statutum non tenentur denunciare percussiones, vbi est leuis curis scissura, & allegat d. l. cui dens, & d. §. proinde. Pro q̄bus etiam facit gl. no. in c. cum illorum. in verbo, sanguis. de sen. excom. & in cle. ne Romani. §. fin. in verbo, effundendis. extrà de elect. & in c. placuit. 2. 18. distin. & glo. in c. si proponente. de refer. scriptis in 1. gl. in fi. Et facit pro his. l. quæsitum. ff. de re iudi. vbi etiam dicitur, q̄ appellacione febris non venit leuis febricula. Et ad horum similitudinem dixit Bal. in l. si quis hoc genus. in f. C. de Epif. & cle. q̄ si statutum, vel lex puniat offendentes clericum, id statutum cõprehendit solum inferentem grauem & atrocem iniuriam, non autem leuem. De his etiam meminit D. Hippolitus de Marfilis, cõ. fi. 80. nu. 11. & 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. c. sequentibus, vsque ad nu. 30. inclusiuè in 1. vol. consiliorum criminaliū, & in confi. 103. nu. 12. & 13. in 2. vol.

Patronus.

Esse patronū, & haberi pro patrono, in quibusdam paria sunt. Vdalic. Zasius, in l. in ius vocari §. patronū. ff. de in ius vocand. vbi Bal. dicit, q̄ statuta nostra de ciuibus defendēdis loquentia, vel simpliciter loquentia de ciuibus, etiam complectantur eos, qui habentur pro ciuibus, etiam si veri ciues non existant. Vnde dicit scholares nostros cõcludi sub hoc statuto, vt habeantur pro ciuibus: verum hæc intelligenda esse dicit, quantum ad ipsorum commoda id statutū faciat, hoc est, quatenus id pro eis ad communem cum veris ciuibus defensionem, & patrocinium faciet, non autem quatenus ad quæuis publica, communiæque ciuium onera æqualiter cum veris ciuibus ferenda ligabit. In commodis enim pro veris ciuibus habendi sunt, non aut in oneribus, quantumuis verum sit, & idem esse censetur, verè ciuem esse, & haberi pro ciue. Quod autem nos habemur pro ciuibus, ac si verè ciues essemus, est in signe priuilegiū nostrū iuris cõis, vt diffusè tractat Bal. in vulgata authentica, Habita. C. ne filius pro patre. Quamuis autem inter se paria esse diximus, esse verè ciuem, & haberi pro ciue, multum tñ inter se differunt, esse nobilem, & haberi pro nobili: differunt enim non secus, quam genuinum germanum & fictitium, vt eleganter id explicauit dominus Bartolom. Socin. in consil. 1. per totum.

Pecunia.

Pecuniam accipere, & obligatione liberari, in iure paria sunt: sed per accidens potius, & obliquo quodam modo. Nā simpliciter loquēdo, Numerare pecuniā, & obligatione liberari, apertius dicenda sunt paria. Sed quia is, qui aliqua obligatione (quæ est æs alienū) liberatur, si soluat, quodammodo eius obligationis (qua obuinct̄ fuerat) lucrū facere, eiusdemque precium quadantenus accipere vř; ideo & ex hac consideratione hic dicimus, Pecuniā accipere & obligatione liberari in iure esse similia. Vel clarius: Pecuniam accipit, qui ab obligatione se liberat. l. si quis obligatione. ff. de reg. iur. & ibi Philip. Dec. & est gl. in l. Qui et. ff. de calum. Cū his quoque congruit tex. in c. Veniens. 1. extrà de testib. Vbi dicitur, q̄ symonia et committitur in datione. Et idem habetur in c. Talia. 8. q. 3. Et ad hunc modū etiam paria esse dicimus, dare & remittere, vti habetur apud eundem text. in l. si fundum. §. Titio fundum. ff. de leg. 1. & in l. si mulier. ff. de cõ. dict. ob causam. notat Bart. per illum textum, in l. Peculium. 1. in prin. ff. de pecul.

pecunia, & Anima.

Pecunias tam vsu, quam sui abusu alij æquiparāt animā, alij easdem cum amore parē faciunt, aut potius eundē superare contendunt. Verum hæc comparatio altius hic mihi tñ perquirenda videtur: nempe vt pernoscat quæ sit pecuniæ etymologia, quō, & quot modis in iure accipiatur, & potremo quis ipsius sit vsus, vis, & abusus. Pro quibus primò notandum est, pecuniam cum ab ipsa deriuato peculio non tam dictam, quam ductam esse à pecubus. sic vt pecunia dicatur quasi pecunia substantia, eaque ferè tribus modis, vt pote quæ verè erat pecorea substantia. aut quæ ex pecorum permutatione p̄stabat, aut quæ pecorū imaginē ac figuram refererat. Pro primo sciendū est præcis illis sculis (qñ agricultura vrbica vita habebatur potior, & nobilior, & qñ vrbica vita extiterat) pecuniam acceptam fuisse pro ipsa pecorū substantia. Quicquid enim olim maiores nostri possederant, id ferè oē in pecoribus, in agris, siue locis cõstitebat, quod patet ex Bibliis, in quibus oēs Iob, Abraham, Isaac, & Iacob diuitia connumerantur in pecoribus, & agrorū siue locorū possessionibus. Et habiti dictique sunt tunc locupletes, qui plurima agrorū loca cum pecorū multitudine possederant. Vide Panor. in Rub. de pecu. cleric. Card. in cle. Exiui de Paradiso. Sic & apud Græcos tunc incultissimus quisq; pastor erat. Atque hinc ipsorū alios polyornas, alios polymelas, alios polyburas appellabant, nempe eos qui multos agnos, oues, aut boues possidebāt. Postens verò seculis pecunia accepta est, & visitata bifariam, scilicet gñraliter & sp̄aliter. Generaliter pro quacunque rerū possessione, quæ appellacione pecuniæ veniunt. l. secunda, & ibi Bal. C. de constit. pec. Idem confirmat diuus Augu. in lib. de doctri. Christi. asserens quod quicquid homines in terris possiderēt, quorumque sunt dñi, siue ea sint serui, siue vasa, agri, arbores, pecudes, aut quicquid horū est simile, id oē ipsi pecunia habebatur. Idē habetur in c. Totam. 1. q. 3. Bart. in l. prima. §. an potest. ff. de constit. pec. & in l. qui quis. ff. de lega. 3. ad hunc quoque modū, Pecunia generaliter olim accipi solet in testatoribus (dum testamenta proferebant) pro oīe re que consistebat in pondere, vel mensura, vt habetur in l. Talis. ff. de leg. 1. & ibi Bar. Sp̄aliter verò & strictè, s̄m consuetū loquendi modū, tum et in testatoribus accipitur tñ pro nummo, siue pro denario, teste Bart. ibidem. & in l. §. ff. Ad Macedo. Et sicut pecunia accipitur pro denario, sic quoque denari⁹ accipitur pro pecunia, vt habet tex. in d. Cle. Exiui de Paradiso, vbi Denarius pro pecunia exponitur. Et simul hoc additur, q̄ quamuis denarius, & pecunia inter se differant (quia denarius erat qui pro decē numis olim cõputabatur, pecunia verò erat quod de pecorū substantia prouenerat) tñ hodie cõiter pro eodem accipiuntur, & ideo ibidē exponit in conjunctione (vel) expositiuè, pro, id, est, hoc modo, Denarios, vel pecuniā, hoc est, pecuniam. Vbi quoque notandū, denariorū voce p̄tineri & accipi oēm monetā, siue pecuniā, tam paruam, quam magnam, tam argentā, aut ærā, quam auream. De hac quoque gñali, ac stricta pecuniæ acceptio, vide gl. super verbo, Pecuniā. in l. 2. C. de constit. pecu. Et iura quæ in d. gl. allegantur. Vide et gl. in l. 2. ff. Si cert. pet. In qua gl. interim hoc notandū est, q̄ ea pecuniæ stricta acceptio et locum habeat in rescriptis, q̄ singulariter notandū esse censet Inno. in c. sedes. de rescript. Idque pro singulari et notandū esse iubet Lud. Ro. singulari 219. Secundo dicta

fuit olim pecunia, siue pecunia substantia, oīs res que ex pecorū permutationibus conquirebatur, secūdū quā acceptatione pecuniæ vocabulo cõstebatur quicquid homines olim in terris sibi possederant, iuxta allegationem D. Aug. & Bart. iam paulò ante præmissam, vt enim mortales olim sibi mutuo in rebus necessariis cõmodarent, omnino necesse habebant pecora, aliàsque res rebus cõmutare. Ad quā cõmoditatem posterior ætas magis industria, nummorū (quos pecuniam vocabant) vsū excogitauit. Vnde tertio pecunia siue pecunia tunc dicta fuit nummus coriaceus, nēpe qui ex pecorū corio confectus, ad valorem certi pretij cõstitebatur. Vide Lucam de Penna. in l. inter. de conueni. sic. debito. lib. 10. C. vel pecunia dicebatur nummus arcus, quē Saturnus postea inuenit, cuique tum pecudis cuiuspiā notā ad certū valorem impressit, cuiusque vsū populò ad necessariam rerum commutationem designauit. Huiusmodi nummos cū certa bouis, aut bubuli capitis nota postea magis affabre excudi curauit Ro. Rex Seruius Tullius. Quin & Theſeus quoque apud Græcos numos suos bouis nota insigniuit, vt vel hac numorum nota Atticos suos ad promptiorem agriculturam excitādo prouocaret. Vnde Decabium, hæc catombiū tunc nummū appellabant, qui decem aut centum numorū valore constabat, nempe qui cū bouis effigie decem aut cētum numos, aut aliud simile expressum precium designabat, quale precii in Hispanicis hodie realibus expressum esse cernimus. Qui de his plura, eaque certiora desiderabit, is legat Orationem Philip. Beroaldi habitā ante enarrationē carminis Georgici, atque Caii Suetonii Tranquilli, in qua oratioe inclitā rei rusticæ laudem explicauit. Cæterū quāuis Eutrop. lib. i. facie, & plures alij asserant nummorū inuentorem primū fuisse Saturnū, idē tamen Eutrop. lib. 2. cap. 3. ait postea à Ro. numos argenteos in vrbe excogitatos, & figuratos fuisse anno ab vrbe condita 477. Marco Amelio, & Paulo Seruio Fuluio consulibus, nempe post magnā Afrorū elassem à Ro. nauali prælio captam. Pro his ite ceterora cõperies apud D. Albe. de Ros. in d. cionario suo, in litera, Moneta. & ibi in additionib⁹ Speculatoris in repertorio, ti. de sum. expē. & De cif. Parla. Delph. q. 4. 12. & in Decif. 493. & apud D. Nicol. Bocriū in addit. ad Io. Mūtaig. in tract. de autoritate & p̄minētia sacri magni cõci. & apud eundē in addit. ad Dyrū in Regula, in obſcuris, iadditōe prima. Porro qd̄ eodē loco dicit triginta illos argēteos Iudæ ob hristi seruatoris nri traditionē numeratos, fuisse illos eosdē quos Thare pater Abrahamæ ad petitionē Nini filij Beli, & Ninuitarū regis fabricauerat, q̄q; p̄ multorū man⁹ peruenisēt in Pōrticū Iudæorū corbonā, mihi certe nimis fabulosum, & autoritate casū videt, vt id hoc loco explicare prætra D. Alb. de Ros. pigeat. Quocirca hoc incerto omisso ad percipiē vsū, & abusu explicādū pergo. Vfus itaq; pecuniæ q̄s & quā sit, quāuis experientia verius q̄ scripto aut Poetarū testimoniis cognoscam⁹, ipsi tñ vsus potissimū Principib⁹ ab bella gerēda est per necessari⁹, vt eā suis elargiāt militib⁹. Nulli em̄ milites vnquā dō suo, aut ex propriis militare debuerūt, per iura vulgaria. Nō decet, vt alicui militū suū dānosū sit officii, c. cū nõ decedat, de elect. in vi. §. itē in criminali. iij. q. iij. c. statutū. in fi. de rescr. li. vi. l. seruus p̄munis. ff. de furt. & l. cū gdā. C. de adminstr. & cura. Atq; hoc iā dictū militū officii quod nõ debet esse militib⁹ dānosū, itelligēdū est tā de publico q̄ de priuato, sicuti exponūt D. Io. And. in Nouella. & Domi. de S. Gemiano ibidē. Miles pariter vt ali⁹ qlibet, pecuniæ, & p̄mij spe certat. & Bal. i. p̄lud. tit. de iudicis. Si miles viderit se digno præmio priuatum, is mox oīa depopulari pergit. Quod & Robertus Gaguinus, in Chronica Caroli Franc. Regis sexti, facie 2. apertè narrat, de militib⁹, quibus p̄ regē de stipēdio militari nõ satisfactū fuerat: Quietis (ingt) p̄positū que regni primorib⁹, cū stipendia militib⁹ nulla soluerent, tñ nõ secus q̄ hostes, p̄dis, stuprisque populū milites vexebāt, quā ob rē agricole rura vicōsque d̄ferētes, in oppida, arcēsq; ne fortunas suas p̄ferēbāt, & c. Quocirca nõ temerè vulgo dicitur pecuniā esse neruū belli, vt ipsa potius iuxta primā hanc nostrā æquiparationē dicenda sit esse anima belli, nēpe per quā milites strenuè alimentur, per quā necessaria q̄que tñ victualia, tñ bellorū munimenta suo congruo tēpore, & loco expediuntur, & per quā tota belli militia quodammodo viuat, & triūphat adeo, vt sine ipsa vniuersa militaris turma p̄sus lægueat, p̄cidat, soluat, & pereat. Quin vt in militia, ita & in reliquis vitæ nostræ vsibus, & cõtra ctibus cõspicimus pecuniam tam esse necessariam, vt sine ea plerique tanquam exanimis, ac veluti semiui plateatim incedant: pecuniosi verò animosi, ac viuaciores vbi que sese ostēret. Certè sine pecunia (vt aūc sūt abusus, & mores ho-

minū) nihil efficit, vt nec corp⁹ qucquā sine aīa efficere pot̄. Verissimè itaq; dixit Hora. Regina pecunia donat & gen⁹ & formā, & c. Itē ille: Sine re (id est pecunia) null⁹ eris. Hinc quoque Lucas de Penna in l. Dñi, de agri. & cēsi. li. xi. C. ille. n. cui nullæ sunt pecuniæ, oī vř detitur⁹ auxilio, & q̄ quis pecuniā hēt, is oīa habere censet. Vide Bar. in l. cogi. ff. Ad Treb. in l. Talis, in prin. ff. de le. j. & Bal. in l. Si tuus C. de ope. libe. dicit pecuniā vitā esse hominis, p̄ notata in l. Aduocati. & ibi p̄ bonā gl. sup verbo, Virā. C. de aduoc. diuersi. iud. Panor. quoque p̄ illā l. Aduocati, iuncta gl. sua in c. cū oporteat, de accusationib⁹, dicit bona isthęc tpalia esse vitā hoīs. Quæ em̄ corpori ad operationes suas est aīa, hoc ipsū ad res quatuor gerendas mortalib⁹ est pecunia, & Bal. in l. receptiua. C. de p̄sti. pe. dicit et̄, qd̄ q̄s pecuniā hēt, is rē oēm quā cupit habere cõstetur, vbi & subnectit pecuniā optimū esse futurā necessitatis fideiusorē. D. itē Ambr. de pecuniæ abusu loquēs lib. officiorū 2. c. 21. hoc pecuniæ tribuit, q̄ pecuniarū possessores (sed corruptè poti⁹ q̄ verè) honore afficiat. Hoc magis in q̄tiādudū humanis influxit mentib⁹, vt pecunia honori sit, vtq; soli diuites admiratione digni habeant. Nā hodie vix ali⁹ vř q̄ diues honore dign⁹ esse putatur. Alan⁹ quoq; hanc humanæ nãæ corruptionē obseruās hiscē ferè verbis quaeritur: Si quis, inquit, pecunia tanquam loriceis argenteis armatur, is Tulliani torrentis impetum non metuit, is Hectorei incurfus nec fulgura, nec impetus formidat, neq; ad virtutis Herculeæ robur trepidat, neque per versipellis Vlyssis astutias, quas vilipendit, decipitur. Tantam enim vim, atque efficaciam nunc apud mortales obrinet pecunia, vt præ ipsa Dialectica cernatur muta, vt que Rhetoricæ subtilis facundia lægueat, vbi perorare cõperit inuocatum pluralitas. Quin & si in aurē iudicis, inquit, aut aduocati tinniat, susurre que pecunia, mox obsurdescit Orphei Iyra, Amphionis carmen, Virgilianaque musa pecuniæ voce suffocatur. Quid plura? Vbi pecunia loquitur Tulliani eloquiū tuba ruceſcit. Vbi nummus militat, Hectoreæ militiæ compeſcuntur fulgura. Vbi cūque pugnat pecunia, illic virtus expugnatur Hercules. In summa Nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat vniuersis, adeo vt fuit olim Virgilius cecinisse videatur cum Amorem extollendo diceret: Omnia vincit amor. Istud enim dictum retractans pecunia, mox Virgilio his verbis occinuit.

Non amor accipit, sed eo ipsa vincam.

Quod & multis seculis antè quoque notatum fuerat ab Ecclesiaste c. 10. cum diceret: Pecuniæ obediunt omnia. Sed hæc pecuniæ vis quæ nunc omnium criminum mater est, c. his igitur. 23. distinet. quæque veram iustitiam strangulat. c. Si rectè, & c. Qui pauper est. 1. 1. quæst. 3. non tam ex sua natura quam ex abusu & ex præposito corruptōque hominum iudicio nascitur. Nihilominus quum tam quotidianis experimentis, quam certis autoritatibus perdiscamus pecuniam tanti fieri, tam esse necessariam, siue que tum vsu, tñ abusu tanta moliri, vt rerum gerendarum anima meritò esse dicatur, profectò ille cum odore, doctoque cane venatus est, qui quis pecuniarū thesauros in suos castes retinuit. De quo cane D. Florianus in l. Statua. ff. de vstruſt. sic loquitur, Pecunia inuenta per canem, ad inueniendum pecunias latentes doctum, ea ad dominum canis pertinet. De eodem cane etiam loquitur Bertachin⁹ in suo repertorio, super verbo, Pecunia. vers. 54. Hic canis inquit, si hodie haberi posset, is re vera & meritò pluris fieret quibusuis aliis canibus, quos venatores ad aucupia, aut ad peruestigandas feras, perdices, aut coturnices multis studiis perdocere cõsueverunt. Cæterum quamquam hic multa de pecunia locuti sumus, nolim tamen ob id mihi calumniam de pecuniarum auiditate strui. Nam quamuis dicitur quòd nihil boni de eo præsumitur, qui semper & crebrò de pecunia loquitur, teste Luca de Penna in l. vnica. tit. de præscriptio. libr. 12. C. quod & confirmat text. in ca. Si cupis, ver. quem senseris. 16. q. 1. nolim tamen id mihi impingi temerè, quum h. c. de pecunia non locutus sim tanquam pecuniarum auaritia captus, aut quasi ex pecuniarū cupiditatis abundantia os meum locutum fuisset, ad quod prædictas autoritates respexisse puto, sed tantum, vt cum animi dolore commonstrum quantum in rebus mortalium ipsa pecunia valet: vnde & quis ipsius fuerit vsus, quis abusus, & quotuplex ipsius in iure fuerit acceptio. de quibus hic dicta nunc sufficiunt.

Persona, Fama.

Personam conseruat qui famam personæ conseruat, hæc Commu. opin. To. 4. TTTT 2

enim in iure æquiparantur. l. iusta. ff. de manu. vindica. Vnde quia honor & fama cuiuslibet pecuniario commodo præferuntur. l. Iulianus. ff. Si quis omni. cau. testa. Cinus in l. j. C. vnde vi. Non videtur esse aliud cui dignius famæ integritatem æquiparare possumus, quàm ipsi personæ, aut vitæ personæ, quæ aliquando mallet vitam perdere, quam famæ iacturam facere. De hac itaque famæ præstantia & ipse quoque meminisse in mea praxi rerum criminalium recognita, cap. 79. de necessaria proprij honoris defensione, nu. 5. vide etiam supra, Honor.

Persona læsa.

Istud contra personam meam committitur, & istud contra consanguineos meos committitur, paria æstimantur. l. lex Cornelia, in princ. vbi Bart. ff. de iniuriis. Et idem in l. 3. §. Si tutor inimicus. ff. de suspect. tuto. Et hinc est, quod ait Guilielmus Benedicti in 3. part. repetitionis cap. Raynutius, ibi, Qui cum alia matrimonium contrahens, nu. 99. extrâ de testamen. parem esse metum qui infligitur contra me, & qui infligitur contra amicum, ac consanguineum meum. l. isti quidem. ff. quod met. caus.

Pestis.

Pestis æquiparatur hostilitati. Butr. in c. cum dilecti. C. de dol. & contu. Et tempus guerræ vigentis inter homines, & tempus mortalitatis seu pestis æquiparantur: cum tunc censetur bellum inter Deum & homines, vt notat Bartol. in l. Naturaliter. ff. de vscap. Et Canonistæ in capitulo, Ex transmissa, de præscriptio. Videtur idem seruandû in vno, quod in alio, argumento l. Illud. ff. ad l. A. qui. cum vulgaribus. Adde Bald. in l. fina. C. de testam. vbi tenet quod si testamentum fiat tempore pestis, quo tempore non possunt testes facilius haberi, valet testamentum cum minore numero septem testium, propter necessitatem, argumento d. l. fin. pro his etiam facit l. casus. C. de testam. vbi propter necessitatem aliquid relaxatur de solemnitate, inducendo illam, prout eâ inducit D. Iaf. in prælle. l. fin. C. de testa. item facit: quia propter imminentiã pestis receditur à iure communi. l. de ætate, iuncta l. præcedenti. cum ibi notatis. ff. ad Trebellia. c. ad supplicationem, cum ibi notatis per glo. de renunciat. & c. cum dilecti. de dolo & cont. Item facit illud vulgatum: quia necessitas non habet legem, nec subiacet legibus. c. quod non est licitum, & ibi glo. bona, de regu. iur. & l. j. & ibi Bald. C. de operis liber. Item facit: quod necessitas facit probabile illud, quod aliàs non esset probabile, vt dicit Bal. in l. Si testamentum. C. de testa. Pro his facit etiam illa communis theoricæ Doctorum, quæ habet, Quod vbi aliquid etiam pro forma & solemnitate actus requiritur, tamen propter casum necessitatis valet actus gestus non seruata illa solemnitate, vnde videmus: Quod licet pro solemnitate sententiæ requiratur, quod feratur iudice sedente in loco maiorum, & aliter lata non valet, l. si vt propositis, 2. C. quomodo & quando iud. & l. pen. ff. de iustitia & iure, tamen alibi lata metu periculi vitæ, tempore guerræ seu belli aut pestis siue mortalitatis, puta super turri, valet & tenet, vt est glo. ordin. in l. j. & ibi Bal. & Doct. C. de senten. ex breui. recitan. & idem tenet glo. in c. fin. in verbo, Sedendo. de re iudi. lib. 6. Præterea his seruit decisio Ang. in §. quod autem, in authentico, de nõ alienan. colla. 2. per illum text. in verbo, aut etiam vno: si vnum solum ciuitas habeat, vbi determinat, quod stante statuto, quod nullus contractus minorum vel mulierum valeat, nisi interueniant duo notarij: tamen si tempore pestis, aut guerræ seu belli non possit haberi nisi vnus notarius, valet illo solo interueniente, & decisio eiusdem Ang. in l. si vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10. vbi determinat: Quod si sit statutum in ciuitate, quod non possit fieri testamentum, nisi scribatur per notariũ matriculatum, si tempore pestis non reperiatur aliquis notarius matriculatus, poterit fieri testamentum per alium notarium non matriculatum. His etiam seruit: quia in dubijs opinionibus tenenda est illa, quæ fauet testamento. l. si pars. ff. de inoff. testa. & ca. si. de re iudi. quia causa conseruationis testamenti concernit publicam vtilitatem. l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aper. Videtelatus per D. Nicolaũ Euerardi à Middelburgo conf. 61.

Petere.

Petere sed non impetrare, in iure par est cum non petere. l. ij. & iij. C. de in ius vocan. Et ad hæc facit tex. in Clementinica, de testam. vbi etiam dicitur, quod non sufficit petuisse licentiam, nisi eadem fuisset obtenta.

Pietatis causa.

Pietatis causa, par est cum causa dotis. Vide supra, Dõs.

Pignus.

Pignus & fideiussio æquo iure procedunt. l. fideiussor. §. vltim. vbi hoc notat Ange. ff. de constituta pecu. & Andreas Tiraquellus, de legibus connubial. & iure maritali, glossa tertia, in text. *Constructer.* charta 147. numero 102. Vide supra, Fideiussio.

Pirata.

Pirata æquiparatur hostibus fidei. Vide supra, sub verbo, Hostes.

Possessio secundi beneficij.

Habet possessionem secundi beneficij, & per eũ stat, quominus secundi beneficij possessionem habeat, paria sunt. ca. licet episcopus, & ibi Petr. de Anchara. no. nu. 1. de præben. & dignitatib. li. 6. Idem enim iudicatur de eo quod est in potentia, quod de eo quod est in actu. vt c. fi. de restit. spolia. & l. Labeo. ff. de statu liber. Multa enim sunt quæ nõ ad actum, sed ad aptitudinem solummodo referuntur, vt c. Maiores. §. Cæterum, De baptis.

Pronunciare vti possidebatis.

vel

Possessio, vt prius.

Pronunciare vti possidebatis, & iubere restitui possessionem talem, qualem habebatis ante litem contestatam, paria sunt. Glossa in vltima fui parte, in verbo, Ex testamento. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. quam glo. reputat singularem ibidem Bald. quam tamen glossam intellige secundum Bartol. & alios, quando in aliqua parte actorum probatorum apparebat, qualem possessionem ante habuerat, vt est in c. Pisanis, quod est c. fina. de restit. spolia. Extra hunc verò casum secus obseruatur, vt habet glo. in cap. licet causam, in verbo, Ita possideatis, de probat. Et Bartol. in l. j. per glossam ibi in verbo, Prohibeat, & in l. si duo, in principio, ff. vti possidetis.

Possessio per se, aut per alium.

Suo corpore possidere, & possidere corpore alieno, paria sunt, vt l. quod meo. ff. de acquirend. possession. Et hoc est generale, & regulare, in quocunq; alieno nomine possidente, siue sit seruus, siue filius familiaris, siue extraneus, vt l. generaliter, & l. prima. §. item acquirimus, cum sequen. ff. de acquirend. possessio. Et quod habetur in l. quadam mulier. ff. de rei vendica. & in l. qui vniuersas. §. quod per colonum. Et l. quanuis. §. si conductor. ff. de acquirend. posses. cum similibus. Sic etiam iisdem modis retinetur possessio seruitutis, vt in l. vsu retinetur. ff. quemadmodum seruit. amitt. his sese confirmauit Ioã. Petrus de Ferrariis in practica, forma action. & real. in glo. per se seu alios, nu. 1.

Possessio iniqua.

Possessionem habere iniustam, & possessionem habere nullam, in iure paria sunt. l. tertia. §. ait Prætor. ff. de itin. acti. que priua. argumento capitu. inter corporalia. §. sed neque, extrâ de translat. Episcopi. Atque ideo iniustam possessionem non tuetur prætor. l. cum sponfus. §. si res. ff. de publicia. in rem actio. Huc quoque facit quod notatur in capit. quia cognouimus. 10. quæstion. 4. & c. Jam nunc. 2. 8. quæstio. prima, & Henric. Boic in capit. peruenit. de censibus. & cap. ad decimas, de restituito. spoliato. in 6. ita quoque tenet Franciscus Mingon super consuetud. duca. Andegauen. in titulo, De la punition des crimes. articulo 186. numero quinto. hæc paria velim omnibus Christianis esse persuasissima, potissimum illis qui scienter & violenter aliena possident. Imo & ea que optimo iure ad alios pertinere certò norunt. Hæc enim, quia ab ipsis erepta, aut occupata non sunt, sed quia à suis maioribus ad ipsos deriuata esse dicunt, an per fas, an per nefas ab ipsis ea conquisita sint, nihil curant, ideòque de eorundem restitutione, ne per somnium quidem etiam cogitant, prætexentes (vt dixi) ad se per iustam ac veram hæreditatem ea bona esse deriuata, non curantes,

Preces.

Preces & precium æquiparantur. Quia vt dici solet, carissimò constat quod precibus empti est. Quisquis enim præcariò aliquid consequi debet, is illud satis magno precio emisse credendus est, vt confirmat Apuleius lib. iij. Floridorũ, car. ij. & Seneca epistola 47. incip. Libenter. & Egid. de regimi. princip. lib. j. parte ij. c. 23. & Cornafanus in proemio suorum prouerbiorum, circa finem, & Erasmus in suis Chliadibus j. parte prouerbiorum 218. ibi, Emero malo quam rogare, & Aesopus, Emptũ longa prece forte magistrum. Refert idem Barbat. in c. cum dilecta, de rescript. vnde & tritum hoc carmen,

Gratus est donum quod tulit ante preces.

Glossa in cap. & si quotiens, versu. Non peteti, de simonia. atque hinc etiam est, quod dicimus, quod is, qui per longas assiduasque preces beneficium solummodo consequitur, plerumque simoniam committat: sed hæc certiora verioraque eueniunt in precibus superiorum, quas Adrianus Papa ob dignitatis, atque prælaturæ autoritatem vocat preces armatas, in quodlibeticis, quæstio 9. cap. quod ad secundũ, litera o. Plura quoque de his meminit Io. Neuiza. in sua sylua nuptiali, lib. 4.

Prædicare, Sacrificare.

Predicare & sacrificare parificantur. ca. presbyteros qui, 50. distinct. Sed infamis à sacrificando repellitur. Nam indigno sancta committenda non veniunt. ca. si quis verò non obediatur. xj. q. iij. ad idẽ c. j. 2. 5. dist. ergo & à prædicando, seu docendo. Proferes enim memorandi criminis labem non habet iudicium magisterij dignitatem. c. Sacerdotibus, in fi. 6. r. distinct. cuius etiã vita despicitur, necesse est vt eius prædicatio cõtemnatur. §. idem testantur, in fi. iij. q. 7. vide glo. in verbo officia, super art. 10. tertij tract. Ioã. de Terra rubea contra rebelles suorum regum.

Prælati & usufructuarii.

Prælati, & rector ecclesiæ comparantur usufructuariis, vt colligit Vdalri. Za. in l. hoc edicto. §. usufructuarius, nu. 8. ff. de oper. no. nuncia. Sed istud hoc loco notandum est, quod ibidem addit, & dicit, quod prælati, & rector ecclesiæ, possunt nunciare nouum opus & agere nomine ecclesiæ, idque cum expensis ecclesiæ. Ita tenet Bar. in l. in prouinciali, in fi. ff. eodem, de oper. no. nuncia. & allegat Inno. in c. conquirente, de offi. ord. c. præsentium, de testib. lib. 6. & ca. Abbate sane. de re iud. Dixi nomine ecclesiæ, quia nomine suo cum expensis ecclesiæ non possunt nunciare nouum opus, vel agere, nisi res illa principaliter concerneret factũ, vel officium rectoris, vel prælati, quod nunc mediã etiam totam ecclesiam concerneret, si membrum ecclesiæ concerneret. Verum hic oriri possit quæstio, quibus expensis nunciabit usufructuarius: In qua quæstione vtendum est hac distinctione, quod si sint impensæ exiguæ, tunc usufructuarius ad eas expensas ferendas teneretur. Si verò esset lis magna, & sumptus enormes, tunc dominus proprietatis pareretur expensas. l. Hactenus, in fine, cum l. seq. ff. de usufructu. & vt tutior sit ab immenso damno, usufructuarius poterit à domino petere expensas, aut de expensis certificare velle, antequam litem ingrediatur. l. si verò non remunerandi. §. si. ff. Mandati. & latius per Vdalr. Za. loco supra allegato, quem videte. Vide etiam infra, Rector.

Prælati, V usufructuarii, V suuarii.

Prælati secundum quosdam in fructibus immaturis, & nondum collectis æquiparatur vsuario, secundum quosdam verò vsufructuario. Horum autem opinio, qui prælatum cũ vsufructuario comparant, firmatur per glossam ca. duo sunt genera. 1. 2. que j. glo. similis in ca. cum esset, de testam. glossa in c. presentis, de offic. ordina. in antiquis. Illorum verò opinio melior est & sanior, qua prælati æquiparatur vsuario, & nõ vsufructuario, nam sicut vsuarius viuunt, & alitur ex vsu fructuũ, ita & prælati ex solis Abbatie vel ecclesiæ fructibus, & bonis alijs, viuere, & vestiri solummodo debet, vt habetur & firmatur per glossam solemnem, in c. quia nos, extrâ de testa. gl. in c. vltimo. de pignoriis, vide de hac distinctione etiam la tẽ Panor. in repetit. c. cum esset, extrâ de testam. quo circa si prælati moriatur fructibus immaturis, is eisdẽ nõ suos facit, sed eisdẽ successori relinquit.

Commu. opin. To. 4.

TTTT 3

Possessio violenta.

Possessio violenta, & possessio clandestina secundum nõnulos equipollent. atque hinc est quod sicut nõ licet haberi violenter possessionem excipere de dominio, ita nec licet excipere habenti possessionem clandestinã. l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. & l. cum qui fugitium. ff. ad l. Flauia. de Plagia. licet secus videatur sentire Dinus in regula, qui ad agendum admittitur, cit ad excipiendum multo magis admittendus.

Possessionem amittere.

Possessionem amittere, & amittere actionem cõpetentem ad possessionem recuperandã, paria sunt per l. qui actionem. ff. de regul. iur. & idẽ pbatur ex notatis per glo. in l. fin. C. vnde vi. in vers. quod nõ suum est, vt notat per Bart. in l. Gallus. §. videntũ, in fine. ff. de liber. & posth. & Carolus Ruinus conf. clxj. incip. præmittendum est, nu. 14. primò volumine.

Posthumus.

Posthumus nascitur mortuus, & posthumus iam iã certo certius est mortuus, paria sunt. Ita tenet D. Hip. de Maris. conf. x. nu. 3. 6. j. vol. quia, vt inquit, talis posthumus nõ rumpit testamentũ atque hũc casum dicit fuisse de facto Bononia ita iudicatu. Ideoque hoc dictũ pro notabili refert, & sequitur D. Fel. in c. sicut ex tua. circa finem, extrâ de homicid. & p. eo facit etiã quod dixit Paulus de Leaza. i. cle. Pasto. de re iud. vbi dixit, quod paria sunt: Aliquem esse iã condematũ, & esse proximè cõdenandũ, etiã refert & sequitur D. Fel. in c. fin. in princ. extrâ de iudic. Item pro istis optimè facit, quod ille qui est lethali ter vulneratus, iam habeatur pro mortuo, secundum Bal. il. j. C. de nudi. Vbi etiam dicit, quod si quis piã alterum lethali ter vulnerasset bono die Veneris, aut in die Pasche, sic vt ex eo vulnere post aliquot dies mors sequatur, profecto ob illud homicidium æquè grauiter vulneras puniendus esset, ac si is lethali ter laesus eodem die Veneris aut Pasche statim ex eodem vulnere expirasset. nempe propter diei religio sam obseruantiam aggrauantem, quo die lethale vulnus in fectu fuerat. R. aliqua huic materiæ conuenientia videte apud D. Hippoly. loco supra allegato.

Postulare.

Postulare, & Aduocare: Postulãtes, & Aduocati in iure dicuntur esse pares. l. j. §. Postulare. ff. de postulando. Huic accedit ca non infames. versu. Est autem postulare. iij. q. vj. qui canon. prædictis Gregorij nouam constitutionem subiugit in canone, sacerdotis. extrâ de postuland. de his etiã ipse memini in meo Pupillorum patrocino, tit. de tutorũ & curatorum munere, c. ij. nu. 2. r. in postrema editione. cetera re pete superius, Aduocatus.

Postulare sine impetratione.

Non postulare, & postulare, sed non impetrare, in iure æquiparatur. l. sed si hac lege. §. prætor ait. ff. de in ius vocãdo.

Potentia ante actum.

Potentia antequam deducatur in actum, æquiparatur cõditioni. Bal. con. 10. 5. incip. Iudicare, vt ff. sed quicquid. lib. ij. Vnde interim non nascitur obligatio l. j. in fi. ff. de conditionib. & demonstra. & l. interdum. ff. de verb. obli. & l. Arethusa. ff. de sta. hom. sic à simili, licet sponsalia non ob aliud fiãt, quàm vt postea ipsum matrimonium perficiatur: dicuntur enim sponsalia, quasi spes matrimonij, quæ in sponsione cõstitit l. si vxor. ff. de adult. nondum tamen consummatũ matrimonium dicitur. Præterea licet sponsa ad id sit destinata, deuotãque, vt vxor statim fiat, suoque tradatur marito, nondum tamen vxor est, nec matrimonium cõsummatum: nõ, vt inter os, & offam multa intercideret solent, ita quoque multa intercideret possunt ne desponsata vxor fiat. matrimonium quæque perficiat, scilicet, aut matrimonium cũ alio prius contractum, aut mors alterius. scilicet, aut spõsus aut sponsa, aut alia impedimenta penè infinita, quæ subinde non tantum matrimonium contrahendum prohibent, verum etiã sæpenumero contractum dirimunt.

Præsentem esse.

Præsentem esse, sed cū difficultate posse adiri, & non præsentem esse, paria sunt. Ita Barto. in l. In contractibus, nu. 14. C. de non numer. pecu. vide supra, Ad esse.

Præter.

Præter & contra, vel Citra, vel siue æquiparantur, præsertim vbi aliquid pro forma datum est, gloss. in verbo, præter, in c. si cui, de elect. in 6. Abbas in c. causam quæ, nume. 7. extrâ de senten. & re iud. Sic quoque dicimus: præter bonū & æquum, præter bonos mores, præter animi sententiam, præter meritum &c. id est contra bonum & æquum, animi sententiam meritum, contraque bonos mores, &c. Sed ista grā matius relinquo.

Princeps, & Senatus.

Princeps, & Senatus parificantur. Vt latius infra breuitatis causa videre poteritis, sub c. Senatus, &c.

Princeps, & Fluminum impetus.

Princeps, vel Principis animus, cum Fluminū, vel mariū impetu comparandus est. Nam sicut Fluminum, vel marium impetuosus impetus, exundationes & violentæ diuisiones, sepe tota dominia nobis eripiunt, & cōtra, sicut Nilus sua debita inundatione adiacentes agros rigando fecundat, & quasi dominia tribuit, ita quoque iudices, ac principes dominia, agros, possessiones, aut priuilegia donāt, & eripiūt. §. quod si naturali, iuncta glo. in verbo, incipit Instit. de rerū diuis. & l. ergo. §. Alluio. ff. eod. de rerum diuis.

Priuilegium, Consuetudo vetustissima.

Priuilegium & consuetudo vetustissima paribus passibus ambulant, teste Oldra. cōsil. clxxij. vt ita quod per priuilegiū cōn cedi possit, hoc & consuetudine introduci. l. j. §. fin. l. in summa. §. item Varus, de aqua plu. arc. l. hoc iure. §. Ductus, de acq. quoti. & æst. l. vsu aquæ. C. de aqua ductu. l. fina. C. de vsu rei pri. lib. x. ca. noui. ibi Inno. de iudic. Et idem Oldr. p. cclxxiiij. vbi dicit, Cōsuetudine præscripta ius introduci, per quod vni tantundem queratur contra quemcunque, quantum alij: & hoc esse proprium consuetudini, vt vniformiter omnibus queratur prout fortuna dederit. & pro hoc etiam Bal. consuluit cōsilio xlix. incip. in factō Abbatis, iij. par. Vbi dicit standū esse tali consuetudini sicut priuilegio, cum vtraque dent & assignent iurisdictionem & territorium, vulgato c. super quibusdam. §. Præterea, de verb. significa. per l. i. ros. C. de diuers. offi. lib. xij. & quia consuetudo potentior sit præscriptione, vt voluit Bald. cōsilio clxxv. ante finē, vers. ex quo tex. j. parte. & ad æquiparata extendatur. Soci. in suis consiliis, cōsilio cclij. versiculo, Quinimo nihil igitur oberit, si minera nō sit tam vetusto tempore vsus. Cum enī consuetudine vetustissima obtinuerit quis alia regalia, huiusmodi consuetudinem etiam ad mineram extendi. Facit glo. & Doct. in l. De quibus ff. de legib. maximē q̄a regalia sint eiusdem conditionis vel speciei, vt ita quod de vno iudicatur, & de alio iudicari. Horum meminit D. Vdal. Zaf. lib. ij. consil. xvj. nu. 13.

Primatus.

De Primatu Petri, & ecclesiæ Romanæ. vide s̄. sub verb. Ecclesiæ.

Probatio illegitima.

Non esse probatum, & esse probatum, sed illegitimē, paria sunt. l. quotiens. ff. qui satisda. cogantur, cum aliis cōcordatiis ibi per modernos allegatis, & ibi Bar. qui eandem textum dicit continere vnum vulgatum, nempe: Non refert an quid non fiat, animale fiat, exempla videte in glossa, in verbo, quotiens, in d. l. quotiens. & de hoc Paulus Parisius consil. lxxvij. nu. 46, in iij. par. Vide supra, Non esse, sed non probare.

Probatio insufficientis.

Non probare, & probare, sed minus sufficienter, paria sunt. c. cum Bertoldus, & ibi Panor. nu. 28. extrâ de senten. & re iud. in c. tam literis, extrâ de iureiu. & optimē c. causam. extrâ de sent. & re iud. sic quoque nō probare, & inutiliter probare, vel insufficienter, paria sunt, vt habet bonus textus, in l. quotiens. ff. qui satis. cog. in l. nulla. ff. de auctori. tuto. & in l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudica. & ad hoc facit quod in notabili casu dicit Bal. in l. iij. C. de Episc. audien. & Barto. in l. filium. §. si quis. ff. de legib. & D. de Rota. in decil. ij. in ti. de

appella. in nouis. & D. Bartholomens à Chassaneo, cōsilio xliij. incipien. Ad iudicatio possessionis sacrifiæ. &c. nu. 16.

Probatio obscura.

Probatio obscura, & probatio nulla, paria sunt, præsertim ad effectum condemnationis. c. in præsentia. coniuncta memorabili glo. in verb. dubium, circa medium, extrâ de probat. Qui enim vult probare, is clarè & apertè probare debet, quod si non faciat, non prodest ipsi obscura probatio. cap. cum tu, extrâ de testib. quia eiusdem sunt effectus, Non probare, & probare, sed obscurè. Vide etiā de his supra, Excipere.

Probatio incontinenti.

De probatione incontinenti. vide supra, Incontinenti.

Procurator.

De procuratore illegitimo & insufficienti. vide supra, Cō. parere.

Prodigus.

Prodigi æquiparantur pupillis, & Furiosis. vide supra, Furiosus.

Promittere, & Dare.

Promittere & dare paria sunt, quod verum est, vbi est eadem ratio pro vt loquitur tex. in l. fina. C. ad l. Falc. Philippus Decius cōsilio clxxx. numero. 5. in ij. parte. Eadem videre licebit in capite, Soluere.

Promittere, & Soluere.

Promittere & soluere, paria sunt. l. fin. ff. ad Sylleia. & notabili. l. fin. C. ad l. Falc. facit textus vbi Decius, in ca. veniēs. j. de testib. & d. l. final. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. & D. Vdalri. Zaf. in l. lulia. ait. ff. de dol. mal. & metus except. nu. 5. Itaque agnoscit legatum qui solidum promittit, sicut qui integraliter soluit, teste Bald. in d. l. fin. Vel sic, Si heres promittit soluere integra legata, tenetur adimplere sine Falcidie detractione, secundū Salicetum, eadem l. fi. Atque hinc notandum est diligenter, quod is qui promittit, tenetur soluere & de soluendo præstare cautionem, vt ait Viuianus post casum d. l. fi. Sed si soluisset sciens, & scienti videtur donare. l. cuius per errorem. ff. de regul. iur. & ibi Philippus Decius. Vide etiam infra sub titu. Soluere, & supra sub titulis, Dare, & Mandatum.

Promittere. } Precium.
} Vendere.
} Alienare.
} Dotem.

Precium promissum, & precium datum quantum ad obligationem in viro bono in iure sunt paria, vt voluit glossa in l. Inubemus nulli. §. j. in verbo, acquirantur. C. de sacrosanct. Eccles. qui textus. loquens de precio dato, etiam locum habet de precio solummodo promisso, quasi nihil intersit, an des aliquis, an promittas dare. Huic conforme est illud Leuit. xxiij. vbi iubetur homini, vt quicquid Deo vouerit, aut promiserit, bona fide reddat. Quod si animam spondidisset, dabat pro anima sua precium sub æstimatione. Sic de promissione animalium, domorum, & agrorum, quæ æstimatione & redemptione soluebatur: sed hæc de votis religiosus potissimum dicta sint. Nihilominus & eam legem etiam sequuntur Petr. Cyn. Bart. & alij ibi. Huic etiam cōsonat quod alibi dicitur, scilicet paria esse, realiter soluere, & promittere de soluendo, in l. vltim. C. ad leg. Falcid. & l. fuit. questionis, & ibi Alex. in vltimō notabili. ff. de acquiren. heredita. & l. si patronus. §. de illo. ff. de donat. & l. si quis testibus, ibi, donatione vel promissione. C. de testib. & l. & generaliter. iij. §. hoc edicto. ff. de calum. vbi hæc quoque paritas probatur etiam locū habere in pœnalib. ex hoc quod Bal. in d. l. vlti. not. scilicet: esse prohibitu alicui ne vendat, & idē esse prohibitu ne pmittat videri. Atque hunc Bal. videtur sequi Alex. qui dicit. Bal. simpliciter allegat con. xvij. incipi. Viso instrumēto, veri confirmatur prædicta, lib. iij. & expressius cōsilio cvj. incip. super alio. libr. vij. & lason. in l. ij. vers. Secundo modo. ff. de iurisdic. omnium iudic. & in l. vltima, charta vltima, nu. 134. per prædicta plenē. C. de iure emphyt. Et hoc optimē probatur in l. fi. ad resolvendā. C. de prædi. minor. ex quo notant Bart. & Salycet. quod qui alienare nō potest rem quamquam, is nec eandem potest promittere alienare. Si quis autem de his copiosior declarationem affectet, legat Andream Tiraquellum, de vtroque retractu, titulo, de retractu conuentionel. §. vij. numeris 30. 3. 1. 3. 2. 3. 3. 4. 3. 5. 4. 5. & 52. vbi

vbi de iisdem rebus multa, nēpe dos data, & dos promissa à pari procedunt. Statutum, & pactum deferens lucrum dotis, habet locum in promissa. Constitutio loquens de dote data habet locum in promissa. Authent. sed quamuis. C. de rei vxor. actio. procedit etiam in dote promissa tantum. Similiter, statutum aut pactum repellens fœminas dotatas, etiam obtinet locum, cum dos est promissa.

Promittere æstimationem rei.

Promittere tantum quanti ea res est, & promittere pœnā, paria sunt. Vel sic melius, qui promittit tantum quanti ea res sit, is ad æstimationis pœnam sese diuincit: nam iuxta æstimationem rei quicquam promittere, & pœnam æstimationis promittere, paria sunt, teste Zasius in l. stipulatio ista, §. si quis dolum. nu. 5. ff. de verborū oblig. nisi quod pœna est certa, at quanti ea res sit est promissio incerta: propterea cōsuluit. l. C. in l. fi. ff. de prætor. stipulat. quod debeat pœna exprimi, ne cogatur iudex facere æstimationē super eo, quod excessum est.

Promittere sub certa pœna.

Promittere sub certa pœna hoc debitum soluere, & dice re, nisi mihi soluas, promittis pœnā, paria sunt. vdalric. Zaf. in l. ad diem. nu. 12. ff. de verb. oblig. sufficiūt enim ista verba, promittis hanc summam sub pœna, ita eleganter glo. in l. rescripto. §. si pacto. ff. de pact. & facit l. heredes mei. §. idem iuris. ff. famil. herciscun. & tex. in l. fi. C. quæ res pigno. obligat. possunt.

Promittere quicquam ad tempus.

Is qui promittit antè calendas Ianuarij se aliquid daturū, & qui calendis Ianuarij id præstiterit, promissum seruat, & sic illa paria sunt. vdalric. Zaf. in l. qui ante. nu. 3. ff. de verb. obligat. vel sic, Qui promittit aliquid ante calendas Ianuarias, & qui promittit ipsis calendis Ianuariis, nihil differunt.

Protestari de non apparenti.

Non protestari, & protestari super eo quod non apparet, paria sunt. l. apud eos. & ibi Bald. C. de fide instrumens.

Prouincia.

Essē in prouincia, & esse circa prouinciā, olim Romanis fuerūt paria. c. Romana, & ibi Pet. de Anch. n. 5. de offi. ordinarij. & sic est argumentum quod æquē citandus sit ille qui est circa prouinciā, atque ille qui est in prouincia, vt habetur in c. cum olim, ad finem, extrâ de dol. & contuma. & c. extuæ, extrâ de cleric. non residentibus.

Proxima, vel proximè futura.

Quæ sunt in fieri, vel mox futura, ea pro iam factis censentur, iuxta text. notabil. singularem & vnicum, in l. vestimētum. ff. de auro & argent. legat. illud enim quod fieri debet de proximo, habetur ac si iam factū esset. l. j. §. sed in eo quē. ff. ad S. C. Sylleianum. sic quoque quod feliciter coepit est, id quasi pro completo habendum est, teste Bartolo in l. quo minus. in v. q. in princip. ff. de fluminib. Item ad hunc modū, & iuxta eandem rationem, præscriptio infra proximos dies perficienda, ea pro completa habetur. l. si fundum. §. vltim. ff. de fund. dota. & in l. non tantum, in principio. ff. de excusat. tutor. Vbi etiā pupillus proximus pubertati, pro pubere habetur, quantum ad id vt non præstet excusationem suo tutori: nam à contrario simili, tutela illius habenda est pro finita, quæ statim est finienda. Vñ per illum est textū in l. si qs. §. vltimo. ff. quod met. caus. Bart. dicit paria esse, aliquid esse proximè futurum, & iam esse pro ductū in esse. Sic quoque Basilica nondum consecrata, proximè tamen consecranda, gaudet priuilegiis ecclesiasticarum, ac si iam esset consecrata, potissimum, si ea basilica auctoritate summi pontificis, aut Episcopi edificata iam esset, quia quod de proximo faciendū est, habetur pro iam factō: deinde à maiori: Si Episcopi palarium immunitate gaudeat, multo magis Ecclesia aut Ecclesiæ basilica, tex. in c. Ecclesiæ. de immu. Eccles. per quem not. Panor. ibi in iij. not. & in c. vlt. extrâ de Iudæ. Vbi baptizatus & mox baptizandus codē vtuntur priuilegio. Ex quo not. ibi Panor. & Fel. quod idē priuilegium debetur rei, quæ est in fieri, & rei iam factæ, vt habetur in cap. Pisanus, extrâ de rest. spolia. Ex quo etiam notat Panor. ibi. & consil. 85. incipiente, postulatio. lib. j. q̄ potētia, quæ est facillè reducibilis ad actū, habetur pro ipso actu. Item iuxta tex. in cap. religioso, de

sentent. & excōmunic. lib. vj. dicitur, quod is qui religionē ingreditur, licet nondum sit religiosus, dum tamen tacitè, aut expressè religionem fuerit professus, pro vero religioso habendus erit, adeo vt si quis in eum violentas manus iniecerit, excommunicationem non euadat, perinde enim is inuadens & percutiens peccat, ac si religiosum percussisset, nimirum quod is iam proximè religiosus sit futurus, & ad eā iam iam amplectendam destinatus sit. De qua re vide quæ Andreas Tiraquellus amplius dixit, in tractatu retractu, tit. j. §. j. in glo. viij. in verbo, Le parent. nu. 30. ad hanc quoque rationis similitudinē nihil interest, an res sit in conspectu, an verò proxima, vt statim cōspici possit, sed paria sunt, iuxta gl. notabilem quam approbant omnes in l. j. in prin. & gl. 2. ad medium, ver. Sed si non est in conspectu. ff. de acquirend. possess. Cum quibus consentit, q̄ dicit Bald. in d. l. non tantum, in principi. ff. de excusat. tut. scilicet, q̄ id q̄ propē est, nihil distare videatur ab eo quā iam præsens est, q̄ sumptum est ab Aristo. lib. 2. Physicorum. & ex text. in l. præsens. ff. de procura. vbi causæ suæ præsens adesse censetur, qui in hortis suis est, aut qui in foro, aut qui in vrbe, aut qui in continentibus ædificiis adest. Poterit enim is, vel per minimam citatiunculam ad causæ suæ defensionem adest, si opus esset. &c. Ad hunc quoque modum pro cancellato habendus est, qui de proximo est cancellandus, l. pen. & ibi Bar. Bald. & alij scribentes. ff. de mil. testa. & Bal. etiam in consil. 2. r. incip. processus. lib. 5. Item fructus proximè seu statim colligendi habendi sunt pro collectis, Bal. in l. diuortio. §. interdum, per glo. ibi. ff. solu. matr. Quod enim de proximo futurum est, id vti que pro iam factō habendum est iuxta text. in d. l. pen. & vt ibi Bart. & alij annotarunt. ff. de militari testa. vbi pro cincto habetur, qui proximè cingendus est, sicut etiam ibi notat glo. Et ideo Bald. illum tex. ad hunc modum explicat, Potentia actui proxima, pro ipso actu habenda est. Atque id ex eo tex. etiam confirmat idem Bald. in l. si impuberi. in fi. ff. de tut. & curat. dat. ab his Sic & idem Bald. in ca. ipsa l. pe. notat, quod qui proximè debet consecrari, habeatur pro cōsecrato. Et qui proximè licentiandus, habeatur pro licentiatō. Et qui iam proximè doctorandus est, habeatur pro doctore, maximè in fauorabilibus, quia quisquis est in proxima actū potētia, is quoque in ipso actu inesse videtur. De actus propinquitate abundè meminit D. Andreas Tiraquellus de legib. connubial. & iure maritali. l. 1. §. l. connubiali, numeris 5. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. cum sequentibus, quæ ibidem studiosis iuris consulere licebit.

Publicum, Diuinum.

Publicum & diuinum æquiparantur. l. fi. C. de sacros. Eccl. sed diuinus actus, sicut & natura, mutari non potest. Bal. in l. in adoptionem. C. de adoprio. Igitur & quæ ad ius & vtilitatem publicam pertinent, præcisè sunt sine commutatione explēda. Huius æquiparationis meminit D. Vdalr. Zaf. lib. i. consil. 8. nu. 22.

Pupillus.

Pupillus, Minor, & Prodigus, & generaliter omnes, qui curatorum adminiculo patrocinioque reguntur, in iure æquiparantur, ipforumque in non alienando, in non ferendo testimonio, & in non vendendo, eadem est ratio. Imo in plebiscito nō solum Iurifconsultorum, sed etiam & Imperatorum testimonio germani sunt, quemadmodum ad oculos cernere est apud Vlpia. in l. Fulcinus. §. adeo. & seq. vbi Alexander Imolenis. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. Et idem in l. qui n̄que, ibi & D. Bald. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt. Quibus accōmodabitur Imperatoris Iustiniani l. propterandum. §. fi. C. de iudic. atque apertè & pulchrè in authē. minoris debitor, ad fi. C. qui dare tut. vel cura. possunt. Necnon in corpore vnde dicta authē. de prompta est, in authentic. vt hi qui oblig. se habe. perhib. res minor. §. Sed & si qs. constit. 2. Horum ipse quoque memini in meo Pupillarum patrocinio, tit. de tutorum & curatorum munere. c. 8. in postrema editione. Vide infra, Rēspub.

Qualitas.

Qualitatem inesse alicui ex priuilegio, & qualitatem inesse per naturam, paria censentur. Ita eleganter Bald. in l. cum ex oratione. ff. de excusat. tuto. sic refert D. Vdalr. Zaf. consil. 1. lib. 2. nu. 10.

Quietantia.

Quietantia, siue Apocha, & obligationis cancellatio sunt paria. Vide supra, Cancellare, & infra, Scribere.

Rapina.

De Rapina, & furto, vide supra, Capere pro furari, & Furtum.

Rarum.

Rarum & nunquam, quantum ad rerum probabilitatem in iure æquiparatur. c. coram, extra de offi. deleg. Et hinc est, quod dici solet, quod raro contingit, id pro miraculo est æstimandum, vt dicit text. in authen. de consulib. collat. quarta, & Philippus Decius in regula, ea quæ rara. ff. de regul. iur. ad exordium. Ex quo notandum est, quod de his quæ raro accidunt, regulariter nulla ratio habeatur apud legislatores. ad quod valet idem text. in l. nam ad ea. ff. de legib. cum nequaquam dissimilibus iuribus, vt per glossam in ca. literas, extra de desponsat. impub.

Rata.

Pro omni rata & portione legitima aliquid dicere & aliquid dicere animo compensandi cum rata, & portione legitima, in iure sunt paria, vt est text. notandus in l. prima. §. primum. C. de rei vxor. actio. secundum Baldum ibi. Et Alexan. in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de legat. primo. Carolus Riuinus, consil. 118. incip. videndum est l. nu. 2. §. 3. vol.

Ratihabitio.

Ratihabitio comparatur mandato. c. ratihabitio. de regulis iuris. lib. 6. & ibi Dinus, & Valtri. Za. in l. de accessionibus. numero 16. ff. de iur. f. & temporalib. præscriptio. Et istius exempla multa patent, non solum in contractibus, sed etiam in delictis. In contractibus, vt si aliquis emisit rem sine meo mandato, non vine tamen meo, & eandem rem mihi tradi posceret, & ego postea ratam habeam huiusmodi emptionem: perinde competeret mihi in eam rem dominium, & possessio per ratihabitioem, sicut competeret mihi ius dominij per procuratorem, qui talem emptionem meo nomine in mandatis habuisset: quia talis ratihabitio retrotrahitur, & omnino comparatur mandato, argumento l. si ego. ff. de negot. gest. Et l. Communis. §. procurator. ff. de acquir. rend. possess. Et idem confirmatur l. si quis offerenti. Et l. vero procuratori. §. fin. Et l. qui cum decem. §. si. de solutionib. In delictis autem, quæ possunt per alium committi, hæc similitudo sic patet. Si quis vulnerasset clericum nomine meo, & ego id ratum habeam, non minus ego excommunicatus existerem, quam si vulneratori id in mandatis dedissem, vt talem clericum meo nomine vulneraret, ca. cū quis. de sentent. excommunicata. libr. 7. Similiter si quispiam seruitur vel amicus, clericum, qui mihi iniuriam realem vel verbalem intulerat, meam ob gratiam percussisset, & ego id factum ratihabitioem, vel percussoris receptione comprobasset, & hoc nomine is percussor mihi gratior esset, & esse cœperit, eo casu etiam excommunicatus existerem, non secus, quam si hoc percussori in mandatis dedissem: Verum si ego amicum vel seruitorem talem in ædes meas non recepissem, sed illum potius expulissem, sic vt per nulla indicia externa posset certò constare, vel apparere, quod tale factum ratum habuerim, tamen in rei veritate, & mente interna, id factum ratum habuerim: in eo casu sustinuit Hostiens. in c. mulieres. extra de sentent. excommunicata. me quò ad Deum in foro conscientie esse ligatum, non autem in Ecclesia militante, quæ non iudicat de occultis, c. sicut. de simonia, & ca. à nobis. 2. extra de sententia excommunicata. d. c. cum quis, iuncta glo. ibid. in verb. tuo nomine. de sentent. excom. lib. 6. Ego hæc latius non tracto, sufficiant remissiones, nempe ad locos & passus præalleg. & ad Bald. post glo. in l. si pupilli. §. si. de neg. gest. & ad le. Pomponius, co. tit. Et Pau. de Castr. conf. 41. §. in antiq. Et Bal. in consil. 152. lib. 1. Et Bar. in leg. j. §. sed & si cum quis. ff. de vi & vi arma. l. non ideo minus. C. de accusationib. Et Bal. in l. si. ad f. C. ad Macedo. Inno. & Doc. in c. 2. de ordi. cognitionum.

Recusatio.

Recusatio & Appellatio in iure æquiparantur. Vide supra, Appellatio.

Rector inutilis.

Non habere rectorem, & habere inutilem, paria sunt. c. 2. de tranflat. Epif. vbi ecclesia dicitur viduata, quæ habet Episcopum, sed inutilem. Nam & alibi Prelatus inutilis reputatur pro mortuo secundum glossam, ibi ad verbum, inutilem. Et Episcopus inutilis non meretur nomē Epif. c. non omnes, secunda quæstion. 7. Sic quoque vitiosa cautio, nulla est cautio, l. quotiens. ff. qui satisfada. cogan. l. quamuis. ff. ad Velleia. Et vitiosa autoritas, nulla est autoritas, l. nulla. ff. de auth. tuto. Et reproba solutio, est nulla solutio, l. si pignore. §. q. reprobos. ff. de pignora. actio. Et ideo dicit Hostiens. ad dict. ca. 2. §. sed neque, quod sic quoque & eccles. quæ prælatum habet inutilem, ea censetur semper vacare. Alia vide supra in c. Maritus.

Reddere deterius.

Rem non reddere, & reddere, sed deteriorem, vel reddere ita vt haberi non possit, paria sunt, expressa l. 3. §. 1. ff. comodati. l. Julia. §. si quis. ff. ad exhibend. ibi. Sed & si quis, in l. §. si res. ff. de solu. cum iuribus aliis vulgaribus.

Relaxatio ex carcere.

Quomodo aliquis ea apparenti innocentie causa relaxandus sit à carcere, vide supra sub capite, In esse aliquid consultare.

Relegatio.

Relegatio ad ergastula, seu ad vincula nautica, & poena perpetua, aut perpetui carceris, morti ciuili proculdubio comparantur, Innocentio & aliis testibus in cap. qualiter & quando, extra de accusa. Et Panor. in c. tua discretionis, extra de poenis. De his & ipse abunde memini in praxi meorum criminalium, titulo de carceribus. nu. 2. & titulo, de relegatione ad ergastula seu vincula nautica, numeris 37. & 45. Quæ vincula nautica, errabundi, siue vagabundi nebulones & similes, & mendici, non secus, quam mortem habent exosa, adeo vt plerumque decollationem ergastulis nauticis præferant. Ratio & causa hæc assignari potest, quod multis leuior videatur ob moriendi necessitatem mors quamvis subita, quam illa nautica, tam diuturna, totque supplicis afflicto hominem excarnificans, adeo vt hæc mors ciuili nulla non morte naturali sit multo terribilior. Cum enim hi in singulas horas mori videantur, nunquam tamen ipsis sæpe sperata atque implorata morte frui contingit, sed pro vna, eaque per breui morte optata gladij moriuntur milles. Quod quidem mortis genus tam sæpe repetitæ propter poenarum assiduitatem improbos quosque & facinorosos homines maximo atque extremo metu terreat & exanimat. Maximas atque adeo intolerabiles esse trirremium miseras, & calamitates, satis superque indicat vetus hoc prouerbiū, Qui vitæ trirremicæ desiderio tenetur, eius voto Deus aspiret meliora. Quo vt consueuerunt, qui ex vinculis seu ergastulis nauticis euaserunt. Plura alia videte locis iam præcitatis, & supra, Exilium, Deportatus.

Relinquere post mortem.

Relinquere simpliciter post mortem, & relinquere post vitam, paria sunt. l. Titia. §. si. & ibi Bar. ff. de le. 2. & Caro. Ruinus consil. 3. incip. de pluribus queritur, nu. 9. 2. volu.

Relinquere per partes.

Ab initio per partes relinquere & relicto simpliciter per partes modificare, paria sunt. Ita habet Bar. in l. Lucius. §. qui habebat. nu. 1. ff. ad S. C. Trebel. Vide Bal. in l. in 9. q. C. quando non petent. partes petentib. accref.

Remittere, donare.

Remittere, & donare eadem sunt, per ea quæ notantur à Barto. d. l. Aurelio. §. Gaius, vers. Ideo pro declaratione. ff. de libera. legat. Ad hoc facit quod notat idem Bar. in l. sub prætextu. 2. in prin. C. de transact. & ibi Fulg.

Renuntiare.

Facto renuntiare, & verbo renuntiare paria sunt. l. non dubium. C. de legib. c. intelligentia, extra de verb. signi. cum sine numero similibus iuribus.

Res in-

Res inuentu difficilis.

Res non extare, & extare, sed inueniri non posse paria sunt. Bar. ita notanter in l. cum res. nu. 8. ff. de leg. j. Ad hunc quoque modum paria sunt: Rem aliquam inuenire non posse, & rem possideri non posse. l. cum vnus. §. fin. ff. de bo. autor. iudic. possidendi. Vide etiam supra, amittere conspectum.

Res subhastata.

Rem esse subhastatam, & rem esse præconizatam, in iure sunt paria. sicut latius memini infra, sub titulo, Subhastatio.

Respondere obscure.

Respondere obscure & prorsus nihil respondere, paria sunt. l. de ætate. §. nihil interest. & ibi Bar. & Alex. ff. de interrogat. actio. vbi Vlp. sic ait: Nihil interest neget quis an taceat interrogatus, an obscure respondeat, vt incertum dimittat interrogatorem, & l. Sacri legibus. §. si. ff. ad l. l. repetunda. Ad prædicta quoque faciunt c. j. & ij. & quod ibi notatur, de confess. lib. vij. & ita tenuit Io. Pet. de Ferrariis, in practica, sub forma interrogat. fiend. reali actione, in glo. Compellatis respondere, nu. 3.

Respondere impertinenter.

Nihil respondere, & respondere impertinenter, vel respondere ad non interrogata, in iure censentur esse paria. l. de ætate. §. quod autem, ff. de interrogat. act. vbi ait Vlp. Quod autem ait prætor, omnino non respondisse posteriores sic acceperunt, vt omnino nihil respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit, id est, pro se poscit, scilicet responsionem, & ibi Bart.

Respublica.

Respublica, Fiscus, Pupillus, & Minor, in iure æquiparantur. Rem publicam enim inquit Imperator vt Pupillam extra ordinem iuuari moris est. l. rem publicam. C. de iure reip. lib. 1. Concordat l. publicam. C. quib. ex caus. maior. & l. qui solidum. §. etiam, in ff. de legat. ij. Quemadmodum enim sententia aduersus Pupillum seu minorem indefensum lata, est ipso iure nulla, l. acta. §. vlt. ff. de re iudicat. & l. cum & minores. C. si aduersus rem iudicat. sic quoque nulla censenda est sententia, si ea lata fuerit aduersus rempub. alicuius ciuitatis indefensam. l. j. C. de iure reipublice. l. 1. Item sicut minoris debitor à tutela eiusdem minoris arcetur, & auth. minoris. C. qui dare tuto. posita debitorum rerum publicarum, donec soluerint, ab honoribus, hoc est, à gubernatione eiusdem reip. arcetur. l. rescripto. §. debitorum. ff. de munerib. & honorib. Sic & contra. Sicut transactio à republ. facta contra communem iuris regulam, sub prætextu alicuius instrumenti postea reperti rescindi potest: ita etiam rescindi potest talis transactio à minori facta, l. rem publicam. C. de iure reip. lib. 1. in l. Imperatores, vbi ita infert gl. in verb. negotio. & in verbo, ex causa. ff. de re iudicat. cui concordat gl. in l. sub prætextu. C. de transactioib. & iunctis traditis per Bar. in rubr. C. de iure fisci. & per eundem Bar. & latius Bal. in l. constit. C. de poena iudic. qui male iudicat. dum ponunt, An respublica & fisci sunt idem.

Restituere.

Restituuntur in integrum Pauperes, Pupilli, Respublicæ, Minores, & Ecclesia. vide supra, Bona.

Rex, Imperator.

Rex nulli subditus, & sui, per omnia Imperatori & suis æquiparantur, quum Rex non recognoscens superiorem in regno suo habeat eandem prærogatiuam, quam habet Imperator in terris Imperij, vt voluit Bald. in ca. cum venissent, de eo qui mitt. in poss. caus. rei feruan. Idem Andr. Barbat. in c. possessionem, de probat. Huius & meminit gl. super verb. officia, super libello Ioannis de Terra rubea contra rebelles suorum regum, artic. 10. iij. tractat.

Sacrificare, Prædicare.

Sacrificare & Prædicare parificatur. Vide supra, sub thema

te, Prædicare.

Satisdatum esse.

Satisdatum esse vitiosè, & cautum esse vitiosè sunt paria. Vide supra, Cautum esse vitiosè.

Satisfacere de crimine.

Satisfactum esse de crimine, & poenam criminis esse solutam vel præscriptum esse cognitioni criminis, paria sunt, vt est casus in l. sed si vnus. in §. sed si ante, ff. de iniur. Item D. Franciscus Aretinus, in c. cum P. Manconella. de accusat. qui Aretinus inter alios alibi adducit etiam Bald. in l. si cum, in principio. ff. si quis caut. & in l. non dubium, in fi. C. de legib. vbi dixit, quod si constet ex actis, quod sit præscriptum cognitioni maleficij, iudicium ipso iure est nullum, & sententia inde sequuta, pro quo præter D. Franc. Aretinum, etiam facit quod D. Hippolyt. de Marsiliis refert consilio quadragesimo sexto. numeris 22. & 23. in primo vol. Vbi adducit etiam Baldum in l. si poena, in fin. ff. de condi. indeb. vbi dixit, quod licet lapsus præfixi temporis à iure non tollit naturalem obligationem, hoc est verum in ciuilibus, sed secus est in criminalibus, & in delictis, vbi præscriptio cognitionis criminis ipso iure interimit obligationem, quia lex dicit eam obligationem per talem præscriptionem aboleri in totum, vt in d. l. sed si vnus. §. si ante. ff. de iniuriis. Et subdit etiã quod in criminalibus exceptio præscriptionis, est exceptio intentionis & facti. Ceterum hoc loco notandum est, quod quæuis satisfactio pro ciuili debito fieri soleat, aut solutione debiti, quietantia, remissione: aut fideiussione condigna. In criminali vero debito satisfactio aut solutione poenæ debita, aut criminis præscriptione, aut clementi Principis remissione, de quibus iura loquuntur. Fit nihilominus & criminis satisfactio per legitimam sui purgationem, quam criminis absolutio iustè consequitur. De hac purgatione legitimus Genesis 38. cap. vbi Thamar in biuo soceri sui furtiuum rapuit concubitu, quæ postea crescente vtero, stupri accusata, & ad incendium postulata, sese apud focerum iudicem purgavit per annulum, per baculum, & per armillum suo socero ostensa, vt qui eius concubitus causa fuerat, eiusdem quoque concubitus absolutionem merito pronunciare deberet. Similiter David j. Regum 24. & 26. sese purgavit apud Saulem de suspitione inuasionis: egni, ipsique reconciliabatur: primo ostensa ipsi parte chlamydis sue in spelunca (in quam alui exoneranda causa cesserat) præscisse. Deinde ostensa Sauli hasta & aquæ schypho, quæ à capite ipsius dormientis abstulerat, quibus inquam locis David commodissimè ipsum Saulem interimere absque teste potuisset, sed Deum reuerentiam tantum scelus committere noluit. ob quas causas David sese apud Saulem abundè purgavit, & sic per impetrationem gratiæ de suspecto, & de delato crimine satisfecit.

Scire parum.

Scire parum, & scire nihil, æquiparantur. pro quo facit c. licet causam. in §. quanquam. in verb. nulla vel modic. de probat. Et textus instituti. de l. falcid. circa principium, in verbo, pro nullo aut minimo lucro. Huic seruit glossa in §. penultimo, in authentic. de instrumento caut. & fide. in verb. Inter quos, ad finem, quod nihil scientis, & parum scientis æqualis sit conditio & c. Huius etiam meminit Hippolit. de Marsiliis in practica in §. & quia. nume. 6. In huiusmodi quoque parum vel potius nihil intelligentes pastores acriter inuehit ipse propheta Esaias. 56. ca. Speculatores, inquit, eius cæci omnes, canes muti non valentes latrare. Et post pauca subiungit, Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam & c. Ceterum quando dicimus parum scire, & nihil scire esse paria his scriis aptari quoque poterit non infestius iocus, de quodam clerico medico & paupere, qui cum ab Episcopo quodam elemosinam peteret, miseradū sese pauperem clericum esse asseruit. Cui? Episcopus? misere ipsū appellare cœpit, cuias esset, vbi studuisset, cuius fortunæ haberet parētes, & familia pluratū hic simulatus clericus? pudefact? & Episcopi iōga oratiōe & punctionatione attonitus, nihil ad Episcopi interrogata respondere potuit. Episcopus admirans tam audacis & effrontis silentiū, rogat cur non responderit, & an interrogata non intellexerit, quod vbi Gallica lingua comprobasset, eundem effrontem

Epi

Episcopus obiurgat, & qua fronte sese pro paupere clerico venditaret, qui ne latine quidem fari potuisset, interrogat: Ad quod is, scilicet clericus, Episcopo faceret materno suo idiomate respondit, Dixi, inquit, mi Domine me pauperem esse clericum, quod verum est, nam tantò sum clericus pauperior, quantò clericus sum imperitior & indoctior. quo lepido dicto Episcopus placatus suo clerico slipem largiebatur, ipsamque cum risu dimisit.

Scire Debere.

Scire, & scire debere, quantum ad obligationem in iure sunt paria. l. quod te, in fi. & ibi glo. Alberic. de Rosat. Bart. Bald. Angel. Salic. & prop. omnes. ff. si cert. pet. & l. si duo. & ibi Alberic. & Ang. ff. de acquir. hered. Ex quibus ipse Ang. dicit paria esse, Scire, & facile scire posse, l. si Titius & Seia, in princ. ff. de fideiussor. & l. Iulianus, quæ est penul. ibi, qui scire potuisset, & ibi Alberic. ff. ad S. C. Macedon. & l. quisquis, & ibi glo. vlti. ff. de rescin. vend. & l. idem. §. j. ibi, Intelligit, vel intelligere debet. ff. ad l. aquil. & l. qui fundum. §. Seruus, & ibi Dyn. & Alberic. ff. pro emptore. & l. j. C. de periculo ruto. & l. prohibere §. vlt. & ibi Alberic. ff. quod vi aut clam. & gloss. in l. mora. in verbo, difficile, post principium, & ibi Salicetus versiculo, prosequor alia verba. ff. de vsur. Huic sententiæ addendus est text. quem non ignorant aduocati practici: quoniam eo quotidie vsitur, in l. si quis inficiatus, ff. de positi. & Philip. Decius eandem. l. quod te. notatur idem etiam per glo. in d. l. qui cum alio contrahit. ff. de regu. iur. in fi. in verb. eius, dñi dicit parem esse culpam, Scire se obligatum esse, & scire debere se obligatum esse. Vnde sicut denunciari potest ille qui scit se debitorem, vt notat Bald. in authent. ad hæc. C. de vsur. & Pert. Iacob. tit. de actio. ex empto. melior & æquior. in princ. & Bald. in l. qui contra. C. de incest. nuptiis. vbi dicit cum haberi pro sciente qui non vult scire. Plura apud D. Andream. Tiraquellum, in suis commentariis de vtroque retractu. tit. de retractu lignagier, §. xij. Transporter la chose à autre, glo. j. nu. 9. De hac quoque necessario requisita scientia & ipse memini in meo Pupillorum patrocinio, tit. de tut. & curato. munere. ca. ix. nu. 100. 222. in postrema editione. Cetera requirere ex superiori capite incipiente, esse, & esse debere. Porro de isto titulo Theologia Iurisperitis non nihil variant, & de eo secus sentiunt. Theologis enim scire debere & nescire, profus idem est cum ignorantia, quam crassam vocant & supinam, quæ adeo à delicto non excusat, vt id magis aggraueret, nempe quòd id scire aut præuidere potuisset, si aut voluisset, aut si non obstante inertia omnino libuisset. De huiusmodi loquitur propheta David Psal. xxxv. Noluit intelligere, vt bene ageret. Vnde timendum est quod nos apud Christum iudicem non excusabit ignorantia voluntatis Dei, legis diuinæ, preceptorum Ecclesiæ, & omnium eorum, quæ salutem nostram directè concerniunt: nam ea Christianus omnis merito scire tenetur, nisi à sua professione profus alienus existere malit.

Scire posse.

Scire & scire posse sunt in iure paria. l. penulti. ff. ad Macedo. notar. Bald. per illum text. in l. qui contra. vbi Bald. C. de incest. nup. in capi. ij. de tempo. ordi. in vj. Philippus Decius in l. qui cum alio contrahit. ff. de regu. iur.

Scire posse facile.

Iam scire & facile scire posse, paria sunt. Angel. in l. si duo, ff. de acquir. hered. cum dicit paria esse, Scire rem & rem facile scire posse. Ita Vdalri. Zaf. in l. si per errorem, ff. de iurisd. omnium iudicum, numero. 30.

Scribere appocham.

Scribere sibi satisfactum esse, & obligatoriam schedulam cancellare, paria sunt, argumento l. nihil interest, & ibi Bart. numero 1. ff. de alimen. legat. vide etiam supra, Cancellare.

Scribere.

Scribere totum manu propria, & alterius scripturæ manu propria subscribere, paria sunt. Vel sic, Scheda hæc tua manu tua scripta est, & scheda hæc scripta manu alterius tua ipsius manu subscripta est, paria sunt. l. antiq. ius. C. de testa-

ment. & Raphael Fulgosius in l. scripturas. numero 2. C. qui potio. in pigno. habeat. Vide etiam paulò inferius, Subscribere.

Scriptura de facto.

Reperitur scriptum quoddam te hoc fecisse, & tu hoc ipsum scripsisti, vel scribi fecisti te hoc fecisse, in iure sunt paria. vt est text. notabilis & ibi notant Barto. & Bald. in l. ne in arbitris. C. de recep. arbit. quod paria sunt, quod sit scriptum quod quis iurauit vel quòd scripserit, aut scribi fecerit se iurasse. Atque idem quoque probat Carolus Ruinus consil. xv. incipiente, Circa illud, numero 6. vol. v.

Scriptura obscura.

Non scribere, & scribere obscure. Item, non exprimere, & exprimere confusè aut dubiè, paria sunt. l. non intelligitur, in principio. & l. ita fidei. ff. de iure fisci. vbi id palam relictum & datum non intelligitur, hoc est, quod ita relinquatur & datur vt ex tam obscuris verbis sciri non possit, ex testamento quid quantum relictum sit & datum. Huius rei latius meminit D. Andreas Tiraquellus in suis commentariis, De vtroque retractu, titulo De retractu lignagier. §. xxxvj. Notifier au greffe, glo. ij. nu. 3.

Seditio.

Realis seditio par est cum partialitate. Vide supra, Partialitas.

Semper.

Semper & Perpetuò, vt apud grammaticos habentur synonyma, ita quoque in iure habentur paria, idemque importare censentur, vt habet glo. in verb. semper, in poemio Institutionum. & que habentur in l. j. ff. solu. matrim. & in l. semper, ff. de iure immun. ita tenuit Petr. Paul. Parisius consil. liij. nu. 33. in iij. parte.

Senatus supremus.

Senatus supremus æquiparatur Principi, & contra, potissimum in concedendo, & in non appellando, vt notat Angel. in §. cum autem. num. 4. instituit. quib. mod. ius patriæ potest. soluitur. & l. j. §. sciendum est. iuncta ibidem glo. ff. de quib. appell. non licet. A neutris enim istorum sententiis appellari licet. Hi etiam æquiparantur in l. quod principis. ff. de aqua plu. arcen. Item in l. quominus, & ibi notatur in glossa, Non permittitur. ff. de fluminib. & etiam in l. j. §. de qua autè, & ibi notatur. ff. de postu. eadem etiam comparatio notatur per gl. & Docto. in l. non ambigitur. ff. de legib. vbi Princeps & Senatus rectè parificantur. Quinimo & quiuis Magistratus in summis periculis, veluti si hostis repentinus ingruat, si fluminis, aut maris exudatio cõtingat, si famis aut pestis necessitas premat & c. sub poena præcipere, & mandare necessaria ex tempore potest, nec est qui tunc horum iussis parere non debeat, nec poterit quisquam in eo discrimine per appellationem tergiversari, relictari aut non obedire, non secus quàm si eadem iussa fuissent à Principe. Nã talis appellatio profus esset inualida & temeraria. Reliqua vide supra, Appellare frustra vel indebitè.

Senectus, Sterilitas.

Senectus vel ætas maior, & Sterilitas, quantum ad generationis effectus & impedimenta, sunt paria: ita probatur in l. sed est quæsitum. ibi, quoniam nec ætas, nec sterilitas & c. circa med. ff. de lib. & posth. & melius in l. si sterilis, in princ. ff. de actio. emp. Sed hoc de sterilitate sanè intelligendum est, nempe de verà certâque sterilitate, scilicet, que vel ex valde grandæua ætate, vel ex aliquo accidente prouenit, quod nec cessario sterilitatem procreare solet, nõ quæ ex morbo, aut alio quopiam naturæ vitio corrigibili surgit, vt declarant ibi Salicetus, & scribentes in d. l. sed est quæsitum. Sed proculdubio, sicut verè sterilis procreare non potest, ita nec admodum senex, & in ætate constitutus, in qua is iuris præsumptione ad generandum est inhabilis. Et aduertendum quod isthæc quoque æquiparatio à lege tantum sit lata, vt prius dixi, ad generationis effectus & impedimenta, in quibus solis

folis eam similitudinè valere statuitur. In aliis enim ætas maior, & sterilitas sæpe inter se multum differunt, vt plenè traditur per Canonitas in ca. translatò, extrà de constit. Et volunt etiam leges in supradictis causis valetudinem vel impotentiam, & ætatem à pari procedere, vt in iurib. supra allegatis, & habetur in l. inuiti. ff. de testib. & in c. quoniam frequenter. §. j. vbi latè Canonistæ, extrà vt lite non contestata. Et textus in c. j. vers. j. de cler. egroran. lib. vj. vult senitū & infirmitatem à pari procedere, & ibi scriben. maxime Fräch. in ij. notabili, dicunt æquiparationem procedere in his quæ corporale exercitium requirunt, & probatur in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de adop. & in d. l. si quis posthumus. in princ. & ita quò ad actum gerendi lex æquiparat ætatem senilem sterilitati, & naturalis impotentia, vt probatur d. l. sed est quæsitum. & in d. l. si quis posthumus, in princ. & in d. l. si sterilis. & d. l. si inuiti. & in c. j. §. j. de cler. egroran. lib. 6. Horum latè meminit Petr. Paul. Parisius consil. 29. numeris 51. 52. 68. 78. & 79 in secunda part. ad quem iuris studiosos confingere licebit. Ceterum hæcenus dicta omnia tantum secundum naturalem generationis effectum intelligenda sunt. Supernaturaliter enim & ope diuina senes generare possunt, quod patuit in Abraham & Sara sterilibus, qui naturali potentia diffisi, diuinis verò promissis fortiter confisi, generunt promissum semen Isaac. De quo genesis 15. Suspice cœlū, ait Dominus ad Abraham, & numera stellas si potes, sic inquit erit semen tuum. Credit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Rursum c. 17. Putas ne, inquit Abraham, centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Ad quem Deus, Sara, inquit, vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & c. & c. 18. habebit filium Sara vxor tua, & c. Hæc de promissione. Audi nunc completam promissionem: Concepit Sara, & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus, vocauitque Abraham nomen filij sui què genuit ei Sara, Isaac. Rursum de supernaturali generatione ex plū habemus Lucæ j. de Zacharia & Elizabeth sterilibus, Nõ erat, inquit, eis filius, eo quòd esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Peperit tamen filium, cui ex mandato Angeli inditū fuit nomen Ioannes, Lucæ j. Porro quòd dicitur Gene. 17. & 18. & ad Romanos iij. Abraham esse patrē multarum gentium, & esse patrem omnium nostrum, de fidei propagatiõe intelligendum est, sic vt quotquot Abraham fidem sequimur, de tunc nascendo, & nunc nato semine Christo, omnes hoc nomine Abraham filij sumus. Quæ quidem fides nobis te ste Paulo, loco vt supra reputatur ad iustitiam. verum de his qui alterius professionis sunt, plus satis.

Senectus, Hiems.

Senectus Hyemi comparatur, vt enim Hyems suo intèro frigore æstiuum aut certe autumnalem calorem dispellit, virentia quæq; cõstringit, folia discutit, succū retrahit, herbas, graminæque viridia, aut necat, aut certe vultu enecta reddit, & exhibet: ita quoque Senectus calorem iuuenilem aut virilem multum disemperat, restringit, ac tandè penitus tollit, hominem exsiccat, exanguem reddit, ad silices incuruat, capillitium pellit, totumque hominem moribundum relinquit, aut morti tradit. Hinc Aristo. in problematibus ait, Senes exacta vita, ad initium pueritiæ recurrere, nempe quod ipsi capillorum raritas contingat, quod gingiuarum dentibus exarmentur, quod albutibus, quod ipsi denique concoquẽ di annascatur imbecillitas, adeo vt hinc ortū sit prouerbiū, Bis pueri senes. Et vt hyems tempestates, pericula, & quæuis incommoda secum trahit, ita quoque & senectus (teste Plinio, imò teste ipso quotidiano experimento) multis periculis, morbis, motibus, curis, multisque incommoditatibus aliis obnoxia cognoscitur. In ea enim hebescunt sensus, torquentur variis cruciatibus membra, præmoritur visus, auditus, incessus, dentisque ciborum instrumenta labuntur, vt ob hæc sapientissimus Bion senecturẽ omnium malorum portū meritò appellet, quæ annorum vetustate hominem cõficit, non secus quàm serpens hedera quæ vires enecat arboreas. De hac autem senectute & hyemis affinitate meminerunt Ætosthenes & Patroclus apud Stobæum, sermõne 12. Ita et cõperies apud Andream Tiraquellū, de legibus connubialibus, & iure maritali, vj. l. connubial. nu. 7. Senectus quoque rationẽ nobis imprimis aperte descripsit Ecclesiastes ca. 12. Memento inquit Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquet anni de quibus dicas: Non mihi placet antequam tenebre sciat Sol, & lumen & Luna, & stellic, & reuertatur nubes post pluuiam, quando commouebuntur custodes domus, & muta-

buntur viri fortissimi, & ociosa erunt molentes in minuto numero, & tenebre sciant videntes per foramina, & c. & antequam reuertatur puluis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum qui fecit illum.

Senectus, Autumnus.

Senectus Autumnò æquiparatur, sic Lucas de Penna in l. j. C. de primi. lib. 12. & Domi. in proemio lib. 6. in §. quem librum, vbi ex auctoritate physicorum senectutem comparat autumnò qui frigidus est & siccus, huicque respondet & illud Virgilij libro 5. Aeneid.

*Sed enim gelidus tardauit senectus
Sanguis habet frigidusque effusa in corpore vires.
Sed mihi tarda gelu, seclique effusa senectus
Inuidit imperium.*

Atque ita D. Andre. Tiraquel. de legib. connubialibus, & iure marit. vj. lege connubial. lib. in 4.

Sententia.

Sententia definitiua, & sententia definitiue sententiæ vim habens, pares existit, vt notat glo. in c. fi. in verbo, Inanes, de elect. in vj. & Specul. de appo. §. in quibus. vers. sed nunquid, in fi. Ita quoque Andreas & Doctores in ca. peruenit, de appo. Bald. in l. iunioribus. C. de his quibus vt indig. Angel. in l. stipulationum aliq. ff. de verb. oblig. Huius meminit D. Ioan. ab Imol. consil. 182. nu. 1. lib. 6.

Sententia mala.

Sententia mala, sententia est nulla. Vide supra, Iudicatum malè.

Sententia, Furamentum.

Sententia & iuramentum parem quoque efficaciam obtinent. l. Doctori. C. de reb. cred. & iure iur. Specul. lib. ij. parti. iij. tit. de re lit. integrum. Nam sicut sententia iudicis aliquè cõstringit ad obediendum iudicatis, ita & iuramentum iurantem cõstringit ad præstadium quæ iurauit, sic vt post iuramentum prælitum contra ipsum quiuis agere possit: non secus quàm si contra ipsum sententia lata fuisset. Zaf. in l. ait prætor. ij. §. si damnetur, de iure iurando.

Sententia cum quantitate.

In sententia certam quantitatem exprimere, & sententiæ verba ad acta certam quantitatem exprimentia referre, paria sunt. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. & ibi Barto. & Iaf. qui ex illo textu etiam colligit sententiam dicendam esse certam, siue expresse contineat certum in seipsa, siue implicite certitudinem in se contineat per relationem ad aliud certum expressum: quare in hoc vtroque casu sententia ad executionem mandari potest. Nam generaliter sententia dicitur esse certa, quæ certum continet, vel quæ ad certum se refert. Itè à similib. Illud dicitur constare ex tenore sententiæ, seu esse expressum in sententiâ, quod cõstat ex attestationibus, ad quas iudex in sententia se retulit, textus est in c. cum Bertoldus, in verbo, ex tenore sententiæ, & ibi Abbas ad hoc notat, extrà codè, de re iudicata: & sic corrolariè notat ex præscripto. §. si iudex, tres regulas, quas hic Abbas frequenter allegat, quæ tamen tres regulæ in effectu quasi conformes sunt, & in idè tendere videntur. Prima est, quòd paria sunt, Aliquid est certum per se, vel per relationem ad aliud. d. §. si iudex. & l. vbi autem non apparet. §. illud, in vers. sed qui vnus, & ibi Bart. & vt recentiores ad hoc notant. ff. de verborum obligat. & l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrah. empt. Secunda regula est, paria sunt aliquid esse expressum per se, & per relationem ad aliud. d. §. si iudex. l. in summa, in princ. in secundo respõso, eo. tit. & l. penul. C. de sentent. quæ sine certa quantitate. & in c. preterea, & ibi notat Gem. in iij. notab. 23. distin. Tertia regula est, qua dicitur certò contineri in scriptura referente quicquid continetur in alia scriptura ad quam fit relatio, iuxta præfatum §. si iudex & l. affe toto, ff. de hæredibus instituen. & l. si ita scripsero. ff. de cond. & demõst. & l. institutio. talis. ff. de cond. insti. Huc quoque spectat, quod decidit Bartolus in dict. l. si ita scripsero, per illum text. quòd si testator in testamento dicat: Grauo heredem meum, vt det totum

Subscribere.

Subscribere per se, siue manu propria, & subscribere per alium ipsius nomine, vel alterius scripturę subscribere, in iure sunt paria, sunt & eiusdem esse. l. donatricis. C. de donat. & ibi Bald. Salic. & Fulgo. in secunda parte. & l. scripturas. n. 2. qui potiores in pigno. habeant. Ex his itaque notandum, quod cuiuslibet, & per se, & per alium posse subscribere.

Successio ex substitutione.

Portionem ad fratrem ex legitima successione conferuatioue peruenire, & ex successione aduici, paria sunt, vel sic, Portio venit ad fratrem ex legitima successione conferuatioue, & ex substitutione, paria sunt: vt l. si fundu per fidei commissum. §. fina. cu. l. seq. ff. de legat. j. hoc pacto Raphael Cumanus ad l. qui duos. numero. 3. ff. de vulgar. & pupillari substitutu.

Successionis exclusio.

In materia successionum, Non esse in rerum natura, & esse, sed non succedere posse, siue a successione excludi, in iure sunt paria, vt locu faciat filio exclusi. Vel breuius sic. Non esse & esse, sed excludi, paria sunt. l. i. §. vltimo. ff. de bonor. posses. contra tabu. & l. si necem. §. si deportatus. ff. de bonis liberti. vbi dicitur, si filius quispiam deportatus sit, atq; ob id inhabilis effectus, nec plures sint legitimi filij, tunc ad successionem admitti debet, non filius deportatus, quia is mortuo loco habetur, sed filius ipsius deportati, vel exclusi, nempe nepos aui sui morientis ad bonorum successionem & possessionem recipi, & suo patruo, si quis tunc esset, preferri debet. Hic enim nepos, quia patrem suum exclusum, ac veluti ciuilitate mortuum representat, certè in hereditarium ius sui patris mortui succedere debet, nec ipsi suus pater impedire potest, quod adhuc extet, & viuat, quia viuens p mortuo in iure habetur. Vide Andream Tiraquellum, in suo lib. de Nobilitate, & iure primigeniorum, xxij. questione, num. 15. de his quoque vide supra, Extare.

Tacere.

Tacere & contra se respondere, in iure paria eademque sunt, Fulgo ad l. quotiens. §. interrogationis. num. 2. ff. de probationib. Vide de hoc etiam supra, Confiteri nihil, & Confensus.

Tale esse post euentum.

Esse tale ab initio, & esse tale post euentum rei, vel peruenire ad talem, vel fieri tale post factum rei, in iure paria sunt, & eadem prorsus, l. nihil refert, & ibi Bartolus, Angel. & Ias. ff. de conditione sine causa, & similis est textus, Iasone teste, in l. j. vers. penultimo & finali, supra tenet Bald. de condit. si causa. Atque a simili huius colligitur, quod etiam nihil refert, an ab initio aliquid sit tale, an id ipsum postea fiat tale. l. iurifictum. §. siue quid de pact. l. si mihi. & Alber. de Rofate ad hanc rub. num. 4. ff. de seruitu. rustico. prædio. & l. final. ff. rerum amota. & l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Marcedo. & l. final. C. eodem titulo. cuius etiam meminit Anto. de Rosellis in tractatu de successione ab intestato, num. 69.

Talem esse ex opinione.

Esse talē & haberi pro tali, in iure paria sunt. l. Item apud Labeonem. §. Si quis virgines, & ibi Barro. ff. de iniur. & famos. libel. Talis enim quis esse præsumitur, qualis in habitu reperitur, vt si femina in nō matronali habitu, sed in meretricia veste reperitur, præsumitur meretrix, non autem honesta matrona. Item si domina ancillari veste vestita reperitur, præsumitur ancilla, nequaquam domina. Sic Thamar, vt suffuraretur concubitu foeceri sui Iude, mutauit habitū, assumens vestem scorti, & p scorto habita est a foecero suo, illamque cognouit, non vt nurum suam, sed vt scortum, Genes. ca. xxxvij. Item si clericus, præbyter, aut religiosus in habitu militari reperitur, præsumitur miles, non clericus, non præbyter, aut religiosus, & ita de infinitis similibus exemplis breuitatis causa hic omittis, præsumendum est & dicendum. Hoc loco tamen aduertendum, & expendendum est, quod ex rationabili causa liceat aliquando dominæ su-

mere vestem ancillę, aut religioso siue presbytero alium habitum, vel simulare se talem esse, vt puta ob vitandum periculum captionis vel infidiarum, sicuti legimus, in l. lib. Regu cap. xx. in fine, de Dauide, quod tum moribus, tum habitu simularit se furiosum & insanum apud Achim regem Geth. quum tamen esset sana mentis: eum enim furorem simulauit. rätum, vt mortem euaderet. Prefatus etiam §. si quis virgines, magnopere seruit ad hoc, teste eodem Barto. ibidem. Quod si quis clericum in laico habitu incedentem, siue deambulanti verberet aut puniat, is talem clericum non cōtenit, nec per talem verberationem iniuriarum tenetur, vt notatur in l. si ignorans, & ibi etiam glossa, in verbo contemnit. ff. loca. & cōduc. Habemus præterea ad huius confirmationem, textum hanc legem allegantem, in ca. audientia, extra de sentent. excōmuni. Idem quoque tenet Dyn. in l. gerit, ff. de acquir. hered. & argumto l. generaliter. C. de episc. cop. & cleri. Neque etiam excommunicatus censetur, q clericum verberat, qui eo habitu, & modo seculari incedit, & sese gerit. Que tamen solummodo vera sunt, quando per talem habitum verisimiliter ignorauit ipsum esse clericum, quem vt secularem verberauit. Nam si is verberans non obstante seculari habitu certò sciuisset ipsum fuisse clericum, tunc habitus secularis ipsum verberantem non excusaret, sed ipse iniuriarum teneretur, & doli, quia tunc dolus culpe præponderat, vt est in l. ite si obstetrix, & ibi in glo. fin. ff. ad l. Aquil. Sed hic ex cōtrario euentu quæri posset, Si quis verberasset indutum habitu clericali, & cum tonsura clericali incedentem, qui tamen non erat clericus, an is inquam verberans teneatur? Ad hanc quæstionem respondet Dyn. ind. l. Gerit. ff. de acquir. hered. & tenet negatiuam partem. arg. l. finalis, de crim. expila. hered. l. Eum qui §. Si iniuria. ff. de iniuriis. Ideoque dicitur in cap. 1. Quibus mod. feud. amittat. & ibi Baldus post gloss. dicit. Quod si quis insultat dominū, quem nescit esse dominum suum, is ob id non perdit feudū suum, nisi in eo factō prætenderetur ignorantia crassa, & supina, quia paria sunt scire & scire debere. l. Quod te. ff. si cer. per. Idem similiter dicit ibi in eadem gl. Quod si quis concubuisset cum vxore domini sui, nesciens eam fuisse vxorem, quod nō perdat feudum suum. Item quod cognoscens monialem, nesciens tamen fuisse monialem, non puniatur tanquam de stupro monialis. Quæ gl. in hoc casu memorat est inscribenda, vt ait idem Bald. & ad hanc facit d. l. Si quis ignoras. ff. loc. & l. pen. ff. ad l. l. de adul. Hinc notate, vt resumamus, talis enim vt dixi, aliquis esse præsumitur prima facie qualem ipsum indicat esse vestes, aut qualis ex habitu, & ornatu vestimentorum pro statu, iuxta vulgarem estimationem, esse præsumitur. De hac re vide Speculatur. in titulo de aduocatis. §. secundo & in adiuncta gloss. in c. primo in titulo, Quomodo diui. offic. sit cele. in pragma. sanc. & Philippum Decium consilio celxxv. numero octauo. qui ibidem iuxta prædicta sic infert, Quod si statutum decernat, vt filia nupta habeatur sui iuris, quod tunc nupta iuxta hoc statutum verè erit sui iuris. Item si statutum esset, vt legitimus habeatur pro legitimo, tunc is legitimus verè dicitur esse legitimus, & hoc ipsum tenet Bald. in l. nuper. in c. C. de natural. liber. & Alex. in consi. ij. incipiente, Visis codicillis. lib. j. & Paul. de Cast. in consi. clxxx. secundum nouam formā. incip. Super eo quod primo loco quæritur, in antiquis, & in consi. xxxij. incipi. super primo dubio, in nouis, vnde licet statutum debeat proprie intelligi. l. ij. §. hæc verba, vbi Bar. ff. de nego. gest. hoc tamen statutum de agnatis videtur habere locum etiam in legitimatis, qui iuxta idem statutū verè & proprie sunt æstimandi legitimi. Ad quod optime facit, quod de legitimatis idem iudicatur, quod de legitime natis respectu agnatorum & familiarum. Nam legitimatus aliis agnatis succedit vt sentiunt Bart. & Bal. in l. communium. C. de natura. liber. & idem confirmat Alex. consi. ij. lib. i. supra allegato, in vers. ad prædicta quoque confirmanda faciunt, quæ allegat. Io. And. in titu de successio. ab intestat. §. fin. Et que annotauit Ant. de Butrio. in c. per venerabilem. qui filij sint legiri. & hanc eandem sententiam tenent Pau. de Cast. in d. conf. xxxij. & Alex. in consilio præallegato, dicentes, quod etiam per legitimatos cōseruatur agnatio, sicut per legitimos & naturales. Vnde succedunt nales legitimati iure agnationis in hereditate agnatorū, sicut faciunt legitimi & naturales. Idem quoque disputat latè. D. Philippus Decius in præcitate cōsil. clxxxv. n. 7. Hæc autem hæctenus dicta suasærim diligenter notari, quæ frequenter vsuenerūt, & in quotidianis consultationibus propositis admodum seruiant.

Tempore

Tempore prohibito aut permissio fieri.

Tempore prohibito aliquid fieri: & fieri tempore permissio, sic vt eius effectus in tempus prohibitum cōferatur, in iure sunt paria. Item contrā, tempore permissio, vel non prohibito aliquid facere, & aliquid facere tempore prohibito, cuius tamen effectus confertur in tempus permissum, vel non prohibitum, paria quoque in iure censentur, l. quod sponsa. C. de donat. ante nupt. l. in tempus. ff. de hered. instituend. & c. de vxore, & ibi D. Panor. idem notat. n. 2. extra de sepultu. & l. si sponsus. §. si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Bar. in l. si constante. §. quotiens. ff. solu. matri. & in l. j. nunciatio. ff. de oper. noui nunciat. & in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. vide etiam & Bal. in d. l. quod sponsa. Quam legem Abb. Panor. limitauit loco præallegato, nu. 4. in capi. de vxore, extra, de sepultu. Quam limitationem hic breuitatis causa omittimus.

Tempore habili vel permissio fieri.

Fieri tempore habili, & conferri ad tempus habile, paria sunt, vt notat Bar. in l. alia. §. eleganter, vers. nō obstat quod dicit. Sunt item paria: aliquid fieri certo tempore, & aliquid conferri in certum tempus. ff. solu. mat. & Fulgo. ad l. verum est. §. Labeo autem, nu. 2. pro focio, potissimum quando nō requiritur certa habilitas in tempore quo fit actus: si enim tempore quo fit actus requiritur certa habilitas, tunc ipsa eo interuenire debet tempore, quo requiritur, & fieri debet. Nec sufficit quod confertur ad tempus habile: nā sicutis qui alie nare cupit, debet eo alienationis tempore esse habilis (ca enim habilitas nō pro futuro tempore sed pro præsentis alienandi tempore consideranda est) ita quoque necessaria est ad quæuis actū habilitas in pñenti tempore q pñentē habilitatē requirit, vt l. si alienū seruū. §. in extraneis. ff. de hñdi. instituend. & l. si minor. ff. de seruis exor. & Carolus Ruinus p. xc. incipien. Ad ea quæ nu. 6. volu. iij. & idem in consi. excij. incipiente, Quæritur quis succedat, nu. 16. ij. volumi. & Parisius con. cx. numeris 35. 36. & 37. in iij. parte. vbi reperies quomodo, & in quibus casibus procedat præfata paritas.

Territorium.

Extra territorium esse, & esse in territorio, sed in loco exempto, paria sunt. Qui enim est illo territorio, sed exempto, is & extra territorium esse censetur, capi. cum Episcopus, & ibi glossa, de offi. ordina. in vj. & Io. And. in c. ij. & ibi Gemi. de constit. lib. vj. vbi dicitur, quod statutum Episcopi nō ligat delinquentem extra territorium, ita nec delinquentem in territorio in loco exempto. Idem quoque tenet Petrus de Ancha in repetitione c. si propter tua debita, de rescript. lib. vj. & Calderi. in consi. xij. in titu. de foro competen. quem refert Gemina. in c. j. de priuileg. in vj. vbi æquiparat existentem in loco exempto & existentem extra dioccesim. & idem confirmat Iason in l. extra territorium. nu. 5. ff. de iurisdic. omnium iudic. & Gaspar Calderinus, in consilio xij. de foro competenti. Reliqua vide supra, Forum.

Testari.

Testari falsum, & veritatem suppressere, paria sunt. Bal. in l. presbyteri, C. de Episc. & cleri. gl. & Angel. in Authen. de testibus, in princi. Ideoque qui recusat aperta dicere veritatem, sed eā malitiosè, vel obscurè deponit, is tenetur vt falsarius, Bald. in l. ea quæ cōmendandi. ff. de cōtrahe. emp. in l. præscriptione. in fin. C. si contra ius & c. Officium enim testis est deponere super integro superque toto factō, & non super aliqua rei parte, sed plenam rei veritatē sine fūco deponere, glossa & Doctores in l. Lucius. ff. de infā. quam glossam allegat Bal. in l. peremptorias, circa finē. C. sent. rescind. non pos. Ita tenet Franci. Curtius in tractatu, de testibus. xv. conclusione.

Testes, Instrumenta.

Testes & instrumenta æquiparantur in exercēdis litibus. vide supra in verbo, Instrumenta.

Testes impedire.

Notarium vel testes impedire ne testatorem testamentarium adeant, & notarium vel testes coram testatore existentem reuocare, & picipere ne ad ipsum reuertatur, paria sunt.

Vel aliter, Prohibere testes ad testatorem accedere, & testes ad testatorem adductos, aut reuocare, aut ostium ipsis claudere, ne introire ad testatorem possint, paria sunt, vt notatur in l. j. & ij. ff. Si quis aliquid testa. prohibuerit. in l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebellia. & idem habet Parisius consi. lxxvij. num. 46. in iij. parte. & quod hic probatur de testibus impeditis accedere ad testatorem, idem quoque de quibusuis aliis testibus impeditis intelligi potest.

Testamentarij.

Testamentarius & Tutor in cautione præstanda, & in quibusdam aliis, æquiparantur. Argumento eius quod notatur in l. diuus. ff. si cui plus quam per leg. falcid. vbi dicitur, quod sicut executor testamento designatus (quem Accursius ibi fideicommissarium esse putat) non cauet, nec tutor qui testamento datus, vel constitutus est, cauere debet, & quibus casibus tutor non potest emere res pupilli, quas ipse cum decreto vendit, iisdem casibus executores nō possunt emere res, quas ex officio vendunt. lege, si in emptione. §. tutor, & ibi Barto. ff. de cōtrahe. emptio. & Bal. ad legem, cum ipse. C. eodem titulo. & sicut tutor potest excusare propter numerum liberorum, propter administrationem fisci, propter absentiam futurā, propter præstatē publicā & c. ita & executor testamenti, secundum Io. à Canibus in tractatu de Executor. vlt. volunt. §. quæro, num. 14. & sicut morte tutoris finitur officium ipsius tutoris, & etiā officium ab ipso tutore constituti, iuxta l. si per epistolam, ff. de acq. hered. ita quoque mortuo executore finitur officium ipsius executoris, & etiam officium subexecutoris ab executore constituti, excepto executore ad pias causas designato, vt confirmat Io. à Canibus loco iam citato, num. 16. & l. si quis pro redemptione. C. de donat. coniuncta glossa in l. vxori. ff. ad l. Cor. de fals. quæ quidem glossa aperte fideicommissarium & tutorem æquiparat. Quam æquiparantiam, & ipse tenui in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutori & curatorem rationis iustificatiōe, ca. j. nu. 38. in postrema editione.

Testamentum vi codicillorum.

Dicere, Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & dicere, Habeat hoc pro donatione inter viuos, vel habeat tanquam ab intestato, paria sunt. Vt notatur in l. ex testamento. C. de fideicommiss. & l. qui autem, in principio, ff. si quis omni. caus. testa. & per Dinum in l. codicillis, in fin. ff. de leg. ij. & Bar. ad l. j. nu. 9. ff. de iure codicil.

Testamentum inualidum.

Testamentum inualidum, & testamentum nullum paria sunt, vel sic, Testamentum nullum fuit factum, & testamentum fuit factum, sed ipsum est inualidū, paria sunt, teste Capra, consi. lxxij. nu. 3. Testamentum autem vocamus inualidum, quod non est legitimum, hoc est, quod non est factum à debita ac legitima persona, quæ testari posset, aut pro ea persona cui testari liceat, aut pro tali re cui vtiliter testari nō debeat: nempe reclamantibus iuribus aut naturæ legibus. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono possessio contra tabulas, & ibi Bar. & in l. ij. ff. quemadmo. testa. aperi. & l. iij. §. cōdemnatum. ff. de re iudi. Sic tenet Philippus Probus in addit. ad Ioannem Monachi in ca. si tibi concessio. nu. 22. de præben. & dignita. lib. vj.

Testamentum relatiuum.

De testamento expresso, & relatiuo, vide supra, sub titulo, Sententia cum quantitate, circa medium.

Testatoris mors dubia.

Testatorem viuere, & dubitare de eius morte, sunt paria: Glossa magna in l. j. C. de pact. Atque paritas isthæc in hoc consistit, vt quod de neutrius bonis pacisci liceat, sicut enim de bonis viuents pacisci non licet, ita neque de bonis illius, cuius mors nondum certo constat, quia is viuere adhuc creditur cui mors certò probata non fuerit, l. sed si mors. ff. de donat. iter vir. & vxor. ibi. Quia & mors eius expectanda est. l. Commu. opin. To. 4. VVVV 2

nec nos præterit. C. de postlimi. & l. vxor. quæ. C. de repud. Nouel. de diuer. c. §. cæterum, & in constitutio cxvij. quod autem de bonis adhuc superstitis pacifici non liceat, ratio est: quia tale pactum contra bonos effectus, odiosum, & plenum tristissimi & periculosi euentus, l. finali. C. eo titu. de pact. & quia eadem ratio concurrat in pacto de bonis eius de cuius morte dubitatur, ideo nec de huius bonis pacifici licet, donec certa mors ipsius probata fuerit, quod diligenter est notandum, & hanc opinionem quoque sustinuit Louanij insignis ac præclarus vir. I. V. Doctor D. Nicolaus de Cappella, alias Heems, à Bruxella. quondam meus obseruandus præceptor, in suis lecturis, d. l. fina. C. de pact. & in d. l. j. C. eo titu. de pactis.

Testimonij data ratio.

Exprimere causam impertinentem, & nō satis dignam, & exprimere causam nullam, paria sunt, vt habetur in c. præterea, extra de testibus, ar. in c. ij. extra de transact. vbi in d. c. præterea, dicitur: si testes dicant se esse conscios carnalis copulæ, quam tamen non viderunt, neque sic testādo certa vlla signa copulæ vicina designant, quia causam nō satis iustā testantur, videntur nullam causam expressisse, vt ibidem et notat Antonius. & ratio est, quod isthæc iam dicta causa in tali testimonio prorsus est necessaria: nempe quæ sit talis q̄ limitet & constringat vniuersum testimonium, adeo vt in hoc testimonio magis attendatur causa, quàm dictū ipsum, vt plenè notatur per doctores. in l. solam. C. de testibus. & in l. cum hi. §. nihil. ff. de transact. in ca. cum causam. de testibus. vnde si testis interrogatus, qui sciat de contentis in tali articulo, respondeat vera esse in eo contenta: & si mox interrogatus, quomodo & qualiter ea sciat, respondeat, quia sic a diuini dicitur à pluribus personis, ista cā, & responsio iustificans confundit, & annullat dictū præcedens, quia est causa non iusta, insufficientis, & perinde habenda, ac si nullam suæ scientiæ causam deposuisset, vt notatur in c. licet ex quadam, extra de testibus. & ad l. testium. C. de testibus. Sic quoque paria sunt, nullam causam exprimere, & impertinentem vel iniustam declarare, teste Ioan. Petr. Ferr. in forma oppo. contra testes post publica. ad verbum, Reddunt rationem, circa medium. & idem notatur in c. ij. depositi, prorsus debet esse talis, quæ necessariò concludat dictum suum esse verū, aliqui testimonium effect nullum.

Titulus possessionis.

Non habere titulum, & habere titulum, sed eum nō posse ostendere, aut probare eum esse legitimū, paria sunt. Ita vult expresse gl. in verbo, prætor enim, in fi. ibi. §. quidam probat bene est, si verò non probat, præsumitur quòd pro possessore possideat, in l. cogi. C. de petitiō, hæredita.

Tortura.

Tortura siue tormenta, & mors in iure æquiparantur, pro. ut latius meminimus, §. sub litera, M. & themate. Mors & Tortura & c. vbi vide,

Totum, Omne.

Totum & omne equipollēt, per glossam, In situ. de societate. in prin. Bar. in l. serui electione. §. fina. ff. de lega. j. eāque tota haberi dicuntur, q̄ integra habētur. l. decē, in verb. tota decē, de fideicommissa. libert. vbi tota decē p̄ integris decē accipiunt. Spc. in tit. de loca. §. nūc aliqua, ver. l. xix. & p̄fectū & plenum id dicitur cui nihil deest. l. j. in princ. vbi gl. de origi. iur. glo. Clement. j. ibi Cardi. de re iudic. gl. in l. Iulianus, in fi. & ibi Bal. cum concor. & Barbat. in addit. l. Mater. C. de rei vendica. vide latius per Vdalr. Zaf. confi. xvij. nu. 6. lib. ij.

Tradere.

Tradere & cedere, quam inter se affinitatem habeant, vide §. Cedere.

Transactio.

Transactio cum sententia parem effectum obtinet: quæ

quidem paritas intelligenda est, quantum ad decidendas lites & ad parandas exceptiones, argumento l. post rem. ff. de transact. & l. non minorem. C. illo titu. & ibi Cynus, Alexander, & Iason. Nam sicut sententia retractari non potest, ita nec transactio. l. j. C. de condit. indeb. Vdalricus Zasius in l. diuus Adrianus. ff. de re iudic. Ad hæc facit, quòd sicut per sententiam receditur à lite, & lis ipsa finitur, ita & per transactio nem receditur à lite, & lis ipsa finitur: sic vt ob nullam allegandam deceptionem calitis transactio rescindi debeat. Pare enim hanc cum sententia efficaciam transactionibus iura tribuunt propter odium litium, quas iura ita exofa habent vt iis quoque iusto modo finem constitutum velint, & optent. l. Fratris, C. de transactio. Idem tenet gl. in c. cum causa, extra de empt. & vendit. & allegat pro argumēto optimū rextum in c. constitutus, de religio. domib. ibi enim Episcopus per transactionem remisit omnia iura sua pro solis octo denariis pro pensione sibi reseruat, & valida fuit transactio, & optima cum hac ratione confirmatur, quia quamuis exiguum per eam transactionem consecutus fuit commodū, eo ipso tamen & respectu eius quòd per eam transactio nē à lite recessit, & à litis molestiis liberatus fuerat, permagnū censebatur consecutus commodum, quamuis prima facie enormiter deceptus videbatur. Quare is q̄ p̄ externo damno commutat, & consequitur gratum commodum, internum, scilicet aut corporale aut spirituale, is de deceptione sibi facta conqueri non debet, sed potius de accessione ingētis lucri ex animo ipsi gaudendum est. Vnde nec ipsius transactio, quæ cum molestiis liberatus fuerat, contingit, rescindi debet, neque transactor ob id incommodum præsumsum deceptus dici potest, quòd à lite recesserit, quum pro eolon gē maius consecutus sit commodum, nempe quietum animum, & à vexatrice lite liberationē foelicissimam. l. j. C. de transact. & l. in summa. ff. de condit. indeb. quæ ad hoc allegatur. Vnde ex horum consideratione dici vulgo solet tristissimo pro uerbo, Si quis à me peteret pallium & tunicam litis redimendæ gratia, dimitterem ipsi potius pallium, & tenerem tunicam: & in Gallico dicitur, Il gaigne assez qui se met hors procez. Atque ita in l. j. C. de rescinden. venditio, tenent Dinus, Iacobus de Aretio, Rei. Cy. & Bal. ita etiā fuit notat Nicolaus Nicolai. C. in sua insigni repetitione. d. l. ij. Louanij me præsentē & audiente, anno (si bene memini) 1527.

Tutela diuisa.

Tutelam non esse diuisam per aliquem, & esse diuisam à solis tutoribus inter se, sunt paria: quia hæc tutelæ diuisio, & etiam in alium translatio, per solum magistratum fieri debet. & hanc paritatem notat Barto. ad l. j. §. vsque adeo, n. i. ff. de tute. & rationibus distrahend. & hanc legem explicat & confirmat glossa ipsa: quæ duobus modis dictum textum intelligit: ex quibus etiā apertè colligitur: quod pares sint & eadem habeantur, Tutela diuisa, & tutela indiuisa, eo quòd contutores, in quos translata est tutelæ diuisio, siue eiusdē tutelæ administrationē habeant, siue nō habeant, sempad oīa tutelæ onera & ad debitas rationes reddendas per leges non minus obligati teneantur, quàm primi tutores. Nec his obstat, quòd ibidem textus disputet, & asserere videatur quòd quamuis tutelæ actio prius in ipsum magistratum (ne in contutorem non gerentem vertenda videatur) est tamē nihilominus eadem actio contra vtrumque, scilicet tutorē & contutorem vertenda, siue hic gerat, siue non gerat, quia expressè lex ambos simul teneri voluit. l. j. §. plane si. ff. de tute. & ratio distrahend. Vnde satis apparet (vt dictū est) nihil differre diuisam, siue indiuisam esse tutelam.

Tutor ultra commissio- nem agens.

Aliquid fieri per verum tutorem, in rebus quarum ad ministratio non est commissā, & illud fieri per surreptitium, vel falsum tutorem, in iure sunt paria. l. si duo. ff. de administra. & pericu. tuto. & curat. Raphael Cumanus, in l. huius edicti. §. verbis, numero 1. ff. quod falso tuto. autore. gest. est.

Tutoribus

Tutoribus qui sint comparandi.

Tutores, Curatores, Reipublicæ rectores, Hospitalium rectores, Ecclesiæ Prelati, Fabricæ magistri, Prouisores bonorū pauperū, (quales in primis Ecclesiis fuerūt diaconi) & similes priorū locorū administrationē habētes, in iure æquarantur similitudinēq; inter sese habent. Vti latius memini in meo Pupillorū patrocinio. titulo, de tutorū & cura. munere. c. vij. nume. 55. & 56. ad quē locū breuitatis gratia lectorem remitto, vbi abūde multas allegatiōes comperiet. Vide de his etiam supra: fideicommissariis, & etiam, Testamentarij.

Vacare.

Sedem, vel dignitatē aliquam vacare, & habere Prælaturam qui impediatur, vel occupetur in sede adipiscenda paria sunt. per textum in c. cum venissent, extra de integ. restituti. qui textus est notatu dignissimus, secundū Ioan. And. in ca. olim, & in c. j. de reb. Eccles. non alienan. in vj. & idem etiam citatur ibi per Dorn. & per Butt. in c. cum deportati, extra de iudic. & per Carolum Ruinum confi. lxxij. incip. Videndum est, nume. 2. volumi. v.

Vendere iniquo precio.

Non vendere, & immodico precio vendere, in iure paria sunt. l. non dubiū, in fi. ff. de legat. iij. sed si cui (inquit Gaius) legatum relictuū est, vt alienam rem redimat, vel præstet, si redimere nō possit, quòd dominus non venderet, vel immodico precio vendat, iustam ælimationem inferat, iuncta gl. in verbo, Immodico: quæ notat, quòd non vendere vel immoderato precio vendere æquipollent, vel vendere precio minimo, iniquo, & infra, vel supra iustum precium, & non vendere æquipollent, & ibi Bart. etiam notat paria esse: Nolle vendere, & non iusto precio velle vendere, vnde de eo q̄ rem suam nimio indicat, vulgò dicimus, hic rem suam vendere non vult, quia ipsam nimio licetur, quòd indicium est se nolle vendere, nisi excessiuū, & nō condignum precium ea habeat. Iusta enim, & regularis quauis venditio omnē deceptionem excludit, æquo, ac condigno precio contenta esse debet, quòd precium si venditio aut excedat, aut sit inferius, ea venditio iniqua, & nulla censeri debet.

Venefica, Incantatrix.

Veneficæ, & artis amatoricæ magistri, in iure ciuili æquiparantur, vt & videre licet supra, in litera. A, sub capite, Amatorius.

Venire ad iudicium.

Non venire ad iudicium, & venire, sed non perseuerare vsque ad finem, paria sunt. c. cum nobis, & ibi Panor. nu. 10. extra de electio. & in c. j. de iudic.

Veritas, Fictio.

Veritas & fictio, quantum ad obligationem æquiparantur. vt notatur in l. si filius. ff. si certum petat. Nam sicut vera voluntas, & verus consensus inducunt obligationem, ita & ficta voluntas debet inducere obligationem, dummodo ipsa apertis verbis est expressa, tunc enim non tam internus consensus, quàm verba ligare dicuntur, Bart. in l. licet. §. idem scribit. nu. 12. in vers. Et si tu dicis, Veritas & fictio æquiparantur. ff. de peculio. & Bertachi. in suo repertorio, in verbo Veritas.

Veritatem celans.

Veritatem celans falsidico comparandus est. De qua comparatione videte in mea Praxi rerum ciuiliū, c. clxxij. nu. 4. vide item in hoc libro supra, sub titulo, Testari.

Vincula carcerum.

Sub vinculis esse, & esse sub custodia cum datis fideiussoribus, in iure paria sunt. Lucas de Pen. in l. si grauius. C. de dignita. lib. xij. & in l. seq. eo lib. de hac paritate ipse quoque memini in Praxi mea rerum criminalium recognita, titulo, de priuatis carceribus faciendis, nu. 3.

Viduus.

Viduus quando vxoris bonis priuandus fuerit. vide superius, Medicus.

Violentia.

Violentia, Clandestina, & Precaria possessio, sub vnâ copulatiuam æquiparantur. Ita Zas. in l. Pomponius. §. cū qs. nu. 18. ff. de acqui. vel amitt. posses. quia dicit ibidem textus, Denique addimus, & c. quem videre poteritis.

Vita humana.

Vita nostra humana similis est nauigati. Qua sicut is qui nauigat, siue stet, siue sedeat, siue iaceat, siue incedat, nauis ductu, impulsuque semper regitur, ita & nos miseri mortales, siue vigilemus, siue dormiamus, siue iaceamus, siue ambulemus, siue edamus, aut bibamus, coacti, volentes, nolentesque per momenta temporum quotidie ad finem vitæ rapimur, vt non temerè dixerit Seneca, nos mori quotidie, quia quotidie nobis aliqua pars vitæ clam succiditur, vti & Horatius testatur, cum ait, Tacitis senescimus annis. Porpò vitam humanam, tum in multis locis, tum præcipuè cap. ix. graphicè depingit diuinus ille propheta Iob, Dies mei (inquit) velocius fuerunt cursore, fugerunt, & non viderūt bonum, pertransierunt quasi nauis poma portantes, & sicut Aquila volans ad escā. Plura eademque clariora videre licet apud eundem prophetam. c. xiiij. Homo natus (inquit) de muliere breui viuēs tempore, repletur multis miseris, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. & c. Similiter Sapientie ca. v. impij sic loquuntur: quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transferūt omnia illa tanquam vmbra, & tanquā nuncijs præcurrrens, & tanquam nauis quæ transit fluctuantem aquam, cuius cum pertransit non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus, aut tanquam auis quæ transuolat in aère, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantū sonitus alarum verberans leuem ventum, & c. sic & nos nati continuo desinimus esse, & virtutis quidem nullum signū valimus ostendere. In malignitate autem nostra consumpti sumus. Quin & D. Iacob. c. iij. vitam nostrā comparat vaporī vel fumo, Vita (inquit) nostra vapor est, ad modicum apparens, & deinceps exterminabitur.

Vitiosa cautio.

De cautionibus vitiosis. vide supra, Rector inutilis.

Vocatus non auditus.

Vocari sed non audi. Item. Audiri, sed nō vocari, & nō admitti, hæc tria in iure paria sunt. l. qui crimen. & ibi Bal. nu. 2. l. C. de his qui accusa. non possunt. ca. obeuntibus. lxxij. di. fin. c. iuncta glo. ibidem in verbo, Excludant.

Voluntas.

Voluntas, negligentia & mors æquiparantur, quantum ad effectum deuolutionis, seu ad subleuationem obstaculū prioris, habentis aliās melius ius vt notatur in l. vnica. C. q̄ nō non peten. par petentib. accrescunt. In l. Meminimus. §. si. C. de legiti. hæredibus. & in §. penul. institut. de bono. posses. & per Paul. Paris. conf. cxix. nu. 27. in quarta parte. De voluntate vera & ficta, vide paulò antè, Veritas.

Vsurarius.

Vsurarius similis est vermiculo ligni. Sicuti enim vermiculi lignorum, aut fructuum totum lignum totòque fructus paulatim corrumpunt, exedunt, emolunt, & carie sua tandem absumunt, ita & vsurarij, & faceratores vniuersam Rempublicam sua edacitate paulatim absumunt, & tandem deuorāt, quòd quibusuis per exempla, & euentus rerum notius esse doleo, quā vt multis autoritatibus confirmetur. Si enī quis roget quō multi ciues, quō multi mercatores, multi Principes ad egestatem redacti sint, imò quomodo multæ Respublicæ, atque adeo quomodo multæ ditiones corruerint, ac planè collapsæ sint, in promptu erit vera responsio, in causa fuisse harum miseriarum vnica ac fere solā vsu.

Comm. opin. To. 4.

VVVV 3

rariam illam edacitatem, quæ veluti vermis nunquam moritur, sed assidue priuatas quasque personas & etiam Respublicas permolendo exedit, & absumit, sic vt tandem ex iis nihil reliquat reliquit. Quocirca optarem quibusuis Principibus acutiorem esse mentem, & oculum in istos sceneratores & vsurarios (vulgo finantiarios) esse intentiorem, vt certius cognoscerent quid agant, quomodo suis finantiis, & voraginibus Respublicas perdant, & absorbendo deglutiant, ne scilicet iis malis cognitis diutius habenas laxent, sed vt ipsorum edacibus (vt ita loquar) charybdis fortè excogitent, & adhibeant remedium, sic vt ipsorum vorandi libidinem, aut cohibeant, aut ipsos vsurarios planè aut exterminat, aut tollant, qui tam licenter hæcenus contra omnia iura, tam diuina, quam humana plus æquo liberius omnes hominum status perdiderunt, & adhuc quantum in ipsis est, annihilare pergunt. Deinde optare vt Principes passim in suis ciuitatibus curent habere doctos & cordatos pastores, qui diuinitibus ex verbo Dei persuadeant suas opes nõ tã esse suas, quam Dei, vt pote cuius est terra, & plenitudo eius, & præterea ipsos non tã esse bonorum Dei possessores, quam dispensatores, qui in necessitate suis copius fraternæ inopiæ succurrere debeant, mutuent & opem præsentent necessariam non tam spe lucri temporalis, quam spe lucri æterni, & præcipue quia Christus hoc ipsum ita iussit & hoc vni cum mandatum nobis pridè passionis reliquit, & commendauit dicens, *Mandatum nauim do vobis, & in hoc cognoscet omnes quod mei estis discipuli si charitatem habueritis a' inuicem.* Hæc charitas Christiana quid exigit, nemo non nouit, qui fidei veritatem nõ tã verbis, quam gustu perferit. Hęc charitas si inter Christianos solidè inculcatur, vt diuites opè benignam præstent miseris, & miseri vicissim sine fraude grati essent benefactoribus, profectò non opusescent in Republica vsurarii, sceneratores aut finantiarii, qui ob defectum Christianæ charitatis cum magno multorum incommodo, ac pauperum multorum pernicie in Republica tunc tolerantur, ob qualècunque opem expetitam, & præstitam: nempe postquam mandata charitatis non tantum inter Christianos refrigit, sed prorsus emortua cõspicitur, sic vt omnes quæ sua sunt quærant, & ex omnium mentibus erasum sit illud Pauli, vnicuique mandauit Deus de proximo. Si quis certiorum similitudinem vsurarii cum tinea, aut alio ligni vermiculo cognoscere velit: legat Bal. conf. cccclix. in iij. part. vbi etiam comparatur scorpioni. Item videat repertorium Bartachini in 3. parte sub litera V. Legat postremò huius materię studiosus D. Carolus Molinaum in tractatu commerciorum & vsurarum, vbi latissimè quid vsura sit, definit: eandem diuidit & naturam ipsius per comparationes ad bellum argentiparam, ad mortuum aspidis, ad ignem & ad latronem legalem explicat, & quomodo iure tum humano, tum diuino sit prohibita mōstrat. quantumque dispendium in Republicam inferat multis documentis exponit. Lege quæso lector hunc librum: in eo enim & varia & grauiacomperies.

Vti malè propriis.

Malè vti rebus propriis, & aliena possidere paria sunt, vt habet vulgare axioma iuridicorum c. Ius dictum, & ibi Pet. de Anchara. extrã. de verbo. signific. Sed istud axioma videtur tantum habere locum in prodigis, alieno ære multum grauat, qui sua profundunt, & creditoribus nõ persoluunt. Sicut enim illud male possidet, quod possessum alienum est: ita is quoque male sua possidet, qui alieno prægrauis, suis interim malè vtitur, & nulli exoluere curat. Idem enim est ac si aliena inuaderet, aliena que sibi vsurparet: & verè talis aliena possidet. Aliena enim sunt, non sua, quæ quis alteri iuste debet. Ideoque is aliena possidet, & alienis verius abutitur quã suis, quæ enim quis debet, ea propriè non sua, sed verius aliena esse censetur. Atque in hoc duntaxat sensu locum habet predicta paritas, non autem simpliciter in omnibus, Quisquis enim nulli debens, sua tantum profundit, is nec aliena possidet, nec aliena profundere putandus est. Si enim aliena possideret, ea alteri restitueret teneretur, quod in malè suis vtente, nullique debet locum habere nõ pot. Quo circa existorum consideratione notandum est, quod duobus modis male possidemus. Primò habito respectu ad iniustam causam possidendi, & tunc propriissimè dicimur malè possidere, quia detinemus alienum. Secundo respectu uè, habito scilicet respectu ad ipsam rem quam tractamus, & qua vtimur, nempe si eam tractemus, & vtimur non vt

oportet, & sicuti debemus, tunc enim eam rē quodam modo vt alienam, & ob id etiam malè possidere dicimur. Et ad hunc sensum, si auarus non expendat propria, quando & vbi debet, tunc is dicitur malè possidere sua, & eo modo & sensu detinet aliena, nempe aliis debita. Et pro hoc facit c. sicut hi. xlvij. distin. 1. & ideo glo. in verbo, Malè autem, in d. c. ius dictum. vbi allegantur hi versus.

*Qui sunt, qui rebus nunquam potuntur auari,
Qui sunt, qui minus sua non patiuntur auari.*

Quin & hæc quoque intelligenda sunt non tantum de auaro, sed etiam de prodigo. c. penul. iuncta gloss. in verbo, Prodigalitate vitio, &c. extrã de cõsuetudine, de quo prodigo ibidem habentur hi versus.

*Prodigus est animi vitio retinenda profundens,
Qui retinet cupide, quod & es deposcit auarus.
Largus qui sumptum facit ex ratione lib. nter.*

Vulnerans lethaliter die festo.

De vulnerato vsque ad mortem. Vide titulum, Mortuus. de vulnerate sacro dic, vide superius, sub titulo, Posthumus.

Uxor mala.

Vxor mala diabolo est conferenda, & ideo dicit glo. singularis in c. Iesus. 50. distinctio, ibi diabolus ster à dextris eius, id est, vxor, pro quo optime facit textus Eccl. xxv. vbi de muliere sic loquitur, Non est caput nequius super caput colubri: & non est ira super iram mulieris. Atque hæc confirmat Chryost. i sermone de decollatione Ioannis Baptiste, vbi inquit, Ego quidem existimo nullã esse in hoc mundo bestiam malieri malè comparabilem. Inter quadrupedia enim animantia leone nihil est fauius: eius tamen sequitiam & ferociam mala mulier superat. Inter serpentes nihil est draconis acrius: sed huius virus cum muliere mala conferri nõ potest. Quocirca leo & draco in malo, muliere mala inferiores sunt. Quæ his exemplis apertiora sient. Danielem enim in lacu leonum sunt reueriti: iustum verò illum Naboth pessima Iezabel interfectum curauit. Cœtus Ionam prophetam in ventre conseruauit, verò Dalida Samsonem illecebris & fucis circumuictum, & capite raso deformatum, alienigenis capiendum & occidendum tradidit. Ioannem Baptistam viuente in deserto dracones & apides cornuta subdita ferita re extimaerunt, vna Herodias verò, eadem caput abscidit, & tãti viri mortem pro precio saltationis accepit: ô malum summum, acutissimum telum diaboli, &c. Sed hic candide Lector, nolo putes nos de bonis mulieribus isthæc loqui, sed de malis tantum. Vt enim mala muliere nihil nocent, nihilque perniciosius, ita bona muliere nihil beatius, adeò vt mulieris bonæ vir ipse etiam dicatur beatus, & numerus annorum ipsius duplex censetur, Eccl. xxvi. Has tamen bonas mulieres raras esse dicit gloss. in l. ex his. ff. de legibus. imò tam raras vt pro bonis mulieribus nulla lex ferri possit: & ideo bonas mulieres veris Philosophis comparare solemus, qui vt rari sunt, iuxta l. sed & reprobari. ff. de excusatio. tuto. ita & bonæ mulieres multo sunt rariore. Imò phœnici ce rariore, teste Diuo Hieronymo, in epistola centesima vigesima quinta ad Ruffinum, ne vxorem ducat, dissuasoria, ante medium. & si quis horum plura huic materię cõuenientia desideret ad satietatem, videre poterit Ioannem de Terra rubea, contra rebelles suorũ regum, in amplissima gloss. super verbo, Meretricibus: neque enim cõstitui oia omniũ scriptorum loca huc transferre, ne in immensum hic libet abeat.

Vxoratus.

Vxorem habens, aut matrimonium contrahens cum eo, qui in periculo nauigat, comparari solet. Nam qui matrimonio inrit, aut contrahit, is tanquam iaciens aleam fortune dubio euentui se subiicit, ignarus qualem tandem fortietur vxorem, rixosamne, an morigeram, mœcham, an pudicam, frugi an decoctricem, &c. Vel is, vt nauigaturus, variis fortunæ euentibus & periculis se subiicit, nec proprio arbitrio se stabilire valet, sed vt nauigans, qui ventorum impulsibus regitur, vxoriiis ætibus se penumcro quassatur, & ipsius virulentis, ac tempestatibus quoquo versum velit, nolit, impellitur, de qua paritate est glossa in verbo, nauigasti, in c. nos nouimus. xvij. quæstio. ij. Quin vel ipsa experi entia perdocet, quàm variis, quàm felices alij, quàmque infausti sint coniu

coniuogorum euentus alij. Videmus enim ob oculos quosdã vxores habere ex animi sui sententia, sibi morigeras, castas, moribus cultuque pudicas, sermone blãdulas, foris incessu graues, nunquã nõ pietate, facilitate, humanitate, ceterisq; amicissimis gratiarum dotibus clarissimas, coniugis honoris amantes, liberorum cura sedulo insistentes, rem familiarem prudenter, parcèque regentes, habentes seruos & ancillas per suam benè consulendi, dissimulandi que prudentiam omnes ex æquo obedientes, cuncta citra domesticas lites singulari cum dexteritate administrantes, marito rum vitia obsequio, comitate, lepore, aut patientia, vel vincentes, vel certè mitigantes, quæ naturæ aut prudentiæ dotibus suis maritis honoris sunt, & solatio admirabili quæque toti familie oronamento sunt maximo liberis & domesticis, virtutum exemplo sunt certissimo & amabili quales fuerunt, Sara, Rebecca, Bersabea, item Fabritia, Cornelia Gracchi, &c. & de quibus Solomon in proverbiiis xxx. Mulierem fortem quis inueniet: Procul & de vltimis finibus precium illius &c. Contrã verò pro huiusmodi coniugiis tam raris, centena fortassis offerentur coniugia infaustissima, in quibus vxores suis maritis sunt difficillimæ, immorigeræ, rixosæ, aspersiones, imperiosæ, libidinosæ, clam & aperte infidæ, impudice verbis, moribusque lasciuæ, liberorum totiusque familie negligentes, effrenes, voluptatis causa quocunque diuagantes, domi forisque sumptuosissimæ. Quid plura? Maritorum hostes perpetuæ, & maledictio cõiugalis pessima. De quibus Symonides, Vxor (inquit) aut mulier mala naufragium est viri, domus tẽpestas, quietis impedimētum, vitæ captiuitas, poena quotidiana, pugna sumptuosa, bestia contubernalis, canis ornata, animal malitiosum, ac tandem (vt concludit) necessarium malum. Hinc Philosophus quidam rogatus cur paruum duxisset vxorem, respondit: quia ex malis eligendum est minimum. Sed hic quæri posset vnde tanta coniugiorum nascatur diuersitas? dicam: Ea mihi contingere videtur, aliàs ab vxoribus innata ingeniorum vel bonitate, vel malitia: aliàs ab ipsorum maritorum vel imperitia, vel sapientia. Illæ enim aliquando natura tam sunt bonæ, faciles, constantes, & prudentes, vt maritos bonos reddant meliores, Nactæ verò malos, obsequio & patientia frangant, constantique prudentia vincant, ac meliores reddat. Sed de talibus vxoribus verè dici posset, rara auis in terris, Aliæ ÷ ingenii prædita sunt tam morosis, vt etiam si ipsi mariti contingant benigni, placidi & prudentes, suam felicitatem non agnoscant, quin potius eosdè pro caciter spernunt: eisdem insultant contraque ipsorum lenè imperium, contra dulcem maritalem commonitionem cõtrãque sanum omne consiliũ, malè sanè & nequiter se quoque uersum efferunt, mæchantur, lasciuuntque vt liber. Altera verò tantæ diuersitatis ratio, cãque potissima, ab ipsis maritis proficiscitur, qui in contrahendis matrimoniis, mihi bifariam peccare videntur: nempe in electione, & maritandi imperitia. Electione quidem (quæ prima habenda fuerat) peccatur plurimum, dum alij solam formam, alij duitias, alij sanguinis nobilitatem spectant, & quid non. Quidam verò tam corrupto iudicio demerantur, vt compositos gressus, morum aulicam gratiositatem, garrulitatem petulantem, disertam facundiam, fastum ac superbiam, magnanimitatem iudicent: imò vt in compositos mores, ipsam etiam lasciuia, festiuos, lepidosque mores prædicent, vt nõ mirum sit, si ex hisce maritorum corruptis iudiciis, per sepe infausta nascantur coniugia: cum qui dignum inire cuperent coniugium, hi vxorem in connubium asciscendam, prius deligerent, quã diligerent, spectarentque paritatem & virtutem internam potius, quàm dotes illas externas longè fugacissimas, quibus tamen interim vxores plerumque ita efferuntur, vt ex illarum inani gloria, & fallaci fiducia, aut maritos spernant, aut pro fungis habeant: & si quis has pro iure maritali ad morum suorum commoditatem placidè perducere conabitur, is adeò nihil efficiet, vt eas magis efferatioris reddat? fuerit. Porro in regendi peritia, à maritis quoque peccatur plurimum, dum quidam mariti imprudentes nacti vxores prudentes, gnaras, & pudicas vxores, non eis præsumunt vt mariti, vt coniugalis thori focij, vt vna caro, sed tales pro abiectis & contemptis mancipiis habent domi, tonant, vxorculasque tales festiuis moribus tractandas, lepidis dictis potius salendas, & dexteritate quãdam obsequiorum sibi coniugialiter associandas, tyrannicè premunt, presentibus aliis obiurgant, domi verberant, dehonestant, & ita coarctant, vt eadè tandem omni pudore excusso de sperabunde in omnem malitiam exardescant. Alij verò mariti, qui malas sortiti sunt vxor

res, tales sunt, vt talium vxorum suarum iurgia, conuitia, ac reliquas molestias dissimulantes, non dico exemplo Socratici viri omnium patientissimi, aut prudentes ferre, aut suo tempore commodè mitigare, vel corrigere non norint, sed tales potius sint, qui malitiam malitiæ itatim hostiliter opponunt, qui que verberibus potius, quàm obsequiis oblectantur, hi profectò domesticum bellum magis irritant & accendunt dum vxoris gubernandæ vera peritia vacant, quia vxoris, quam malum necessarium esse diximus, malitiam reliquaque vitia, si non prorsus tollere, saltem mitigare potuissent. Sed de hoc laberintico negotio conclusurus, hoc tantum addere placuit. Eum tẽrque quaterque beatum, cui contingit vxor benigna, facilis, blãda, commoda, vtilis, casta, prudens, apta, digna que suis moribus. Eum verò multis nominibus infelicissimum, qui ex cõo iudicio nactus est vxorem immorigeram, rixosam, procacè dominatricem, imperiosam, & moribus impudicam, in qua ferenda si quis Socraticam patientiam exhibere poterit, eum rectã post hanc vitam ad superos peruolare crediderim, vt pote qui satis duro in hac vita excarnificatus fuerit purgatorio. Hinc fit, vt tria mala sint quæ hominibus imprecari soleant, nempe vxor rixosa, lis perpetua, & extractio assidua. Processus seu lis hic purgatorij cuiusdam vim obtinet, purgat enim animam ab impatentia, corpus à torpore, & burfam à pecunijs. Et hæc pro breuitate temporis sufficiant, alia deducturus cum se necessitas latior, & commoditas maior ingesserit.

Auctor ad lectorem.


SED nunc tandem sit explicitus nobis, vt Martialis ait, vtque ad sua cornua liber, & vtunque suis sibi numeris, ac partibus constans, absolutus: quod nimirum vocabulum, vtunque addendum esse putau: non temerè: Teretè enim ac totum rotundum, imò omnibus numeris prorsus absoluto tum libellum edere in quo nihil redundet, desideretur nihil, non iactito mearum esse virium, quum id præstare summorum sit artificum, quorum in numerum memet arroganter non ingero. Non enim ignoro, & conscius mihi sum, quàm curta, quàmque pertenuis mihi in iuris eminentissima cognitione supellex fuerit. Dein quàm graue hoc similitium argumentum, atque ob id vel maximè gloriosum, si (vt Plautus ait) probum dignumque nanciscatur artificem, qui id ipsum rite perpoliat, dignissimè tractet, & modis omnibus quibusuis spectaturis cum gratia exponat. Quod tametsi planè persecutus non fuero, neque me hoc præstitisse arroganter existimem, hoc ipsum tamen argumentum, pro mea tenuitate excolendum, multis ex causis libenter assumpsi. Primùm, vt rudiori viam qualemcunque ad diuudicationes per similia præstuerem, ad absolutiora in eodem similitium argumento excitarem, & vt nonnullis amicum, meam hac in re operam suo quodam iure flagrantibus facerem satis. Deinde vt meorum qualiumcunque studiorum rationem ipse exposcēs, ea candidè cuius alteri communicarem potius quàm supprimerem. Ad hæc, vt ne villo ocio planè torpescerem, in hoc præclaro argumento ingenij vires subinde excolerem, satius esse ducens in re clara ocio sum esse, quàm nihil agere, in iure præclaro musicos, aut strenuos imitans milites. Illi enim assiduo cantandi vsu ad summam musices artem feliciter perueniunt, hi quotidianis luctis ac præliis gnari strenuè que euadunt milites. Itidem in iure me quoque consecuturum speraui, vt longa assidua que iuris exultatione, me ipsum ab ocio vendicarem, me ipsum exerce rem, alijque prodesse studeam. Nam vt in omni disciplina, ita quoque in iure assiduo exercitio, non minus opus esse putau: si quæ longo labore didiceris, tenere, augere que uolueris. Vt enim ferrum si non vtaris obducitur rubiginem, sic & ingenij vigor, quod nisi studijs tractandis exerceas, aut perit, aut planè flaccescit. Et certè (vt Plinius ait libr. viii.) quotusquisque laboris tam est patiens, vt multis cum sudoribus discere velit, quod aliquando in vsu, & assiduo exercitio ad commodum iteipubl. non sit habiturus: Postremò eo libentius hoc similitium argumentum, exponendum assumpsi, quod id plurimum utilitatis iurium candidatis allaturum esse considerem in quo certè longè plura potuissent similitium congerere themata, nisi breuitatis ratio me cohibuisset, ne queis citra delectum in hunc libellum infarcire, sed tantum que præcipua visa sunt, in hoc albo pro meo instituto nunc referenda putarem. Hęc igitur que nostro Marte themata, qualicumque ordine, & forma proposuimus,

pro se quisque acriter obseruet, inque ea diligentem intendat animum, & quæ cuiusque sit vis ac proprietas, quæque pacto iis quotidie utendum, & ex iis similia iudicia colligenda erunt, exactè & diligenter exploret, & profectò non mediocrem, imò certissimam, ex vno alteram iudicandi rationem sibi comparauerit. Attamen si lectorum votis hic per omnia minus satisfecerimus, cogitandum erit iis, nemini vnquam vitio vertendum esse, si in re præclara studio sè quippiã audebit, & quadatenus prodeat, si non datur vltra. Ideoque hac in parte optarem mihi posse contingere,

quod & mecum (vt autor est Cicero, lib. de Oratore secundo) C. Lucilius sibi optare solebat, nempe vt ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque à doctissimis legerentur, quod hi plus fortassis, illi prorsus nihil intelligerent. Hæc itaque quæ de Paribus ac Similibus in iure, de quæ ipsorum vtilitate hætenus collegimus, velim vt cæcidus Lector boni consulat, & suo pte Marte ad præscriptam formam adiciat, quicquid ad Similium rationem rectè pertinere censet: factum ipsius exosculabor, & mihi in hoc argumento etiam præuolantem, candidissime amplectar.

Enchiridij Parium aut Similium Iuris, Iodoci Damhouderij,

F J N J S.



TRACTATUS DE COMMUNI V. I. DOCTORVM OPINIONE

Constituenda, attendenda, & pœnis recedentium ab ea:

Autore Antonio Maria Coratio Cortonensi.

P R A E F A T I O

Summa Notabilium.

- 1 **V**ERITAS disputando reperitur.
- 2 Communis opinio, ergo falsa.
- 3 Communes opiniones efficiuntur per adhesionem cõplurium Doctorũ, diuersis temporibus.
- 4 Doctores quandoque tanquam Aues, aut Oues, sequuntur aliorum dicta.
- 5 Opinio vna hodie est communis, mox contraria est magis communis.
- 6 Communes opinio. in scholis nasci, crescere & interire.
- 7 Lectores hodie acquirere laudem ex impugnatione communis opi.
- 8 Ius tam latè patet, vt vnusquisque in eo aliquid noui possit inuenire.
- 9 Disciplinam omnem indies perfici, vel peruerti.
- 10 Collectores communium opinionum nulla laude dignos esse.
- 11 Autores potius numerare, quàm sententias ponderare, sæpe decipit ignorantes Iudices.
- 12 In iudiciis veritas simplex quomodolibet reperta amplectenda.
- 13 Vera potius, quàm noua sequi debemus.
- 14 Leges non possunt complecti singulos casus.
- 15 De similibus ad similia procedendum, & id Iurisprudẽtum interpretatione, & nu. 16.
- 17 Quot capita, tot sententia.
- 18 Opinionum diuersitas reddit Ius dubium, & obscurum.
- 19 Obscuritas peruertit ius.
- 20 Claritas propria legis, & lex obscura, non allegatur ad decisionem causarum.
- 21 Autoritas Doctorum probabilis est, non necessaria.
- 22 Opinio nulla tam iusta, & æqua, quæ subverti non possit rationib.
- 23 Iudices interdũ moueri potius ex ratione subtili, quàm vera.
- 24 Iudex iniuste iudicã, facit litẽ suã, & alias pœnas subit.
- 25 Ex duobus malis, minus malum eligendum.
- 26 Quod omnes, vel maior pars credit, pro veritate habetur, & communis opinio dicitur.
- 27 Communis opinio cõsulendo, & iudicãdo seruãda est.
- 28 Iudex sequẽs cõmunem opinionẽ excusat i syndicato.
- 29 Iudicans contra communem, facit litẽ suã.
- 30 Communis opinio æquiparatur legi, & eius vim sortiẽ.
- 31 Communis opinio tanquam ius seruanda.
- 32 Communis opinio venit in statuto de lege loquente.
- 33 Communis opinio habet vim consuetudinis.
- 34 Communem tanquam legem imperare, vetare, permittere, ac punire.
- 35 Communis opinio non est ad eõ æquiparata legi, quin sit inferior lege, & 36. & 37.
- 36 Communis superueniens tanquam posterior, non tollit priorem communem contrariam. Nec prior ex eo q non tollatur, attenditur, & 37.
- 38 Communis, & magis communis in nihilo differunt, nisi quod magis communis seruatur.
- 39 Magis communis superueniens non annullat penitus communem contrariam, & quomodo id procedat, nu. 40. & quare, nu. 41. & seq.
- 42 Communis opinio præsumitur vera.
- 43 Præsumptio veritatis, quæ est pro communi, oritur ex autoritate Doctorum.
- 44 Magis communis opinio, maiori numero, & autorita-

te Doctorum fulcitur, quàm communis.

- 45 Præsumptio efficacior tollit aliam minus efficacem.
- 46 Magis communis non tollit gesta tempore communis contrariã.
- 47 Lectori multa subtilia etiam falsa asserere licet.
- 48 Iudex, & aduocatus veritatem semper ante oculos habere tenentur.
- 49 Tradita in scholis sunt discutienda in camera, & postea in iudiciis practicanda.
- 50 Leges in Scholis diglutiuntur, in Palatiis digeruntur.
- 51 Practica est vera legum intellectuã.
- 52 Leges sapiunt, cum practicantur.
- 53 Communis opinio plura affert commoda.
- 54 Diuisio animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, & c.
- 55 Ex ordine facilius disciplina percipitur, & retinetur.



OMMVNIS OPINIO (hoc quidem verbo à nostris Doctoribus frequẽtius recepto, quo facilius res intelligat, vt nobis placet, arg. l. insula. in ff. de acq. re. domi.) quàm sit in scholis contempta, quàmq; in iudiciis culta, nemo est, qui nesciat. Nam iuris interpretes ingenij tantum viribus confisi, omnium rerũ veritatẽ sola disputatione consequi volẽtes, Communẽ maledicis dentibus nunquam desinunt lacerare, cum enim veritas ÷ disputãdo reperitur, l. fi. in §. mista. & ibi Bar. nu. 1. ff. de munc. & hono. c. graue. & ibi gl. in verbo, veritas. 3. §. q. 9. & tradit Martin. Laud. inter cõsi. crim. diuer. in cõsi. 59. in factõ præsupponitur, col. 1. n. 2. lib. 1. pulchrè Matth. Gribal. de method. stud. lib. 1. c. 6. latissimè Neuiza. in sua syl. nupt. lib. 1. nu. 1. cum seq. Cagnol. in l. 2. nu. 23. §. in fi. C. de pac. int. emp. & vend. Crauet. in cõsi. 13. §. verba decreti principalis. nu. 18. Marc. Mantu. in cõsi. 67. viso processu inquisitionis. col. 2. n. 4. lib. 1. Benincas. in præfat. tit. inst. de actio. n. 90. & alij passim, quoties aliquid cõmuniter receptũ occurrit, statim cõfugiunt ad dictũ illud emanatũ ex mente Zas. lib. 2. resp. c. 1. ppè fin. sub nu. 26. quod habet, Communis opinio, ÷ ego falsa.

3 Nec mirum, nam communes opi. ÷ plerunq; efficiuntur per adhesionẽ cõplurium Docto. qui diuersis temporibus non cõmunicato inuicem cõsilio, diligenti aliqua veritatis indagacione adhibita, hanc vel illam opinionem amplectunt, vt pluribus ostendit Ludo. Gomez. in cõmu. & ad Regu. Cancel. in Proce. in l. 2. q. 14. fundamẽto partis affirmati. ver. præsertim quia Doctores.

4 Sed vel prout rei ppriã expedit, vel quasi ÷ Aues, aut Oues imitari, quarũ vna quũ volat, aut quò cursum dirigit, omnes aliã sequuntur, quod ab vno Doctore firmatur, id tanquã veritatẽ ipsam approbat, & insecũtur, c. cũ in iuuentute, §. vnde nos. ibi, scientes, qd dictum vnus facile sequitur multitudo. extrã de purgat. cano. & ita respondit Decius cõsi. 494. quæ suprà maturẽ. ppè fin. sub nu. 1. §. ver. nõ obstat qd dictũ Federici. quem referunt, & sequuntur Ludo. Gomez. in d. ver. præsertim quia Doctores. Nico. Bellon. in cõsi. 59. ingeniosè admodum, sub nu. 1. Neuiza. in d. syl. nupt. lib. 1. sub nu. 9. post med. vers. id eõ quandoq; errabant. Zas. in l. 2. §. post hunc maximã autoritatis, in verbo, innouare instituit. circa med. vers. Iaffredus Passerius. ff. de orig. iur. Io. Bap. à Villalob. in trac. commu.

cōmu. opi. i. litera C. i. verb. cōmunis opi. n. 107. post prin. latē deducit Cæsar Conrard. I. diffamari. i. q. 18. n. 113. C. de inge. & manu. Grauat. I. add. ad vestr. in prax. lib. 4. c. 5. in verbo. q. si fib. n. 23. Rolan. à Valle. in cōf. vlt. reuocatur in dubiū. ppē fi. n. 50. lib. 2. Nico. Moro. I. trac. de fid. treug. & pac. par. 2. q. 12. n. 3.

Sed vbi noui casus euenerūt, qui huiusmodi extensione indigerūt, variē inter Doctores ortæ sunt altercationes. Alij namq; vnā, alij aliam legem inuicem cōtrarias i eodē casu induxere, & sepe numero eandē legem huc, atque il- luc secundū vniuscuiusq; opinionē, & aliquid ad affectio- nem propriam distaxerūt, iuxta Terentianū illud: quot 17. + capita, tot sententia. I. quia poterat, propē finem, ff. ad Trebel. Alberic. in tracta. de statu. lib. 1. q. 135. nu. 7.

5 duob. malis + minus malum eligētes, iuxta I. si procurator. & ibi glos. ff. de excep. do. & I. quoties. vbi post alios Deci. in fin. & Cagno. nu. 3. id notant, ff. de regu. iur. c. si quod verius. vbi glo. in verbo, adulterium concord. congerit 3. 2. q. 2. con siderantes, q. quoties de veritate alicuius facti dubitare cō- tingit, quæ in specie à singulis personis haberi nequeat, ad id recurrimus, quod vniuersaliter, vel cōmuniter credis, 26 Idq; + pro veritate habet, q. vel omnes, vel maior pars ho- minum loci, vbi factum illud venit communiter credunt, quæ veritas, seu credulitas, aut fama, aut communis error, aut communis opinio nuncupatur, vt tradunt Doctores in I. Barbarius. ff. de offic. præt. & latē per Andre. Tiraquel. in tract. de legib. connub. in glo. 8. q. 17. nu. 144. v. q. ad n. 162. Doctores (inquam) exitum arūt, quod in tanta opinio- ni contrarietate, ac confusione, cum aliter veritas haberi non 27 possit, opinio illa + iudicando, & consulendo, sit attenden- da, quæ vel ab omnibus, vel à plerisque Doctoribus, qui super casu, de quo dubitare contingit, scripserunt, esset recep- ta & approbata, & hanc specialē, & penē proprio nomine, Communem nuncuparunt, vt concludunt Hostien. Io. And. & alij omnes, in c. 1. extrā de constitu.

& quoties loquimur de cōmuni et de magis cōmuni loqui intelligimur (superueniens tanquā lex, quæ posterior peni- tus tollit, & delet disposita per priorem legē cōtrariā, ita vt illa lex nunquā vires recuperet, 39 Abrogat, & tollit + cōmunem, vt auctoritates, quæ sunt p cōmuni, nō possint facere numerum pro eadem opinione, si quando, vt sepius accidit, ea tractu temporis magis com- munis efficiere per adhesionē aliorū Auctoriū: sed solūmo- do magis communis superueniens præiudicat: quod donec permanet magis communis attendenda, ac seruanda est.

16 interpretatione + fieri debeat, I. & ideō. l. nam vt ait. ff. eodē titu. de legib.

38 Eodē modo magis cōmunis (non enim cōmunis opin. + à magis cōmuni in aliquo differt, nisi, q. quoties cōmunis, & magis cōmunis concurrūt, seruat magis cōmunis, ita vt in cōmuni disposita habeat: locū i magis cōmuni, & cōtrā,

laul.

TRACTATUS

ANTO. MARIAE CORATII

DE COMMUNI OPINIO-

ne, V. I. Doctorum,

Liber Primus.

Quid sit Communis opinio.

TITVLVS I.

Summa Notabilium.

latus: nō mirum ergo, si interpretes communem negligūt, & totis viribus ad disputationem se conferunt, nam illud est proprium eorum munus: Sed Iudices, & Aduocati, qui...

Quamobrem cum diuersi sint fines interpretum, & iudicium, non debet mirum videri, quod diuersis medijs vtantur, nec ex hoc varij, & contrarij dicendi sunt, cum vtraque opinio in suis terminis subsistere possit, nec vnus receptio aliter vim, & robur impediatur aut minuat.

Itaque dicere solemus, quod ea quae in scholis traduntur, sunt prius discutienda in camera, & postea in iudicijs practicanda, vt post Baldum tradit Neuiza. in d. Syl. nuptia. lib. 5. numero 45.

Quoniam leges in scholis diglutiuntur, in palatijs verò digerunt, practica enim est scientia diglutiua, & vbi Theoricus definit, ibi incipit practicus, ita haec omnia tradit Bald. in epl. Acemilius, col. 8. num. 1. i. vers. leges in scholis, ff. de minor. Lancel. Dec. in l. lecta, col. 2. vers. nam vt inquit, ff. de iur. iudic. quos refert, & sequitur Catell. Cort. in d. Memorial. in verbo, practica, versiculo, propterea vulgatum, Hiero. Cagnol. in l. 2. numero, 1. C. de rescind. vend. cum similib.

Nam Practica est vera legum intellectrix, vt tradit Bald. in c. 1. in princ. ver. & ideo quando capiuntur, in titu. de feu. si. cul. non amitt. quod repetit Decius in consi. 131. reuocatur, in fi. ver. & Cot. in d. ver. practica, in prin.

Et leges sapient cum practicantur, & tunc fructus ex arbore colliguntur, vt inquit idem Bald. in c. ex tenore, circa med. extra de testi. refert & sequitur idem Cort. ibid. vers. alibi etiam pulchre.

Ex quibus clarè constat, quàm amica, & utilis sit omnibus Communis opinio, quàmque merito sit colenda, & seruanda, quando tantorum malorum vnicum fuit remedium, & tam rationali, & aequa causa introductum, vt per eam labor sit diminutus, Doctorum discordia sine sit data, & via patefacta sit, quae & serupulum conscientiae sustulit, & fortunam securitatem ostendit.

Huius igitur Communis opinionis argumentum à patris, & meo iudicio nimis breuiter, & satis confusè tractatū, si aliquando latius, & distinctius traderetur, opus non ingratum iuris studiosis fore mihi persuasi, praesertim cum sparsim pluribus in locis, & nullibi plenè habeatur. Verum tamen est, tractatum hunc & ob utilitatem, & etiam ob difficultatem, cum multa in se contineat, quorum resolutio & longum rerum vsum, & summam iuris experientiam exposceret, ingenium, & doctrinam Iuriconsulti benè docti desiderasse, quae quidem omnia & propter atatum 23. annorum, & propter breue tempus quinque annorum in hac legali Philosophia nondum consumptorum in me penitus desunt: vnde satis fortasse esset, opus hoc alijs perficiendum relinquere, quàm id inceptè & cum minimo aliorum commodo peragere.

- 1 COMMVNIS opinio quid sit: prima descriptio. Verbum (sententia) plura significare. Communis opinio procedit tantum in q. dubia. Sed contrarium nu. 1. cum seqq. 2 Opinari dicimur de rebus dubijs. Contrarium nu. 15. 3 Impugnatio primae descriptionis Communis opinio. 4 Communis opinionis secunda descriptio. Et Communem dari probatam à pluribus, vel peritioribus. 5 Factum à maiori parte, ab omnibus factum censeri. 6 Habens maiorem partem pro se non minus obtinere debet ac si omnes haberet. 7 Defensio in vna parte primae descriptionis Communis opinio. Communis datur, quae ab omnibus probatur. 8 Impugnationes primae, & secundae discretionis Communis opinio. 9 Communem constare ex numero, & auctoritate Doc. 10 Auctoritas doct. nulla lege, vel ratione munita nihil operatur. 11 Auctoritas, id est, confirmatio. 12 Opinari non est de re dubia, sed sub dubio respondere. 13 Dubitare in iure etiam claro, sapientis esse. 14 Opinari in iure dicitur etiam de re clara. 15 Sententiam Iudicis dici opinionem. 16 Sententia verbum significare firmam, & indubitatam resolutionem. 17 Communis opinio, tertia descriptio.

COMMVNIS opinionum argumentum tractatum exemplo Imperat. in princ. Instit. de iust. & iur. videbimus primo loco, Quid sit Communis ista, ne id ignoremus, de quo verba facturi sumus. & in hac indagatione imprimis praesciendum est nullam reperti traditam in iure nostro Communis opinionis definitionem, sed omnium primus definiuit, seu descripsit Mari. Salomon. in §. responsa prudentum, Instit. de iur. nat. gen. & ciuili. quem refert, & sequitur Neuiz. in sua (yl. nupt. lib. 5. n. 3. in fi. qui in hunc modum descripsit,

1 Communis opinio est probata sententia de iure non aperto ab omnibus, vel à peritioribus. In hac definitione ponitur sententia loco generis, verbum enim sententia, generale est, & plura significat, nam quandoque sententia capitur pro consensu, vt in l. fi. & ibi Glo. in verbo, sententia. C. de app. Interdum accipitur pro simplici scientia, vt in l. vidua, & ibi Glo. in verbo, sententia. C. de nupt. Aliquando ponitur pro decisione à iudice facta, vt in totis titulis de Sententijs, & haec acceptio huius verbi, Sententia, frequentior est in iure nostro, vt per se clarè apparet. Quandoque sumitur pro firma, & indubitata responsione seu animi deliberatione secundū Gl. in d. §. responsa, in verb. Sententia, & ibi post alios multos Baldum, idem firmat Instit. de iur. nat. gen. & ciuili. & haec est propria verbi huius, Sententia, significatio. Aliquando ponitur pro consilio, interdum pro ratione, saepe pro voluntate: quandoque pro iudicio, & tandem multoties, put accipitur in hac nostra descriptione, capitur pro

opinione, hoc est expresso de aliqua re iudicio liberi arbitrij alicuius, quid sit, vel esse debeat, vt in l. fin. in fin. ff. de senat. & ista est vniuersalis significatio, & has omnes verbi huius, sententia, significationes, & acceptiones ponunt latè Luc. de Pen. in l. 2. in verb. sententia. C. de iur. fisci, lib. 10. & in rub. C. de sentent. aduers. fisci. lat. retract. in verbo, sententijs, cod. lib. 10. & eximius, & nouus Antecessor Dominus meus Io. Pau. Lancelot. in quadam sua pulchra, & docta disputatione manuscripta, An, & quando Communis opinio attendenda sit, post princ.

Secundo in hac descriptione ponitur verbum, de iure, loco differentiae, vt excludantur aliae Communes opinioniones extra ius, vt puta Communis in facto consistens, aliàs cōmuni error nuncupata, Communis in facto cōsistens, aliàs cōmuni error nuncupata, Communis Theologorum, Philosophorum, & alia similes.

Tertio loco fuit appositum verbum, non aperto, vt proprium, nam Communis opinio, si solummodo habet locum in casibus dubijs, in quibus lex clara non reperitur, & id cōprobat Domi. Lancelot. ibidem, ex hoc, quia opinari contingit circa ea, de quibus veritas multipliciter potest haberi, ad quod allegat. c. 2. & c. à nobis, extra de sentent. ex com. quae iura mihi nihil probant. Itaque secundum istos, Communis non dicitur de iis, quae clara sunt, vt puta, quod pacta seruentur, quae vim vi repellere liceat, quod testamentum debeat fieri coram septem testibus, & similia, quae sunt in iure clarissima.

Quarto in hac descriptione habetur verbum ab omnibus, vel à peritioribus: nam datur cōmunis, quae non habet Contradictorem, & sic quae ab omnibus probatur, & datur etiā magis communis nitens auctoritate Doctorum maioris auctoritatis, & sic peritiorum, nam auctoritas ex doctrina, seu peritiam oritur. Hanc definitionem, seu potius descriptionem corrigendā existimat D. Io. Pau. Lancelot. vbi supra in eo, quod habet, ab omnibus, vel à peritioribus, ex duobus.

Primo quia datur Communis, quae fundatur in opinione plurium, qui neque omnes sunt, neque peritiores. Secundo, quia Cōmunis dicitur, quae plurium, vel peritiorum auctoritate iuuatur, vt post alios tradit Neuiz. in d. fil. nup. li. 5. num. 4. in fi. & seq. cum concord. non autem quae ab omnibus tenetur.

Quamobrem ipse ita Communem opi. describit, Cōmunis opinio est de iure controuerso à plerisque, vel illi tribu probata sententia, ista correctio D. Lancelot. in primo capite mihi summopere placet: in secundo verò non satis fatuit, nam dum dicit primam illam descriptionem non comprehendere communem, quae constat numero plurium Doctorum, qui neque omnes sunt, neque peritiores, rectè loquitur: nam non est dubium, quin ad sit Communis quae nitatur auctoritate plurium, qui neque omnes, neque peritiores sūt, vt Doct. omnes admittunt, & dicemus infra tit. 4.

Nam à maiori parte probatū, & ab omnibus probatū censetur, arg. l. aliud, in §. refertur, & not. ibi Doct. ff. de reg. iur. l. maiorem. ff. de pact. & maiorem partem pro se habens non minus obtinere debet, quàm si omnes haberet, vt respondit Hyeron. Grat. in consi. 64. professō casus est. col. 3. in princ. num. 34. lib. 2. & sic descriptio ista, cum non comprehendat omnes Communes, merito in hoc reprehenditur, arg. l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal.

Sed in eo qd D. Lancel. vult reiciendum esse verbū, ab omnibus, quia solummodo Communis sit plurium, vel peritiorum, nō autem omnium sententia, eius opinio non est recipienda, nam meo iudicio clarum est, posse dari cōmunē, quae non habeat contradictorem, & sic ab omnibus sit probata secundum opi. Mar. Salo. & Neuiza.

Quinimo proprie Communis dicitur quae ab omnibus recipitur, nam quae à pluribus, vel à peritioribus approbatur, non communis, sed magis communis proprie dicitur, licet Communis passim nūcupetur, nam si reperitur opinio probata à 15, vel 20. Doctoribus nemine contradicente, cur cōmunis dici non debeat, ipse non video.

Supradictae verò descriptiones ex tribus mihi nō satisfaciunt. Et imprimis dum habetur in eis, ab omnibus, simpliciter: quoniam datur opinio, quae ab omnibus probatur, & tamen non est communis, vt puta si sit recepta ab vno, vel duobus, vel tribus nullo alio discrepante, & sic ab omnibus quae non est communis, cum vnus, duo, vel tres non faciant Communem opi. vt infra tit. 3. itaque in hoc egen: supplementum. Secundo non placet, dum solum dicitur in eis, ab omnibus, vel plerisque, vel peritioribus, nam potest esse opinio, quae vel ab omnibus, vel à plerisque, vel doctioribus ap-

probetur, & tamen non sit communis, vel alicuius momenti, nempe si autores non sint Iuris periti, vt apparet infra tit. 9. Caf. 1. 2. vnde, & in ista parte sunt supplendae praedictae descriptiones.

Tertio, & vltimò non satisfaciunt, dum habent, de iure controuerso, fat enim est dicere, de iure, absque verbo, controuerso, vel non aperto.

Nam licet ego fatear, Cōmunem plerunque esse in casibus dubijs, tamen sum eius sententia, vt Communis opinio locum habere possit etiam in casu habente leges claras, dummodo adsint cetera requisita, contra Salomo. Neuiz. & D. Lancel. & moueor ex duobus potissimum.

11 Primò, quia Communis conficitur ex duobus solis, videlicet ex numero & auctoritate Doctorum, vt infra tit. 2. & vbi est numerus, & auctoritas Doctorum necessaria, ibi absque alio est communis opi. At tam opinio, quae lege expressa nititur, quàm quae nullo iure fulcitur, potest amplecti à pluribus, & grauius Doctoribus, imo multo magis. Ergo & c. Nec dicitur, quod vbi est lex aperta, non auctoritas Doc. sed lex ipsa aestimatur. Quin saltem hodie leges sine auctoritatibus parū profunt, vel melius: quod si esset verum, sequeretur, quod nunquam locum haberet Communis, quia auctoritas Doctoris nulla lege, aut ratione fulcita nihil operatur, cū doctori nihil alleganti non credatur, vt per Doct. communiter in l. illam C. de collat. nec mirum, cum verbum istud, auctoritas, significet non alicuius rei inductionem, sed solū confirmationē rei iā inductae, vt in alio proposito tradit Chafsan. in commen. ad consuet. Burgund. rub. 4. §. 7. in verb. se esse non est confirmament. nu. 17. & latius deducit Franc. Baldi. in praefat. titu. Instit. de aucto. tuto. vnde dicemus Doctorum auctoritatem non aliquid noui disponentem, sed à iure disposita approbantem, & confirmantem in hoc, vel illo casu speciali.

Secundò & vltimò moueor, quia non video rationem, cur Opinio, quae in aliqua lege clara fundata sit, non possit dici Communis: Nec quicquam facit ponderatio facta de verbo, opinio, quod de sui natura videtur versari circa ius dubium.

Quoniam tripliciter responderetur, & imprimis inegando quod opinari contingat in casibus dubijs. nam id nullibi probatur: sed benè verum est, quod qui opinatur, dicitur cū dubitatione respondere, vt voluit Glossa in d. §. responsa, in verb. opinio, & ibi alij Doct. refert, & sequitur Ioan. Bellon. in tract. exposit. ethimol. definit. & diuisi. in verb. opinio, & sic dubitatio emanans ex vi verbi, opinari, non procedit, quod versetur circa casus dubios, sed ex persona opinantis, qui dicitur cum dubitatione respondere, & quis potest dubitare tam super re dubia quam super clara, quam ipse ignoret.

16 Quinimò in iure iudicatur sapientia dubitare de re etiam clara, cum nihil in eo adeo verum sit, quod in dubium reuocari nequeat, vel potius reuocatum non sit. secundò resp. quod licet ea esset vis verbi, opinari, vt versaretur circa casus dubios, in iure tñt refertur etiā ad casum indubitabilem, nam finis iudicis in iure sapius appellatur Opinio, vt in l. pen. & ibi glo. in verb. opinio. ff. de appell. recip. in l. eos, in §. super iis vero, & ibi glo. in verb. opinionem, & in l. à procōsulibus, cum glo. in verb. opinionem. C. de appell. & alibi passim, & sententia fertur à iudice tam super re dubia, quàm super clara, vt per se patet.

Tertio, & vltimò respon. quod Docto. nostri istius opin. nomine in casu nostro voluerunt significare quicquid Iuris periti siue simpliciter, siue rationibus, siue legibus expressis, & claris approbassent: quod ex eo, vel facile apparet quod non omnes Doctores, & semper ad demonstrandam communem vtuntur verbo, opinio, sed sepe, sententia, cum Communis nūcupetur & recepta, seu probata sententia, vel traditio, & etiam alijs nominibus honestetur, inter quae sententia dicitur firma, & indubitata responsio, secundum glo. in d. §. responsa, in verb. sententia, & ibi sequuntur reliqui, ex quibus potest apparere, quod non in propria, & stricta significatione vsi sunt Doct. nostri hoc verbo, Opinio, & per consequens Communem tam in casu dubio, quàm in habente legem expressam locum sibi posse vindicare.

Quamobrem ipse ita Communem opinionem describere, vt sit de iure à multis iuris peritis, vel omnibus, vel plerisque, vel grauioribus probata sententia.

Communis opinio ex quibus constituatur. Commu. opin. Tom. 4. XXXX

- 1 **Q**UOMVNEM opi. constare, & perfici ex numero & auctoritate Doctorum simul, & nu. 7.
- 2 Verb. probata, communis, vel recepta, verificari in opinione plurium.
- 3 Communis est introducta ad suppleendum defectum orientem ex eo, quod auctoritas Doctorum non est necessaria.
- 4 Testes plures adhibentur in re difficilius probationis.
- 5 Doctori creditur propter auctoritatem.
- 6 Auctoritas Doctoris quid sit.
- 7 Communis perficitur ex numero plurium Doctorum separatorum, non qui habentur loco vnius, vt in Rota, & Collegio.



MIDIMVS quid sit Cõmunis opinio, modò in-piendum est, ex quibus ipsa constituatur, & conficiatur. In qua quidem inuestigatione conclusiue procedendo ex mente omnium Doctorum, & in specie Thom. Ferra. in tract. cautel. in caut. 3. 1. manifestum est, quod iudex, colum. 2. versicu. & illa dicitur communis, nu. 2. & D. Ioan. Paul. Lancelot. in d. sua disp. an, & quando Com. opin. sit attendenda, dicendum est, Communem opinionem ¶ ex duobus constare, seu cõstitui, & perfici, nempe ex numero, & auctoritate Doctorum, quod quidem verissimum, & clarissimum non caret ratione: nam quod numerus Doctorum, hoc est, plures Doctores requirantur ad constituendam commu. ostendit primò vis, & sig. ificatio istorum verborum, Cõmunis, recepta, probata, quibus vtuntur Doctor. ad commun. opin. istam significandam, quæ non possunt verificari in opinione vnius, sed in opinione omnium, vel maioris partis, vt iuribus, & auctoritatibus late comprobatur. And. Tiraq. de legibus cõnub. glo. 8. nu. 160. & 161.

- 3 Secundo quia, cum cõmunis ¶ sit introducta ad suppleendum defectum, qui oriebatur ex eo, quod auctoritas vnius Doctoris non est necessaria, sed solù probabilis, iuxta tradita à Docto. communiter in l. j. ff. si cert. per. merito in ea plures Doctores adhibentur: quia singula quæ non profunt, collecta simul valent. l. Titia Scio. §. Scia libertus. ff. de leg. ij. iuncta l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel.
- 4 Postremò, quia vbi difficultas consistit in probatione faciendâ per testes, ¶ maior testium numerus adhibetur. text. est clarus in l. si. C. de fideic. Vnde cum veritas in profundo sita sit, adeo quod maximè difficilis sit eius inuentio, non mirum, si plures Docto. concurrere debeant ad conficiendam communem, quæ pro veritate habeatur.

Quod verò auctoritas docto. requiratur in constituenda communi opi. facile suadet ex eo: quia doctori ¶ creditur solùm propter auctoritatem. quod manifestè demonstratur, nam doctor præsumitur peritus, l. vnic. §. ideoque. C. de nou. cod. fac. l. vnic. C. de profess. quæ in vrb. Constant. lib. 12. & tradit Alciat. in trac. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 19. nu. 2. quæ præsumptio trahit homines in opinionem, vt quicquid à doctore proficitur, bonum, & æquum, & consequenter attentione ac imitatione dignum cõseant, & sic sola auctoritate ad credendum impelluntur. auctoritas enim ¶ nihil aliud est, quàm opinio, qua quis putatur imitatione dignus, vt tradit D. Io. Paul. Lanc. vbi supra in secundo requisito cõmunis, in prin. per c. sana quippe, circa prin. 9. distindt.

- 7 Stat igitur, quod communis opin. constat ex numero & auctoritate doct. & non singulis, sed vtrisque ¶ coniunctim, & copulatiue, nam quiuis numerus etiam maximus absque auctoritate non sufficeret ad constituendam communem opin. cum doctoribus sola auctoritate credatur, neque cõtrâ quæuis maxima auctoritas vnius tantum absque numero plurium quicquam iuuaret, cum neque opinio glossæ solius dicatur communis.
- 8 Vltimò pro complemento istius disquisitionis sciendum est, quod numerus ¶ in communi debet esse plurium doctorum, qui non habeantur loco vnius, vt sunt doctores Collegij, Cõsiliij, Senatus, Rotæ, vel alterius ordinis, vel magistratus in actibus Collegij & similibus, sed qui singuli per se separati numerum faciunt: quia plures, qui habentur loco vnius, non faciunt communem, vt post Bart. tradit Io. Crot. in consi. 34. viso, & diligenter examinato. col. 3. nu. 18. quod verissimum credo, vt latius infra tit. 9. cas. 9. & 10. sed his cognitnis succedit inspectio, nempe qui numerus, & quæ au-

Qui Numerus, & Auctoritas Doctorum faciat Communem opinionem.

- 1 **P**INIO Glossæ à Bart. recepta dicitur Cõmunis.
- 2 Opinio Glossæ ab vno quouis alio doctore recepta Communis dicitur.
- 3 Opinio duorum doctorum maximæ auctoritatis communis est.
- 4 Communis præsumitur vera, & pro veritate habetur.
- 5 In ore duorum, vel trium stat ipsa veritas. Fall. nu. 9.
- 6 Testes duo regulariter requiruntur in omni negotio. Fall. numero 9.
- 7 Doctores dicuntur testes iuris.
- 8 Generalia veluti minus stringentia omittenda.
- 9 Testis debet deponere de his quæ sensu percipiuntur.
- 10 Opinio Glossæ amplexa ab aliquibus antiquis dicitur communis.
- 11 Opinio Glossæ approbata à tribus aliis doctoribus communis dicitur.
- 12 Quatuor doctores inter quos sit Glossa, Communem constituent.
- 13 Sequens opinionem Glossæ dicitur veritati inherere.
- 14 Opinio solius Glossæ, vel Archidiaconi sup. 6. dicitur cõis.
- 15 Communem opi. hodie esse maximi præiudicij.
- 16 Iudices hodierni inherent communi opi. tanquam securo carotio.
- 17 Verba, communis, probata, & recepta, quid significet apud doctores.
- 18 Communem constitui à septem doctoribus, inter quos sit vnus antiquus.
- 19 Numerus septenarius habetur in maxima veneratione, & est perfectissimus.
- 20 In eo, quod pius est, continetur quod est minus.
- 21 Argumentum à testamento ad Communem Opinio. validum esse.
- 22 In quolibet actu requiritur potestas, & voluntas agentis.
- 23 Septem testes requiri in re maximi momenti.
- 24 Ad approbandum scholarem requiruntur ad minus septem doctores.



VI Numerus, & auctoritas Doctorum requiratur ad Communem Opinionem constituendam, scribentes in eandem sententiam non conuenere, & in hac quæstione quinque diuersas reperio opiniones, quæ ad tres tantum reduci possunt.

- 1 Prima fuit opinio, quod Glossa ¶ approbata à Bartolo facit Communem Opinionem, & huius sententiæ fuere quidam Papienses in l. j. in prin. ff. de offi. eius & c. quos tacito nomine refert, & sequitur Catell. Cott. in suis Memorial. in verb. Opinio Communis in iudicando. propè fin. vers. & ideo secundum aliquos, vbi testatur ita seruari per collegium Iudicum Mediolani.
- 2 Secunda est opinio, quod Glossa ¶ approbata non solùm à Bartolo, sed etiam ab vno quouis alio Doctore constituat Opi. Communem. & hanc tenet Ias. in l. vt vim, col. pen. in fin. sub num. 34. ff. de iust. & iur. Thom. Ferrat. in trac. cautel. in caut. 17. magna est quæstio, num. 2. & Valentin. Forster. in tracta. de successo. ab intest. in titu. de success. nou. iur. ascenden. in 4. conclus. in 4. fundamen. vers. Bartoli verò auctoritas, fol. 276. & huius sententiæ auctorem adducunt Iacob. Butrig. in l. j. in fin. C. qui pro sua iurisd. quire vera hoc non dicit, sed solùm inquit, ego non recederem à Glossa, quia vñs non est contra eam: vbiunque ergo glossa firmat pedes, serua eam, nisi vsus sit in contrarium. & hæc sunt formalia eius verba, & sic hæc duæ opiniones volunt, vt duo doctores ¶ maximæ auctoritatis, vt est glossa, & Bartolus, faciant Communem Opinionem.
- 3 Pro confirmatione harum opinionum supponendum imprimis est, quod Communem Opin. ¶ præsumitur vera, & pro veritate habetur, vt per Alciat. in dict. tracta. præsumpt. regu. 1. præsumpt. 5. 1. numero secundo, cum similibus.
- 4 Modo faciunt pro istis Opinionibus: Primò quia in ore duorum,

- 5 duorum, vel trium ¶ stat omne verbū, hoc est veritas, vt in 2. q. 5. per tot. c. cum esse, extra de testam. cum adductis per Excell. Dominum Ludo. Alfer. concium meum inter consi. crim. diuerfor. in consi. 143. quàm sit detestabile, col. 1. nu. 7. lib. 1. cum concord.
- 6 Postremò, quia regulariter in quocunque negotio ad veritatem probandam ¶ duo testes requiruntur, l. vbi numerus, & ibi gl. vni. propè fin. ff. de testib. cum congestis per Iaco. nouell. in tract. regu. ad reliq. Reg. Pet. Duen. in reg. 2. 13. Testes duo in omni, Tom. 2.

At in proposito in probanda veritate ex Cõi Opin. emanata, adfunt duo Doctores, qui sunt testes iuris, Ergo & c. Quod verò Docto. ¶ dicantur testes iuris, ¶ batur in l. ij. propè fin. in §. post hunc maxime auctoritatis, vers. & vt obiter sciamus, vbi post alios tradit Zati. in si. in verb. restabatur, nu. 86. ff. de ori. iur. in l. si. in si. C. de his, qui in eccl. manumit. in l. pe. ibi, & huius sententiæ subtilissimum testem adducit, C. de cond. indeb. tradunt. Specul. in tit. de requis. consi. vers. item fac eos, nu. 8. 10. Fab. in prin. Comment. ad Insti. col. 3. in prin. sub nu. 2. vers. & vt hæc scriptura, Bal. in l. si. in 2. no. nu. 2. & ibi Adden. C. si cer. per. Alci. in l. i. in verb. Celsus. nu. 44. & ibi post alios tradit D. me. Thob. Noni. ff. si cert. pe. idè Aic. in consi. 2. 2. licet in istis causis, nu. 1. lib. 7. Tom. 2. & neminem ¶ dicentem inueni. Sed volentes has opi. tanquàm minus veras impugnare, facile rationes istas euitare poterim.

- 8 Nam præterquam ¶ sunt nimis generales, & sic ¶ veluti parum stringentes, omittenda sunt, fm Aret. in consi. 6. viso instrumento diuisionis, in prin. quem referit, & sequuntur Neuz. in consi. 67. dixit Decius, in prin. sub nu. 1. & Roland. à Vall. in consi. 1. viso themate ex iuribus, nu. 4. lib. 1.

Supradicta etiam pronunciata, quæ habent, ¶ in ore duorum vel trium stat omne verbum, & quod duo testes regulariter in quocunque negotio requiruntur, locum habent ¶ in iis quæ sensu corporis percipiuntur, secus vero in iis, quæ consistunt in intellectu, vt in casu nostro. Et ratio diuersitatis potest esse, quia in rebus, quæ sensu extrinseco percipiuntur, cadit optimus, & pl. na probatio per duos testes, cum adfit vtrumque requiritur, nempe potestas vera, cum vnusquisque possit affirmare, quod aliquo sensu corporeo percipit: & voluntas saltem præsumpta, cum nemo præsumatur dicere mendacium ex eo, quod censetur bonus. at secus est in aliis, quæ non apprehenduntur sensibus, quia licet adfit voluntas, deficit tamen potestas, cum nemo, quæ non videt, vel audit, vel tangit, vera dicere valeat, & hinc est, quod testis ¶ ad hoc vt probet, debet deponere de his, quæ aliquo sensu corporeo percipiuntur, l. testium, & ibi Doct. C. de testib. doct. in l. j. ff. si cert. per. & alibi passim.

Et hoc præcipuè in iure procedit, in quo difficillimum est aliquid pro vero affirmare, vnde cum sit diuersa ratio, non est inferendum de vno ad aliud, vulg. l. Papi. exuli ff. de mino.

- 11 Quamobrem Tertia successit opinio, quod glossa ¶ approbata ab aliquibus doct. antiquis faciat communem opi. & hæc fuit sententia Hier. Grat. in consi. 13. 1. nobilis vir Scipio, in fi. nu. 20. lib. 1.
- 12 Quarta suborta est opinio, quod gl. ¶ cum qua pertransseunt tres alii doctores, constituat ipsam Cõmunem, & hæc tenuit idem Grat. in consi. 7. 5. quæuis si prius, col. 4. nu. 2. lib. 2. quem sequuntur Franc. Cosci. in cap. 1. nu. 26. extra de const. & Coscium referens Fran. Viui. in tract. Commu. Opi. lib. 1. Opini. 182. iudex in iudicando, ante h. ver. ideo non est credendum, & alij, & in summa istæ duæ opiniones, coniungendo eas tanquàm ab eodem fonte, videlicet à Grato emanatas, volunt, quod quatuor doctores, ¶ inter quos sit Glo. quæ auctoritate omnes alios antecellit, vt tradit Barto. & sequuntur reliqui in l. vt vim ff. de iust. & iur. faciant Communem Opin. quæ conclusio iuuatur ex eo, quia talis est auctoritas gl. ¶ vt qui eam sequitur, ¶ veritati inherere dicitur, & in perpetuum non erret, vt voluit Bald. in l. fin. §. necessitate, col. 3. in prin. sub nu. 9. post med. vers. & ideo loquitur, C. de bon. qua. lib. quem refert, & sequitur Ias. in l. vt vim, col. pe. sub nu. 34. ff. de iust. & iur. quæ veritas præsumpta, si amplexa sit à tribus aliis doct. videtur effici certa, vnde non mirum si dicatur Communis, & pro ea præsumatur.
- 13 Verum & istæ Opiniones parum subsistunt. nam hæc ratio laborat eodem morbo, quo superiores, & non attingit rem ipsam.
- 14 Quinta & vltima extat opinio, quod sententia ¶ ipsius Glossæ solius, & Archidiaconi super 6. Dece. adeo sit communis, vt præferatur alteri Communi, de qua Opinione agemus infra tit. 9. in cas. 6. & 7.

Sed ista est peior prioribus ¶ vt ex ibi dicendis apparebit. Ex quibus patet, quod istorum sententia in aere fundate sunt, cum nihil habeant, quo subitari possint. Itaque ipse nulli istarum opinionum facile adhareo.

- 16 Nam quanti sit præiudicij ¶ his temporibus Communis opinio, vnusquisque per se clarè poterit ex eo intelligere, vt inquit Maria. iun. in consi. 13. 1. quæstio propõsa, col. 1. num. 3. lib. 1. Vnde cum, vbi maius inest periculum, ibi cautius sit agendū, l. 3. §. duæ causæ ff. de Carb. edic. c. vbi periculum, de elect. in 6. diligentius, & accuratius est in hac re aduertendum, & non ita facile ex tam exiguo Doctorum numero, & auctoritate communis opinio constituenda est, càm nulla lex, vel ratio ad ita tenendum nos impellat.

Quinimo autores supradictarum opinionum omnes per functorie, incidere, & nulla diligentia adhibita loquuntur: vnde si rationes in contrarium adducantur, facile submouebuntur.

Et imprimis in huius difficultatis resolutione inspicendum est ad vim, & efficaciam horum verborum communis, recepta, & probata, quibus vtuntur Docto. nostri ad Communem ipsam significandam, & non singulorum, sed simul omnium, ex quo intelligemus, quod Doctores ¶ communis istius opinionis nomine nihil aliud demonstrare voluerit, quàm sententiam illâ, quæ ab iis doctoribus esset recepta, & approbata, quorum numerus, & auctoritas ea sit, vt quod ipsi asserunt à reliquis omnibus pro indubitato, vero, bono, & quo, & per consequens inuolubiler seruando habeatur, non verò quod à duobus, tribus, vel quatuor traditum reperitur, quorum numerus inter tot, & tatos scriptores tam antiquos quàm modernos exiguus, & parum curandus verè possit nuncupari.

Nam quemadmodum in aliqua facti dubitatione, si ad famam, & communem opinionem sit recurrendū, non quod duo, tres, vel quatuor, sed quod omnes, vel maior pars hominum loci, vbi factum contigit, affirmat, Communis opin. dicitur, vt per And. Tiraq. in tract. de legib. cõnub. glo. 8. nu. 160. & seq. ita in proposito nostro habito respectu ingentis numeri auctorum, & scriptorum in hac legali scientia, non quod duo, tres, vel quatuor opinantur, sed quod magna pars eorum tradit, commune, receptum, probatum verè dici poterit.

Quid ergo statuendū in hac difficili quæstione? Equidem diu considerando in eam incidi sententiâ, vt Cõis opi. ¶ cõstituiatur numero septem Doctorum ad minus: si inter eos sit Glossa Innocentius, Hostiensis, Speculator, Bartolus vel alius doctor eximia auctoritatis, si minus maiori numero secundum pondus & auctoritatem eorum.

Et ad ita tenendum motus fui ex pluribus: & Pri. nõ, quia 20 numerus septenarius per se ¶ dicitur esse perfectissimus, & maxima habetur in consideratione, vt plenè alios congerens tradit Ioan. Franc. Far. in tract. de essent. infan. prox. infant. & prox. puber. capit. 1. in fin. nume. 9. & clarè ostenditur ex frequentissimo eius vsu in Diuinis, Naturalibus & Humanis: & in Diuinis habemus complura exempla.

Nam Deus post creationem mundi septima die quieuit, quæ appellatur Sabbatum, hoc est dies quietis, & benedixit diei septimo: in Cælo sunt septem ordines spirituum beatorum, ante Deum sunt septem intelligentiæ, & data sunt illis septem tube: nomen Dei ab Hebræis scribitur septem literis, septem sunt Dona Spiritus sancti, per quæ numerus iste septennarius Spiritui sancto consecratus dicitur, quæ septem dona apud Zachariam dicuntur, septem oculi ipsius Dei, septem lampades ardebant ante tronum Dei, & septem candela labra aurea, & in medio eorum similis filio hominis, & habebat in dextera sua stellas septem, vt legitur i Apocalypsi, vidit quoque Agnum habentem septem cornua, & septem oculos, & vidit librum ob signatum septem sigillis, & cum n. apertum fuisset septimum, factum est silentium in Cælo: septem sunt Sacramenta Ecclesiæ, septem Psalmi pœnitentiales, septies saluè dicit sacerdos assistens Missæ, cū aliis pluribus, quæ passim occurrunt in sacra scriptura.

In Naturalibus complura occurrunt exempla, nam semen genitale in Matrice septem horis conuertitur in humanam naturam, septem mensibus partus perfectus est, & post partum septem horis dignoscitur an natus sit victurus, septem horis homo absque respiratione viuere potest, septem fenestras habet corpus, quibus ¶ alitur, videlicet, oculi, nares, aures, & os, septem horis sit bona digestio, septem horis est necessè dormire, vt fiat bonum nutrimentum, septem diebus

potest quis vivere absque cibo, vt de Comite Vgolino legitur apud Dantem in inferno: summus humani corporis crescendi modus est septem pedum, septem cellulæ sunt in Matrice, vnde secundum Medicos septem filij eodem partu edi possunt, septem modis potest moueri homo, videlicet, ante, retro, sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, & in circulo, cum aliis innumeris, quæ possent facile adduci.

In Humanis etiam non desunt exempla, cum septem fuerint Reges Romani, septem bella ciuilia, septem sapientes tempore Hieremiæ Prophetæ, septem sapientes in Gracia, septem diebus arsit Roma sub Nerone, septem Mõtes, & septem ecclesiæ principales in Vrbe, septem sunt Electores Imperij, septem actus solemnnes requiruntur in coronatione Imperatoris, cõsexcentis, q̄ quotidie in actibus hominũ occur runt. Et iste numerus septenarij à Pythagoricis dicitur numerus Virginitatis ex eo, q̄ non producat aliquo numero duplicato, vnde ab antijs Palladij p̄secratus est, vel fm Plutarchũ Apollini: Præterea dicitur numerus beatitudinis iuxta illud Poete, O terque quaterque beati.

Deinde dicitur numerus purificationis, vnde Apuleius, Neque protinus purificandi studio marino lauacro trado, septies submergo fluctibus &c. & legitur 4. Regum, q̄ Heliseus Propheta inquit leproso, ingredere Iordanũ, & septies te laua, & purificaberis. Est numerus pœnitentiæ, & remissionis, vnde sapiens, & super peccatorem septuplum, & septimo anno fiebant remissiones, est numerus libertatis ex quo serui Habrei in septem annis libertatem consequantur. Dicitur numerus laudis, vnde Propheta, septies in die laudem dixi tibi, & tãdem dicitur est numerus vindictæ, vnde legitur in sacra scriptura, septuplum vltio dabitur de Cain. & apud Psalmistam, redde vicinis nostris septuplum de sinu eorum: Ex quibus apparet, quàm frequens sit vsus istius numeri septenarij, & etiam quàm sit perfectus. vnde cum nullum habeamus determinatum numerum doctorum Communem constituentium, merito ad perfectum recurrimus.

Secundò adductus sum ad hanc opinionem firmandam, quoniam hæc sententia non solum nõ discrepat ab opinionibus suprà relatis, sed potius cum omnibus cõuenit & cõcordat, imò est eadem cum ipsijs, quod clarè ostenditur: nam 1. in eo, quod plus est, continetur & minus, l. in eo, vbi post alios pulchre id explicat Ioan. Ferrar. ff. de reg. iur. cum simi. At hæc nostra opinio cõtinet plura, sub quibus possunt cõtineri omnia contenta pauciora in suprà relatis omnibus opinionibus, cum numerus septenarius contineat numerũ singularium sententiarum, nempe numerum duorum secundum priores duas opin. & numerum quatuor secundam duas posteriores opi. & numerum vnus secundum vltimam opi. suprà relata. Merito & c.

Tertiò motus sui ex eo, nam, cum innumeris ferè, & præsertim hodie reperiantur libri, & auctores, quãdo quotidie in magnam quantitatem crescunt, adeo, quod numerus eorũ qui in hac, vel illa q. scripserint, certus haberi nequeat, vt factò calculo maior pars eligi possit, quæ Communè cõstituat, sic in genere, & in cõsulo, cum in specie, & ad amussim fieri nequeat, eligendus est numerus, qui mediam viam infestet, hoc est, vt ad sint, & reperiantur quæstiones, quæ & maiori, & minori numero, quàm sit electus, nitantur, ac iuuètur. At numerus septem est huiusmodi, nam plura sunt in iure, in qua pauciores, & in qua longè plures, quàm septem scripserunt, & sic numerus iste mediam viam tenere videtur, Ergo & c.

Quarto loco principaliter, & vrgentiſſimè mihi hanc sententiam suavit exemplum Testamenti: nam quomodo in testamento requiruntur septem testes, l. hac consultiſſima, & l. fina. C. de testamen. & Instit. eod. in princip. cum simi. ita eadem, imò maior ratione in Cõi Opi. constitueda debent interuenire septẽ Doctores, qui sunt testes Iuris.

Quod verò maior, vel eadem sit ratio in Cõmuni, quàm in testamento, clarè deducitur ex eo: nam ideo in testamento non duo, vel tres testes, prout in cæteris negocijs regulariter interuenire solent, l. vbi numerus, & ibi gl. prope fi. ff. de testib. sed septem requiruntur, quoniam cum maximè inter sit, vt voluntas testantium impleatur, ne quid falsitatis incurrat per duos testes, lex maiorem numerum testium exposulauit, vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur, ita ad litteram dicitur in l. si. circa fi. v. cum enim res, C. de fideicom.

At ista ratio multo maior viget in Communi, quæ negari non potest, quin sit maximi momenti, & præiudicij, vt suprà diximus, & multò maior suspicio falsitatis insit in con-

stituenda Communi, quàm in testamento, propterea quòd cum in quocunque actu duo cumulatiuè requirantur, potentia videlicet, & voluntas. capitulo cum super, de offic. delega. l. secunda, vbi Bald. C. de donat. ant. nupt. cum addu. & is per Andr. Barbat. in consil. 10. animaduerso puncto, col. 8. versiculo, & clarum est quòd omnis actus, nume. 2. s. lib. 2. & Dec. in consilio 23. i. viso casu proposito, sub nume. 2. cum concord.

In testamento non potest interuenire falsitas, nisi in vno requisito, nempe in voluntate, cum clarum sit, quòd in potestate falsum committi nequeat, cum sensibus percipiatur quod testator disponit in Communi verò falsitas potest interuenire ex vtroque requisito, vt videlicet ex voluntate & etiam ex potestate, cum ius, & iustitia non percipiuntur aliquo sensu extrinseco, sed in intellectu consistunt: vnde falsitas in falsitatem est lapsus propter humani ingenij inbecillitatem. Et sic ratio, quæ mouit legiflatores ad ita disponendum in testamento, a quæ & magis viget in Communi, quæ pro veritate habetur, & per consequens quod in testamento est dispositum, in Cõmuni etiam est disponendum, arg. l. à Titio. cum vulg. ff. de verb. oblig.

Quintò motus sui, quoniam vbi agit de re maximo. 24. menti, & præiudicij, septem testes adhiberi solent, quod probatur auctoritate Sacra scripturæ, vbi legitur, quòd Abraham, quando contraxit pacem cum Abimelech, statuit septem Agnos in testimonium, cum promissio pacis Deo facta sit maximi momenti. Præterea probatur in capit. praxul. 2. quæst. 5. vbi propter reuerentiam sacrorum Ordinum & seruitij Ecclesiastici, Subdiaconus, Acolytus, & alij de quibus ibi, nisi conuicti septem testibus condemnari nequeunt, At Communis Opin. vt sæpius diximus, maximi est præiudicij: Ergo & c.

Sextò, & vltimò, adductus sum, nam quemadmodum in 25. approbando scholari requiruntur septem doct. l. si quis, C. de profess. & med. libro 10. & tradit Gloss. fina. in l. magistr. quam sequuntur ibi Bartol. sub numero secundo, versiculo, secundo examinatio, Ioan. de Plate. col. 1. prima. in fin. versiculo, tertio requiruntur doctorum, & cætera, C. eod. titul. de profess. & med. libr. 10. quos refert, & sequitur Abb. in capit. proposuisti. col. 3. numero 8. & seq. extrã de probat. vbi etiam subdit, quòd si non adsint tot Doctores in loco, vbi sit approbatio, debent vocari exteri. Et Perusiz, vbi quatuor tantum Doctores sunt deputati ad approbandum, concessum est ex priuilegio, vt afferit Bart. in d. magistr. & sequuntur alij passim: Ita in cõstituenda Communi, quæ constat ex auctoritate doctorum debet interuenire septem doctores, nam approbatio scholaris fit ad cognoscendam eius periciam, & scientiam: item & Cõmunis eget comprobatione circa scientiam, & doctrinã, cum auctoritas, ex qua constat Cõmunis, oriatur ex doctrina, vt infra tit. 5. in prin. Et ex his satis clarè, & vrgenter suaderi potest hæc opinio, vt septem Doctores ad minus constituant Communem.

Magis Communis Opinio quo excessu Numeri, & Auctoritatis Doctorum constituatur.

TITVLVS IIII.

Summa Notabilium.

- 1. COMMVNIS Opinio potest habere contrã se magis Communem.
- 2. Doctores in eadem q. de Communi pro vtraque parte attestantes possunt veritatem dicere: & ideo non sunt reprehendendi.
- 3. Magis Communis Opin. cognoscitur per ponderationem, & numerationem auctorum.
- 4. Magis Communis est Opinio, quæ à pluribus Doctoribus recipitur.
- 5. Magis communis dicitur quæ approbatur à Docto. maioris auctoritatis.
- 6. Magis Communis Opin. quo excessu numeri, & auctoritatis Docto. constituitur, repositum est arbitrio iudicis. Datur tamen quædam Theorica. nu. seq.
- 7. Magis Communis fit excessu vnus tantum in quæstione sterili data paritate auctoritatis. Declar. nu. 9.
- 8. Minima non habentur in consideratione, & quomodo.

10 Magis

10 Magis communis in quæstione ampla data paritate autoritatis fit excessu numeri duorum. Declar. nu. 12.

11 Dictio, multa, seu plura, verificatur in duobus.

13 Magis comm. data paritate Autor. effici excessu vnus numeri pro singulis decem.

14 Magis com. data paritate numeri fieri per omnẽ excessum autoritatis, Declar. nu. 15. & 16.

17 Quando vna opinio habet doct. plures, contraria verò grauior, Magis com. est, quæ tenetur à doct. grauioribus.

18 Verius esse id repor. endum arbitrio iudicis.

19 Numerum posse re. uci ad autoritatem, & econtrã. & quo modo. numero 22.

20 Doctõr quisque licet infimus suam habet autoritatem.

21 Numerus doct. in Communi quare requiratur.

23 Magis comm. dici, cuius excessus numeri est maior excessu autoritatis.

24 Et econtrã, cuius excessus autoritatis est maior excessu numeri.

25 Quando excessus numer. & autor. sunt æquales, neuter facit magis commu. & nu. seqq.



1. B. Iam dictis clarè constat, ex quibus cõstituitur Communis opin. nunc verò ad uertendũ est, complures reperiri casus, qui de iure adeo controuersi sunt, vt ad sit ex vtraque parte Cõmunis opi. doct. & plerunque alia q. sit magis com. vt experientia videmus, & tradit Neuiz. in sua Sylu. nup. lib. 5. sub nu. 4. versic. & sic contingit, & nume. 9. post princ.

2. Ex quo defenduntur doctores, qui in eadem q. testantur pro vtraque parte de Communi opi. nã omnes benedicunt, cum hinc inde possit esse Communis, vt patet ad sensum, & tradit Do. meus Io. Pau. Lancell. in d. sua disput. An. & quando attend. sit com. opin. in primo requisito.

3. Ista verò magis comm. opi. cognoscitur per ponderationem, & numerationem autorum vtriusque partis, vt in specie tradunt Cagno. in l. 2. col. 16. nume. 50. in fi. versic. & quãuis in primo, C. de pact. int. empt. & vend. & Antol. Grauat. in adde. ad Vest. in sua prax. lib. 4. c. 5. nu. 23. circa med. versic. sed certe prior opinio, & id in facto seruat Soc. in con. 1. 50. Dominus labia & c. vt in quæstione, in fi. lib. 1. quem refert, & sequitur Boc. in deci. 209. & illam, quã ibi tenuimus, in fi. & vtrunque facit istos referens Dom. meus Franc. Canturius verè vas ingenij, & maturi iudicij plenum, & accerrimõ Communis opinionis cultor in pluribus eius responsis nõ minori doctrina, quàm elegãtia redditus, clariùs apparebit, cum impressa circumsferentur, & precipue in resp. incip. tota huius controuersia, vbi id seruat in prima inspect. & pro vero tradit in 2. inspect. in primo fund. & est de mente omnium doct.

4. Et ea opin. test magis com. quæ maiori doct. numero fulcitur, vt tradit Abb. in c. 1. col. fi. sub num. 1. 5. & ibi Felin. col. pen. sub nu. 54. versic. & illa dicitur comm. & Auguft. Bero. nu. 268. extrã de constit. Thom. Ferrar. in tract. cautel. caut. 3. 1. manifestum est, quòd iudex, nu. 2. Ant. Corl. in trac. Tre bell. 5. in fi. sub nu. 10. Ant. de Prat. ver. inter consil. Alex. in consil. videtur prima fronte, col. 1. in fin. sub numer. 10. versic. & si variè sint opin. lib. 4. l. 2. sub numer. 3. versic. nam illa censetur, & ibi Purpur. in addit. C. de inst. & lubst. & in auth. si qua mulier, nu. 1. 5. C. de sacro. eccl. Alcia. in l. 1. in verb. celsus ait, sub nu. 44. ff. si cert. pet. Neuiz. d. nu. 4. prope fi. versic. & dicitur Communis. Lancell. Corrad. in lib. de prator. 5. 2. in ti. de senten. nu. 2. 5. Benincas. in §. actionum. n. 344. inst. de act. Hipp. Riminal. in l. precibus, n. 47. 5. C. de impu. & al. sub. & inter consil. vltim. vol. diuer. in cõl. 166. mag. Domine Ioan. column. 5. in fi. numer. 9. lib. 1. Nicol. Moron. in tract. de fid. treug. & pac. par. 2. q. 12. nu. 2. Dom. meus Frã. Cant. in d. resp. in 2. inspect. in prin. & alij passim adeo, quòd ista sit ab omnibus recepta sententia.

Eodẽ modo, & ea opinio, quæ habet Doct. maioris autoritatis test magis Communis, vt concludunt Mathes. in tra. de elect. versic. opi. in fi. Alex. consil. 202. viso themate, & dubijs, col. fi. sub nu. 7. versic. & dicitur doct. & ibi Adden. lib. 7. Franc. Turza. in tract. com. opi. in opi. 160. pbationes, in fi. Alc. in tract. p̄sump. reg. 1. p̄sumpt. 5. 1. n. 3. Neuiz. vbi suprà nu. 5. Gozad. in consil. 39. prima facie videtur, col. 3. nu. 17. & consil. 59. prima facie dicendũ, col. 4. in fi. nu. 2. 1. Gomeſi. in cõm. ad Regu. cæcel. in poem. q. 2. in 4. funda. partis. affirmat. Petr. Iorio. in d. l. 1. in verb. Celsus ait, nu. 3. ff. si cert. pet. Lan-

cell. Corrad. vbi suprà nu. 2. 5. Grat. in cõsilio, 75. quamuis si prius, col. 3. sub nu. 20. lib. 2. Marc. Anto. Narr. in consil. 130. superioribus annis consilij, col. 5. num. 5. Aug. Bero. cõsili. 99. nõ recedendo ab iis, col. 3. nu. 5. lib. 1. & consil. 15. pro respõsione, prop. fi. nu. 13. lib. 2. Grauat. sub d. nu. 23. D. meus Franc. Cant. in d. resp. 2. Inſpe. in 2. funda. cum sim. & est receptissima opinio, nemine aduersante, & illa adeo p̄cipua sunt, vt nulla prorsus egeant comprobatione. Sed difficultas consistit in dignoscendo, Qui excessus numeri, & autoritatis doc. constituat magis communem opi.

6. Et licet resolutio istius indagacionis reposita sit in arbitrio ipsius iudicis, qui ex qualitate autorũ omnem controuersiam potest dirimere, cum non possit tradi certa regula super hoc, vt tamen res eò dilucidior reddatur, tres inspectiõnes adhibendas esse cõseo, quarũ Prima erit, data paritate autoritatis qui excessu numeri faciat magis comunem. Secũda, data paritate numeri qui excessus autoritatis: Tertia, & vltim. quando ex vna parte est maior excessus numeri, ex alia maior excessus autoritatis, quid dicendum?

INSPECTIO I.

Redeundo modo ad primam, duo sunt in ea distinguendi casus, Quorum primus est, quando sumus in quõne sterili, q̄ paucos habeat auctores, vt puta octo, vel decẽ. Et hoc casu concludendum est omnem excessum etiam vnus numeri facere magis communem opi. exemplum, decem doctõ. tenet, legitimam filia: dotata: à patre augeri per auctorem facultatum paternarũ: Vndecim verò doctõ. opinantur contrarium, hoc casu magis com. dicitur, quòd legitima nõ augeatur, & ita firmat Dom. Io. Pau. Lancell. in d. sua dispu. in primo requi. in 2. lim. & ratio huius conclusiõnis est, quia magis cõm. opinio constituitur ex maiori numero doctõ. & negari non potest, quin excessus vnus faciat numerum in hoc casu.

8. Nec dicitur, quòd excessus vnus numeri est modicus, & ideo non curandus, argu. l. scio, cum ibi nota. ff. de integ. rest. cum concord.

Quoniam resp. q̄ istud haberet locum in quõne magna, & à pluribus pertractata, quia tunc habito respectu ad rem, de qua agitur, diceretur iste numerus minimus, nec curandus: nam maximum, & minimum consideratur secundũ magnitudinem rei de qua agitur, vt tradunt Bartol. & ceteri in d. l. scio, secus verò in quæstione sterili, prout est in casu nostro.

9. Ista tamen conclusio test intelligenda, quõtes doctõ. oēs tenent hoc clarè, & expressè, secus si p̄sumptiuè, vel alio modo non expressè.

Secundò quando bene fuerit reuoluti libri, adeo quòd si non clarè, nam id fieri vix potest propter innumeris libros, & auctores, saltè verisimiliter alius reperiri non possit, secus aliàs.

Tertiò, & vltimò, nisi pro opi. habente minorem numerũ adessent plures attestaciones de Com. opinione: nã licet attestatio non faciat opinionem Com. tamen quoniam p̄pter illas plures attestaciones esse facile p̄t, q̄ alij eam secuti sint consulendo, & iudicando: quorum scripta non reperiantur, ideo talis excessus hoc casu non attendetur.

Secundus est Casus, quãdo sumus in quõne ampla, in qua plures scripserunt Doctores, & tunc concluderem, q̄ si sint 10. 15. vel 20. excessus duorũ ad minus cõstituat magis Com. opinionem. Exempli gratia, viginti Doctõ. tenet possessiõne esse quid facti: 22. verò doctõ. tenent p̄rium, hoc casu magis Communis opin. erit, vt possessio sit iuris, & hoc est de mente D. Io. Pau. Lancell. in d. primo requiſit. & comprobatur, quia numerus 20. non est adeo ingens, vt per duos non dicatur augeri: & presertim quia, cum magis Communis constituat numero plurium.

11. Ista dictio, plura, seu multa, verificatur in duob. tex. est clara in fi. vbi latè alias auctoritates adducit Sylu. Aldobran. in fi. n. 26. Inst. de iur. perso. & tex. etiã in §. singulari. Inst. de rer. diuis. firmat Glo. in l. §. hoc rescriptum. in verb. multa ff. ad Syllania. & sequuntur alij doctõ. passim, quicquid dicat Gl. in d. §. si. & malè, cũ videat velle arguere Imper. de defectu.

12. Hæc tamen conclusio intelligenda est cum qualitatibus suprà relatis in primo casu, vt videlicet hi Doctõ. clarè firmant suam opin. quod diligenter fuerunt reuoluti libri, & q̄ non adsint plures attestaciones de Com. opi. p̄tria parte.

In cæteris verò quæst. habetibus maiorẽ numerum autorum, vt puta 30. 40. vel alterius, ipse q̄ augerem vnũ pro singulis decẽ, ita vt si p̄ vna parte adsint 30. doctõ. ad hoc vt cõtraria efficiatur magis commu. neceſse sit quòd habeat 33. doctõ. ad minus, & si ex vna sint 40. ex alia 44. doctõ. adesse Communis opin. To. 4. XXXX 3

debeant, vt faciant eam magis commun. & sic de singulis per ea quæ supra dicta sunt.

Et ista dicta sint de veritate, & rigore: sed quoniam is hodie est Scriptorum numerus, vt omnes haberi nequeant, & quos habemus singulos Ita videre non possumus, vt certi efficiamur, alium, vel plures doct. non reperiri, qui huic, vel illi opinioni accedant.

Ideo iudex nō ita facile per excessus ita paruos magis comunem hanc, vel istam sententiam declarabit, sed potius in huiusmodi casibus quæstionem dubiā, & neutram opi. magis com. pronuntiabit.

INSPECTIO II.

Subsequitur modò 2. Inspect. quæ habet data paritate Numeri doct. qui excessus auctoritatis constituit magis com. In hac difficultate etiam si firma, & certa resolutio fieri nequeat propter incertam auctoritatis quantitatem, quæ velut umbra, & imago quadam coniecturis, & præsumptionibus excerpta nobis ostenditur, tamen vnā cum Alci. in l. 1. in vers. Celsus ait, nu. 44. ff. si cer. pet.

Firma faciendā est cōclusio, vt omnis excessus auctoritatis 14 faciat magis com. opi. quod suadent lex, & ratio, & primò l. maiorem, in versiculo, in numero autē pari, ff. de pact. deinde ratio, quoniam excessus auctoritatis apprens non potest esse, nisi magnus, cum modicus facile non discernatur, & in pari numero doct. maioris auctoritatis sunt præferendi.

15 Et hæc cōclusio procedit, siue excessus iste sit in persona vnus, vt puta si pro altera cōmuni adesset auctoritas gloss. doct. verò alterius com. sint auctoritate pares tenentibus cū glo. nam cum ea sit glo. auctoritas, vt per se sola satis extollat verticem supra alios, vt tradit Bart. & ceteri in l. vt vim. ff. de iust. & iur. sufficit ad efficiendam magis com.

16 Siue econtrā excessus sit in pluribus, vt puta si pro altera cōmuni adesset gl. pro altera Innocentius, & Bart. reliquis doctoribus auctoritate paribus, nam cum auctoritas Innocentij, & Barto. superet auctoritatem solius glossæ, iste excessus in pluribus facit magis com. Concludamus ergo quod omnis excessus considerabilis in auctor. facit magis com. da ta paritate numeri.

INSPECTIO III.

Circa tertiam Inspect. quando videlicet ex vna parte est maior doctorum numerus, ex alia maior auctoritas, qui excessus constituit magis com. opi. numeri ne, an Auctoritatis. Marth. Mathesil. in d. tract. de elect. ver. opi. prop. si. sub 17 nu. 10. ver. si vero, vt supra, existimat, quod in dubio ea opinio sit eligenda, quam tenuerunt doct. maioris auctoritatis, etiam si sint numero pauciores, arg. d. l. maiorem. ff. de pact. nisi forte pro alia parte esset numerus duplo maior, quia ea tenenda esset. arg. c. si quando, de elect. in 6. & sic præsupponit, quod excessus auctoritatis faciat magis com. nisi excessus numeri sit in duplo: Sed hæc resolutio nullo mō satisficit: nam in primo membro sic indistinctè non est tuta: in secundo verò est omnino falsa, nam potest dari casus quo excessus numeri etiam duorum constituit magis com. mulicet pro alia sit excessus in auctoritate, vt ex infra dicendis clare apparebit.

Quamobrem verissima est opinio Alcia. in d. l. 1. in verb. 18 Celsus ait, nu. 44. in si. ff. si cert. pet. qui vult hoc casu id omne relinquendum esse arbitrio iudicis. nam fatendum omnino est, certā, & clarā Theoricā super hac re tradi, impossibile esse cum auctoritatis quantitas haberi nequeat, sed eius qualis qualis cognitio vix potest apprehendi ex qualitate doct. particularium, quando sumus in aliqua facti specie, vnde non mirum, si iudicis arbitrio relinquatur, qui facto cuncta rectè pendere potest.

Verumtamen, quando specificam doctrinam in hac dubitatione constituere non licet, generalem regulam ad facilitatem cognitionem firmare non ab esse duxi: & antequam ulterius progrediamur, vnum necessariò præmittendum est. 19 Nèpe quod numerus, & auctoritas doct. possunt perpedi & calculari, & numerus potest reduci ad quantitatem auctoritatis, & auctoritas ad quantitatem numeri: in quo aduertendum est, quod licet vnus doctor habeat maiorem auctoritatem, vnusquisque tamen habet infimum, quod suam habet auctoritatem, nam, cum pro Doctore præsumatur, quod sit peritus, & bonus, ista præsumptio excitat quandam opinio-

nem in pectore hominum, qua ipse censetur imitandus, & per consequens gignit auctoritatem, quæ est opinio, qua quis putatur imitatione dignus, d. c. sana quippe, 9. dist. 11.

Et cum talis Doctoris infimi auctoritas minima sit, quæ vnus tantum in constituenda Communi nihil operaretur, 21 iste defectus suppletur numero plurium doct. quorum singulorum auctoritate minima simul iunctæ faciunt auctoritatem maiorem, seu maximam, cum plura modica, vt dici solet, faciunt vnum satis.

22 Ista igitur reductio numeri ad auctoritatē, & econtrā, fit per solam ponderationem auctoritatis maioris, & minoris hoc pacto, quoties in questione sunt diuersæ scribentium sententiæ, ita vt dubitari contingat, quæ sit magis com. opi. singulorum doct. auctoritates sunt pendendæ, & considerandæ pout infra tit. seq. & deinde duorum, vel plurium auctoritates simul comparandæ, & si vnus superet auctoritate alterū in duplo, adeo quod eius auctoritas sit par, & æqualis auctoritati duorum: ille solus dicitur facere numerum istorum duorum, isti verò duo auctoritatem eius solius item econtrā vnus dicitur facere auctoritatem illorum duorum, & isti duo numerum eius vnus: Idem est si auctoritas duorum ea sit, vt æquiparetur auctoritati trium inferiorum Doctorum. Nam duo faciunt numerum illorum trium: tres verò auctoritatem eorum duorum, & econtrā duo faciunt auctoritatem istorum trium, & tres numerum illorum duorum, & idem faciendum est in aliis Doctoribus maioris, vel minoris auctoritatis, Tadem comparatione ista facta, & reductio sit calculus numeri, & auctoritatis omnium doct. vtriusque partis, & ea opinio, quæ maiori vel numero, vel auctoritate Doct. iuuabitur, erit magis communis.

Et vt hæc omnia facilius percipi possunt, pono exemplū. Fingamus, quod auctoritas vnus antiqui sit par auctoritati trium Modernorum.

Modò tres Antiqui tenent, & hoc exempli gratia, non verè, causas meri imperij non posse subdelegari, sed nouè Moderni tenent contrarium. reductio sit hoc pacto, cum auctoritas vnus Antiqui æquiparetur auctoritati trium Modernorum simul tres antiqui faciunt numerum nouè Modernorum, & nouem Moderni auctoritatem trium Antiquorum, & econtrā tres Antiqui faciunt auctoritatem nouem Modernorum, & nouem Moderni numerum trium antiquorum, itaque hoc casu par erit numerus, auctoritas vtriusque partis & neutra opinio erit magis communis.

Pono aliud exemplum in eadem specie persilendo, quinque antiqui tenent, causas meri imperij non posse subdelegari, contrarium tenent 12 Moderni, & hoc exemplum deseruiet pro reprobanda opinione Mathes. supra relata, facta reductio, vt modo supra, quinque antiqui faciunt numerum & auctoritatem 15 Modernorum, & 12 Moderni numerum & auctoritatem quatuor antiquorum. ita opinio antiquorum, quod causæ meri imperij non possint subdelegari, erit magis communis, quia sulcitur maiori auctoritate, & numero trium Modernorum, & vnus antiqui, quàm contraria. adduco & tertium exemplum in eademmet specie, vt facilius res intelligatur: quatuor antiqui opinantur causas meri imperij non posse subdelegari, sed in contrariam sententiam iuerunt 18 Moderni: quatuor antiqui faciunt numerum, & auctoritatem 12 Modernorum, 18 Moderni verò faciunt numerum, & auctoritatem sex antiquorum, & consequenter opinio Modernorum, quod causæ meri imperij possint subdelegari, erit magis com. cum excedat opinionem contrariam numero, & auctoritate sed Modernorum, & duorum antiquorum. Et hæc satis sint, cum idem in similibus dici debeat.

Quamobrem concludendo, quando dicimus, aliquem maioris auctoritatis, perinde est, ac si diceremus plures esse numero, & econtrā, & ratio est, quia de Doctore maioris auctoritatis ea est opinio apud oēs eius scientiæ, & doctrinæ, quæ habetur de duobus, vel pluribus simul, ad quod cōfert illud, Nam quoties occurrit vir aliqua armorum experientia fortis, sepe dicere solemus, hunc duos, vel tres alios facile victurum, & superaturum, & hoc, non quia habeat plures oculos, manus, & crura, quàm singuli illi duo, vel plures, sed quia opinamur, duos eius oculos, manus & crura operatura longè maiorem effectum, quàm plures oculi, manus, & crura aliorum. His sic præmissis in hac inspectione pro omnidubitatione tollenda, tres sunt distinguendi Casus, quorum,

Primus est, quando excessus numeri superat excessum auctoritatis, & hoc casu clarū est, excessum numeri constitui-

tuere magis communis, vt supra in 1. exemplo, ea ratione, quia vbi factu calculo numeri, & auctoritas singulorum doct. si erit maior excessus, numer. erit & maior pro eadem opi. excessus auctoritatis, cum numerus ex auctoritate, & auctoritas ex numero procedat.

Secundus casus est, & hic quoque clarus, quādo excessus auctoritatis est maior excessu numeri, vt supra in 2. exemplo, & concludendū est, excessum auctoritatis facere magis Com. Opinione eadem ratione, quia vbi auctoritas excedit numerum, excedit non solum in auctoritate, sed etiam in numero.

Tertius, & vlt. Casus est, quādo vel constat, excessum auctoritatis esse æqualem excessui numeri, vel non dignoscitur maioritas excessus, & sic sumus in dubio. Hoc casu dicendum videtur, quod excessus auctoritatis constituit magis Com. & id videtur velle Alex. in d. cōsi. 202. prop. si. sub nu. 7. vers. & accipitur magis Com. lib. 7. & idem sentit Mathesil. vbi supra. suadet autem hæc Opinio ex eo, nam numerus doctor. adhibetur in Communi propter auctoritatē, & sic auctoritas tanquam finis est dignior, cum omne agens agat propter finem: Ergo maioris debet esse roboris ad constitutendam magis Communem Opinione.

Verum ista ratio haberet locum, quando ex alia parte non adesset auctoritas, secus verò est in casu nostro in quo cum ex altera parte sit excessus in numero, inest & in auctoritate. Nec obstat auctoritas Alex. quia, dum dicit non debere attendi numerum, intelligitur, quando maior est excessus auctoritatis, & sic in 2. casu.

26 Itaque cōtrarium videtur verius quod excessus numeri faciat magis Com. nam certi iuris est, vbi habemus duo iura contraria, vnum clarum & alterum dubium, clarum seruandum esse. At in casu isto est excessus numeri clarus, cum ad sensum pateat, excessus verò auctoritatis subdubius, cū auctoritas nō ita facile possit calculari, & ponderari, Merito &c. Ista quoque ratio nihil facit, quia habet locum in dubio, secus, quando constat excessum auctoritatis esse æqualem excessui numeri, vel nō discernitur, quis sit maior excessus, prout in casu isto.

27 Itaque hoc casu, prout supra in primo exemplo, concludendum est, neutrum excessum constituit magis Communem Opinione, sed vtramque esse æquè comunem, & ratio est in promptu, quia, cum vterque excessus sit par, & æqualis, non potest facere magis Com. quæ constituitur ex maiori numero, vel maiori auctoritate Doct. Et hæc potius dicta sint pro maiori enucleatione istius materiæ, quàm pro aliqua regula, seu præcepto tradendo, cum id facere fere impossibile sit, sed iudex in facto poterit decernere quid sit agendum, & secundum qualitatem doctorum hæc, vel illam Opinione magis Com. declarare. sed quoniam supra sapius de maiori, vel minori auctoritate doct. um mentionem fecimus, non ab re erit modo perquirere, quomodo auctoritas maior, & minor cōsideretur, & qui doctor dicatur maioris, & minoris auctoritatis.

Auctoritas Doctorum maior, & minor quomodo consideretur, & cognoscatur.


TITVLVS V.

Summa Notabilium.

- 1 **A**UCTORITAS Doctoris oritur ex doctrina, & bonitate simul iunctis, & nu. 5.
- 2 Reperitur auctoritatem docto. absque doctrina, & quomodo procedat, nu. seq.
- 3 Papa ex eo, quod est Papa, efficitur doct. V. I.
- 4 Iudices, & aduocati propter peccata non vident veritatem.
- 5 Auctoritas maior in vno doctore, quam in alio.
- 6 Doctores, qui maioris, & minoris auctoritatis sint relinquunt arbitrio iudicis.
- 7 Doctrinam eo maiorem argui, quod longius transactum est tempus.
- 8 Veritas filia temporis.
- 9 Quo Antiquiores, eo maioris sunt Auctoritatis.
- 10 Antiquos præstantiores Modernis pondere, numero, & mensura, & cur. nu. 13. Fall. nu. 18.
- 11 Antiquos doctiores modernis, & quare inuidia oritur ex doctrina, & locum habet inter pares. ibid.
- 12 Opinio Antiquorum præfertur sententiæ Modernorum, Fall. num. 15.

- 16 Antiquos non potuisse omnia videre.
- 17 A iunioribus omnis Doctrina in dies perficitur.
- 19 Antiquum illud appellatur, quod venerabilius est.
- 20 Antiquus in Auctor. æquiparatur multitudini Modernorum: Quod verò Modernis in specie, relinquatur Arbitrio iudicis, & nu. 21. traditur tamen quadam reg.
- 22 Doctorum tres gradus nouiter distinguuntur, & qui in istis contineantur, & nu. 23.
- 24 Primus Glossator fuit Irnerius Lucerna iuris nuncupatus.
- 25 Antiquum æquiparari tribus Modernis, & duobus mediis, medios verò duobus modernis. Intell. vt nu. 27. 28. 29. & 30.

- 26 Dicitio (multū, seu multa) Cortonæ proprie significare tria.
- 31 Sententia Senis præfertur Opinioni luuenis. Fall. vt nu. 37.
- 32 Senex est maioris auctoritatis luuene.
- 33 Senem magis peritum esse luuene. Fall. vt nu. 35.
- 34 Consilium senis est sanius consilio luuenis.
- 36 Leges debent addisci in Iuuenture, & earum vsus semper continuandus est.
- 38 Iuuenibus vtile, & decorum, quod in dubio pro senibus præsumatur.
- 39 Doctor, qui plura scripsit, est peritior, & maioris auctoritatis, & nu. 41. & quis plura scripsisse dicatur, nu. 43.
- 40 Assiduitas reddit ingenia grossa acuta.
- 42 Accursus cur sit adeo ingentis Auctoritatis.
- 43 Doctor plene tractas aliquam materiam dicitur plura scribere, & in ea maxima est auctoritatis.
- 44 Doctor, cuius scripta sunt approbatoria, maioris est auctoritatis.
- 45 Exercitatio arguit maximam doctrinam, vnde Doct. qui se exercuit, peritus censetur.
- 46 Sapientia filia vsus, & memoriæ.
- 47 Doctores actu legentes, vel aduocantes maioris esse auctoritatis, quam sint ociosi.
- 48 Doctor ordinatus peritus præsumitur.
- 49 Ex ordine facilius disciplina percipitur, & retinetur.
- 50 Doct. ordinatus, & clarus maioris est auctoritatis.
- 51 Doctor habens bonos scholares, & defendens magnas causas, dicitur excellens & maioris auctoritatis. nu. 54.
- 52 Scholares docti, ostendunt se habuisse præceptorem & præceptor malus non potest facere bonum scholarem.
- 53 Doctorem nobilitari per scholares, & clientes.
- 55 Doctore valde prodesse laborare in docendo scholares, & defendendo clientes.
- 56 Doctor habens multos scholares, & causas, præsumitur valde peritus, & est maximæ auctoritatis. nume. 57. Fall. nu. 58. & 59.
- 60 Doctor habens magnum salarium præsumitur maximè sapiens, & maximæ est Auctoritatis, & nu. 64. De colargè nu. 65. & 66.
- 61 Doctor habens maius salarium præfertur.
- 62 Ex pœnæ qualitate arguitur qualitas delicti, & ex præmio arguuntur merita.
- 63 Aduocati non curant de his, quæ non faciunt bursam hydropicam.
- 67 Sapientis est facere, quod nunquam mutandum sit.
- 68 Doctor non varius præsumitur valde bonus & peritus, & econtrā. nu. 69.
- 70 Doctoris contrarietas arguit nequitiam quandam.
- 71 Contrarietas in doct. quò crebrior est, eò magis reprehenditur.
- 72 Doctor contrarius minimæ est auctoritatis, & econtrā.
- 73 Qui effectus ex supra relatis arguit maiorem doctrinam, & numero 74. 75. & 76.



AUCTORITAS doctorum quæ sit maior, & minor, cognoscere volentes, prius nosse oportet, ex quibus fontibus, seu locis ipsa proficiatur, cum à eâ cognitione facile deueniatur ad cognitionem effectus. Auctoritas igitur ex duobus fontibus emanare dicitur, nèpe ex scientia, seu peritia, seu Doctrinæ excellentia, & ex Morū honestate, ac animi probitate. & Primū, quod auctoritas oritur ex Doctrina pbatur legibus, & ratione fm D. meū Io. Pau. L. a. ccl. in d. sua dispu. An & quand. attend. sit Com. Opi. in 2. res. sit. legibus pbatur in l. septimo mēsc. ibi, pp auctoritatē doctissimi viri Hypocratis, ff. de stat. hom. Vbi dicitur I. C. loquēs de Auctoritate annectit verbū, doctissimi, apertè innuit, au- Com. opi. To. 4. XXXX 4

toritatem ex doctrina oriri, idem probatur in l. diu. ibi, & iuris civilis prater veterem, & bene fundatam peritiam, ff. de iur. patr. in l. cum acutissimi, ibi, & ante alios excellens Papi- nianus, C. de fideicom. in l. pen. propè. si. ibi, & huius sententia sublimitissimum, C. de cond. indeb. & alibi passim.

Ratione demum probatur, nam cum auctoritas doct. nihil aliud sit, quàm opinio, quæ quis putatur imitatione dignus, vt tradit Dom. Io. Paul. Lancell. vbi supra, statim atque apparet scientia vel doctrina in aliquo, rapimur, & trahimur quodam natura instinctu ad illum amandum, colendum ac imitandum, iuxta dictum Platonis relatum à Cic. li. 1. Off.

Sed huic conclusioni obitare videtur, quia datur Casus in quo reperitur auctoritas doct. absque scientia, seu peritia aliqua iuris, nam Papa ex eo solo, quod est Papa, efficitur doctor V. l. auctoritate, non scientia: istud est solenne dictum Bald. in ca. 1. in fin. numero 6. extra de confess. approbatum à Felin. in cap. nonnulli, col. 3. 4. sub num. 19. versic. præterea si esset verum, extra de rescr. quod non minus elegas quàm verum dicit Catellian. Cor. in suis Memo. in verb. Papa licet sit doct. Cæteri istud obiectum licet in se verum sit, nihil tamen repugnat conclusioni supra factæ, nam hoc est speciale in Papa, quòd habeat auctoritatem doct. sine scientia, quemadmodum etiam est speciale, quòd efficitur doct. I. V. ob solam dignitatem Pontificatus, vnde id nò est extendendum ad alias personas.

Secundum, quòd Auctoritas Doct. ex morum honestate, ac animi probitate oritur, deducitur primò, quia absque istis doctrina non percipitur, Initium enim sapientiæ est timor domini, & in maleuolam animam non introit sapientia: secundò, quia doctrina etiam percepta non parit auctoritatem, cum non concitet desiderium imitandi, tum quia non potest apparere, cum iudices, & reliqui iuris professo- res propter peccata nò videant veritatem, vt post Bal. tradit Afflic. in decis. vlt. in fin. tum quia licet doctrinæ excellen- tia eluceat, si deest animi probitas, non modo concitat desi- derium, & amore imitationis, sed potius odium, & abiec- tionem quandam: scientia enim in homine malo est tan- quam gladius in manu furiosi.

Auctoritas igitur proficitur ex doctrina, & morum ho- nestate, ac animi probitate, & non ex altera earum tantum, sed ex ambabus simul, nam si cessaret scientia, deficeret fundamentum auctoritatis: si verò abesset animi probitas, non oriretur opinio, vnde vtroque casu sequeretur auctori- tatis destructio.

Verum quoniam maior, & minor doctrina, & probitas esse, vel apparere potest in vno doctore, quàm in alio, ideo maior quoque, & minor fere auctoritas vnius doctoris, quàm alterius, & hoc clarissimum est: sed cognoscere, qui doctores sint maioris, & qui minoris auctoritatis, hoc opus, hic labor est: quoniam cum doctrina, & probitas recòditæ sint, nec sensu aliquo extrinseco percipi valeat, solum per quosdam effectus ex eis productos partim veras, & partim præsumptas istas indicantes, illarum qualisqualis cognitio haberi potest: inquitimo, quia effectus isti multiplices, & varij admodum sunt, quamplurimæ ex eis dubitationes, inculca- tiones, & contrarietates suboriuntur.

Quapropter, cum clara resolutio, & certa doctrina in hac difficultate tradi nequeat, id totum relinquitur arbitrio ipsius iudicis, qui diligenti habita disquisitione qualitatatis doctor. particularium, quod sibi fatius visum fuerit, terminabit.

Cæterum nos ad faciliorem decisionem istius còtrouer- siæ quando non vt volumus, concessum est, eam explanare, vt poterimus dilucidius, & clarius, nò nulla generalia in me- dium afferemus circa effectus doctrinam, & probitatem ar- guentes: quorum nonnullorum, multis ommissis, explanatio- nem habituri, vt omnium distincta habeatur cognitio, plu- res adhibebimus inspectiones.

INSPECTIO I.

Tempus in omnibus rebus permagni est roboris, maxi- mum verò producit effectum in arguenda doctrina, & pro- bitate doct. qua de re nos modo tractaturi, vt res facilius per- cipiatur, duos principales distinguimus casus. Quorù primus est circa effectum temporis decursi post firmatam opi- vel mortem Doctor. Alter casus erit de effectu temporis, quo opinio firmatur.

Quo ad primum concludendum est, quòd longius transa- ctu est tempus, eò maiorem doctrinam, & probitatem argui, nam tempus vorax omnia diluit, & posternit, nihilque tam duru est, quin temporis tractu molliatur, ac minuat.

Sed sola veritas tempore non labefactatur, ex quo eius si- lia nuncupata est, vt ex quodam Poeta refert Aul. Gelli. lib. 12. Nocti. Atti. c. 12. in fine.

Et econtrà mendacium, vt dicitur, non senescit. Vnde si nomen, & snias alicuius doctoris, logo tempore perdurare videmus, absque dubio credere possumus singularè doctri- nam in eo vguisse, ac eius dicta sola, puraque veritate niti.

Quamobrem antiqui maximè sunt Auctoritatis, & quòd sunt antiquiores, eò sunt maioris auctoritatis, vt tradunt plures fusè congesti per Neuiz. in d. sua Syl. nupt. lib. 5. sub num. 5. & seq. Port. Imol. in consi. 70. senectutem imprimis, nu. 10. cum seqq. & nouillimè per D. meum Franc. Cant. in pleno, & subtili respon. incip. tota huius còtrouerfiæ, in 2. Insp. in 2. fund.

Et ideo antiq. maioris sunt auctoritatis, & præstantio- res Modernis pondere, numero, & mensura, vt inquit Bald. in l. si. col. pe. nu. 4. 7. in si. vers. aduerte antiqui, C. de edic. diu. Adr. tol. Alci. in d. tract. præsump. reg. præsump. 4. 5. sub. nu. 3. Luci. Pau. Rosè. in repet. ad com. Franc. Aret. in verb. Doctor antiquus, late alios refert Neuiz. vbi supra num. 4. in si. idem sequuntur Cort. in Memor. in verb. nuptiarum causa, prope si. vers. perinde in proposito, Port. Imo. in d. consi. 70. sub nu. 10. & D. D. mei Ioan. Paul. Lancel. & Franc. Cantur. in su- præ citatis locis, cum siml. & probatur in §. illud, in princ. in authen. de appella. & int. quæ temp. cum concord. collectis per Andr. Tiraq. in tract. de iur. primig. in præfat. num. 187. cum seqq. & in tract. de vtroq. retract. Titu. 1. §. 9. gloss. 2. nu- mero 52.

Et Antiqui non solum sunt eximie auctoritatis propter effectum temporis decursi, sed etiam quia verè ferant Do- ctissimi, nam ipsi vsi sunt bonis libris, cum tantummodo vi- derent textus, & Glossas, vel textus solum, & sic omnia in fonte: hodie verò cum sit tanta copia librorum, vt labori parcatur, datur opera libris facillimis, in quorum lectura ni- hil addiscitur.

Vnde quemadmodu ex bonis cibus fit bona digestio, ita ex bonis libris fit optima intelligentia: cui rei habemus infi- gne exemplum Alciati, quem ferunt per septennium non 13 vidisse nisi Glossam, & Bartol. Et istorum Doctrina magis apparet, quàm scientia modernorum, nam non offuscatur per linguas detractoru, quò minus in lucem exeat, cum e- nim antiqui sint mortui, eorum excellentia non parit æmulis inuidiam, qua nunquam desinunt inuehi contrà eximios viros viuentes: secus verò in mortuis, nam inuidia inter pa- res locum habet, ex quo multi vituperantur viuentes, qui laudantur mortui, & istæ sunt rationes eximij D. mei Io. Pau. Lancel. pulchrius, & vrgentius ab eo inductæ quàm à me fuerint relata.

Ethinc est, quòd Opinio Antiquorum præfertur opinioni modernorum, vt post Guil. Hosti. Ioan. And. & alios conclu- dit Paris de Put. in trac. de Syndic. in verb. iudicare, c. 3. incip. an si iudex, qui dedit, nu. 7. in si. & seq. & nu. 12. post princ. Rom. in l. si verò, §. de viro, col. 42. num. 3. o2. ff. sol. mat. Pur- pur. in l. si idem cum eodem, §. fin. nu. 13. ff. de iuris. omn. iud. Alcia. in d. præsump. 4. 5. nu. 1. & 3. cum concord. quod probatur iuribus, & ratione, & primò iuribus in c. relatum, circa med. vers. & ideo, 37. dist. in c. domino sancto, propè si. vers. in fine aut hui. epist. 50. dist. & in can. hoc ipsum, circa med. vers. in fine aut. 33. q. 2. c. u. simil. Ratione demum probatur, quoniam ex eo, quòd Opinio antiquorum fuit visa femel, ac pluries, & à posterioribus diutius ruminata, steteritq; ad supplicium impugnationum corùdem tanquam aurum in fornace, vrgens, & clara elicatur cõiectura, vt vera, bona, & æqua sit, & meritò præferenda.

Id tamen locu habet quoties sumus in dubio, secus ferò quando constaret Opinionem recentiorum esse veriorè, puta ex melioribus rationibus, ita Io. à. ab Ana. in c. tua nos, col. 3. in prin. sub nu. 4. extra de vsur. Rom. in d. §. de viro, col. 42. nu. 30. 1. Purpur. in d. §. si. nu. 13. & Neuiz. vbi supra nu. 8. post prin. vers. sed quando Doctorum.

Et est de mente omnium, & probatur expressè in l. quif- que. vers. sed Caius Cassius. ff. de in ius voc. in l. potioris. C. de off. rect. prouin. in l. 3. §. si qs quasi. C. de pd. cau. dat. c. si mi. & ratio est in promptu, nam Opin. Antiquorù præfertur propter

propter præsumptionem veritatis, quam habet pro se, sed in claris, prout sumus in casu nostro, in quo ppter meliores ra- tionis opinio Modernorum apparet vera, seu verior, cessat præsumptio, Merito &c.

Et huc spectat illud, Antiquos non potuisse omnia vide- re, iuxta not per Glo. magnam in c. de spiritu, in verb. ex Deo patre, de consecrat. distinct. 5.

Item & illud, à Junioribus omnem doctrinam in dies per- fici, & alia excentra pronunciata, & exempla quæ contra an- tiquos congerit Neuiz. d. num. 8. cum seqq.

Nam quoties dicimus, Antiquum maioris auctoritatis, & præferendum Moderno, intelligimus quando contrarium ex maiori doctrina, & probitate Moderni, vel alia quacūque causa non constat, & sic quædo sumus in dubio, quo casu iure optimo debet ista præeinentia ipsi Antiquitati, quæ semper in iure nostro maxima fuit in veneratione, vt patet in d. §. illud, in auth. de appel. & alibi passim.

Immo adeo æstimatur, vt nomine Antiquitatis illud ho- nestetur, quòd potius, & venerabilius est. l. postliminium. §. si- lius quoque, & ibi not. Acgid. Perot. & Guliel. Bud. ff. de capt. & postli. And. Tiraq. in d. tract. de iur. primig. in præfat. nu. 86. Vnde non tantum ægrè ferre debet Neuiz. ibidem, si ali- quid in dubio antiquitati deferatur, quando Modernis mini- mè aufertur, quod suum est, in casu, quo ipsi reperiuntur an- tiquis præstantiores. Et hæc omnia generaliter, & verè proce- dunt.

Sed ad specialiora descendendo, ardua, & egregia cadit du- bitatio, nempe, Quot modernis æquiparetur antiquus, in au- ctoritatem: Et quidem neminem reperi, qui difficultatem hanc in specie tangat, sed solus Neuiz. post nonnullos, quos allegat

in d. Syl. nupt. lib. 5. n. 4. in si. aserit, antiquum propter auctori- tatem æquiparari saltè multitudini modernorù, imò quod peius est, nulla videtur posse fieri in hac difficultate rationa- bilis, & còcludens determinatio, adeo vt in mera opini. repo- sita sit, & ideo eius resolutio præfelinquamus arbitrio ipsius iudicis, qui prout iustius, & æquius opinatus fuerit, observa- bit.

Ipsæ autem, non quæ aliquid seruadum proponere velim, sed vt excitem potius sublime ingenium, & rectu iudicium alio- rum, quid super hac re sentiam, non silebo.

Pro huius igitur nodi dissolutione, & faciliiori cognitione, 22 imprimis tres gradus Doctorum constituo, primus sit anti- quiorum, secundus mediorum, tertius modernorum: medios autem appello, qui sunt inter antiquos, & modernos.

Qui verò antiqui, medij, & moderni Doct. dicantur, con- stituendum est ex quantitate temporis decursi à primo Glof- fatore post compilationem iuris civilis vsque in hæc tẽpora.

Igitur ab Irnerio, qui fuit primus iuris glossator, & lucer- na iuris nùcupatus, vt tradit Odofre. in l. ius civile, post prin. ver. signori D. Irner. ff. de iusti. & iur. quem refert, & sequitur Caccia. in tract. de mo. stud. in §. docum. post prin. ver. quid si omninò voluerit, & ex aliis tradunt Alc. lib. 1. dispun. c. 23. & Franc. Hotom. in suo com. verb. iur. in ver. Irnerius, & qui flo- ruit Bonon. anno salutis 1080. vt tradit Hoto. ibid. vsque in diem hunc decursi sunt anni 490. vel circiter.

Qui numerus æqualiter tripartitus est annorù 160. vel cir- citer. itaque antiqui dicentur omnes Doct. qui floruerunt vs- que ad annum salutis 1240. & isti erunt ante Dy. de Cùm qui floruit circa an. 1300. secundum Hot. in d. com. in ver. Dyn. medij Doct. erunt omnes, qui floruerunt ab an. 1240. vsque ad ann. 1400. & in isto gradu includentur omnes incipiẽdo à Dyno, & antè vsque ad Paul. de Castr. qui floruit circa illud tempus, licet decesserit anno 1437. secundum Hotom. vbi su- præ in verb. Paul. Castr. & tandem Moderni dicentur om- nes florentes ab anno 1400. vel circiter, vsque in hodiernu diem, & in isto gradu comprehendentur omnes à Paulo in- frà, & hic calculus deserviet vsque in hodierna tempora.

Alij postea aliud etiam super hac re sentientes ex propria voluntate calculum renouabunt. Modo ad rem ipsam accen- dendo opinarer, Antiquum æquiparari tribus modernis, & duobus medijs. Medium verò Doctorem æquiparari duobus Moder- nijs. Medium verò Doctorem æquiparari duobus Moder- nis, & sic isti erunt Medij re, & nomine, nam vincuntur ab an- tiquis & vincit modernos numero vnus. Hæc opinio in to- tum probata erit, si probabimus primum membrum, videli- cet antiquum æquiparari tribus modernis: nam reliqua mẽ- bra per se probata erunt solo ordine istius tela.

Adductus igitur erit ad hanc opin. firmandam ex tribus po- tissimum.

Primò, quia omne Trinum est perfectum, ergo, cum non

habeam determinatum numerum, ad perfectum debemus recurrere. Secundò, quia licet antiqui maxime sint auctori- tatis, non tamen adeo aliorum auctoritatem excedere debent, quin tres simul Moderni vnum antiquum in auctoritate adæ- quate valeant, cum nec Hercules contra duos. Vltimò, quia Neuiz. ex aliorum intentione asseuerat, antiquum æquipara- ri multitudini Modernorum. At verb. Multitudo, seu Multu, absque dubio verificatur in tribus, cum etiam duo dicantur multa, §. si. cum siml. Inst. de iur. person.

Quinimò Cortonæ patria meæ per verb. Multa, quod vul- go dicimus, parecchi, ex propria ferè vi illius verbi intelligi mus de tribus, seu numero trium volumus significare, me- ritò, &c. ex quibus, cum meliora non haberem, fui motus ad ita tenendum.

Ista autè omnia moderanda sunt, quoties effemus in Do- ctoribus vltimis primi gradus, & primis tertij gradus, nã sin- guli vltimi antiq. qui non, facient numeru trium primorum Modernorum, sed solum tales antiqui æquiparantur duobus modernis.

Item econtrà, valde antiquus non faciet numerum, & au- ctoritatem trium tantum nouissimorum Modernorum, sed quatuor, vel vltra, quia pro antiquissimo maior, pro nouissi- mo verò minor est præsumptio, & auctoritas.

Præterea non procederit supradicta, quoties effemus in Doct. vltimis primi, vel secundi gradus, & in Doct. vltimis primi gradus: nam singuli Doctores gradus anterioris nò æquiparatur duobus gradibus inferioris, sed solu vltimi antiqui: vel medij præferentur primis Medijs, vel Modernis existente numero. Si verò maior sit nu- merus Doct. gradus inferioris, nulla erit prælatio, nisi ista ma- ioritas esset valde ingens.

Item econtrà, si sumus in valde antiquis, vel primis secundi gradus, & in vltimis Medijs, vel Modernis, nam tunc tanti- quous faciet numerum trium Mediorum, Medius verò trium nouissimorum, & vltra, & sic de singulis: nam prout erunt an- tiquiores, plures vincunt: & prout recentiores à paucioribus vincuntur, quod vnusquisque per se in facto colligere pote- rit. Et hæc sufficiant, quo ad primum casum.

CASVS II.

In secundo casu, de effectu videlicet temporis, quo opinio firmatur, concludendum est, maxime interesse quo tempo- re doct. opi. suam constituerit, nam si in senectute aliquid as- seuerat, opinio in eo firmata præfertur sententia iuuenis, vt tenet gl. in §. lafos. in ver. graues, i. auth. de quaest. Luc. de Pen. in l. j. post prin. in verb. prior. C. de cõf. li. 12. lafin l. cū quid, in prima lect. nu. 1. & in 2. in si. nu. 44. & seq. ff. si cer. per. Cepo- late in tract. de imp. milit. elig. in prin. Alc. in d. reg. 1. præsum. 4. 5. numero 4. in fin. & post alios D. Lanc. in dict. sua disp. cir- ca med.

Et ratio est, quia doct. senex est multò maioris auctori- tatis, quàm iuuenis, vt iuribus, & auctoritatibus late cõpro- bant Tiraq. in d. tract. de iur. primog. in præfa. nu. 105. Chaff. in comm. ad consue. Burg. in proce. in ver. ordõne que fix de noz conseillers, nu. 3. Por. Imol. in dict. conf. 70. num. 1. cum seq.

Et est de mente omnium, & id tum quia doct. senex est magis peritus, vt asserunt Imo. in cap. alia verò causa, nu. 3. de renunt. Gram. in decis. 1. orta lite, & còtrouerfia, nu. 8. Por. Imo. vbi sup. & alij passim, cum senex habeat ea, q̄ sunt iuue- num propria. dum enim iuuenis ipse extitit, & perspiciacia & ingenij acumine, & memoria apprimè abundauit, & præ- ter iuuenes habet maturitatem, vsum, & experientiam, qui- bus, quod iuuentute apprehendit, melius concoxit & diges- sit: quoniam vt inquit Cic. in suo Caton. maior, & refert Por. Imol. in d. con. 70. n. 3. consilio, & scia non orbari, sed augeri solet senectus, & legitur Ecclesiast. c. 2. 5. quam speciosum can- niciei iudicium, quam speciosa veteranis sapientia, & gloria illorum timor Dei, capitu. fi. 84. distin.

Ethinc est, quòd consilium senis propter maturitatem fa- uis esse dicitur. c. ex multa. §. 1. in si. extra de vor. & tradunt Iafin d. l. cum quid, in 2. lect. nu. 44. Chaffan. ibi. Io. Igneus in l. 3. §. ignoscitur, n. 9. ff. ad Syllan. Iul. Ferret. in tract. de medel. conferuand. exercit. sub num. 12. Port. Imol. d. nu. 3. & seqq. cum concord. Tum etiam quia, cum Auctoritas sit opinio, se- nex propter longius tempus in hoc studio consumptum, multo maiorem potuit concitare de se opinionem, quàm iuuenis, qui in tam breui tempore nec multis, nec

multam doctrinam, & probitatem ostendere potuit. Ita & multo plura, quæ passim leguntur in fauorem senû, habet locum, quoties senex studuit in iuuentute, secus ahiâs. Nam cum desit fundamentum, totum corruere necesse est: 36 leges enim se habent ad disci in iuuentute, & per totum vitæ tempus eorum vsus continuandus est, arg. l. vni. & nor. ibi per gl. in verb. per omnem. C. de athlet. libr. 10. pluribus ostendunt Caccialup. in tract. de mod. stud. in 4. docum. & Catell. Cott. in suis Memor. in verb. leges debent. per tot.

37 Item hæc omnia procedunt in dubio, secus quando constaret cõtrarium: nempe opinionem iuuenis melioribus rationibus innixam esse, quæ præfertur sententiæ senis, vt cõcludit Galiaul. in rep. l. Gallus, in § item credendum. col. 2. nu. 8. ff. de libe. & posthu. quod facile esse potest: nam Deus saepe reuelat paruulis, quod sapientibus est absconditum, vt post alios refert Franc. de præscript. in proem. nu. 5. vel constaret de maiori scientia iuuenis, vel alio modo appareret maior auctoritas iuuenis.

Et huc spectant, quæ tam latè, & copiosè contrà senes pro iuuenibus inducit Neuiz. in d. Sylua nup. lib. 5. nu. 5. cû seqq. & Luci. Panj. Rosell. in d. repert. ad commen. Franc. Areti. in verb. Doctõr, & alij passim: nam locum habent, quoties de melioribus rationibus, vel maiori iuuenum doctrina apparet. in dubio verò plurimum senectuti deferimus, quæ semper venerabilis fuit apud Romanos, l. semper ff. de iur. immu. & latè testatur reliquit Cice in suo Caton. cum latè congestis per Port. Imol. in d. consil. 70. in princip.

38 Neque id ægrè ferre debet iuuenes, cum non modo nullum eis afferat præiudicium, nõ. n. iuueni peritæ ac doctrinæ aliquid detrahatur, sed potius utilitatem, cum iuuenis bene, & doctè aliquid firmans commendetur, & minus rectè, & comprè tradita ab eo propter a tatem excusentur, quod nec indecens, aut turpe iis esse dicitur, vt cæteris omniis habemus exemplum in Mariano Iuniore, qui, cum in cons. 5. quatenus dubitatur, col. pen. nu. 16. lib. 1. responderit, cõsue tudinem Martini in l. dos à patre. C. solu. mat. procedere etiã in dote promissa nondum soluta, & demum in cons. 124. nõ est dubium, col. secunda & seq. numero decimo septimo cû plurib. seqq. lib. tertio, contrarium responderet, consuetudinem videlicet prædictam non habere locum in dote nondum soluta, non erubuit dicere in d. consil. 124. nu. 22. se in priori consilio lapsum esse, propter iuuentutem, & in altero effectum iam senem rectius sensisse. Illud tamen præmittendũ non est, quod tradita supra in fauorem senum possent pluribus modis coarctari, quos ponunt passim Doct. in illa q. An, & quãdo senex debeat precedere Iuniorem, in quibus me remitto ad copiosè congesta per Petr. Duen. in trac. reg. in reg. 208. Doctõr antiquior, part. 1.

INSPECTIO II.

Cum Ius nostrum versetur præcipuè circa moderationè, & coactionem omnium humanorum actuum intra certos limites, & actus isti plures admodum sint, & iusti, ac iniusti, sciẽtia plerunque percipiatur vsu, & experientia, non est dubium eum, qui plurimum cognitionem consecutus est, maiore sciẽtia & doctrinam præ se ferre, vnde doctõr quæ cuius scripta sunt frequentiora, magis peritus, & doctus arguetur, nõ qui plura scripsit, multo plura vidisse supponitur. vnde cum vna res declararet aliam, is absque dubio perfectam doctrinã adeptus censebitur: præterea cum scribendi munus longissimũ tempus expofcat, qui plura conscripsit, ostendit se fuisse apprime assiduum in studiis.

40 Assiduitas verò ingenia etiam grossã reddit acuta, & efficacissima ad omnem capacitatem intellectus, vt inquit Bal. in præfat. comm. ad Decretal. prop. fi. sub nu. 3. vers. aliquãdo tamen ingenia grossã, cum aliis collectis per Neuiz. in d. Sylua nup. lib. 5. nu. 44.

41 Itaque doctõr plura scribens, maxime erit auctoritatis, vt concludit Alcia in tract. præsump. reg. 1. præsumpt. 5. in fin. præsertim quia, cum in plurib. scriptis cõplures casus decisi reperiuntur, quoties & à multis, ac varijs personis talia scripta vni. & relicta erunt, ex quo nomen istius immortale, & æternum facile redditur. Quod nõ accidit in eo qui aut nulla, aut per pauca edidit scripta, nam cum raro videnda occurrant, & adint aliorum frequentiora de eo, aut nulla, aut parua opinio concitatur.

42 Et hanc credo potissimam esse rationè, quæ Accursus, & adeo insignis & excellẽs fuerit Auctoritatis, cum enim totum cor-

pus ciuile interpretatus sit, quod dubitat, quin ipse quæstiones, & dubia ex mente iuris rationabilius, ac facilius decidere poterit, & ingentem de se expectationem concitauerit? Quæ tamen intelligenda sunt, dummodo scripta non sint pleraque improbata, vel modicam doctrinam præ se ferant.

43 Et aduertendum est quod plura conscribere, & etiam is dicitur, qui plene pertractat materiam particularem, vnde in ea talis doctõr maxime dicitur esse auctoritatis, quia de ea valde peritus censebitur per supra dicta, ex quo fatendum est in materia pignorum maximã esse auctoritatis Ant. Negus. in materia Reuocationis donationis per susceptionem liberorũ And. Tiraq. & sic de singulis.

INSPECTIO III.

Agere, quod à nemine reprehendi possit, sapientis esse, ne mo dubitat, itaque doctõr cuius scripta sunt approbata, maioris auctoritatis esse dicitur, vt voluit Alcia in d. tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 5. in fin. & clarissimũ est, nõ quoties videmus dicta vnius doctõris à cæteris approbata, non possumus aliter conijcere, nisi quod ipsa veritate nitantur, cum enim homines natura ferè ad cõtradiciendum proni nascantur, si dictis aliorum acquiescant, & approbent, necesse est, quod in istis species aliqua pulchri, cuius desiderio animi hominum ad secum conformandum alliciantur, idque in cognitione, & scientia veritatis versari fatendum est.

Ex quo sequitur, quod Innoc. Bart. & alij plures, quorum opinionones pleræque approbatae sunt, eximia sint auctoritatis, & econtrã Martinus, & alij similes, modicæ, vel nullius, ex quo eorum pleraque dicta reprobata fuere.

INSPECTIO IIII.

Tria necessaria sunt ad faciendum vniuscuiusque artis peritum artificem, Ingenium, Ratio artis, & Exercitatio, vt a liis tradit Anton. Gallef. lib. 1. de exercit. iuris p. nu. 3.

45 Exercitatio verò cû sine ratione, & ingenio fieri nequeat, arguit singularem doctrinam eius, qui in aliqua scientia se exercet: nam omne artificium cõtinua exercitacione recipit incrementum, l. legatis §. ornaticibus ff. de lega. 3. tradit Maria. Socin. in c. si diligenti. in prin. nu. 1. & ibi Adde. sequuntur, extra de for. competen. latius Matthe. Gribal. de Method. stud. lib. 1. cap. 12.

46 Vnde sapientia, & filia vsus, & memoriæ dicitur, nõ qui sapiens rerũ humanarũ esse velit, nõ libris solis neque disciplinis, sed oportere eum versari quoque, exerceriq; in rebus cominus noscendis, & periclitandis, eaque omnia acta, & euenta firmiter meminisse, & proinde sapere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerunt, non quæ libri tantum, aut magistri per quasdam inanitates verborum, & imaginum tanquam in mimo, aut in somnio delectauerint. ita hæc omnia ex Afranio poetã tradit Aul. Gell. lib. 14. Noct. Attic. c. 8. & refert Ant. Gallef. ibidem nu. 2. ex quibus possumus concludere, Doctores legẽtes, aduocantes, vel alio modo in legali Philosophia se exercẽtes, & maxima esse Auctoritatis, & multo maioris quam ociosi, vel domestico, priuatoque tantum studio contenti: & hoc, tum quia sunt peritiores per supradicta, & alia plura nõ minori doctrina, quam elegantia tradita ab insigni Ant. Gallef. in toto illo opere, quod inscripsit, de Exercit. Iuris p. & habent naturale iudicium, quæ situm ex assidua communicacione opinionum cum scholaribus, iudicibus, & causarũ patronis, per quod scientia iam apprehensa vsui hominũ adaptat.

Et contra verò, priuato, proprioque studio operam nauantes, & parum in libros incumbunt, ex quo parum sciunt, nam cum bonarum artium & præsertim legalis apprehensio apprime sit laboriosa, si stimulus aliq; honoris, vel lucri nõ impellit, facilè à studio auertitur: Et si student, parũ psciunt, cum studium illud carè collatione, quasi mortuum, & inutile sit. Tum etiã quia se exercens scientiam suam hominibus patefacit, eorumque opinionè captat: sed priuato studio se oblectans, licet veluti alter Bald. omnia sciret, nihilque penitus ignoraret, tamen nullius esset auctoritatis, cum eius peritia lateat, vnde nulla oritur præsumptio, qua alleciti homines eũ imitatione dignum opinentur.

INSPECTIO V.

Scriptorum ordo, & claritas in omnib. præcipuè tamen in Iure maxime desiderat: confusio verò, & obscuritas penitus respuitur, vt latè deducit Neuiz. in d. Syl. nup. lib. 1. in prin. nu. 48. & seqq. Vnde Doctõr ordinatus, & clarus censebitur magis peritus: obscurus autè & difficilis indoctus, & ignarus. nam vt

vt ex Ias. tradit Neuiz. in d. fil. nup. lib. 5. nu. 3. in fin.

Signum bene intelligẽtis est, scire bene docere, nec mirũ, quoniam, qui tractat argumentum aliquod confusè, & obscurè, aut nihil, aut inutiliter scit, neque enim discendo aliqd præstat, cum ex ordine & disciplina facilius percipiatur, & retineatur. l. 2. in prin. ff. de orig. iur. §. cû nos, in proce. ff. & tradit post Card. Alex. Cagnol. in rub. C. de eden. sub n. 2. ver. & quia ordo, cum traditis à Nicol. Euerard. in suis loc. legal. in loc. ab ordine, neque practicos iuuat, cum nedum dicta doctõrum, sed etiam leges obscuræ ad decisionem causarũ adduci nequeant, vt per Neuiz. post alios ibidem nu. 34.

Quod comprobatur ex eo, nam ordo, & claritas emanat à iudicio naturali, quod in assequenda, & vtenda iurisprudentia principem sibi locũ obtinet, & econtrã confusio, & obscuritas ab eiusdem iudicij defectu proficiscitur.

Quamobrem doctores, quorum scripta, & clara, & ordinata sunt, maxime erunt auctoritatis, & maioris quam is qui obscurè scripsit, quod iuuatur ex eo: quia scripta clara à pluribus, & libentius leguntur, obscura verò per paucos legitur, & pauciores intelligunt, ex quo fit, vt doctõr clarus continuo volitet per ora virorum, obscurus verò silentio inuoluatur, & per consequens ille ingentem, hic nullam de se opinionè concitet.

INSPECTIO VI.

Si arbor mala bonos fructus producere nequit, & effectus sunt similes suæ causæ, possumus firmiter cõcludere, Doctõrem habentẽ bonos, & peritos scholares, & magnas causas defendentem, & excellentem præsumi, & peritum, vt tradit Bar. in auth. de defens. ciuit. in prin. col. 1. nu. 4. quæ refert, & sequitur Cagnol. in proce. ff. in §. nu. 293. Nã scholares, & cû credere debeant suo Præceptori, iuxta illud, discantẽ oportet credere, & alia, quæ adducit Caccial. de mod. stud. in 3. docu.

Et præceptor indoctus non possit facere bonum, & doctũ scholarem, vt inquit gl. si. in l. nullus, & ibi Bal. C. de decur. li. 10. refert, & sequitur Ias. in l. qui in aliena, §. interdum, in vlt. not. sub nu. 19. ver. nec doctam facit. ff. de acq. hæ. idem sequitur Neuiz. in d. fil. nup. li. 5. nu. 4. si iurisprudentiam nasci sunt, à Præceptore discerpisse omnino fatendum est, & causæ magni momenti sola doctrina, & diligentia patroni defenduntur.

33 Ex quo Præceptor est particeps gloriæ sui scholaris, cû nobilitetur per eum. d. §. fin. in proce. ff. vbi post alios not. hoc ibi Cagn. in 2. not. nu. 292. tradit glo. in §. generaliter autem, in verb. & nobiliores, in auth. consil. quæ de digni. nam scholaris doctus præterquam quod scientiam habuisse à Præceptoris excellentia significat, in alio est nobilitat præceptorem, defendendo videlicet eius sententias, vt teneat facere, arg. l. dicere. ff. de arbi. Eodem modo magni clientes experientia ipsa aduocati sui doctrinam vsque ad cœlum extollunt.

Itaque doctõr habet bonos scholares, & causas magnas defendens, & dicitur esse maximã auctoritatis, cum ex hoc apprime doctus censeatur, nomẽque eius vndique clarũ vagetur, quod sanè esse debet, & stimulus doctõribus ad hortandum scholares ad studium, & pro eisdem & clientibus valde laborandum, nam & officio suo funguntur, & sibi met auctoritatem comparant, ad quã pariẽdam effectus iste est potens, & efficax.

INSPECTIO VII.

Lector excell. iure optimo magnum Auditorum numerũ acquirit: & Aduocatus peritus maximam habet clientulorũ copiam: qui igitur habet plures scholares, & causas, is dicitur peritior.

Primò, quia cum scholares cupiant discere, & clientes litè vincere, cumque plura discatur à peritiori, nemo est dat, quod nõ habet. Item cause facilius, & melius à doct. excell. defendantur, si scholares & clientes vnũ eligant, oritur cõcludens præsumptio, vt is doctõr censeatur.

Præterea, quia doctõr habens multos scholares, & causas, licet ab initio non sit admodum peritus, tamen temporis tractu doctissimus efficiatur, quia & libentius, & frequẽtius laborat. vnde doctõr iste, & maioris auctoritatis esse dicitur, præsertim cum per plures latius fama diuulgetur, & maior oritur opinio.

Hæc tamen conclusio limitatur, vt non procedat, quãdo scholares, & non spontè, sed prece, vel precio Doctorem alium quem audiunt, vt faciunt quidam Doct. diuitiis potius, quã doctrina abundantes, nam cum grossi, & subrudes existant,

scholares vino, & pecuniis obcæcare conantur, qui à Doctis humani, à vulgo verò, dum sunt in progressu, periti appellantur.

59 Postremò non procedit d. conclusio inter Doctores ius diuerso modo profitentes: nam si Doctõr legens habet maximum numerum scholarium, non dicitur peritior doctõre non legente, sed aduocante, neque econtrã aduocatus plurimis causis patrocinans dicitur peritior doctõre legente, nam alter interpretando, alter aduocando excellit, & tamẽ ambo possunt esse sapientes, & fortè peritiores, non tamen ratione maioris numeri scholarium vel causarum.

INSPECTIO VIII.

Cum præmium secundum labores, & merita vnicuique persoluatur, mirum videri non debet, quod Doct. habes magnum salarium legendo, & maxima premia cõsulendo, maxime præ se ferat scientiam, & doctrinam: nam prælatio inter Doctores arguit maiorem doctrinam & scientiam in eo, qui præfert, sed Doctõr habes maius salariũ, & præmium de bet præferri, vt post Bal. tradit Alex. in l. 2. in §. prius. col. 2. sub num. 10. ver. & tradit Bal. ff. de vulg. & pup. Merito, & c. Præterea arguendo à contrarijs, seu oppositis iuxta l. & si cõtra, in fi. ff. de vulg. & pupil. cum simil.

62 Quemadmodum pœna debet cum delicto commensurari, & ex maioritate pœnæ arguitur maioritas delicti. l. 2. & ibi Io. de Imo. & alij. ff. de pub. iud. c. non afferamus, & ibi gl. fi. Arch. & ceteri. 34. q. 1. tradit Bar. in l. leuia, circa prin. ff. de accus. Doct. i. c. at si clerici, ext. de iud. & est cõmunis, & regularis Theorica, vt testatur Soci. in consil. 157. præfens cõsultatio. col. 2. nu. 5. lib. 2. Ita econtrã ex quantitate, & maioritate præmij argui debet qualitas, & maioritas maritorum.

63 Idque maxime procedit in aduocatis, qui præparum curates de his, quæ non faciunt Burfam hydropticam, vt dicebat Io. de Blanas. in tit. Inst. de act. in materia actio. de pecul. in fina. verbis, quoties magnum recipiunt præmium, maiorem adhibent diligentia & efficiuntur doctiores, ex quibus faciendã est conclusio, Doctõrem habentem maiora stipendia tũ legendo, tum aduocando esse maioris auctoritatis. Vnde adhuc remanet celebre nomen Iasonis, Decij, Maria. Iun. & aliorum propter maxima stipendia, quæ tam legendo, quã consulendo receperunt.

64 Hæc tamen omnia sunt intelligenda inter Doctores eodẽ modo ius profitentes, secus verò in alijs: nam si interpret aliquis haberet maximum salarium, non diceretur peritior doctõre non legente, neque econtrã, nam potest esse, quod vtrique æquè vel magis docti sint alijs respectibus.

65 Item non procedit d. conclusio, & quando quis fauore, vel gratia consecutus fuerit magnum salarium, tunc enim non argueret magnam, seu maiorem doctrinam, cum eius ratio non habeatur in concedendo salarium, & id sapiens contingit in Doct. interpretantibus, qui propter aliquod beneficiũ in superiores collatum condonantur maioritate salarij.

INSPECTIO IX.

Et si optimus sit portus pœnitenti mutare consilium, sapientis tamen proprium est, nihil facere, quod pœnitentia infectum reddi debeat, vt verè dixit excel. cõciuis meus D. Bened. Bon. lib. 1. de censib. arti. 99. in prin.

68 Quamobrẽ Doctõr constans in suis opinionibus, verè doctus, & in legali scientia versatus apparet, cum enim humanum sit errare, & per consequens sibi met contradicere, quia erranti necesse est se corrigere, cap. qualiter & quando, vbi post alios not. Maria. n. 3. de accusat. qui nihil agit, quod pœnitentiam inducat, quasi humanam fragilitatem superauerit, ad cumulum perfectæ iuris prudentiæ ascendendi meritò dici poterit.

Et econtrã Doctõr, qui solitus est contrarius, & varius esse, parum peritus censebitur, nam qui vnũ dicit, quod mox ipse met reprehendit, indicat se parum scire, & minus sciturum, cum etiam negligentiam ostendat, quæ iniure est malum omnium atrocissimum: nam augmentum doctrinæ non solum impedit, sed iam partem scientiam minuit, ac penitus destruit.

70 Quinimò contrarietas in doctõre arguit, quod omninũ est pessimum, malignitatem, & nequitiam quandã, cum errare, & falsũ dicere sit malũ, licet se corrigere, optimi, & sapientis

TITVLVS VI. Summa Notabilium.

esse d'atur, que suspicio precipue locu habet, quando quis sibi contradicit consulendo, na propter occasionem illam affectiois, vel precij facile suboritur suspicio fraudis.

71 Et variatio ista + eo magis reprehenditur, quo est crebrior, nam maior oritur inficitia & malignitatis presumptio, & ista crebritas consideratur fin quaitate scriptorū: nam si, ex epli gratia, Lancel. Politus in suo Tract. substitit. bis cōtrarius extitisset, Bal. vero in omnibus locis, in quibus materiā substitutionū pertractauit, quater variauerit, quoniam oge plurib? materia ista pertractata fuit à Baldo, quā à Polito cū solū cōsulēdo Bal. in ea superlucratu fuerit quindecim mille secula, vt post alios refert Paul. Leon. i suo tract. substitit. i prin. dicemus crebriore fuisse variationem Politi, quā Bal. habito respectu ad quantitatem scriptorum, & sic de singulis. Ex quibus indubitata facienda est conclusio, qd doctor cōstans in suis opinionib?, maximā, seu maioris + sit auctoritatis, contrariis verò, & variis parū auctoritatis habeat, vt cōcludit Ari. Pinel. in auth. nū tricēnalis. sub n. 58. post med. ver. cū autē Alex. & Soc. C. de bon. mater. quod vetisimū est, cū desit vtrunq; requisitū auctoritatis, doctrina videlicet & probitas, & hoc maximē procedit in casu, in quo contrarius extitit.

INSPECTIO X. ET VLT.

Ad sunt & alij plures effectus, ex quibus ad qualem qualē Doctrinā, & probitatis cognitionem perueniri possit. Verū quia res in infinitū iret, ex supra relatis alij percipi possunt, idcirco supradictorum relatione contentus fui.

Pro expeditione igitur presentis Tituli restat videre, qui effectus ex supra relatis sunt efficaciores, & maiorē arguant Doctrinā & Bonitatem, quod quidem arbitrio ipsius iudicis relinquendum est, qui consideratis omnibus qualitatibus Doctorum poterit decernere, qui effectus maiorem vel minorem præ se ferat Doctrinam.

Ipsc verò nonnulla in mediū afferam ad maiorem huius inspectionis facilitatem. Et in primis est aduertendū qd horū effectū alij veram, alij: præsumptā præ se ferūt scientia: vnde q verā ostēdūt, multo maiorē arguere credēdū est. Quamobrē ad singulos descendendo, existimarem scripta

73 approbatiōra + præ se ferre maiorem doctrinam omnibus aliis effectibus, nā huius approbationis ratio alia esse nequit, nisi q talia scripta cōtineant veritatē, quā à perfecta Iuris prudētia proficiscitur, & ex hoc Accursius, Innocētius Bart. & alij siml. sunt adeo insignis auctoritatis, quia pleraque eorū dicta pro lege seruantur, imo in Hispania omnia dicta Bart. licet ab aliis reprobata, tanquā leges seruantur, vt testatur Lanc. Corrad. in lib. de prætor. §. 2. in tit. de sentent. sub nu. 24. in 7. limi. & id decreto Regio iubente, vt testatur Calciap. de Mod. stud. in 5. docum. in si. quem referunt, & approbant Goza. in consi. 39. prima facie videtur, col. 3. nu. 15. & Bernard. Alfa. in Collecta. iur. ciuil. ad l. i. in fin. ff. de off. quest.

Secundo loco cogitarem scriptorū multitudinē & copiā + maiorem operari effectum in ostendendo Doctrinam: nam & ex istis vera apparet scribentis peritia, cū saltem ex his summa diligentia, & assiduitas arguatur, quæ eximiā produciunt doctrinam.

75 Tertio loco crederem exercitationē, & vsu maiorem + auctoritatem tribuere, nam nō est dubiū, qd ex diuturno vsu, & exercitatione solida doctrina arguatur, & hæc forte est p̄cipua ratio auctoritatis Speculator. nam eius scripta continent meram Praxim, quæ vsū, & experientia percipitur.

In reliquis effectibus, qui præsumptam potius, quā veram scientiā præ se ferunt, temporis effectus potentior. Vnde de absque dubio antiquior, & senex + maioris sunt auctoritatis: temporis enim longitudo omnia caduca & fragilia, ac firma conseruat, & iste effectus temporis est adeo ingens, vt hodie principem locum inter omnes habere videatur, & Antiquitas in doctore magnū operatur effectum.

In reliquis non potest certa constitui differentia: sed si plures effectus apparent in vno, quā in alio, eius auctoritas augmentum recipiet, vt puta in Glossa, in qua cōcurrūt Antiquitas, scripta plura, & approbatiōra, & alij, in Bartolo, & siml. nā isti erūt maiores auctoritatis, quā alij, qui habent effectū Antiquitatis tantū, vel siml. Quæ singula iudex accuratē considerabit.


Qui doctores faciant Opinionem, & Numerum in Communi Opinione.

- 1 DOCTORES omnes in eo, quod firmat, faciūt opinionem, & numerū in cōmuni Opinione.
2 Doctorem aliquid firmantem nō disputando nō facere opinionem, & numerum. Contrarium nu. 6. Resolutio nu. 10. cum seqq.
3 Doctor errans in obiter dictis excusatur, & quomodo.
4 Veritatem in omnibus principalem locum habere, & seruādam esse.
5 Veritas est mater iustitie.
7 Opinionem facere consistit in sola voluntate Doctoris.
8 Actus non vitatur ex defectu eorum, quæ in eo apponuntur ad bene esse.
9 Officio suo fungi quisque præsumitur. Declarat ibi.
15 Opinio doctoris corrui sublatō fundamentum.
18 Doctorem contrarium non facere opinionem. Contrarium nu. seqq. & præcipue nu. 20. 33. & 43.
19 Doctore in lectura, tractatu, & siml. licet variare.
21 Doctore in consiliis non licere variare. Imo debet cauere vt ab igne, numc. 22. Contrarium nu. 23. Conclusio nu. 30. 31. & seq.
24 Mutare consilium in melius laudabile, imò necessarium, & nu. 25.
26 Opinio hominum non est semper eadem.
27 Nouæ meditationes quotidie in nobis generantur.
28 Mutare sententiam in consiliis nemini immediatum præiudicium asserre.
29 Doctor diuersis temporibus sententiam mutans, non dicitur sibi contrariari.
32 Vox vulgi non habetur in consideratione. Declar.
34 Doctor non potest in eadem causā pro vtraque parte consulere. Imò est infamis, & quomodo nu. 35. Contrarium nu. 36. Resolutio nu. 40. 41. & seqq.
37 Aduocati parti impediri non debent.
38 Doctor potest cogi consulere pro Iustitia.
39 Aduocatus iniustā causam defendens peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.
42 Non omne, quod licet, honestum est.
44 Opinio doctoris contrarij firmata in lectura præfertur firmatē in consilio. Contrarium nu. 54. cum seqq. Amp. num. 58. Fall. 3. modis nu. 59. 60. & 61.
45 Opinio verior est amplectenda.
46 Lectores non tantum veritati, quā nouitati studere.
47 Doctores cōsultentes corripri facile posse precio, vt p̄cip.
48 Non solum fraude, sed etiam fraudis suspitione carere debemus.
49 Bonus in dubio vnusquisque præsumitur.
50 Aduocatus potest esse illiteratus. Contrarium num. 51.
52 In Consiliis licet adducere doctrinas reprobata.
53 Aduocatus fouens iustam causam potest decipere aduersarium.
55 Opinio illa attendenda, quæ maiori diligentia firmatur.
56 Opinio legendo firmata continet incertam iuris determinationem.
57 Opinio ea Doct. varij tenenda est, quæ verē apparet ab eo approbata.
62 Opinio Doct. varij in consilio firmata videtur præferenda retentā in tractatu. Contrarium nu. 64. Fall. 3. modis nu. 65. 66. & 67.
63 Tractatus, & eorum Autores laudantur.
68 Opinio doct. varij in consilio firmata præfertur sententiæ Singul. Addit. vel siml.
69 Opinio Doct. varij firmata in tractatu præfertur retentē legendo.
70 Opinio doct. varij tenenda ne sit firmata legendo, an firmata in Sing. Addit. vel siml.
71 Opin. doct. varij retenta in lectura præfertur firmatē in Add. ad memorandum.
72 Opinio doctor. varij in tract. firmata præfertur sententiæ Sing. Addit. vel sim.
73 Opinio Doct. varij firmata in singulari præfertur firmatē in Addit.
74 Opinio Doct. varij in consilio decisiuo firmata præfertur. Item latius disputando firmata nu. 76. Item firmata pluribus in locis nu. 77. Item firmata in loco, vbi de ea principaliter agitur nu. 78. Item vltimo loco, & tempore retenta nu. 79. Item opinio distinguens nu. 80.

Item

- Item æquior, & benignior nu. 85.
Item habens pro se regulam aliquam iuris. nu. 86.
Si vna habeat hanc qualitatem, altera illam, quid agendum, nu. 87.
Si vna plures, quā alia, quid agendum nu. 88.
75 Consilium decisiuum æquiparatur sententiæ & rei iudicatę.
81 Opinio distinguens præsumitur verior.
82 Benè distinguens proximus est veritati.
83 Opiniones diuersas concordandas esse.
84 Opinio distinguens concordat opiniones contrarias.
89 Doctor ab alio allegatus, cuius scripta non reperiuntur, nō facit opi.
Contrarium est verius nu. 90. Fall. nu. 92.
91 Testis vnicus valde fide dignus, & in rebus modici præiudicij plenè probat.
93 Doctor ita concludens, Et ita disputando tenerem, vos autem consulendo, & iudicando non recedatis à Communi, approbat sententiam contra Communi. Contrarium nu. 94. Fall. 95.
96 Doctor concludens per verb. (cogita) si reprobatur argum. vtriusque partis, non facit opinionem: Sed si necutrius partis arg. reprobatur, facit opin. pro vltim parte, & nu. 98.
97 Opinio doctoris corrui sublato eius fundamento.
106 Doctor referens duas opiniones, & neutram expressè approbans, censetur vltimam firmare. Fallit quinque modis nu. 100. vsque ad 105. Sed an faciat nu. in communi, nu. 105. vsque ad 109.
107 Præsumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.
109 Doctores aliquid firmantes quandoque allegant auctorē, qui illud non dicit, & iste si mouetur sola auctoritate illius, non facit opin. nu. 110. secus aliās, nu. 111.
112 Dispositio fundata duabus rationibus altera sublata non corrui.
113 Doctores opinionem negatiuam generalem approbantes, facere numerum pro limitatione opinionis affirmatiuæ. Contrarium nu. 115.
114 Generalis disp. includit omnes casus, licet maior ratio sit in vno, quā in alio.
116 Doctores subscribentes simpliciter alterius Con. non facere opinionem, & numerum in communi. Contrarium nu. 117. Fall. nu. 120.
118 Doctor subscribens censetur approbare omnia contenta in consi.
119 Doctor signans solummodo alterius consi. suo sigillo, dicitur illud approbare.
121 Licentiatus solum non facit numerum in Communi. Cōtrarium nu. 122.
123 Proximè doctorandus habetur pro doctorato.
124 Licentiatus in fauorabilibus habetur pro doctore.
125 Licentiati retinent dignitates Ecclesiasticas vt doctores.
126 Scholaris simplex non facit numerum pro communi. Cōtrarium nu. 127. Contra. nu. 130.
128 Opinio periti, licet non doctoris, attenditur in Medicina.
129 Scholaris aliquid scribens, est, & præsumitur peritus.
131 Doctoratus Laurea non consideratur, vbi ratio folius doctrinæ habetur. Et scholaris peritus debet præcedere doctorem ignorantem.
132 Doctor per solam attestatiōnem de Commu. opin. si sit extra propositam materiam non censetur illam approbare, secus si sit de proposita materia, nu. 133.
134 Iuriconsultus formans Quæ. & non resolvens cēsetur decidere, prout proponit.
135 Doctor proponens q. & non resolvens, neutram partem dicitur approbare.
136 Doctor dicens opin. veriolem, & æquiolem, innuit, quod contraria seruat in praxi. Contrarium num. 137. Contra num. 138. facit tamē opinionem pro ea parte, quā dicit veriolem, & æquiolem. nu. 139.
140 Dicta doctorum intelligenda secundum leges allegatas, & Doctor facit opi. nu. 141.
142 Doctor firmans opinionem, & postea dicens se contrariū vidisse seruari, recedit ab opinione firmata. Contrarium num. 143.
144 Corrige se incontinenti nemo præsumitur.
145 Doct. scribens super aliqua l. si omittit aliqua ab antiquioribus sibi tradita, in iis censetur transire cum aliorum opi. Contrarium nu. 146.
147 Doctor patronus alicuius causæ in ea non facit numerum in constituenda commu. Intel. vt nu. 150.

- 148 Aduocatus dicitur Aduersarius noster, qui contra nos aduocat.
149 Aduocatus in vna causa non potest in ea Iudex esse.
150 Aduocando contra eum, cum quo est facta pax, aliquando pax rumpitur.
151 Aduocatos plures, & excellentiores habere maxime partium interesse.
152 Doctor in consilio inserto inter Conf. alterius & non repetitum inter propria consilia, tanquam suspectus non facit numerum in Commu. Distinguitur. nu. 153.
154 Auctor incertus alicuius operis facit numerum in cōmuni, sed eius auctoritas modica erit, nu. 155.
156 Doctor aliquid asserens in Indice, seu Tabula quod nō reperitur in opere, an faciat opinionem & numerum in communi, distinguatur.
157 Doctor defendens vnā opi. in genere, si postea subdat, & ista sententia saltem procedit in tali casu, non dicitur recedere ab opi. generali.



BSOLVTA difficultate, Qui Doctores sint maioris & minoris Auctoritatis modo videndū est, An omnes Doctores, & qui faciant opinionem, & numerū in Communi opi. & in hac dubitatione firma facienda est conclusio, omnes + Doct. in eo quod dicunt, & firmant, opinionem & numerum in communi facere, & hoc est ex intentione omnium scriben. & verisimium, nam constituere opinionem consistit in sola voluntate doctoris, sed Doctor aliquid dicens, illud velle, & sentire censetur, cū nemo dicat, quod nō vult, vt patet ad senium, & probatur clarē in l. Labeo ff. de supellec. legat. ergo, &c. & id est indubitatum in se. Verum quia aliquid dicere, vel firmare pluribus modis quis potest, vnde sæpius dubitare contingat an opinio firmata sit, ideo vt omnium vera habeatur resolutio, plures adhibenda sunt inspectiōnes.

INSPECTIO I.

Primò loco inspiciendum est, An doctores disputado solummodo sententiam aliquam firmantes, vel etiā quid simpliciter, & perfunctoriē dicentes, opinionem faciant, & numerum in communi.

Et hac difficultate duæ sunt Doctorū opiniones, quarū prima est, vt Doctor + non faciat opinionē, nisi in eo, quod disputando firmauit, & huius sententię auriga fuit Abb. in c. bonæ. n. 2. col. si. prop. si. n. 30. ver. sed mihi plus placet. de potest. prela. Fulgo. in consi. 101. præsupposito itatuto. col. 4. circa med. sub nu. 5. ver. namque, vt notabiliter inquit Lauren. Calcan. in con. 29. & prius per me col. 3. in fi. nu. 9. circa prin. ver. nec obstant allegata. las. in consi. 161. contra consultatiōnem quā superioribus. col. 3. in fi. ver. dicitur etiā per Dominum motiuantem. lib. 4. Neuz. in sua Syl. nup. li. 5. sub nu. 29. Alciar. in tract. præsump. reg. 1. præsum. 51. nu. 4. & lib. 4. Parerg. c. 17. per totum. Maria. lun. consi. 1. præsentis consultatiōnis resolutio. col. fin. nu. 143. & in consi. 119. viso testamento. nu. 30. lib. 1. & consi. 42. abunde satis. nu. 25. li. 2. Hippo. Rimi. in l. vt vim. nu. 398. ff. de iust. & iure. Benuenut. lra. ch. in tract. de sponsion. in 4. part. §. quæro igitur facta. nu. 6. & nouissimè hoc idem approbat subtilis, & elegantiss. D. meus Franc. Cantutus in suo resp. incip. donationem factā, circa med. ver. ex prædictis apparet & hæc est cōmuni opin. vt ex numero, & auctoritate istorum clarē apparet.

Mouentur autem isti ad hanc opinionem tenendā ex pluribus.

Et primò ex l. fin. in §. mista. ff. de muner. & honor. vbi I. C. sequitur opinionem Modestini, quia eam disputado tenuit. Hic text. contrarium sustinendo facile summoctur, tū quia text. non dicit, solas opiniones disputantium esse attendendas, sed solum innuit disputantium sententiam esse seruandam, & forte præferendam opinionem simpliciter firmatā, qd non negatur: Tum etiam quia I. C. ibi non se fundat in eo, quod Modestinus disputando ita tenuerit, sed ex eo, quod bene, & optima ratione decreuerit, vbi clare constat.

Secundò mouentur isti, nam si verum esset, Doctores per functoriē aliquid asserentes facere opinionem, sequeretur, quod complures manifesto errore arguerentur, cum multa obiter dicantur, quæ omnino sunt falsa: At consequens nō est dicendum, cum hoc casu + excusentur, quanquam ea simpliciter, & incidenter protulerint. Ergo, &c. Comm. opi. Tom. 4. YYYYY

Hac quoque ratio iudicio meo non concludit, nã licet forte veium sit, doctorem perfunctore obliqui falsum asserentem executionem recipere, tamen id procedit ad minuendam, non vero ad evitandam pœnam, quoniam mirius cum eo agatur, cum minor culpa appareat, adeo quod etiam obiter quid asserens dicitur errare, licet ievius.

Tertio, & viti niritu: supra dicta opinio ex eo, quia veritas in omnibus principalem locum habere debet, capitulo, quaritur, securi da quãt. 7. cum additis per Neutz. vbi supra, numero 112. & inuolubiter est seruanda, secundum glo. in cap. 2. in verb. multitudin. extra de tempo. ordin. quã refert, & sequitur Cuman. in consilio: 39. hoc maximè in prin. nu. 1.

Veritas enim est mater iustitiã, vt inquit Bald. in l. libertini. ff. de sta. hom. Come. consil. 197. licet in hac consultatione in fin. sub numero 4. libro quarto. At doctor disputando veritatem inuenire dicitur, vt tradit Barto. in dicto §. mista. nu. 1. & sequuntur alij passim. Merito disputando dicitur facere opinionem.

Sed nec ista ratio subsistit, nam verum est, opinionem disputando firmatam verã, vel magis veram dici posse, non tamen ex hoc sequitur, quod dicta simpliciter, & obiter a Doctor. non debeant haberi in consideratione, ita vt doctor nõ faciat opin. nam incidenter dicta si non ita vera dici poterunt, tamen nec falsa penitus, sed fortè minus verisimilia censentur.

Ex quibus apparet, opinionem istam communem nulla niti lege, vel ratione, cui probabiliter responderi non possit.

Quamobrem superiori contraria est opinio, vt etiam doctor aliquod perfunctore, & obiter asserens faciat opinionem & numerum in communi, & hanc amplexi sunt nonnulli tacito nomine relati ab Alciat. in dict. lib. 4. parerg. cap. 17. circa princ. hanc eadem sententiam approbat expressè Soc. in consil. 73. capiendò primam consultationis. num. 15. & consil. 84. vna conuentione facta. numer. 2. prope fin. lib. 4. Hierony. Butig. inter consil. vlt. vol. diuersor. in consil. 154. copiose, & subtiliter, nu. 40. lib. 1. hoc idem sentit D. meus Thobias Noni. in §. posthumorum, lib. num. 11. vers. & ita voluit hic. Inst. de exhered. lib. & ita credo seruari: nam videmus tã in lecturis, repetitionibus, & tractatibus, quã etiam in consiliis passim, & sapissime allegari auctoritates in eo, quod dictum est obiter, & perfunctorie.

Potest autem istorum opinio iuari ex infra scriptis. Primo, quia opinionem facere consistit in sola voluntate Doctoris, qui, si vult hoc, vel illud, licet falsum, in eo opinionem constituit, quod verissimum est, vt etiã supra diximus. At Doctor, licet simpliciter aliquid dicens id velle censetur, d. l. Labeo. ff. de supel. le. Merito, &c.

Huic rationi contrarium sustinentes possumus respondere, negando consequentiam, nam licet verum sit, quod facere opinionem consistat in sola voluntate Doctoris, & quod verba de seruiant intentioni, tamen non sequitur, Doctorem simpliciter quid asserentem facere opinionem, quã constituitur ex voluntate enixa, & expressa, quã nõ apparet ex simpliciter aliqua assertione.

Secundò igitur fulciri potest opinio ista, nam ea, quã sunt ad bene, vel melius esse alicuius actus, si absint, non vitiat factum ipsum, pbat hoc exẽplo emptionis, & veditiõis qui perfectus dicitur, statim atq; de precio conuentu est, vt in princ. Inst. eodem. & tamen ad bene esse ipsius conficitur publicum instrumentum, quod si desit, non vitiat contractus emptionis. At disputatio fit ad bene esse ipsius opinionis, vt probetur diligentia adhibita in perquirenda veritate, non verò est de substantia eius, quã sola voluntate doctoris perficitur. Ergo, &c.

Huic rationi resp. negando minorem, nam disputatio ad ostendendam enixam voluntatem est necessaria, & de substantia opinionis.

Tertio, & vltimò potest comprobari hæc sententia, nam dato, quod disputatio sit de substantia opinionis, tamen quando doctor sententiam aliquam simpliciter refert, præsumitur adhibuisse disputacionem, licet eam non apposuerit.

Nam doctor, qui veritatem dicere proficitur, nihil in consideratè dicere censetur, cum vnusquisque præsumatur functus officio suo iux. late tradita per Alcia. in dict. tract. præsump. reg. 3. fere per tot. & comprobatur exemplo sententia iudicis, in qua simplex decisio ponitur, & tamen præsumitur interuenisse diligentissima disquisitio, per quam

iudex ad ita pronunciamdum sit adductus.

Hanc quoque rationem euitare possumus negando, præsumatur adhibita disputatio: nam præsumptio Alc. procedit in præsumendo aliquid hoc, vel alio modo factum, nõ verò aliquid factum, vel non factum esse, vt exempli gratia per Alc. posita aperte demonstrant, nam facta non præsumuntur. iux. l. in bello §. facta. c. vulg. ff. de cap. & postlim. reuer. vnde non procedit in proposito, nam adhibitam, vel nõ adhibitam esse disputacionem, est facti, tam quo ad reuolutiõnem librorum, quã quo ad cogitationẽ, iux. l. bonæ fidei §. pe. ff. de acq. rer. do.

Item quod diximus de sententia iudicis nihil obstat, quia id est speciale in iudice, qui non præsumitur pronunciaffe absque causæ cognitione, c. Abbate. de verb. sig. tradit Alci. in d. reg. 3. præsump. 9. nu. 4. cum simi. Et sic apparet, quod in hac quæstione vtraque opinio disputando impugnari potest. Quid dicendum?

Equidem tres casus distinguendos esse censeo, quorum Primus est, quando sumus in doctoribus, qui non sunt soliti disputare, vt est glossa, & alij docto. antiqui, item isti Communium Opinio. collectores, qui faciunt additiones, & simi. qui aut nunquam, aut raro disputant, & in hoc casu concluderem pro Opinione Soc. quod etiam nõ disputantes doctores faciunt Opin. & numerum in Communi, nam isti simplici assertione ostendunt enixam voluntatem: aliã si quaeretur, quod nõ nunquam facerent opinionem, quod est absurdissimum.

Fallit tamẽ hæc cõclusio, quando prædicti doctores aliquid dicerent non ad disponendum, sed solum ad indicandũ, vt puta, quando dicunt, sed de hac re videas Doc. in hoc, vel illo loco, quia tunc cessat voluntas. Secundus Casus est, qñ sumus in Doctoribus, qui semper disputant, vt sunt interpretes in lecturis, & alij huius generis, & tunc credo sententiam Abb. & Communem verissimam, vt doctor faciat Opinionem, & numerũ in communi solum quando disputat, vel examinat, & ratio est, quia cum isti doct. semper omnia disputando resoluant, si quid simpliciter, & perfunctorie proferunt, illud approbare non censentur, sed potius ad ornatum appofuisse arguendo ad consueto eorum more, iux. l. si quis dor. rurus. ff. de vusu. cum simi.

Hæc conclusio Fallit, quando constat talem doct. approbare id, quod obiter dixit, vt quia dicat, & id verum puto, vel placet, vel aliis simi. verbis vtatur enixam voluntatem significantibus, quia tunc & in iis faciet Opinionem.

Fallit secundo quando in eo, quod absque disputacione asserit, fundatur resolutio, & decisio quæstionis, & quo sublatò decisio ipsa corrueret, quia dicitur facere & in eo Opinionem. & ratio est, quoniam qui vult consequens, & vult etiam omne necessarium antecedens ad illud, l. ad rem mobilem cum vulg. ff. de procur.

Ad id, in quo fundatur resolutio quæstionis est necessarium antecedens, quia sublatò fundamentò corrui Doct. opinio, vt tradit Curt. in consil. 56. super eo, quod ab ordine. col. 4. circa med. ver. 3. cõclusio, & est de mente omnium. Merito &c.

Fallit tertio quando id, quod obiter traditur, pro claro habebatur, quia nunquam de eo antea dubitatum fuerit, vt sunt multa pronuntiaata Bart. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinionem, quia in dubio non censetur velle recedere ab eo, de quo nunquam fuit dubitatum.

Tertius casus, quando loquimur de doctoribus, qui quandoque disputant, quandoque non, vt sunt multi Repentes Iuniores, Consulentes, Tractatus conscienties, & simi. & in hoc casu ita distinguerem, Aut absque disputacione aliquid firmant, de quo principaliter pertractant, & tunc concluderem facere Opinionem. ratio est, quia licet de eo non disputent, ex quò tamen materiam illam pertractant, censentur omnia consideratè proferre, & ita omnino velle, ac sentire. Aut de eo principaliter non agunt, sed illud est extra principalem materiam, & tunc dicerem, non facere Opinionem, & sic habere locum Communem Opi. & ratio est, quia multa dicuntur ad vbertatem, & ornamentũ potius, quã ad necessitatem materię, vnde cũ talis doc. aliud principaliter agat, si quid simpliciter extra materiam proferat, non præsumitur adhibita diligentia tradidisse, & consequenter illud verè sensisse. Hæc tamen conclusio intelligenda est, vt supra in secundò casu.

INSPECTIO II.

Sæpius dubitare contingit, Nunquid doctores varij, & con-

& contrarij faciant opi. & numerum in communi in hac q. Franc. Zoanner. in rep. l. vt vim. in pri. par. sub nu. 106. vers. nec obit. si obiceres ff. de iust. & iur. indistincte vult, q talis doctor non præstet auctoritatem, & sic nõ faciat opinionem.

Ceterum pro huius difficultatis explanatione sciendum est, resolutionem istius dubitationis pendere a decisione alterius cõtrouersie: An liceat doctori variare: in qua plures Auctoritates congerit Ampliff. & eximius Car. Alb. in lucubrat. ad Bar. in l. serui electione, in prin. n. 2. ff. de leg. 1. hanc igitur prius examinabimus, & postea in vtraque concludemus.

Pro huius igitur quæst. terminatione duo sunt distinguend. casus. Primus casus est, & hic clarus, quando sumus in lecturis, tractatibus, singularibus, additionibus, & aliis actibus simil. in quibus nõ versatur præiudiciũ tertij, & propriæ animæ, & in hoc concludendum est, licere doctoribus variare, & sententiam mutare, nam vnusquisque potest mutare sententiam suam sine alterius iniuria, vt a contrario sensu probat expressè text. in l. nemo potest mutare, & ibi tradit Doc. ff. de reg. iur. & hoc casu doctores licet varij, & contrarij faciant opi. & numerum in communi, quia cũ quis vnã opinionem tenens, quã postea reperit falsã, debeat mutare, arg. auth. de nupt. in prin. cap. magna. extra de vot. & c. qualiter, & quando, vbi id post alios not. Mari. de accus. idem Mari. in c. si diligenti, n. 2. de for. com. dicendum est, cum facete opi. quia aliã mutatio frustratoria esset, quod non est dicendum.

Secundus Casus est, quando sumus in Consiliis, in quibus adest præiudiciũ tertij, & animæ, & ideo diligentius debemus insistere, & in hoc casu duæ sunt Doct. opiniones, quarum prima est, vt Doctor in Consiliis non possit mutare opinionem, & sic variare, & pro hac sententia adducitur Abb. in c. extirpãde, in §. qui vero, in repet. extra de praben. quem locum ipse non potui reperire, hoc idem in effectũ vult Soc. in consil. 5. supra scriptus insignis doct. n. 19. in fil. 4. & alij.

Pro istorum opi. faciunt ista, imprimis reg. d. l. nemo potest mutare, & reg. mutare consilium, de reg. iur. in 6.

Nã doctor consulens in vno casu pro parte affirmatiua, si in alio casu consulat pro negatiua, & istud consilium publicetur, plurimò nocebit ei, pro quo prius affirmatiue fuit responsum: nam abstulit auctoritatem, qua tuebatur ab expensis, vt tradit Corne. consil. 14. 8. in præsentì cõsultacione præsupposita, col. si. nu. 30. li. 2. & quã sperabat litem vincere, & etiam in alijs præiudiciũ affert.

Secundò, & vltimò facit pro ista opinione, nam Doctor debet cauere, vt ab igne, a mutatione opin. in consiliis, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, sed potius in falsitate, ita tradit Ang. in l. labeo, in fin. ff. de seruit. rust. præd. quem referunt, & sequuntur Dec. in d. l. nemo potest mutare, sub nu. 1. propè fin. vers. cauendum est, & ibi Adden. & Cagnol. nu. 8. ff. de reg. iur. Pet. de Mõcad. in addit. ad Crot. in tract. de testib. in 7. part. in verb. vnũ credere, num. 210. cũ alijs per eos adductis. At quod honestum non est, licere, aut posse non debet. Ergo &c.

Contrariam sententiam, quod liceat Doctori etiam in consiliis variare, & opinionem mutare, tenent Doct. communiter, ita nõque voluit Ioann. And. in add. ad Specul. in tit. de requis. consil. vers. porrò auditis, sub nu. 11. in verb. similia, in add. incip. occurrit hic, per tot. Bald. in l. si §. sed cũ in secundam. in fin. sub nu. 6. & ibi Adden. C. de furt. Ang. in d. l. labeo, propè fin. ff. de seruit. rust. præd. Roman. in l. 1. §. qui presens, col. si. n. 10. ff. de verb. obli. And. de lser. in Comẽ. ad Cõst. reg. lib. 1. tit. 23. in verb. piudiciũ, copiosè Iaf. in l. si ex toto. §. si ita legatum, col. fin. ver. quarto adde, n. 27 & seqq. ff. de leg. 1. Bologni. in repet. authen. habita, num. 153. C. ne fil. pro par. Dec. in dict. l. nemo potest mutare, sub nu. 1. & ibi latè Cagnol. nu. 4. & seqq. Gabriel Saray. in Annot. ad Mathefil. in sing. 158. nota, quod si pater, nu. 2. Pet. de Mõcad. vbi supra num. 209. in fin. cum latissimè congestis per Pomat. in addit. ad Bart. in l. si pater, sub nu. 2. C. de instit. & substit. & Chassan. in Commen. ad consuet. Burgund. rub. 4. §. 23. in verb. de le terme, num. 3. & seqq. & est receptissima opinio, vt per se patet.

Probat autem ex pluribus, Imprimis, nam quando in aliquo est erratũ, nõ solum nõ est turpe, sed reputatur laudabile mutare sententiam, & sic variare, iux. illud Salomonis, sapientis est mutare consilium, lege, nunquam, in prin. & ibi gloss. l. ff. de colla. bonor. capitulo, nõ debet, in princ.

de cõsang. & affin. cũ collectis per Iaf. in l. ex toto. §. si ita legatũ, nu. 29. ff. de leg. 1. Cagn. in d. l. nemo potest mutare, n. 5. & tradit etiam Iacob. AEmi. in consil. ceterisimo trigesimo, magnifice, ac iustissimè, colum. prima numero. 4.

Secundò, quia mutare consilium in melius non solum est laudabile, sed etiam necessarium, vt tradit Maria. in ca. si diligenti, nume. 2. de for. compet. & supra diximus, & clarè deducitur, quoniam voluntas & opinio hominum nõ est semper eadẽ, lege, qui bona, §. si quis stipulaturus, in fi. & ibi Glo. fin. & ceteri. ff. de damn. infec. Bald. conf. 89. D. Thomas Afimarius, col. 2. post princ. sub nume. 5. ver. opinio autem, lib. 1. Gomes in comment. ad reg. cancell. in reg. de an. tem. poss. q. 67. ver. tamen istis non obit in fin. Nicol. Moro. in tract. de fid. treug. & pac. parte. 2. q. 12. numero 37. & 39.

Sed quotidie nouæ meditaciões, & Phãta smata in nobis generantur, vt tradit Bal. il. 1. sub n. 5. ver. sed hodie. C. de his qui ant. apert. tab. And. Barba. in ca. nisi specialis, col. 14. nu. 45. de off. deleg. Gomes in §. omnium, col. antep. numero 29. in st. de act. Car. in l. admonendi, col. 52. in fi. sub nu. 225. vers. 34. fallit. ff. de iur. iur. Chaffa. vbi supra, numero 4. & 5. Iaso. in d. §. si ita legatum, num. 27. in fin. & alij passim, vnde cũ illud sequi debeamus cõsulẽdo, quod verius opinamur, ad variandum, & opinionem mutandam compellimur.

Tertio comprobatur sententia ista. Nam mutare opinionem in consiliis verè nemini præiudicium affert, vnde hoc casu reg. d. l. nemo potest mutare, nõ solum nõ est cõtra istã opin. sed pro ea, si quidem regula illa habet locũ in præiudicio, & iniuria certa, & immediata, in mediata, prout est illa, quæ oritur ex mutatione consilij ipsius doctoris, & ita in specie eam limitant Dec. ibi sub numero 1. & alij.

Quartò, & vltimò, quia doctor diuersis temporibus mutans opinionem, cum id efficiatur tractu temporis generans in diem nouas hominũ Phantasias, nõ dicitur sibi cõtrarius, & varius, ita dixit Bald. in l. de tutela. col. 2. sub num. 4. in princip. vcr. & hoc facit. C. de in integ. rest. minor. quẽ refert, & sequitur Gomes in d. §. omnium, sub numero 29. circa princ. vers. imò fortius, Inst. de actiõ. Ergo si non cõtrariatur potest variare, & sententiam etiam in cõsiliis mutare. Et hæc sunt, quæ magis videntur vrgere pro vtraque parte. Quid dicendum?

Et quidem in hac difficultate exemplo summi Pontificis in c. magna, §. 1. extra de vot. ita concluderem, Aut consideramus an doctori in consiliis liceat variare secundum iuris dispositionem, & tunc opinionem communem verissimã credo, vt liceat variare, & sententiam mutare, per supra dicta, & etiam quia cũ variatio ista non reperitur prohibita, tenetur quis errorem suum emendare, d. c. qualiter, & quando, & ibi Maria. & alij de accus. cum simi. Limitat hoc Car. Alba. in lucubrat. ad Bart. in d. l. serui electione, in princ. sub nu. 2. in fi. ff. de lega. 1. vt nõ procedat nisi semel, quia variatio permiffa intelligitur de prima vice, l. si quis iurandũ, C. de reb. cred. & post Bald. & alios tradit Iaso. in l. quicquid astringenda, col. si. num. 9. ff. de verb. oblig. cum simi.

Verũ ista limi. mihi nullo modo satisfacit, nam d. l. si quis iurandũ, & dictum Bald. & Iaf. procedunt quando varians prima vice renunciauit ei, a quo semel discessit, vt expressè cauetur in dict. l. si quis, secus verò est in proposito, nam recedens ab opinione affirmatiua, nõ ei renunciat, sed sequitur negatiuam tanquam veriore, vnde si iterum affirmatiua sibi verior videatur, non debet prohiberi redire ad eam: quia aduocatus tenetur ipsã veritatẽ amplecti, vt post Bald. tradit Soc. in consilio, 150. dominus labia &c. vt in quæst. in prin. numero primo, libr. primo. idem sequitur Rol. à Vall. in consilio sexto, quoniam viam, numero primo, & seqq. & numero 8. & 9. lib. 1. cum simi.

Aut consideramus quod deccatæ honestũ sit, & quod fieri debeat, & tunc dicerem veram esse sententiam, quod doctor consulendo non debeat variare, nam nõ potest euitari falsitatis suspicio ob linguarum malignitatem, vt inquit Ang. in d. l. labeo, in fi.

Nec dicatur, malignitatem linguarum tanquam a vulgo emanatam in consideratione habendam non esse, l. decurionũ, C. de poen. c. 2. & ibi gl. 1. extra de elec. & in propriis terminis ita tradit Corn. in consil. 244. memini superioribus in prin. lib. 3.

Quoniam id verum est, quod ad impediendum iuris dispositionem, quæ non debet impediri tumultu ipsius populi Com. opi. To. 4. YYYV 2

secus verò si consideramus quod honestum est, vt nos loqui mur, quia non solum fraude, sed & fraudis suspicione carere quis debet.

Et ideo à tali mutatione in consiliis cauendum esse tan quam ab igne, docet Angelus ibidem. Si quis autem doctor 33 variauerit consulendo, cum id iure possit, faciet opinionem, quæ apparet de eius voluntate, & numerum in communi, & id clarum est de mente omnium, quod dixerit Fran. Zoannet. in d.l. vt vim, & Bart. Bertazol. inter consil. crim. diuers. Tom. 2. in consil. 95. difficultas huius quæst. num. 6 qui nihil stringens allegant, & ita absque dubio seruatur, vt videmus passim in monumentis diuersorum autorum, in quibus sapienter allegantur doctores contrarij.

Sed hic cadit discutienda pulchra dubitatio, nempe, an liceat doctori in vna, eademque causa ex facti, vel opinionis mutatione pro vtraque parte consulere. Et in hac difficultate doctores in eandem sententiam non conuenerunt.

34 Alij namque voluerunt, id doctori non licere, ita tradit Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de aduoc. in §. nunc tractemus, col. 3. versu. sed nunquid priusquam. sub. num. 1. in verb. priusquam in addit. incip. suspicor. quod dicere, per totum, & Ioan. Berta. in suo reper. in versu. doctor consulens vtrique parti. vbi inquit talem Doct. esse infamem, motus per l. Athletas §. pen. ff. de his qui no. infam.

35 Sed hic text. dupliciter sum mouetur, primò, quod procedit, quando quis relicta priori parte absque aliqua causa, ad contrariam partem tuendam se confert, secus verò, quando ad esset causa, vt in casu nostro, in quo præsupponimus facti, vel opinionis mutationem.

Secundò, respon. procedere tex. illum, quando quis defendit vtramque partem neutra relicta, cum enim proditor sit, bene infamis dicitur, & id verè vult ille tex. ibi. prodita causa sua, & ibi, ex vtraque parte consistit, secus si verò quando vnam relinquit, & iusta causa ad aliam se conuertit, vt nos præsupponimus. Adducitur autem Io. And. ad ita tenendum hac ratione, nam talis doctor aut priorem partem iuste defendebat, aut iniuste.

Primò casu non debet illam deserere, nam quod dicitur sapientis esse mutare sententiam, intelligitur in saniorè, & meliorem, non deteriore, vt esset hic.

Secundò verò casu non debet errorem suum detegere mutando opinionem, sed honori proprio parcere, cum turpissimum sit, iniustam causam defendisse.

Hæc ratio in vtroque membro facile subuertitur. Et quò ad primum, quia licet ab initio iustam causam defendamus, tamen ex post facto potest fieri iniusta, aut facti, aut opinionis mutatione, ex quibus licitum est, imò necessarium causam relinquere, cum enim ex facto ius oriatur. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. ex facti mutatione mutatur etiã ius quod semper est seruandum, & cum mutatur opinio, quòd verius opinamur, amplecti debemus.

Secundò membro respon. duplicem esse honorem, alterum mundi, & hic spectat ad corpus; alterum Dei, & hic ad animam pertinet, modo errorem suum corrigere mutando opinionem obest honori corporis, & prodest honori anime, vnde non est dubitandum, quòd potius huic, quàm illi consulendum est, quia hic eo est dignior illo, quò Deus, & anima est dignior, & nobilior mundo, & corpore.

Quamobrem alij in contrariam iuerunt sententiam, vt licet 36 ceat Doctori ex facti vel opinionis mutatione in eadè causa pro vtraque parte consulere, & huius opinionis auctor fuit gl. in l. si. in glo. magna post prin. ver. ex his ergo pater. ff. de postul. Spec. in dict. tit. de aduoc. §. nunc tractemus, versu. sic. sed nunquid prius. num. 1. & hanc sententiam approbarunt omnes Doct. Bononenses illius temporis, vt refert Ioan. Andr. in addit. ad Spe. vbi supra. Bald. in l. quos prohibet. in si. nume. 1. ff. de postul. Corn. in consil. 244. memini superioribus, in prin. lib. 3. & in consilio 7. reperio me consuluisse. in princ. libro quarto. Bologni. in dict. repe. authen. habita. nu. 134. C. ne fil. pro pat. Dec. in l. precibus. nume. 4. C. de impub. & al. subst. Chaffan. in dd. Commen. ad consue. Burgund. d. rubri. 4. §. 23. in verb. dele. terme. sub. nu. 5. circa med. ver. & Phil. Corne. Petr. de Moncad. in dd. Addit. ad Crot. in tract. de testib. nu. 7. par. 2. l. 1. & hæc absque dubio est communis, & recepta sententia, & pro qua fuit iudicatum, vt testatur glo. in d. l. si. de postul. imò, & in foro conscientie admittitur, vt per Sum. Ang. in tit. de aduo. §. 17. & latè distinguens Sum. Arm. eod. tit. de aduo. §. 20. per totum, & huius sententia tanquã veriori de iure & ipse accedo ex infra scriptis.

Primò, secundum Specul. quia si Doctori non liceret pro

vtraque parte consulere, sequeretur, quòd aduocati impedirentur parti contrariæ, nam sapè ab aliquibus petitur consilium, non vt acceptetur, sed vt doctores illi erubescant pro alia parte consulere.

37 At hoc est absurdum, cum parti contrariæ non possint impediri aduocati. l. j. post prin. §. ait prætor. ff. de postul. tradit Spec. ibidem, & alij passim. Merito, & c.

Secundò, nam quis puniri non debet de eo, quòd coactus, & iniustus facit, arguendo à fortiori à regul. l. Gracchus. C. de adulter. At in casu nostro præsupponimus, diuersis tem. 38 poribus pro vtraque parte vigere ius, & iustitiã, & doctori pro iustitia potest cogi consulere, vt tradit gloss. in l. secundam. in verb. concessum, & ibi Barto. numero primo, & alij. C. de proxim. sac. scrib. libro duodecimo, & est receptissimum, vt patet ex pluribus auctoritatibus congelis infra tit. 1. nu. 2. Ergo & c.

Tertiò, & vlti. Nam doctor alteram partem defendens, si ex mutatione opinionis, vel facti videt eam iniustam, defendere omninò cogitur, nam aliàs iniustam causam defendens peccaret mortaliter, & teneretur parti contrariæ ad restitutionem, vt vtrunque firmant Sum. Ang. in tit. de aduo. §. 33. Summ. Thabien. in eod. tit. de aduo. §. 13. nume. 15. & Summ. Armil. eo. tit. §. 1. per tot. & sic omninò liberatur, & nihil amplius interesset in ea habere. Ergo nulla causa, vel iure impediri debet, quò minus pro altera parte iustitiam fouente consulere possit.

40 Et ita de iure cum Communi Opi. pertranso. Quæ non habet locum, quoties doctor consulere pro vtraque parte neutrius defensione omiffa, quia tunc esset præuicator, & infamis, d. §. pen. l. Athletas. ff. de his qui not. infam. & ita vult Spec. in d. §. nunc tractemus, sub. nu. 1. 1.

Et hæc omnia procedunt secundum iuris dispositionem.

41 De honestate tamen hoc fieri nullo modo permittitur, & ideo tanquam ab igne à tali consultatione cauere debent doct. nam malignitatem vulgi non possent euitare maximã fraudis, auaritiã, & voracitatis ad lucrũ suspensionem, vt tradit Dec. in d. l. precibus, sub. nu. 4. C. de impub. quem refert, & sequitur Cagnol. in d. l. nemo potest mutare, sub. nu. 8. ff. de reg. iur. & tradit Sum. Armil. in d. tit. de Aduo. §. 20. propè si. ver. sed in eadem instantia, & Dec. refert sub d. nu. 4. se interrogato à Socino pro qua parte consilium reddidisset super quadam causa, in qua Socin. pro vtraque parte consuluerat, respondente pro ea parte se reddidisse, pro qua excellentia sua consuluerat, Socinum risisse, & aliquantulum erubuisse.

42 Nec mirum, quia non omne quòd licet, honestum est, arg. l. semper in contractibus, & ibi not. per doc. ff. de reg. iur. & ideo dici solet non semper & omne agendum, quòd fieri potest. Sed si doctor pro vtraque parte consuleret, & faceret Opinionem, & numerum in Communi, quia cum possit, & velit ita facere, non est dubitandum, eum opinionem facere.

Verũ vtilis, & necessaria cadit hic indagatio, quæ opinio doctoris varij & contrarij sit attendenda: Et est difficilis, & fatis p̄fusa quæstio. Pro eius tñ dilucidiori explanatione, duos casus principales distinguo, vnus erit, quando Doctor fuit contrarius, & varius in diuersis actibus, puta legendo tenuit vnam, consulendo tenuit aliam opinionem, & sic de singulis. Alter casus erit, quando fuit contrarius eodem actu diuersis in locis, puta in vno consilio tenuit affirmatiuam, in alio partem negatiuam, & sic de similibus.

In primo casu principali alij plures sunt subdistinguedi Casus: quorum Primus est, quòdo doctor tenuit vnam Opinionem legendo, & contrariam consulendo, quæ opinio sit attendenda. Et in hoc casu duæ sunt scriben. Opiniones. Al-

44 tera quidem est, vt opinio firmata legendo seruanda sit, & huius sententiæ auctor adducitur Abb. in capit. bon. lib. 2. ext. de postul. prælat. qui re vera hoc non dicit, sed hanc partem amplexa sunt Andr. Barbat. in cap. 1. col. 14. extrã de cõstit. Soci. in consil. 3. punctu super quo, col. 1. sub. numer. 1. versu. tamen in 2. casu, lib. 3. Alexan. de Neuo in consil. 29. reuerende D. Vicari. col. 2. nu. 3. Grat. consil. 134. viso puncto mihi transmissio, col. fi. nu. 64. l. 1. Nicol. Euerar. in cõsi. 105. casus mihi ad super, propè si. ver. tum secundo, Paris. §. 110. col. 3. in fi. lib. 1. Marian. jun. consil. 168. præsentis cõsultationis resolutio, col. pen. nu. 9. lib. 2. Crauet. in tract. de Antiq. temp. part. 1. sect. propositum nostrum, nu. 48. & part. 4. sect. materia ista, nu. 48. hæc eandem opinionem vñ amplecti Port. Imo. in cõsi. 92. mag. & excel. V. l. doctor, nu. 46. cum 2. cord. adeo quòd istorum opinio inspecto numero, & pòdere Au-

torum communis videatur, sulcitur autem ex pluribus, & 45 imprimis, quia opinio illa tenenda est, quæ præsumitur, vel apparet verior, cum veritas omnibus sit preponenda, ca. veritate. 8. distinc. l. pen. §. mulier, ff. de probat. tradit lac. Madel. in consil. 9. ex his, quæ iam bus, nu. 39. cum simi.

At opinio legendo firmata verior præsumitur, cum veritas disputando reperitur. l. si. §. mista, & ibi Bart. ff. de mun. & hon. & lectoris proprium sit disputare, consulentes verò saltem plerunque conclusiue procedere, Merito, & c.

Hæc ratio non concludit, nam licet verum sit, veritatem 46 magis disputando reperiri, Tamen lectores non disputant tantum ad veritatem reperiendam, sed ad acendum ingenia scholaribus, vnde possunt, & sapienter dicunt multa subtilia potius, quàm vera, imò nec imaginem veritatis habentia, vt hæc, & alia plura his similia de lectoribus tradit Neuz. in sua Syl. nup. lib. 5. nu. 26. propè si. ver. & in lectura doctores, & subtiliter disputando aduertit, & monet suos scholares Fului. Constanti. in §. si. sub. nu. 2. ver. not. nisi dixeris, in si. in tit. de inter. & ego audiui quendam volentem attentos reddere scholares pulsantes in scholis dicere, Attendite ad hunc intellectum, quia si non erit verus, erit nouus, quasi inueneret, quòd eo loco nouitas veritati æquiparetur.

Præterea potest responderi quòd etiam consulentes, & rationabiliter disputant, vt per se patet.

Secundò igitur loco mouetur supradicti doct. ex eo, quia lectores nullam habent occasionem, quæ à veritate eos 47 amouere possit, consulentes verò faciliè à veritate deuiare valent precij, vel affinium, & familiarium precum occasio ne, iux. illud, Munera crede mihi, & c. & aliud, Quid nõ mortalia pectora cogis, & c.

At non est dubium, quòd potius debemus adhærere illi sententiæ, quæ caret suspicione, cum nõ solum à fraude, sed 48 etiam à fraudis suspicione abesse debeamus, quoniam in aliquibus casibus suspicio pro veritate, & sic falso ipso habetur, vt plenè per Anto. Gab. lib. 7. comm. conclus. in 6. conclus. Ergo & c.

Hæc quoque ratio facile tollitur, nam licet forte nimis 49 verum sit, consulentes ob pecunias, & affectionem à via veritatis declinare, quòd vtinam falsum esset, non enim tantæ iuris ambages, & extorsiones ortæ essent, quibus veritas adeo obtecta est, vt penè impossibile sit dignoscere, quid bonum, & æquum sit: tamen cum hoc sit atrox, & nefandum scelus, in dubio non præsumitur, cum vnusquisque præsumatur bonus. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. c. dudum. ex. de præsump. & latè tradit Alc. in tract. præsump. reg. 3. præsum. 2. & Pet. Duen. in tract. reg. par. 1. reg. 75. bonus, & sic argum. non subsistit.

50 Tertio facit pro istorum opin. nam Aduocatus potest esse sciliteratus, & ignorans secundum Glo. in l. 1. §. postulare, in verbo, exponere. ff. de postul. idem voluit glo. in l. 2. & ibi Bald. & Salic. C. eodè sequitur Io. de Plat. in lege, expertes, circa med. versu. similiter aduocatus, & ibi alios allegans Nicol. Super. in Add. in verb. aduocatus. C. de decur. lib. 10. & alij passim.

Interpretes verò sunt Iuris periti. At opinio periti magis attendenda est, quàm opinio rudis, & expertis Merito & c.

Sed facilis est responsio, nam dictum glo. in d. §. postula- 51 re, est reprobarum. Aduocatus enim, Iuris peritus esse non potest, nisi facti legibus per quinquennium operam dederit. sed quia solitum est, in procem. ff. l. j. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cog. l. i. ubernus pro tempore §. nec de cætero, cum glo. in verb. per statuta. C. de aduo. diuers. l. iudicum, tradit Spec. in tit. de aduo. §. j. col. fin. in dict. §. postulare, numero secundo. vbi etiam Ang. numero secundo, & ibi Nico. de Lacu in Add. in verb. literarum peritus. alios cumulans, Alb. sub numero primo & seq. Pau. de Castro col. 2. numero 1. 1. & reliqui, eandem opin. sequuntur Roffred. in libell. de aduo. & Odofred. in dict. lege. 2. C. de postul. quos refert Alberi. ibidem, huius quoque sententiæ in effectu fuit Ioan. de Plat. in dict. lege, expertes, in fin. versu. vel dicitur, dum excipit à dicto glossæ aduocatum causarum, & ibi latè hoc idem sequitur Luc. de Pen. post prin. in verb. prohibent. Abb. in rub. extrã de postul. numer. 2. quem refert, & sequitur Sum. Arm. in tit. de aduo. §. 2. & alij passim, adeo quòd absque dubio ista sit communis & recepta sententia.

Quarto igitur & vlt. loc. adduci potest hac sententiã huiusmodi ratio, nã ea quæ possunt esse vera, & falsa multo minorem habent fidẽ, quàm quæ semper vera esse debent, arg. l. non hoc. C. vnd. legit. c. vulg. & consequenter minus verum attèdèda. At opinio in consiliis firmata potest esse vera, & falsa, ergo & c.

52 Minor probatur, quia doctor in consiliis licet adduceret doctrinas reprobata, ita responderunt Cor. in consil. 7. reperio me consuluisse, col. i. lib. 4. Gozadin. consil. 97. circa primã difficultatem, col. 3. n. 8. & alibi, quos referens Marian. iun. consil. 141. elapsis mensibus, in fin. sub numero 6. lib. 3. idem sequitur And. ab Exc. in capitulo, c. omnes. nu. 75. extrã de consil. cum simi.

Et plura etiam leuia, & minus stringentia allegare, ita tradit Spec. in tit. de disp. §. nunc videndum. col. 2. versu. itudeat autem multa, nu. 6. Host. Io. And. Burr. Abb. & alij in capitulo, per tuas, ex qui fil. sint legit. Alber. in l. Licinius, & ibi Benedic. de plumbi. ff. quib. ad liber. procla. non lic. Afflic. in comment. ad Constit. reg. in Constit. hac editã ali. colum. 2. quæst. 2. numero 3. in tit. de sala. aduo. rub. 82. libro primo. quos referunt, & sequuntur Cepol. in cautel. 67. sunt multi procuratores, vbi id pro cautela tradit, & Neui. d. li. 5. sub nu. 26. cum concor.

Huic rationi resp. quæ supradicta propositio quæ habet, lice- 53 re doctori in consiliis afferre doctrinas reprobata, & plura alia leuia, procedit quo ad copiam, & ornatum consilij, si in principali capite iustitia adsit, ad eam iuuandam: nam iudices ignorantes mouentur quandoque magis ex ratione parum stringenti, quàm ex vera, vt tradunt Host. Io. And. Burr. Abb. & alij in d. cap. per tuas, secus verò quò ad decisionem principalem, & substantialia causã, super qua redditur consiliũ, quòd ex eo comprobatur, quia Aduocatus fouens iustam causam potest aduersarium suum decipere, ita voluit glo. in cap. dominus noster, in verb. ex insidiis. 23. q. 2. Marfi. in sing. 177. malitiis hominũ, & post Anchar. sequitur Ioach. Minfing. in suis sing. obseruat. cent. 3. obser. 6. aduocatus fouens, latè alios allegantes Dec. num. 3. & Cagnol. nu. 12. in l. ea est natura. ff. de reg. iur. nouissimè post glo. & Abb. vbi per eum. Car. Abb. in lucubr. ad Bart. in l. 1. §. ait prætor. sub. nu. 6. versu. an autem. ff. de postul. Mar. lu. in d. consil. 143. sub. nu. 5. li. 3. & alij passim, quòd & in foro conscientie procedit, quia idem admittit Sum. Arm. in tit. de Aduoc. §. 19. & est communis opi. vt ex numero & auctoritate supra relatorũ apparet. Ex quibus constat, opinionem istorum de iure nõ subsistere.

Quamobrem contraria huic priori insurrexit senten- 54 tia, vt doctoris varij opi. retenta cõsulendi præferatur opi. quam legendo defendit, & hanc opi. firmavit primus. Bart. in l. si pater. col. 2. sub nu. 2. post med. versu. ego iam in concursu lectionum. & ibi sequitur Paris. in addit. in verb. volens melius. C. de inst. & sub. idem Bar. in authen. cessante, per totum, C. de legi. hæc. quem referunt, & sequuntur Cumia in consil. 86. in prin. Alex. consil. 185. viso tit. quæst. col. 9. in prin. sub nu. 25. ver. 10. non obit. & col. 1. circa med. sub nu. 27. in fin. ver. quædam alia. lib. 2. And. Barba. sibi contrarius in ca. cum contingat. nu. 28. de foro compe. Cor. consil. 272. in hac cõsultatione. in pri. facie. co. 5. sub nu. 5. ver. & maximè, quia potuit. lib. 4. Purp. in l. edita. nu. 14. C. de eden. Cur. in consil. 76. super motiuis, in si. Neuz. latè alios allegans in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 26. & inter alios Bernard. de Landria in Annot. ad Ange. de malefi. in prin. & ad Gemi. super 6. quem ipse non potui reperire, hanc eandem opinionem amplectitur Paris. sibi contrarius in consil. 97. in fi. lib. 3. Maria. Iun. sibi etiam contrarius in consil. 23. casus iste si iuris com. col. 3. nu. 10. li. 1. Cagno. in d. l. nemo potest mutare. nu. 9. ff. de reg. iur. Iaco. de S. Georg. in d. l. si pater, num. 15. latè idem sequitur Boer. in decis. 155. & quò ad primum dubium. n. 24. & 25. hoc idè videtur sequi Port. Imo. in d. p. 92. n. 52. D. meus Io. Paul. Lã. cel. in d. sua dispu. an. & quando seruanda sit commu. opi. in versu. quid si doctor variauerit, & nouissimè Card. Alban. in dd. Lucubrat. ad Bar. in l. si alienam. §. Marcellus, nu. 7. ff. de dona. cau. mor. & hæc absque dubio est magis communis, & approbata sententia, vt ex numero, & auctoritate istorũ clarè constat, quæ pluribus medijs sulcitur.

Primò, quia illa opinio, quæ maiori diligentia adhibita firma- 55 tur, est attendenda, vt probatur in l. Diui. ff. de iur. pat. in §. optimis, Inst. de leg. & quæ veritas maiori diligentia facilius reperit, quæ semper est seruanda, sed opinio firmata in conciliis maiorem præsert diligentia, quæ firmatur legendo. Ergo & c.

Minor reprobari, nam Doctor quicquid dicat legendo nec sibi, nec alteri præiudicium affert, consulendo verò, si falsum defendat, peccat mortaliter, Sum. Ang. in tit. de aduo. §. 13. & facit litem suam, vt per Franc. Marc. in deci. Delphi. quæst. 469. queritur an aduocatus. nu. 1. par. 1. vbi verò maior est periculum, vbi cautius est agendum. ca. vbi periculum. de electio. in 6. c. vulg. & præsertim, vbi est periculum animæ Com. opi. Tom. 4. YYY Y 3

cū nemo censetur in memor salutis æternæ. ca. sancimus, post med. i. q. 7.

56 Secundum nūm opinio ista, quia opiniones in scholis firmatae sunt confusæ, & nihil certi continēt, nam cū ex facto ius oriatur, d. §. in clivo. l. si ex plagis. ff. ad l. Aquil. & ipse in nulla fidei specie, cui applicentur, fundatae sunt, non habent claram, & certam iuris determinationem, e contra verò opiniones consulendo retentæ propter scopum casus propositi magis legitime, & iudicæ censentur, ex quo emanatum merito est, quod in scholis leges diglucuntur, in palatijs digerunt, vnde in scholis tradita sunt prius discutenda in camera, & postea in iudicijs practicanda.

57 Tertio, & vlt. alijs omnis iuuatur ista communis, nā doctoris varijæ opinio tenenda est, quam voluit verè tenere eius autor, nam alia non est opinio; constituere enim opinionem in sola voluntate Doctoris consistit. At ea opinio verè probata est, quæ consulendo tenetur, cū illud Doctor verè opinari credatur, quod melius, & iusti exstimat, & meliorem iudicat opi. quam consulendo defendit, cum in hoc insit periculum animæ, & fortunarum, vt modò diximus. Merito &c.

Ex quibus ipse pertranseo cum hac opinione communi, seu magis cōmuni, vt debeat attendi opi. doctoris varij, quā consulendo tenuit, omiffa ea, quam legendo defendit.

58 Et hæc conclusio procedit, & etiam si lectura sit facta post consilium, ita And. Barb. in c. nullus, col. 17 ext. de foro cōpet. quem refert, & sequitur Neuiz. vbi sup. sub nu. 26. circa med. ver. plus dicit idem Barba. & verum credo, quoniam rationes suprà allegatae habent locum, tam si consilium sit factum ante lecturam, quam si post, vt per se patet.

59 Fallit tamen conclusio ista, quando sumus in eo, quod consulendo appositum fuit ad ornatum, & copiam consilij incidenter, & ad corroboracionem, in lectura verò est plenè, & principaliter discussum, quia tunc attenditur opi. legendo firmata, vt tradit Cagno. in d. nemo potest mutare. nu. 10. ff. de reg. iur. & ratio est, quæ ex quo est adhibita maior diligentia in ista, præsumitur verior, & magis attendenda. d. l. diui. Et vt diximus ad iuuandam iustitiam multa etiā falsa consulendo adduci possunt, & debeant.

60 Fallit secundò, quado opinio lecturæ melioribus nitetur rationibus, quia tunc ea attendenda est secundū eundem Cagn. ibidem, nu. 11. & ratio est in præp. quia ex melioribus rationibus opinio illa apparet verior.

61 Fallit tertio, & vlt. quando ex aliquo apparet, & Doctorè verè fuisse eius opinionis, quam tenuit legendo, putā quod expresse reprobauerit sententiā, & sit aliā approbatam, vel alio modo constet de eius voluntate, quia tunc esset attendēda opinio legendo defensa, quia ea est opinio Doctoris contrarij.

Secundus casus est, quando Doctor vnam opinionem tenuit consulendo, contrariā verò in tractatu, & hunc casum in specie à nemine tactum reperio, in eo tamen cōcludendum videbatur, opinionem in consilio firmatam esse attendendam ea ratione, quia Doctor censetur maiorem diligentiam adhibuisse in consilio, ex quo maius inest periculum, & per cōsequens ita voluisse, præterea quia melius potuit de iure respondere propter casum propositum, quæ omnia in tractatu non ita bene concurrunt.

Verum hæc facile summouentur considerando, quod Doctor tractatum conficiens est anxie diligens in perquirendis, & vnā colligendis simul omnibus, quæ in materia, quam pertractat, ab alijs dicta, & scripta fuere, vnde multa reperit singularia pronuntiata, quæ non ita facile occurrūt ei, & respondet in casu particulari, & postea reperta multò melius disponit, & applicat ad casus singulares, q. si non omnes in tractatu considerari possunt, sit est, q. ij considerantur, ex quorum decisione omnes alij facile terminari possunt, quia omnia facile eis succedunt, cū sint in possessione omnium terminorum, & totius etiam materiæ, quæ tractatur.

63 Ex quib. oib. tractatus, & Doctores eos conficientes, insignibus laudibus decorantur per scribentes passim, & præcipue per Fran. Balb. in suo tract. de præscr. in procem. sub num. 2.

64 Quamobrè ipse sum in contraria sententiā, vt opinio præferenda, & attendēda sit, quæ in tractatu firmatur, & hoc sentit et Neuiz. d. nu. 26. in prin. dum quærens, quæ opinio Doct. varij sit attendēda, Respondit primo loco amplectēda firmatā in tractatu, & sic, licet prius firmatū sit consulendo, & moueor ea potissimū ratione, quæ doctor in tractatu nō pot moueri ad

hanc, vel illam opinionem tenendam aliqua affectione, prout in consilijs, itē nec studio gloriolæ captandæ ex aliqua opinionum nouitate, cum in tract. plerunq. procedatur conclusiue rationes tantum fundamentales allegando, sed solum mera, puraque veritate motus cōsetur, quam etiā in tract. facilius inuenire poterit, cū, vt diximus, totā materiam habeat præ manibus, & vna res aliam declaret, quod cessat in responso in casu particulari, ex quibus ita cōcludo.

65 Fallit hoc primò in eo, quod dictum est simpliciter in tractatu extra proposita materiam, quia tunc attendetur dictum in consilio, cum cesset ratio diligentia, & multa dicuntur simpliciter ad ornatum tractatus.

66 Fallit secundò, quando idem repetisset Doctor in pluribus consilijs, quia & hoc casu attendetur opinio consilij, & ratio est, quia ex ista repetitione arguitur mutatio opinionis, cū geminatio, & repetitio ostendat enixam voluntatē agentis. vulg. l. Balista. ff. ad Treb.

67 Fallit tertio, quando ex aliquo apparet Doctorem verè fuisse opinionis consulendo retentæ, quia tanquam eius opinio illa attendetur.

Tertius casus est, qñ Doctor tenuit vnam opin. in consil. aliā verò in singularibus, additionibus, regulis, vel simili. q. inter ista nō facio differentiam, & hunc quoque casum nemo, quem viderim, in specie tangit, in eo tamen omiffa d.

68 putacione concluderem opinioem in consilio firmatā seruandam esse, quia maior censetur adhibita diligentia in consilio, ex quo de maiori tractatur præiudicio per supradicta, & in singularibus, additionibus, & similibus non censetur Doct. magis esse in possessione materiæ cum æquè, ac consilia, ista singularia, & similibus, particulares casus contineat. Fallit hoc duobus modis, vt in secunda, & tertia Fallen. præcedentis casus.

Quartus casus est, quando Doctor tenuit opi. affirmatiuā legendo, negatiuā verò in tractatu. Hoc quoque casu breuiter concludendum est, opinionem in tractatibus retentā attendi debere, ita tradit Bart. in l. prouinciales, nu. 1. in fi. ff. de verb. sig. Claud. de Seifel. in l. si idem cū eodem. in §. fi. col. 1. nu. 4. & ff. de iurif. om. iud. Neuiz. d. nu. 26. in prin.

69 & est de mente omnium & verissimum, tum quia vt inquit Bart. ibidem, in discursu lectionum multa dicuntur inaduerter, in tract. verò consideratè, & maturè, ergo attendenda. d. §. optionis, insit. de lega. Tum etiā, quia legendo multa dicuntur à veritate profus aliena quod concessum est acudēdi ingenij gratia ipsi scholaribus, at in tract. pura veritas inspicitur, & attenditur: vnde merito illa opinio obseruatur, quicquid forte in contrarium senserit Ant. Gabriel. lib. 1. com. conclus. tit. de testib. conclus. 4. propè. fi. in 34. illat. nu. 86. referens vltimo loco contrariam opinionem.

Fallit tamen ista conclusio in omnibus, in quibus nō procedunt 1. & 2. casus suprà relati.

Quintus casus est, quando Doctor fuit contrarius tenendo vnam opinionem in legendo, aliam in singularibus, additionibus. Regulis vel simili.

Hunc quoque casum, nemo attigit, quem viderim, & videtur satis dubius, nam sententiā legendo defensam seruandam esse, suadetur, quia disputando, & speculando, in lecturis resoluuntur quæstiones, vnde opinio legentis maximam habet veritatis præsumptionem.

Contrarium verò quod opinio in singularibus, & alijs attendi debeat, probabile ex eo apparet, nam Doctor in istis non videtur posse moueri alia ratione ad tenendam hanc vel illam opinionem, nisi quia vera nisi videatur: in lecturis verò potest defendere illam partem, quæ non tam vera, quā noua sit, & cuius defensio aliquam subtilitatis laudem pariat, in quam valde incumbunt lectores.

Equidem in hoc casu existimarem neutram alteri præferendam esse ex eo, q. fit firmata legendo, vel in singularibus, & alijs id genus, & sic æquè bonas vtrasque censeri per suprà dicta, sed solum alteram, alia omiffa, seruandam esse, si in ea interuenient aliquæ qualitates, quas recensēbimus infra in 2. casu principali.

71 Fallit hoc, quando additiones, vel similes tenderent nō ad disponendum, sed ad memorandum, quo casu opinio legitis præfertur, ita tradit Rui. in consil. 83. deueniendo ad rem. col. 3. nu. 6. lib. 1. quem refert, & sequitur Ant. Gabriel. lib. 1. com. conclus. in tit. de testib. conclus. 4. illat. 40. nu. 92.

Sextus casus est, quando doctor in tractatu tenuit partem affirmatiuam in singularibus, Additionibus, Communibus opi. & alijs id genus tenuit negatiuam. In hoc casu ex intentione omnium concludendum est, opinionem in tractatu firmatam

72 firmatam, & esse attendendam, nam tractatum conficiens est diligens, & totam materiam habet præ manibus, vnde melius & rationabilius opinionem constituit, quæ defuit in cogere re singularia, vel similibus, particulares casus complectentia, & id meo iudicio verissimū est. Fallit tamen iisdem modis, quibus 1. & 2. Casus suprà positi.

Septimus, & vlt. casus est, quando doctor firmavit vnam opinionem in singulari, aliam verò in additione, vel simili.

73 Hoc quoque casu cōcluderem, eam opinionem esse attendendam, quæ firmata fuit in singulari, nam licet par sit ratio vtriusque quo ad diligentiam, & maiorem cognitionem materiæ, nulla enim est præsumptio maioris diligentie, & possessionis materiæ in vno, quam in alio, cum tā singul. quam add. vel sim. contineant casus separatos, tñ apparet magis enixa voluntas doctoris in singulari, quia singularia continent solū casus peregrinos, pulchros, & verè notabiles, quorum decisiones propter predictas qualitates alacriori, & ardētiori voluntate amplectimur, & id credo verissimum. Hæc conclusio potest limitari pluribus modis suprà positis in 1. & 2. casu.

In secundo casu principali, quando doctor fuit varius diuersis in locis, in eodem tamen actu, vt putā in vno consilio tenet vnam, in alio aliam opinionem, vel in vna parte tractatus tenet affirmatiuam, in alia negatiuam, & sic de singulis: vel etiam quando fuit contrarius diuersis in actibus: vt in primo casu prin. præter qualitates suprà in eo relatas, quæ opinio attendi debeat? Alij plures sunt subdividendi casus.

Primus casus est, quando vna opinio firmatur in consilio decisiuo, alia in consilio ad petitionem partis facta, & tunc cōcludendum est, opinionem consilij decisiuo prævalere debere, ita conclusit Barb. in consil. 6. illud in medium adducam col. 3. sub nu. 4. lib. 4. Cor. con. 27. vifo scripto themate. col. 2. circa nu. 2. sub nu. 1. vers. & cōstat maiorem fidem. lib. 1. cum simi. & est verissimum hac ratione, nā maior censetur adhibita diligentia, & enixior voluntas in consilio decisiuo, ex quo de maiori agitur præiudicio, cum doctor consilium decisiuum reddens equiparetur iudici, & consilium

74 cōcludendum est, opinionem consilij decisiuo prævalere debere, ita conclusit Barb. in consil. 6. illud in medium adducam col. 3. sub nu. 4. lib. 4. Cor. con. 27. vifo scripto themate. col. 2. circa nu. 2. sub nu. 1. vers. & cōstat maiorem fidem. lib. 1. cum simi. & est verissimum hac ratione, nā maior censetur adhibita diligentia, & enixior voluntas in consilio decisiuo, ex quo de maiori agitur præiudicio, cum doctor consilium decisiuum reddens equiparetur iudici, & consilium

75 sententiæ, & re iudicet, vt conclusit Abb. in consil. 2. cōsiliū, quod iudex debet et. in prin. lib. 2. quæ sequitur Cor. consil. 137. vifo scriptis ad me. in princ. vers. assimilatur enim consilium, & consil. 179. vifo scriptis sub sigillo. in prin. vers. assimilatur. lib. 1. & refertur alij passim. Ergo opi. in eo firmata est attendenda. l. diui. ff. de iur. pat.

Secundus est casus, quando doctor in vno loco latius, & plenius disputauit, quam in alio, & tunc dicendum est, opi. 76 latius firmatam, & obseruandam esse, ita verè voluit Abb. in ca. bona. nu. 2. col. fi. nu. 30. propè. fi. vers. sed mihi plus placet. ext. de postu. præia. idem sequuntur Barba. consil. 64. scribitur. col. 9. lib. 1. & alibi Rimi. in consil. 64. dubium prima. col. pe. nu. 20. lib. 1. Claud. in l. si idem cum eodē. §. si. col. 1. nu. 4. ff. de iurif. om. iud. Paris. consil. 9. 1. col. fi. lib. 3. Grat. consil. 20. postquam consului in presenti causa, in fi. nu. 35. & consil. 55. super contentis in allegatione. col. 5. nu. 36. lib. 1. latè post alios Neuiz. in d. Syl. nup. lib. 3. num. 29. Gomes in §. omnium, col. antepe. n. 29. & ibi post alios Benincas. n. 403. Inst. de act. Cagnol. in d. l. nemo potest mutare. nu. 10. ff. de reg. iur. Ant. Gabriel. li. 1. Com. conclus. in tit. de testib. conclus. 4. propè. fi. in 33. illat. nu. 86. D. Io. Paul. Lancel. in d. sua disp. circa med. & alij passim, & est communis, & recepta sententia, vt auctoritate, & numero istorum clarè apparet, & verissimam credo, quia vbi plenior adhibetur disquisitio, & diligentia, ibi melius veritas inuenitur, & enixior scribentis voluntas ostenditur.

Tertius casus est, quando doctor varius tenuit vnā opinio. pluribus in locis, aliam paucioribus, & tunc concludendum est, opinionem pluribus in locis amplexam attendendam, ita tradit Bal. in l. precibus. col. 12. in fi. sub nu. 42. prope. fi. ver. item non obit. gl. C. de imp. & al. subst. l. in consil. 136. in presenti consultatione dubium. col. 6. in fi. sub nu. 2. prope. fi. ver. non quoque est curandum. lib. 4. & in l. re coniu. l. i. col. 4. sub nu. 19. ff. de leg. 3. Neuiz. ibi. nu. 3. ante fin. Roland. à Vall. consil. 60. penderatis diligenter verbis. col. 9. nu. 45. & consil. 67. primo quidem aspectu. col. 10. nu. 33. lib. 1. & est ex intentione omnium, & verissimum, nam geminatio, & multiplicatio ostendit enixam voluntatem agentis & loquentis. l. Balista, cum vulg. ff. ad Treb.

Quartus casus est, quando doctor vno in loco principali- ter materiam pertractat, in alio incidenter, & tunc opinio sit 78 mata in loco, vbi principaliter de ea agitur, & seruanda est, ita voluit Io. Ceph. in col. 278. decessit Comes Io. Franc. col.

2. nu. 10. Tom. 2. & credo verum ratione sæpius allegata. nā quod principaliter tractamus, in eo maiori vtitur diligentia, secus in iis, quæ incidenter occurrunt.

Quintus casus est, quando doctor tenuit contrarias opiniones diuersis temporibus, & constat de tempore, & tunc 79 concludendum est, Opinionem posterius firmatam attendendam esse, ita tradit Glo. vlt. in l. qui filium. §. fi. circa med. ver. resp. principis. ff. ad Treb. Roma. in col. 327. ista sunt rationes. col. 4. sub nu. 8. circa med. ver. primò, quia ipse idem, & ibi alios allegas sequitur Hora. Madof. in addi. in ver. posterius. Neuiz. alios etiam cōgerens, vbi sup. nu. 32. post in e. ver. si verò vtrouique. cum concord. & est verum iure, & ratione. iure per l. fi. §. sed cum in secundam, ibi, Papinianus licet variauerit. C. de furt. ratione demum, quia, cum vltima derogent prioribus. l. fed & posteriores in fi. ff. de legibus. si doctor hodie teneat contrarium ei, quod heri sentiebat, vtique apparet cum Opinionem mutasse, & à priori omnino recessisse.

Sextus casus est, quando doctor in vno loco distinguit, in alio simpliciter concludit, & in hoc casu firma facienda est 80 conclusio, vt Opinio distinguens attendenda sit, nam in dubio Opinio distinguens tenenda est, ita tradunt gl. vlt. in fi. in c. scientes, extr. de censib. lmo. in c. super literis. nu. 2. de rescrip. Alex. in col. 50. in causa, & lre. col. 3. nu. 7. lib. 7. Soc. consil. 67. consilijs nostris. nu. 28. lib. 2. Rimi. consil. 50. vifo quæ copiosissime. col. 1. nu. 2. & ibi Rimi. l. in addi. lib. 1. Rip. in l. ita stipulatus. nu. 6. ff. de verb. obl. Fran. Marc. in deci. Parlamen. Delphi. q. 817. quaritur redeudo. prope. fi. nu. 10. par. 2. laco. Aemi. consil. 16. in causa præcedenti, col. 2. nu. 3. Neuiz. latè alios allegans d. nu. 32. Lancell. Corrad. lib. 1. de prætor. §. 2. in tit. de sen. nu. 3. Maria. l. in consil. 39. perspectis his, quæ accuratè. nu. 78. lib. 2. Grat. consil. 64. perfectò casus iste. col. 3. nu. 36. l. b. 2. Andr. ab Exe. in c. cum omnes. nu. 220. ext. de consil. Aug. Bero. consil. 100. vifo puncto exhibitio. nu. 3. lib. 1. l. Hiero. Alb. consil. 38. item statuerunt. nu. 4. Io. Ceph. consil. 195. Vincentius Boss. col. fi. num. 27. & alibi sepe, Por. lmo. in consil. 105. Do. Constantinus. nu. 26. Octa. Cacher. in deci. Pedem. dec. 2. 1. domina Angela. nu. 16. nouissime D. meus Fran. Canturius, in quodam suo pulchro, & copioso resp. incip. in presenti themate triplicè in spec. post med. ver. tertio considerandum est. Cur. l. in consil. 10. vifo, ac diligenter. col. 1. nu. 1. propè. fin. ver. in tanta enim doctorum, & alij passim adeo, vt ista sit omnium receptissima opi. & verissima.

Primò, per l. adeo in §. 1. ibi, & tamen media sententiā. ff. de acq. rer. do. cum similibus.

81 Secundò, quia Opinio distinguens præsumitur verior, vt iuribus, & auctoritatibus comprobatur Casar Contar. in repet. l. diffamari. in q. 18. nume. 114. C. de ingen. & manu.

82 nam, qui bene distinguit, proximus est veritati, vt post Senecam tradit Salic. in l. filia, cuius pater. col. 3. vericulo, expeditis glossis. C. fa. ercisc. quod ex teri passim repetunt.

Tertio comprobatur, quia opinio distinguens est valde 83 iuridica, cum opiniones diuersas concordare debeamus. l. ita stipulatus. vbi post alios no. & concord. congerit Rip. nu. 6. ff. de verb. oblig. l. vni. C. de inof. doc. cum expediat. de lect. in 6. Pau. de Cast. in consil. 6. quaritur vifo dicto. col. pe. nu. 25. lib. 3. cum simi.

84 Et Opinio distinguens concordat Opiniones, nam distingue tempora, & concordabis scripturas, secundum Glo. in l. apud antiquos, in ver. omnibus discretis. & ibi sequuntur Sal. col. 2. in prin. ver. item no. tex. ibi, & reliqui. C. de fur. & etiam per se patet.

Septimus casus est, qñ vna Opinio est æquā, & benigna, contraria verò dura, & rigida, & tunc etiam absque dubio 85 Opinio æquior, & benignior est eligenda, vt tradit Abb. in c. 2. nu. 3. extr. de cogna. spiri. Tyndar. in trac. de testib. c. 2. col. 1. ver. item quia eligenda. num. 3. Iaco. Aemi. consil. 50. in causa ista equina. in fi. nu. 16. Exce. D. Andr. de Alpher. inter consil. cri. diuer. in consil. 26. in causa vertete. col. 3. nu. 17. & ibidem. Ioan. Anton. Conca. consil. 148. quia verè sunt, & communes. col. 2. num. 11. lib. 1. Lancel. Polit. in trac. Substitu. in materia vulgar. numero 92. de male. in tract. de testib. capit. 9. col. 3. numero 7 cum pluribus similibus, & ratio est, quia ius est ars boni, & æqui, & in omnibus præferunt in iure æquitas spectanda est. l. in omnibus, & ibi Doct. ff. de reg. iur. & anteponenda. l. placuit, & ibi no. scriben. C. de iud. cum concord.

Octauus casus est, quando nulla suprà dictarum qualita- 86 tum adest, & tunc ea Opinio attenditur, quæ conuenit cōmuni opin. To. 4. YYYY 4

aliqua iuris regula, vtpuà. quæ est pro possessore, pro reo, pro dote, & simili. pro quibus in dubio pronũciandum est, nã in casibus ambiguis deberis sequi Opinio. concordantes iuris regulis, vt innumeras in specie colligit Neuiz. in d. Syl. nup. lib. 6. ferè per totum.

Nonus casus est, quãdo pro vna Opinione adest vna qualitas, vt pura, qn nãtatur diffinãtione, vel similis, pro contraria est alia qualitas, qn latius disputando firmata sit, vel alia. Di- 87 cerè + qualitates esse efficaciores, vel minus efficaces, prout supra prius, & posterius fuerunt dispositæ, ita vt imprimis si contrarietas est in diuersis consiliis, & alterum sit decisiuũ, Opinio in eo firmata attendatur.

Secundò, hac qualitate cessante opi. latius disputando firmata seruetur.

Tertiò, his deficiẽtibz sententia pluribus in locis retenta obseruetur.

Quartò, si hæc omnia desint, Opinio defensa in loco, vbi de ea principaliter tractatur, attenditur.

Quintò, nulla alia existente qualitate, ea sententia obseruetur, quæ posterius firmata est.

Sextò, istis cessantibus opin. distinguens amplectatur.

Septimò, oibus supradictis deficientibus, & sic coniecturis voluntatis doctoris opin. æquior attendatur. Postremò omni iuris præsidio cessante ad regulas iuris recurritur. Et hæc per rationes supra in singulis casibus adductas.

Decimus casus est, quando pro vna opi. adest vna qualitas primi casus principalis: vtpuà, qd esset firmata in cõsilio, vel tractatu pro alia firmata legendo esset alia qualitas secũdi casus principalis. putã, qd sit aqua, vel qd distinctione nitatur, quæ Opinio erit tenenda? In hoc casu non potest tradi certus modus, sed iudex poterit in casu occurrẽte terminare habendo semper ante oculos, quid verisimilius doctor contrarius verè opinatus fuerit, quæ verisimilitudo faciliẽ eliciatur ex rationibus supra adductis.

Vndecimus, & vlt. casus est, quando vna opi. haberet plures qualitates, quam alia, & tunc cõsiderandum est, simul iunctis qualitatibus, quæ maiorem præsumptionẽ veritatis, & voluntatis doctoris pariat, & opinio illis qualitatibus iuauata seruanda erit: Quæ verò qualitates & singulæ, & simul iuncte maiorem efficaciam producant, relinquendum est arbitrio boni, & docti iudicis, cũ certa regula tradi nequeat.

INSPECTIO III.

Videmus sæpius in scriptis doctorum allegatos auctores, quorum scripta aut temporis iniuria amissa sunt, vt hodie sunt multa scripta antiquiorum, aut nõquam in lucem prodire, vt sunt scripta Ioan. Petrucij de Monte sperel. cuius dicta passim adducuntur à scribentibus, vnde dubitare contingit, an auctores isti, quorum monumenta non habemus, faciãt Opi. & nu. in Communi. Et in hac quæst. Dec. in consil. 259. visis his, quæ nouissimè. col. 3. sub nu. 4. post med. ver. præterea, vt supra dixi. quem referunt, & sequuntur Cagno. in l. ij. col. 17. nu. 33. circa med. ver. & accumulata per Fel. C. de pac. inter empt. & vendi. & Hippo. Rimin. in l. v. vim, sub num. 398. ver. secundum est. ff. de iusti. & iur. resp. pondet, tales 89 Doc. + non facere Opinionem, & numerũ, & mouetur arg. auct. si quis in aliquo. C. de eden.

Ceterum ille tex. nihil facit ad rem nostram. Primò, quia quando in vno instrumento fit mentio alterius, nõ fit affirmatiuè, sed relatiuè, & remissiue, nam ita dici solet, vt dicitur de hoc esse publicum instrumentũ, vel apparere in publi. instrumento per manum talis Notarij, & sic non asserit, & firmat Notarius, verè adesse tale instrumentum, sed solum ex verbis partium se remittit, & refert ad aliud instrumentum.

Vnde non mirum, si non statuerit assertioni illius Notarij, si aliter instrumentum, de quo ipse mentionem fecit, non appareat, secus verò est in casu nostro, quia doctor alium ad suum propositum adducens affirmat cum ita tenere.

Secundò, & vlt. resp. qd longè diuersi sunt termini auct. si quis in aliquo, à terminis quæst. nostræ, nam ibi quis volebat probare intentionem suam per instrumentũ: quod ad hoc, vt faciat fidem, omninò est edendum, nec aliter probari potest, vt per Doct. in l. j. & passim C. de edend. Secus verò est in casu nostro, in quo nõ est opus ostendere omnes Auctores, sed facile creditur Doctori alleganti propter præsumptionem, quam pro se habet, ob quã creditur etiam attestanti de consuetudine, & communi opin.

90 Quamobrem ipse + contrarium verius existimo, & obseruari credo, nam videmus passim allegari hunc, vel illum,

& nisi contrarium appareat, ei fidem haberi, & ego vidi quãque discuti quandam causam in Rota Perusina, in qua dubitabatur, An clausula, sine præiudicio venientiu ab intestato, in legitimatione apposita, excluderet legitimatũ per rescriptum principis ab intestato, existentibus solimodo venientibus ab intest. vsque ad quartum gradum, vel etiam vterius in infinitum. Et in ea allegabantur quædam concilia Ioan. Pe. de Montesperel. Dionis. de Barig. & Ang. de Perig. citata per alios Doct. tantum, nec vnquam producta, quia non reperiuntur, & nunquam fuit dubitatum, an isti facerent numerum in Communi, sed fuerunt admissi absque controuersia aliqua.

Probatum autem veritas istius Opinonis ex duobus, Primò, quia quemadmodum creditur Doctori attestanti de Communi Opin. vt voluit Ferd. Loaz. in rep. §. diu. col. 12. nu. 37. & in seq. tit. latius dicemus, ita & multò magis, cũ minus sit præiudiciũ auctoritatis vnus Doct. quàm Communis Opinonis, credendum est doctori alleganti aliquem auctorem, cuius scripta non reperiuntur.

Secundò, & vlt. nam Doc. qui est testis iuris. l. ij. propè fin. ver. & vt obiter sciamus. ff. de orig. iur. cum similib. dicens, seu allegans aliquem doctorẽ, dicto suo nemini nocet, res modici, aut nullius est præiudiciũ, cum licet fortè tractu temporis possit eius dictum alicui obesse, tamen tanquam incertum, & mediatum non habeatur in cõsideratione, & doctor est testis valde dignus, vt per se patet. sed testis vnicus in iis, quæ nemini nocent, item quando est testis valde dignus, itẽ 91 in causis modici præiudicii plenè + probat, vt iuribus, & auctoritatibus comprobatur Ant. Gabr. d. lib. 1. com. concl. in tit. de testib. concl. j. in lim. 1. nu. 16. lim. 4. nu. 23. & limi. 2. i. nu. 43. Meritò &c.

Et ex his teneo, quòd etiam doctor, cuius scripta non reperiuntur, ab alio allegatus faciãt Opin. & numerum in cõmuni. Id tamen intelligendum est, donec contrarium non 92 ostendatur, sed + si scripta eius, qui allegatur vltimo tempore in lucem prodierint, vel alio modo possint videri, & reperiretur talem doctorẽ nõ id, ad quòd adducitur, firmare, vel contrarium tenere, tunc nec opinionem, nec num. in Communi faceret, & ratio est, quia creditur illi doctori alleganti præsumptiuè, vnde cum appareat veritas, non est amplius opus præsumptionibus.

INSPECTIO IIII.

Interpres clarus, qn nouas aliquas opi. defendũt disputando, solent in resolutione q. his, vel simi. verbis concludere, & p. hæc ita disputando tenere, vos autẽ p. silendo, & iudicando non recedatis à tria, quæ est cõs. ex qua conclusione oritur dubitatio, cui sententiæ, cõi. ne, an tria tales Doct. adhaesisse dicantur: Hanc difficultatem nemo tangit, quem viderim.

In ea tñ prima fronte dicendũ videbatur, doctorem ita 93 cludentẽ + tenere cõem, & pro ea numerum facere. Nam cum disputando eã tenuerit, & disputando veritas reperiat, tanquam veram approbare censetur, neque per illam adiectionem, vos autẽ, debet præsumi statim se corexistisse. l. non ad ea. ff. de cond. & demon. quam apposuit doctor, vt moneat iuuenes, ne præceptoris auctoritate moti consulendo, & iudicando contra Com. Opinio. incidere in pœnam.

Verum ista ratio nihil vrget, nam licet disputando veritas reperiatur, tñ doctores in scholis non tñ disputant, vt veritatem rerum nanciscantur, sed vt iuuenum ingenia obtusa reddant clara, & acuta, vnde qn disputando concludunt non ex veritate id faciunt, sed ex subtilitate, & ideò subdunt, vos autem &c. vt moneant scholares, ne subtilitate illa allecãt iudicando incidant in periculũ cuiusdam scholaris Aretini, cuius meminit Neuiz. in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 61. propè fin.

94 Quapropter ipse sum eius sententiæ, vt iste doctor + approbet cõem, & pro ea Opinionem, & numerum faciãt, nã aut dicimus, primam Opinionem contra cõem disputando eũ approbasse, & fatendum est pro Communi numerũ facere, nam consulendo, & iudicando approbat cõem, cum dicat, vos autem &c. Opinio enim consulendo firmata præualeat sententiæ in scholis defensæ, vt latè supra dictum est. Aut Opinionem cõ Communem non approbat, vel ab ea recedit per illam adiectionem, vos autẽ &c. & tunc sumus in claris.

Et quidẽ omninò fatendum est, talẽ doctorẽ recessisse ab Opinione cõ cõem, quia aliàs malè fecisset apponendo illa verba, vos autẽ &c. quia si primam Opinionẽ credebat verã, vtique debebat moneere scholares, qd ommitteret cõem Opi. quæ non est attendenda etiam consulendo, qn contraria est vera, seu verior, vnde vt dicamus, eum omnia rectè affirmasse, fatendũ est, Communem tanquam veram approbasse.

F. Jlit

95 Fallit tamen ista + conclusio, quãdo expressè apparet! Doctorẽ verè opinionem cõtra communem tenuisse, putã, quòd dicat, & hanc sententiam verissimam puto, vel alijs verbis idem significantibus vtatur, nam tũc illa verba, vos autem &c. censentur apposita modestiã gratia, ne nimis arrogans videretur, si proprio opinione complurium clarissimorum Iurisconsultorum communem constituentium sententiæ præponere vellet.

INSPECTIO V.

Superiori proxima oritur difficultas, nõ quid doctor quæstionem aliquam ad partes disputans, & pro neutra opinio ne cõcludens, sed solum dicens, cogita, dicatur facere opinionem, & pro qua parte? Hanc quoque controuersiam à nemine tactam reperio.

In ea tamen cõclusiue procedẽdo duos casus distinguo. Primus est, quando doctor refert argumenta vtriusque 96 partis, & singula reprobat, & tunc cõcluderẽ, hunc + neutram opi. approbasse, & pro neutra numerum facere, nam si vtriusque opinionis fundamenta reprobat, dicitur etiam tollere vtramque opinionem, sublato enim fundamento 97 doctoris + tollitur eius opi. vt tradit Cur. in cõs. 56. super ver. qd ab ordine. col. 4. circa med. ver. tertia conclusio. nu. 7. quod etiam clarè ostenditur per illud verbum, cogita, quo denotatur, nondum statuisse, cui opinioni adhaerere velit.

Secundus casus est, quando doctor refert solummodò 98 omnia fundamenta, & nulla reprobat, & tunc crederẽ + eũ facere opi. & numerum pro ea parte, cuius fundamenta vltimo loco retulit: nam doctor referens plures opin. & neutram expressè approbans, vel reprobandans, vltimo loco relatam approbasse censetur, secundum gl. in d. l. qui filium. §. ff. ad Treb. communiter approbatam, vt ex mox dicendis in prin. seq. In spec. apparebit. vbi me remitto, sed doctor referens opiniones, & eorum argumenta non reprobandans, sed concludens per verbum, cogita, neutram approbat, vel reprobat, vt per se patet. Ergo &c. Sed hoc intel. vt in seq. Inspec. in fin.

INSPECTIO VI.

Doctor referens duas opi. & neutram expressè approbans + censetur vltimo loco relatam approbare, ita concludit gl. in l. qui filium. §. ff. & ibi Imol. nu. 3. ff. ad Treb. quem referunt, & sequuntur Hosti. & Io. And. in c. 1. de sen. excom. in 6. Dy. in sing. 271. incip. l. si filii. Bar. l. bona fides. nu. 2. ff. de pos. Bal. in auth. ex testamento. col. 2. in prin. antè n. 1. & vera est opinio Marti. C. de coll. Nico. de Milis in suo reper. in l. 3. §. Neratius. nu. 3. ff. de acqui. pos. in sing. 92. quæ roã te. nu. 3. & ibi latè Nico. Pignol. in add. in fi. & in consil. 327. istæ sunt rationes. col. 4. sub nu. 8. circa med. ver. primò quòd ipse idem, & ibi alios allegans Hora. Mandos. in add. in versic. posterius. Anton. Corset. in suis sing. in verb. opinio, in sing. inci. quando Iurisconsultus. Ang. Aret. in §. item precium. col. 1. nu. 3. propè fin. in sti. de emp. & vend. Fel. alios allegans in c. 1. col. fi. sub n. 5. ver. 4. no. & ibi Dec. in lectu. 1. in fi. extrã de consil. Iaf. per illum tex. in l. si idem cũ eodem. §. fi. nu. 3. & ibi Purp. col. 2. n. 10. Claud. de Seif. n. 2. cũ seqq. ff. de iurisd. om. iud. Hubert. Zuchar. in rep. rub. ff. si cer. pe. n. 53. & ibi Iaco. Nig. nu. 22. Io. Crot. in repe. l. filiusfamilias, in §. diu. nu. 160. in fi. ff. de leg. 1. Marfi. in sing. 63. vltima opinio per totũ. Do. de Portu. in repe. l. si alij. nu. 19. ff. de vsu & vsuf. leg. Gomes. i. rep. c. si pater. n. 1. de testa. in 6. Io. Cirier. in trac. de primoge. conclus. 3. q. 11. post prin. Matth. Brun. in trac. de cess. bonor. in 20. q. 4. q. prin. num. 2. 1. Quintil. Mã dos. in comment. ad reg. cancel. in reg. 24. q. 1. ante nu. 9. cõfusè congestis per Neuiz. in d. Syl. nup. lib. 5. num. 32. in fin. Bernar. Diaz. in trac. reg. in reg. 14. opinio vltima. & nouis simè per Cardin. Alb. in Lucubrat. ad Bar. in d. l. bona fides. nu. 2. ff. de pos. & in summa est omnium receptissima opinio, & nullum habet contradicẽtorem.

Fallit tamen conclusio ista pluribus modis, & Fallit primò 100 + quando prima opinio saperet æquitatẽ, secunda rigorem. quia prima approbata censetur, secundum Francisc. Aretin. in consil. 162. diligenter, & maturè discussis. col. 4. n. 8. circa med. ver. subdit tñ qd ista ratio: quæ referunt, & sequitur Iaf. in d. l. si idem cõ eodẽ in §. fi. sub n. 3. in 2. limit. & ibi Claud. in 2. limit. n. 6. & Purp. nu. 12. in 2. limi. idẽ Iaf. in l. pacta nouissima. col. 2. nu. 3. in fi. ver. istud limi. D. Franc. C. de pac. & in l. placuit. in med. ver. itẽ ad istã reg. C. de iud. &

alibi Neuiz. ibidẽ sub n. 33. in 3. limi. Marfil. in d. sing. 63. 1. n. 2. & generaliter Diaz. in d. reg. 5. 14. idẽ alios allegans Card. Alba. vbi supra, & alij passim adeo, vt ista sit recepta sententiã.

101 Fallit secundò, + quãdo pro prima opinione, meliores, & efficaciores essent adductæ rationes, quia prima censetur approbata, ita voluit Glo. in d. l. qui filium. §. fi. Io. And. in d. c. 1. de senten. excom. in 6. quem refert, & sequitur Iaf. in d. l. si idem cum eodem. §. fi. sub nu. 3. in limit. 1. & ibi Purpu. nu. 11. & Claud. nu. 3. ambo in limit. 1. Præposit. in c. 1. §. sed vallus col. 2. in tit. hic fi. lex, de in consue. quem refert, & sequitur Neuiz. d. nu. 33. in prin. Restaur. Castal. in §. sed ea omnia. col. 3. numero 15. Inst. de hered. que ab intest. loa. Crot. in §. diu. numero 160. in fi. sequitur Dias ibidem, & est communis opinio, vt ex numero & auctoritate Doc. clarè constat.

102 Fallit tertio, + quando doctor refert vnam opinionem simpliciter, aliam verò per dict. aduersatiuam, licet, vel quãuis: quia prima opinio approbata intelligitur, ita clarè probat rex. in l. 1. in prin. in ver. dolum autem, & ibi tradit Glo. in verb. quãuis. ff. de eo per quem fac. erit. per quẽ tex. ita limi. Clau. in d. §. fin. in 4. limit. numero. 8. & Neuiz. sub d. nu. 33. ante med. in 5. limit.

103 Fallit quarto, + quando doctor refert vnam opinionem, simpliciter, & postea dicit, Alij tamen dicũt, vel quidam cõtrarium volunt, vel similibus vtitur verbis, nam & hoc casu primam opinionem approbasse dicitur, ita tradit Iaso. in d. §. fi. sub nu. 3. & Purp. nu. 13. & Claud. nu. 7. omnes in 3. limi. Math. Brun. in d. trac. de cess. bon. in 20. q. 4. q. in prin. num. 23. Corn. in l. cum antiquitas, propè fin. versic. que etiam videtur de mente, C. de testam. idem Purp. in d. rub. ff. si cert. pet. sub nu. 24. post prin. vers. ex hac gloss. & ibi sequitur Iaco. de Nig. sub nu. 22. Dec. in d. c. 1. in fi. de const. alios allegans, Neuiz. numer. 33. post prin. vers. in 2. limi. & Diaz. in d. reg. 5. 14. & alij, ita vt ista sit communis opinio.

104 Fallit quinto, & vlt. + quãdo opponeretur + diuersis Glos. seu locis, quia tunc non statuit vltimã, ita post And. Barb. vbi per eum tradit idem Neuiz. sub d. num. 33. in 4. limit. Du bitatur modo, nunquid talis doctor, qui quandoque primã, & quandoque vltimam opinionem censetur approbasse, faciãt opin. & numerum in eis.

105 Et qd non faciãt + numerum, suadet arguendo à fortiori, nam si Doct. simpliciter absq; disputatione aliquid firmas expressè, nõ dicitur facere opi. vt tradit Fulgos. in consil. 101. sub nu. 3. quem Doct. communiter sequuntur, vt latè ostendimus supra in prima Inspec. multò minus faciet in proposito, vbi non solum absq; disputatione, sed nec etiam clarè suam sententiã exprimit.

106 Sed in trium, qd talis doctor + faciãt opinionem, & num. in communi fortè videtur stringere, nam licet iste Doct. expressè, vel verè neutram opi. approbet, tñ præsumitur vltimã, & quãdoque primam approbasse, & ista psumptio est adeo vehemens propter vim communis opin. vt tanquã sit iuris, 107 & de iure + nõ admittit probationẽ in contrariũ, vt post gl. Alex. Fel. & alios concludit Alciat. in trac. præsumpt. in 2. par. nu. 3. in fi. & reddit eam certam non minus, ac si verè esset verbis expressa. Quid dicendum?

108 Equidem pro resolutione distinguerem + illos tres casus, quos supra considerauim in d. prima Inspec. Nam, aut sumus in doctoribus, qui non solent disputare: & tunc dicerem, talem doctorẽ facere opinio, & numerum, quia perinde est, ac si expressè hoc simpliciter traderet. Aut loquimur de Doctoribus, qui semper disputant, & tunc concludendum est, non facere numerum: quia licet hoc sentire videntur, tamen verè non sentiunt arguendo à consueto eorum more. Aut tractamus de Doctor. qui quãdoq; disputant, quandoque nõ, & tunc, si de ea materia principaliter agunt, faciunt opinionem, & numerum: si verò de eo incidenter aliquid asserunt, & non faciunt numerum in cõmuni per supradicta.

INSPECTIO VII.

Aliquando Doctores tenentes vnam opinionem allegant + auctorem, qui aliam non tenet, & ipsi eius auctoritate mouentur, vt facit Iaf. in §. fuerat. col. 26. num. 89. Insti. de action. allegans ibi Sal. qui, ad quod allegatur, non dicit, Du bitatur modo, an isti Doctores, vtputa Iaso. & similes, faciãt opinionem, & numerum pro ista sententia.

In hac quoque dubitatione neminem scribẽtem inueni, pro eius tamẽ resolutione duos casus distinguẽdos esse cen 110 seo, quorũ Primus est, qn doctor + tenens illam opinionẽ, mouetur solummodò auctoritate illius auctoris, quẽ allegat, & hoc casu cõcluderẽ, nõ facere opinionẽ, & numerum

PROCO,

pro ea, nam elari iuris est, sublato fundamēto doctoris corruere eius opinionem, vt supra aliis diximus, & congruit regul. capit. cum cessante, extra de appellationi. cū similibus.

111 Secundus casus est, quando doctor ad tenendam illam opin. non adducitur simplici auctoritate illius, quę allegat, sed vnā legibus, vel rationibus mouetur, ex quib9 appareat, illum veram iudicare opinionem ex alio, quam auctoritate illius primi doctoris: & tunc dicerem istum facere opinionem, & numerum pro communi, & ratio est, quia licet tolleretur fundamentum auctoritatis, non corrumpitur ista opinio, cum remaneat fundamentum rationis, vel legis.

112 Nam dispositio fundata duabus rationibus non corrumpitur per remotionem alterius dummodo altera firma maneat. l. inon lex, & ibi not. Bart. & alij. ff. de hered. inst. §. affinitatis, & ibi no. doct. inst. de nupt. tradit. l. in l. v. liberis. n. 16. ante fi. C. de colla. & post Salic. & Alex. Alcia. in d. tract. præsump. reg. 1. præsump. 2. numero 3. & ibi Nico. Arela. in addit. alios congerit.

Vnde bona est cautela inspicere an primus Doc. qui allegatur, pro aliqua opinione illam verē teneat, quia si non ita vellet, vt accidit in compluribus opinionibus, quorum aurigę allegantur antiqui, qui vel nunquam, vel raro dicunt, ad quod allegantur, facile communes subuertentur.

INSPECTIO VIII.

Antiqui fuerunt contrarij in aliqua quęst. Moderni ponunt vnā opinio. pro regula, contrariam pro limitatione. Exemplum, Dubium erat, an citatio nulla induceret perpetuitatem iurisdictionis, & partem affirmatiuam tenent Host. Anto. de But. Gomes & alij, contrariam firmanunt Card. Archid. Ancha. & alij. Rom. & Felin. postea approbantes partem negatiuam limitant, quando citatus aliunde habuit plenam notitiam. Dubitatur, nunquid doctores tenentes partem affirmatiuam, puta Host. Bu. & Gomes, faciant numerum in hac limit. quando citatus habuit notitiam aliunde.

113 Et primò aspectu videbatur dicendum quod sic, nam cum isti teneant opi. affirmatiuam in genere, videntur etiam in isto casu particulari idem tenere, imò multò magis, cum in hoc sit minor difficultas.

114 Nam generalis dispositio complectitur quoscunque casus particulares, licet maior sit ratio in vno, quam in alio, vt iuris & auctoritatis late more suo comprobatur Tirac. in trac. de vtroq. retrac. tit. 1. §. 1. glo. 14. nu. 101. in rep. l. si vnquam, in prefat. nu. 108. de reuo. don.

115 Contrarium tamen credo verum, quod isti Doctores non possint allegari pro limitatione, ea potissimum ratioe, quia auctoritates Doctorū debent allegari in indiuiduo casus, in quo loquuntur, nec aliās, iuxta dictū Are. in consi. 6. in prin. quem alij sequuntur.

Nec obstat dicere, quod si loquuntur in genere, ergo multò magis sentiunt in casu, in quo maior est ratio, quia potest dici, vel istud forte locū habere, quando opinio generalis non esset reprobata, & non adessent alij in indiuiduo tenentes, vel fortius, non valere, doctor ita tenuit hoc casu, ergo multò magis idem sentit in isto, qui habet maiorē rationem, nam non sufficit, quod aliqua opinio propter veritatem sit digna approbatione omnium, sed necesse est, quod eam Doctores in actu expressè approbent ad hoc, vt faciant numerum. Et ita credo seruari.

INSPECTIO IX.

Quoniam hodie cuncta reguntur hominum opinione, videmus quotidie miseris litigantes, vt quo ad fieri potest, sumptibus parcant, & voti sui compotes facilius efficiant, petere ab Excell. viro consilium, & illud postea simplicibus plurium Doctorum subscriptionibus comprobandum curare, vt suadeant iudici, se bonum ius fouere.

Vnde sapius dubitare contingit, nunquid isti Doctores simpliciter se alterius consilio subscribentes faciant opinionem, & numerum in communi.

116 Et dubium facit, quia Doctores plerumque ad aliorum preces absque lectione consilij, vel si legunt, matura consideratione iustitia ipsius non adhibita faciunt istas subscriptiones, præterquam quod neque disputant, neque vllam diligentiam in perquirenda veritate ostendunt.

Verum ista parum vident, quia doctor præsumentur vidisse, diu cōsiderasse, & etiā iura, & rationes pro opinione consilij perpenderit, & p̄sertim quia ipsimet asserunt in prin. istarum subscriptionum, quod plerumque initium habent, vñs, &

mature, vel diligenter ponderatis, vel perp̄sis, vel siml. qui non censentur dicere mendacium.

Quamobrem contrarium, quod doctores subscribentes se simpliciter alterius consilio faciant opinionem, & numerum in communi tenuerunt expressè Thom. Gram. post Rub. procem. Insti. in positione casus cum verborum contextu, sub nu. 13. dicens subscribentem haberi, ac si ipse cōsiliū fecisset, & in eo præstare auctoritatem, & latius eximius D. meus Franc. Cantutius interpretando. d. l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. in illa quæst. An fideicommissaria sit propriè substitutio: in qua pro parte affirmatiua adest conf. Maria. Jun. 128. lib. 1. subscriptum à plusquā 20. Doct. hoc idem in necessariam consequentiā voluerunt D. meus Thob. Noni. in ead. l. & q. & Excel. D. meus Sfort. Odd. in suo copioso, & subtili Trac. Compen. substi. in præul. par. 1. q. 5. post med. in illa eadem quæst. versi. contrariam igitur sententiam dum voluit propter illas simplices subscriptiones d. conf. Maria. In opinione, quod fideicom. sit propriè substitutio, esse magis com. & istud idem in effectu voluit doctores, qui aliorum consilij se subscribunt, propriis subscribi ab aliis curant, & subscripta in lucem emittunt, vt plures, & innumeras tam antiquorum, quam modernorum subscriptiones impressas videmus, adeo quod ista opinio appareat ab omnibus recepta, & etiam verissima ex duobus.

Primò, quia in dubio debet fieri interpretatio, vt actus aliquid operetur, non vt reddatur inanis. l. quoties, cū vulg. ff. de reb. dub. At si diceremus, doctores subscribentes non facere opinionem, subscriptiones inanes essent, cum ad alium finem non addantur consilio, nisi vt auctoritas Doc. subscriptionum habeatur. Ergo & c.

Secundò, & vlti. quia Doc. subscribens se simpliciter con-

117 siliū alterius, in totum illud approbare censetur. l. si ita stipulatus. la. 6. §. Cryogonus, & ibi not. Ang. nu. 1. Castren. nu. 2. Imol. col. 3. ver. item not. quille. nu. 10. Aret. nu. 5. Alex. nu. 2. Iaf. nu. 2. & alij communiter. ff. de verbo. oblig. istud idem voluit Bald. in l. si per totum. & præcipue in fin. & ibi Andr. Barba. in addit. C. plus val. quod agit. & c. quem referunt, & sequuntur Barth. Bologni. in rep. auth. habita. n. 164. C. ne fil. pro pat. Thom. Gramma. dict. n. 13. & alij passim, & est communis, & recepta opinio, vt ex nu. & auctoritate istorum clarè appareat.

Quinimò si doctor signet tatummodò sigillo suo consilium alterius absque alia subscriptione, dicitur illud approbare, ita inquit Bald. in l. tribunus. §. 1. per illum tex. versi. item not. hic arg. ff. de testam. milit. quem refert, & sequitur Bologni. sub dict. nu. 164. quod est intelligendum, si appareat sigilli dominum illud appotuisse, secus aliās, arg. l. pen. ff. de testam. cum adductis per Inno. in c. 2. circa prin. in verb. sigillum. nu. 2. extra de fide instrum. cum siml.

120 Fallit tamen hæc conclusio, quando doctor non legisset consilium, quia tunc non facit opinionem, ex quo non censetur illud approbare, cum ignoret contenta in eo, d. l. Tribunus. §. 1. & ibi no. Bald. idem tradunt Ang. & ceteri in d. §. Cryogonus. In hoc autem creditur Doctori subscribenti, qui asserit in subscriptione, vñs, & consideratis, & c.

INSPECTIO X.

Reperiuntur quandoque nonnulli, qui nondū doctorati, sed solum licenciati, seu approbati aliqua & dicunt & scribunt. Vnde dubitatur, an isti faciant numerum, & auctoritatem pro communi. Et hanc quæstionem nemo examinat, quem viderim.

121 In ea tamen prima fronte dicendū videtur, licet iatū non facere opinionem, & numerum, nam cum ad constituendā communem duo coniunctim requirantur, videlicet, numerus & auctoritas doctorum, vt diximus supra tit. 2. nu. 1. cū seqq. ille, in quo deest alterum requisitum, non poterit facere numerum in communi. sed in licenciato deest auctoritas. Merito & c.

Minor deducitur, nam auctoritas nihil aliud est, quam opinio, quæ emanat ex præsumptione illa iuris, quia doctor præsumitur peritus. Vnde cum licenciatus non sit doctor, cessat præsumptio, & consequenter opinio, & auctoritas.

122 Contrarium tamē credo verum, nempe licenciatum in eo, quod asserit, vel scribit, facere opin. & numerū in communi, Tum quia licenciatus est proximè doctorandus actu vel saltem potentia, vt per se patet, Sed proximè Doctorandus

123 habetur pro doctorato, iuxta reg. l. pen. & ibi not. per gl. & ceteros. ff. de restam. mil. de qua plenè per Tirac. in tract. de legib. conuub. glo. 2. nu. 2. cum pluribus seqq.

Quinimò

124 Quinimò in indiuiduo casus nostri, approbatus, vel licentiatus in fauorabilibus habetur pro doctore, vt voluit Bal. in l. 1. col. pen. sub nu. 9. propè si filius. ff. fol. ma. Soc. in consi. 70. vtrum primo licenciatus. col. si. sub num. 6. ver. v. principaliter. lib. 4. quos refert, & sequitur Tirac. sub d. nu. 2. Ergo & c.

At Doctor absque dubio facit numerum in communi. Merito & c. Tū etiam quia Laurea doctoratus, licet tribuat præsumptionē, & auctoritatē, quæ pbat doctrinā & peritiā doctoris, tñ non sequitur, quæ licenciatus habeat auctoritatem, quæ doctrina, & scientia potest ex alio, quam doctoratu probari, vt putat per scripta, & alios actus siml. At nos præsumptio, licenciatum aliquam in iure scripsisse, vel dixisse, & approbatum ad doctorandū esse, per quæ eius peritia cognosci valet. Ergo & c.

125 Et videmus, quod licenciati retinent, & admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas, ad quas solum doctores assumuntur, vt sancitum extat in Sinod. Trid. in 22. session in decret. de reformat. c. 2. quia non consideratur, nisi peritia.

INSPECTIO XI.

Scholares quoque simplices etiam non licenciati in iure dicunt, & scribunt, vt fuerunt Horat. Lucius, qui scholaris fecit tractatum de priuilegiis scholar. Restaur. Castal. qui in lucem misit quædam singularia, Franc. Herc. qui conscripsit tract. de proban. negat. & alij plures, qui varia monumenta in iure etiam scholares reliquere. Quæritur, an talis scholaris faciat opin. & numerum in communi.

Hæc quoque difficultas à nemine tangitur, & satis fortasse esset eā indecisam relinquere, ne ipse etiam scholaris propriam causam agere videar, Lectorem tamen humanitate, & integritate confusus, quid super hac re sentiam, non silebo.

126 In hac quæst. pro parte negatiua, quod scholaris non faciat opi. & numerum in communi, faciunt ista.

Primò, quia is facit numerum in communi, qui & scit, & scire præsumitur, vt mox dicemus: At scholaris non scit, quæ scholares proficitur se velle addiscere, item licet esset peritus, tamen non præsumitur, quia scholares non periti, sed scientiæ cupidi censentur Ergo & c.

Secundò, & vlti. vrget contra scholares, nam doctores iuuenes, certi iuris est, modicæ admodum esse auctoritatis, & tamen habent præsumptionem ortam ex doctoratu. Ergo scholaris, qui & iuuenis, & non solum præsumptione caret, sed etiam habet præsumptionem contrariam, videlicet non sciendi, cum, si sciret, non esset scholaris, nullius erit auctoritatis.

127 Sed pro parte affirmatiua, quod scholaris faciat opi. & numerum in communi, videtur vrgeri infra scripta, & primò, quia, quem admodum vbi dubitatur, an vulnus sit mortale

128 nec ne, attenditur non solum opinio Medicinæ doctorum, sed etiam peritorum, qui doctores non sunt, vt respondet Alex. in c. nsi. 14. viso processu inquisitionis. col. si. nu. 1. lib. 1. quem referunt, & sequuntur Iaf. in l. 2. propè si. nu. 5. ff. quod quisque iur. & Alciat. in l. 1. in §. eadem, sub nu. 34. versi. sed in contrarium facit. ff. de ver. obli. per l. 1. §. ne autē quantitas. C. de com. seruo manu. cum siml.

Ita in proposito in communi constituenda opinio scholaris attendi debet, qui aliquo scriptorum genere, vel disputatione, vel alio modo peritum se ostendit.

Secundò, quia facere numerum in communi is potest, qui habet auctoritatē, cum cōis constituatur numero & auctoritate Iurisperitorū, & is habet auctoritatē, quæ est, & præsumitur

129 doctus, & peritus: sed scholaris est huiusmodi, nā scholaris est peritus, cum diu, noctūque versatus sit in legali philosophia, nam qui scholaris aliqua vel dicit, vel in iure conscribit, semper proximus Laureæ existit, imò istius eadem est doctrina, quæ in doctore, cum Doctoratus non det, nec peritiā, nec scientiā, sed solummodò, vt diximus, eā probet.

Item & præsumitur, tum quia vnusquisque censetur calere artē, in qua versatur, iuxta illud vulgare, quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Tum etiam quia scripta, disputationes, & alia hoc genus non minus, quam Laurea doctoratus probant, & attestantur de doctrina, & peritia scribentis, vel disputantis. Quid concludendum?

130 Equidē distinguere duos casus: Quorum primus est, in opinione scholaris, qui eam firmavit iuribus, vel rationibus, vel auctoritatibus, & tunc cenferem eum facere numerum in communi: primò auctoritate Bar. qui licet iuris Lucerna, tñ in suis qq. in q. 2. Pisanæ Ciuitatis in princ. in q. 6. Lapus. in solu. in prin. in quæst. 7. mulier habens. in solu.

prin. in q. 9. iudex. in solu. in princip. & in q. 14. iudex malefactorum. in solu. in prin. se remittit iudicio doctoris, & scholaris melius sentientis.

Secundò, quia in tali scholari cessat præsumptio contraria, cum simus in claris.

Tertio, & vlti. quia in actibus, in quibus habetur ratio doctrinæ non consideratur Laurea doctoratus, quæ ex eo deducitur, quia scholaris peritus præfertur doctori ignoranti, vt probatur in l. 1. iuncta gl. 1. C. de ann. ciuili. lib. 1. tradit Quintil. Mandos. in comment. ad Regul. Cancel. in reg. 16. q. 17. nu. 2. Ant. Tafar. in Comp. error. notar. capi. 25. nu. 2. cū siml. At in casu nostro habet ratio doctrinæ, Merito & c.

Alter casus est, quādo sumus in aliquo dicto scholaris, ad quod probandum nihil allegauit, & tunc non faciet numerum, & opi. quia viget præsumptio imperitiæ.

Fallit tamen hoc quando istud pronunciatum esset in tractatu, in quo reliqua contenta & conscripta ostenderent eum peritum, & doctum, quia etiam in eo faceret numerum in communi, talis enim scholaris eiusdem est doctrinæ, ac si esset doctoratus, cum isti tractatus, & reliqua fiant non à Titonibus, sed à scholaribus diu in iure versatis.

INSPECTIO XII.

Doctores interdum tractantes aliquam materiam, veniunt ad aliquod caput, & dicunt, de materia istius casus pertractant doctores in l. & c. vbi lason partem affirmatiuam communem assuecrat.

Dubitatur, an isti Doct. per solam attestationem, vel relationem attestationis de communi opin. censentur comunem illam approbare, adeo quod faciant in ea numerum: & nemo hanc difficultatem dissoluit, pro eius itaque resolutione concludiue procedendo, duos distinguendos esse casus existimo.

131 Alter est, quando doctor loquitur de questione ex argumentum, quod ipse principaliter pertractat, & tunc cōcludere non cenferi eum approbasse, & non facere opinionem, & nume. pro ea. Nam cum de ea principaliter non agat, si se remittit ad alios de ea tractantes, dare apparet, quod non vult opinionem suam constituere, & quando dicit talis opinio est communis, vult tantummodò ostendere quid sentiant alij, quemadmodum in allegatione aliarum auctoritatum.

Alter casus est, quando quæstio est de materia propria sui tractatus, & tunc diceret pro ea facere opi. & numerum, quia sunt multa in vno tractatu, quæ adeo clara sunt, vt nulla indigeant discussione, & ideo doctor breuiter consulentes ad alios remittunt, amplectentes communem opinionem tanquam veram, & claram.

Præterea cum rem illam principaliter agant, & totā habeant præ manibus, si sententiam aliquam dicunt comunē, fatentur etiam veram, cum communis vera præsumatur, & tanquam veram, & de materia ab iis principaliter tractatā, velle omnino amplecti censentur.

INSPECTIO XIII.

Iurisconsultus formans, seu proponens quæstionē, nec aliter eam decidens præsumitur decidere, & resolueret, prout proponit, vnde si proponit affirmatiue, putā, An princeps legibus solutus sit, dicitur approbare partem affirmatiuam, quod princeps sit legibus solutus, & si pponit negatiue, putā an princeps legibus non sit solutus, partem negatiuā quod princeps non sit solutus legibus, approbare dicitur.

132 Istud pronunciatum probatur in l. in rebus, in si. prin. ver. sed videndum, cum glo. ff. commod. in si. ver. videamus ne ea pecunia. & ibi no. Fulgo. ff. de eo, quod cer. loc. in l. si. ff. de ser. rust. præd. in l. si indebitum. in princ. ff. rem rat. habe. & ita tradit Irner. in gl. pe. in l. sed & si quemcūque, in verb. dubit. ff. ad l. Aqu. Soc. in trac. reg. in posterior. in re. §. 1. Iurisconsultus, qui format. Iaf. in l. cum fundus. §. seruum tuum. col. 4. nu. 6. ff. si cer. pet. refert. & sequitur Nico. Euerard. in suis loc. lega. in loc. ab auctor. circa med. versi. si autem Iurisconsultus cum simi. Modo dubitatur, an si doctor proponeret quæst. & non resolveret, præsumeretur decidere pro ea parte, secundum quam proposuit quæstionem, & in ea faceret opinionem, & numerum.

Equidem, licet neminem inuenierim hunc casum in specie tangentem tamen indistinctè concluderem, talem doctorem non cenferi approbasse opinionem, & per consequens non facere neutrum in communi. nam neutram expressè firmavit, vt clarum est, ergo non potest facere numerum.

Nec

Nec obſt q̄ dictum eſt de iuriſconſultis: quia eorum dicta hodie pro lege cuſtodiantur, & in legibus nullum verbum debet eſſe ſuperfluum, ſed aliquid operari. l. j. cum ibi no. per Doct. ff. quod met. cauſa. cum ſimilib.

INSPECTIO XIII.

136 Doct̄or aſſerens vnam Opinionem veriore, & æquiorē, ꝛ̄ inuuit contrariam ſeruari in practica, illud fuit dictum Lancel. Dec. in l. hæres abſens. ff. de iudic. vt refert, & ſequitur Caſar Contar. in repe. l. diffamari. in quaſt. 1. 1. prope ſi. nu. 84. C. de inge. & manum.

137 Quaritur modo pro qua Opinione faciat numerū iſte doct̄or pro ea, quam dicit veriore, & æquiorē, an pro ea, quam inuuit ſeruari in practica: In hac difficultate ego imprimis valde dubito de iſto dicto Lancel. & ſic indiſtinctè intellectum falſum ꝛ̄ omninò exiſtimo, nam clariffimum eſt, in practica attendi Opinionem veriore, & æquiorē, licet contraria eſſet Cōmunis, vnde abſurdum eſt, quòd doct̄or dicēs opinionem aliquam veriore, & æquiorē, inuauat contrariam in praxi ſeruari.

138 Quamobrem ipſe in hoc proſo ꝛ̄ dubio ita diſtinguere, Aut talis doct̄or prius, vel poſterius dixit contrariam Opinionem eſſe Communem, & tunc benè poteſt eſſe verum, ꝛ̄ inuauit ſeruari in practica, dicendo cōtrariam veriore, & æquiorē: tum quia ſi non de iure, ſaltem de facto iudices hodierni in hærent Communibus Opinio. tanquam ſecuro carotio, licet interdum non parum erent, vt inquit Maria. Iun. conſi. 1. 3. quaſtio propoſita. col. 1. nu. 2. lib. 1. tū etiam, quia Opinio cōtra Communem poteſt eſſe verior per iura, & rationes, quæ, & quas viderint tenētes: omninè Opinio. quo caſu licet opinio cōtraria ſit verior, ramen ſeruanda eſt cōmunis, vt infra ſuo loco dicemus, & hoc caſu iudicio meo poteſt ſaluari dictum Lancel. Decij. Aut doct̄or ſimpliciter dicit hanc, vel illam ſententiam veriorē, & æquiorē nulla habita mentione communis contrariæ, & tunc falſum credo, quòd inuauat cōtrariam ſeruari in praxi, in qua verior, & æquior Opinio attenditur.

139 Reduendo modo ad principalem dubitationem omiſſa diſputatione concludo, Doct̄orem talem ꝛ̄ in caſu, quo inuuit, contrariam ſeruari in praxi, approbare ſententiam veriore, & æquiorē, & pro ea opinionem, & numerum facere ex duobus.

Primò, quia potius adhærere debemus expreſſo tãquam certo, quam tacito, ſeu præſumpto incerto. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obliga. l. qui ad certum. ff. locat. cum vulga. Sed talis doct̄or expreſſe dicit hanc opinionem veriore, & præſumptiue, ac tacitè inuuit ſeruari in praxi.

Ergo ſecundò, & vlti. quia veritas in omnibus debet principalem locum habere, c. quaeritur. 2. quaſt. 7. & æquitas in omnibus ſpectanda eſt, & antepōnenda l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. placuit. C. de iudi. cum ſimil. Ergo, licet eſſemus in dubio, tamen debemus credere, talem doct̄orem approbare Opinionem veriore, & æquiorē.

INSPECTIO XV.

Gloſſatores quandoque & etiã alij Doct̄ores, vel propter altitudinem intellectus, vt poſt Ang. & alios, quos fuſè ad id congerit, voluit Neuiz. in d. Syl. nupt. lib. 5. nu. 3. ante med. vel propter aliud, adeò obſcurè, & perplexè loquuntur, vt non intelligatur, quid ipſi ſentiant.

140 Vnde huic malo remedium datū eſt, vt tales doct̄ores ꝛ̄ ſeu corū obſcura pronuntiata intelligantur ſecundū leges, quas allegant doct̄ri. eſt Bart. in l. non ſolum. §. liberationis. col. j. nu. 7. in ſi. ver. & gl. iſta. & ibi alios latè allegant Pomar. in addi. & Card. Alba. in lucubr. nu. 3. ff. de libe. leg. & Bar. ſequuntur Roma. conſi. 2. 1. allegationes doct̄oris, in vlti. dubio. col. ſi. nu. 5. vbi latè alios cumulat. Horat. Mandof. in addi. in verb. allegat. Alex. in l. ſap. col. 8. nu. 27. in ſi. ff. de re iudic. Sal. in l. ſi ex cautione. col. 6. ver. quæro 2. ſucces. C. de nō num. pec. Steph. Bertr. in conſi. 128. pro pleniori. nu. 5. lib. 1. Caſar Lamberti. in tract. de iur. pat. in 2. lib. par. 1. q. 9. art. 18. nu. 7. latè laſ. in l. cum filio familiaſ. col. 2. 1. nu. 129. ff. de leg. 1. Reſaur. Caſald. poſt alios in §. cum filius, in glo. 1. col. 3. nu. 7. Inſt. de hære. quæ ab integ. Pau. Leon. in tract. ſubſtit. in prælu. d. nu. 77. Iaco. Meno. in tract. de retin. poſſ. in 3. remed. nu. 270. Horma. Det. in rep. l. hoc edicto. in §. hoc autem edictum, col. 8. nu. 2. ff. de noui oper. nun. Cor. in conſi. 124.

ardua primo aſpectu. col. pe. nu. 2. §. li. 2. Soc. in l. Diuo Pio. in princ. nu. 47. ff. de re iud. Marſil. in rub. ff. de fideiuf. nu. 45. Gul. de Bened. in rep. cap. Raynuius. in verb. teſtamentum. col. 1. nu. 62. ext. de teſta. lo. Igne. in l. neceſſarios. §. non alias. nu. 1. 18. ff. ad Syl. Nico. Bellon. conſi. 16. ſtat. ſtatutum, propè ſi. nu. 10. Hiero. Butig. in rep. l. edita. nu. 10. 1. C. de edend. Ca. gnol. in l. diem functo. nu. 2. ff. de ori. aſſeſſor. Maria. Iun. in l. j. num. 43. 2. ff. de acquir. poſſ. Anto. à Leut. inter conſil. crim. diuerſ. To. 2. in conſilio 18. viſo ſupraſcripto. nu. 25. & nouiſſimè Gaſp. Cabal. in tracta. de cui. §. 4. nu. 28. & eſt receptiſſimum apud omnes.

141 Modo dubitatur, an doct̄ores iſti faciant numerum in cōmuni. Et omiſſa longiori diſquiſitione cōcludo, iſtos ꝛ̄ facere Opinionem, & numerum, tum quia eſt receptum pro indubitato, vt doct̄ores eam partem approbaſſe cenſeantur, pro qua faciūt iura, & rationes adductæ ita, vt perinde ſit, ac expreſſe firmaſſent, tum etiam quia quemadmodum ſublato fundamento doct̄oris corruiſit eius Opinio, ita econtrā poſito fundamento debet conſtitui opinio.

INSPECTIO XVI.

Doct̄or ſuper aliquo caſu firmat opinionem ſuam, & poſtea dicit, ſe cōtrarium vidiffe iudicari, vtrum iſte cenſeatur à ſua opinione receſſiſſe per illa verba, ꝛ̄ cōtrarium vidit iudicari, & pro qua parte faciet opin. & numerum.

142 Et videbatur eum ꝛ̄ cenſeri receſſiſſe, & facere numerum pro opi. pro qua vidit iudicare, nam cū pro iudice, & ſententia præſumatur, vt latè per Alcia. in d. tract. præſump. in regu. 3. præſump. 9. opinio, pro qua iudicatur, verior cenſebitur, & eam tanquam veriore approbaſſe intelligitur.

143 Contrarium tamen, ꝛ̄ iſte Doct̄. ꝛ̄ cenſeatur receſſiſſe à ſua opinione, & per conſequeſ pro ea facere numerum tenuit Pe. Caſeſa. inter conſil. crim. diuerſ. in conſi. cv. ſpectabiliffimi domini. propè ſi. nu. xv. Tom. xij. impreſſ. quòd verum credo ex infraſcriptis, licet ipſe nihil alieget.

Primò, quia cum Opinione ſuam firmauerit, ſi ab ea expreſſe non recedat, in dubio per illa verba, quòd vidit cōtrarium iudicari, non præſumitur ꝛ̄ incontinenti ſe corrigere. l. non ad ea. vbi gl. & Doc. ff. de cond. & demon. Bart. in l. j. §. & parui. col. 2. ſub nu. 5. verſi. non eſt enim veriſimile. ff. quòd vi. aut clam. cum adductis per Alc. in d. trac. præſumpt. reg. 2. præſump. 2. 8. nu. j. cum ſeqq.

144 Præterea, & vlti. quia licet pro iudice, & ſententia præſumatur, non tamen clarum eſt, opinionem, contra quam iudicatum eſt, eſſe falſam, quia poteſt etiam eſſe, vt iudex ſecutus ſit ſententiam deteriore. Vnde ex iſta præſumptione non eſt dicendum doct̄orem receſſiſſe ab opin. iam firmata, cum id, ſi voluiſſet, exprimere potuiſſet.

INSPECTIO XVII.

Videmus ſepiſſimè, ꝛ̄ Doct̄ores ſcribētēs ſuper l. dotata, pluribus, & diuerſis materiis, alij vnā, & alij aliam præcipuā materiam pertractandam aſſumūt, reliquis omiſſis, dubitatur, an Doct̄. in materiis omniſis dicantur approbare dicta aliorum, puta gl. Bart. & ſim. & in iis facere opinionem, & numerum: & partem ꝛ̄ affirmatiuam tenet D. meus Thob. Noni. in §. Poithumoru. col. xvij. ſub nu. xj. ver. ita voluit hic Accur. in inſt. de exhere. lib. & nihil allegat.

145 Sed ipſe omiſſa diſputatione contrarium cōcludo, nempe ꝛ̄ doct̄orem iſtum ꝛ̄ non cenſeri approbaſſe, neque numerum pro iis facere, tum quia nulla ratio ad id dicendum nos impellit, tum etiam quia hoc non voluit: quia quemadmodū Opinione ſuam expreſſit in materiis, quas ibi pertractauit, ita, ſi voluiſſet, & in aliis expreſſiſſet, nō fecit, ergo noluit, arg. l. vnic. §. ſi autem ad defic. C. de cadu. tol.

INSPECTIO XVIII.

Dubitari poſſet, nunquid conſulentes in aliqua cauſa faciant numerum pro conſtituenda communi in illo caſu ad vtilitatem ſui clientuli. Et breuitati conſulendo concludo, 147 Doct̄orem ſcribentem in vno caſu ꝛ̄ non debere vilo pacto numerari in conſtituenda communi in illo caſu in vtilitatem ſui clientis, ex duobus:

Primò, quia aduocatus eſt ſuſpectus propter affectionē, 148 quam habet, cauſæ, propter quam affectionem dicitur ꝛ̄ aduerſarius eius, contra quem conſuluit. l. j. §. ſi. cum glo. in verb. aduerſario. ff. de calum. Doct̄. omnes, & præcipuè alios allegantes Aug. Bero. col. xij. nu. xxxvij. & Marc. Mant. col. x. nu. xj. in c. j. extra de iud. cum concord.

Vnde

Vnde aduocatus in vna cauſa, ſi in ea ſit datus index poſt ꝛ̄ tanquam ſuſpectus recuſari. c. poſtremo, & ibi gl. in verb. aduocati, Abb. & alij extra, de app. Doct̄. in d. c. 1. de iudic. & eſt receptiſſimum.

149 Quinimò Doct̄or aduocando contra eum, cum quo fecit ꝛ̄ pacem, in multis caſibus dicitur ꝛ̄ pacem rupiſſe, vt latè per Jul. Ferret. in tract. de feri. ſeu induc. milit. treg. & pac. n. 18. vſque ad 190. cum ſimi. At abſurdum eſt dicere, doct̄orem ſuſpectum facere mentionem in communi, Ergo, & c.

Secundò, & vlti. quia ſi aduocati facerent numerum pro communi in cauſa, cuius patriocinium ſuſceperunt, ſequerentur duo maxima abſurda, vnum eſt occaſio maximorū ſumptuum, tot enim conſulenter Doct̄ores, quouſque communis, & magis com. efficeretur. alterum eſt abſurdū, quia vincerent cauſas faltem dubias, non qui iuſtitiam fouerent, ſed qui maiorem pecuniarum quantitatem haberent, quibus plura conſilia peterentur, at conſequeſ non eſt admittendum.

150 Meritò Intel. hoc quo ad conſilium redditum in illa cauſa, ſecus ſi eandem opi. prius vel conſulendo, vel tractando, vel alio modo firmaſſet, quia in aliis locis faceret numer. in commu. etiam in illa cauſa.

151 Sed non propter hoc litigantes ꝛ̄ debent aſpernari habere plures & principaliores aduocatos, quia & maximum eſt iudicium eius boni iuris: & quia bona capita, & rationes facilius excogitant plures, & excellentiores, quam pauci, & minus doct̄i.

INSPECTIO XIX.

Quandoque reperitur inter conſilia vnus inſertum cōſilium alterius Doc. qui & ipſe habet propriorum conſiliorum libros ſeparatos, inter quæ non reperitur conſilium inſertum inter alterius conſe exemplum habemus de quodā conſ. Bal. inſerto inter conſ. Ang. conſ. 265. verba, autē ſuccedere valeas, quòd inter conſ. Bald. non inuenitur.

152 Queritur, an talis doct̄or in eo conſ. faciat nume. & opi. in communi. & D. meus Fran. Cant. in ſuo quodam pleno, & doct̄o reſp. incip. tota vis præſentis ꝛ̄ ouerſæ. in 2. lin. ſpe. in 2. fund. in ſi. loquēs de d. ꝛ̄ Bal. voluit, tãquã ſuſpectū non debere ꝛ̄ attendi, nec Bal. numerū facere ob illud cōſ. ea vrgenti ratione, quia aut illud conſ. non fuit Bal. ex quo non reperitur inter eius conſilia, aut ſi fuit, vtique Bald. videtur illud reieciſſe, & conſequeſ receſſiſſe ab illa opin. ex quo non numerabit inter ſua conſilia. Ego tamen paccanti viri in caſu d. cōſ. Bal. nō credo veram opinio. eius per infraſcripta.

153 Pro reſolutione tamen præſentis dubitationis diſtinguo ꝛ̄ duos caſus. Quorum primus eſt, quando doct̄or inter cuius conſilia reperitur conſilium alterius, habet cum eo vel affinitatem, vt Ang. cū Bal. vel conſue. rudinem, vt ſcholaris cum præceptore, vel ſim. vel amicitia vel amicitia præſumptionem, vt inter Doct̄. cuiusdē ciuitatis, vel ſimil. & tūc credo talem Doct̄orem facere opi. & numerū in Cōmuni.

Nam facile poteſt eſſe vt aliquis iſtorum potuerit habere conſilium alterius, & propter affinitatem, & amicitiam traditū originale conſilij ſpe recuperandi, vnde copia apud autorem non remaneret, & id melius eſt dicere, quam ꝛ̄ conſilium non ſit autoris, nam cur doct̄or inter propria conſilia interſeruerit conſilium ſub nomine alterius, alia ratio eſſe non poteſt, niſi conſideretur fraus, quæ nō debet præſumi, præſertim quando alia legitima interpretatio poteſt adaptari. Item hanc opinionem tenēdo cuitatur, doct̄orem cenſeri opinionem mutaſſe, quòd eſt contra reg. l. Lucius in ſi. ff. de leg. 2.

154 Secundus caſus eſt, quando conſilium reperitur inter conſilia doct̄oris, cum quo autor verè, vel veriſimiliter nulla familiaritate, affinitate, vel neceſſitudine fuit cōiunct⁹, puta ꝛ̄ vnus ſit Italus, alter Gallus, & ſic de ſimil. & tunc habet locum opinio D. mei, quia poteſt eſſe conſilium fictum in aliqua cauſa ad obtinendum, & poſtea ſic impreſſum: vel ſi verè fuit proprii autoris, ab eo improbatum cenſebitur, cū copiam non retinuerit.

INSPECTIO XX.

155 Reperiuntur in iure opuſcula & libelli, quibus nullus eſt inſcriptus autor, vnde iſtos incerti autoris libros appellare ſolemus.

Dubitatur, an iſti incerti autores faciant numerum, tum quia video, eos paſim à Doct̄oribus allegari, tum etiã

quia negari non poteſt, iuriſperitum allquē opus illud conſcripſiſſe, & prout ibi opinionones protulit, voluiſſe, & ſenſiſſe, neq; nominis autoris incertitudo debet reddere illud opus inane, & fruſtratorium, vt eſſet, ſi allegari nequiret.

156 Verum tamen eſt, huius incerti autoris ꝛ̄ modicum, & exiguum eſſe autoritatem.

Primò, quia nō poteſt cognosci, an autor iſte ſit antiquus, ſcripſerit in ſenectute, maximi nominis viuens extiterit, & ſimil. & licet liber poſſet teſtari de ſingulari eius doctrina, cū tamen malus, & iniquus eſſe poterit, quòd poſſet argui ex illa incerti autoris inſcriptione, autoritas non probatur, quia deficit alterum requiſitū, videlicet vitæ probitas.

157 Secundò, quia credo, iſtos libros plerunq; non excedere in bonitate, & elegantia, quia ſi aliàs eſſet, vel veri autoris, vel alterius, qui librum in lucem emiſerit, nomen eſſet appoſitum.

Terziò, quia quādo in aliqua quaſt. iſte allegatur, poteſt eſſe, ſit idem cum altero in illa quaſt. citato.

Quartò, & vlti. quia poteſt eſſe, quòd opus illud fuerit ab autore penitus reiectum, vel faltem, ꝛ̄ manifeſtè colligitur, neglectum.

INSPECTIO XXI.

Propoſita mihi fuit dubitatio à D. Octauiio Simoncello Calliēſi iuvene, & ingenij acumine, & legali ſcientia valde prædito, & mihi ſemper honorando, vtrum doct̄or, qui in Indice, ſeu tabula, ſeu repertorio, ſeu ſummario alicui⁹ opere aliquid aſſerat, vel teſtetur de cōi. opi. vel aliud agat, ꝛ̄ in opere iſto non reperitur, faciat opi. & numerum in communi, vel eius atteſtatio attendenda ſit.

158 Et in hac difficultate ſanè pulchra, conſulenti procedendo, ita ꝛ̄ diſtinguendo concluderem, Aut iſte Index eſt locupletatus ab eius autore iuribus, autoritatibus, & rationibus præter contenta in opere prout eſt Index Innocentij, pro quo eſt appoſita Margarit. Baldi, Index Abbatis Panor. Felin. Sand. Franc. Aret. & aliorum, & tunc concludendum eſt, iſtos facere numerum & opinionem, & ratio eſt, quia iſti Indices non ſolum indicis, ſed additionis vicem gerunt. Aut iſte Index eſt ſimplex, prout ſunt regulariter indices & tunc nec opinionem, nec numerum faciet nec atteſtatio de com. quicquam reuelabit. Si quidem index per ſe nihil diſponit, ſed indicat ſolum vbi res in opere pertractetur.

INSPECTIO XXII. & vlt.

159 Doct̄ores quandoque defendunt, & firmant aliquā opi. in genere, & poſtea dicunt: quæ ſententia, faltem locum habet in tali caſu. Vnde dubitare contingit. An iſti per illam adiectionem, quæ ſententia falte, & c. cenſeantur receſſiſſe ab opinione in genere firmata, & an pro ea numerum faciant: Et omiſſa diſputatione vnā cum D. meo. Franc. Cantutio in pulchro reſpon. incip. donationem, de qua agitur reuocandam, circa med. in 5. c. poſt prin. ver. & licet Didac. Duen. & Forſter.

160 Concludo, talem Doct̄. ꝛ̄ nō cenſeri receſſiſſe ab opinione in genere firmata, & pro ea numerum facere, nam cum expreſſe tenuerit eam in genere non cenſetur in cōiuncti ſe corrigere velle. Nec quicquā facit adiectio illa, quæ ſententia faltem, & c. quoniam animaduertere debemus, quòd conſtituere opinionem, conſiſtit in ſola voluntate Doct̄oris, quæ hoc caſu clara apparet, cū expreſſe firmauerit opinionem in genere, vnde, quando, ſubdit quæ ſententia falte, & c. quo ad voluntatem propriam non recedit ab opin. generali, ſed quo ad alios oſtendit, opinionem illam in eo caſu particulari eſſe clariffimā, & omninò ſeruandā, ita ſimiliter probat clarè tex. in l. vnic. C. de emen. propin. Vbi vellet Imper. domeſtica laudis exempla ſeniorum prouocare propin quos minores ad vitæ decora, ſed quoniam ex parte iſtorū id non perſicitur, iubet faltem correctionis medicinam cōpellere, ſed non per hoc negat, quin exempla in bonis ſufficiant.

Et de his hætenus. plures alias difficultates ſuboriri poſſe, qui Doct̄ores faciant numerum, & opinionem in Communi, non ignoro, ſed ex his aliarum reſolutionem facile eſſe, mihi perſuadeo.

Doct̄ori atteſtanti de Communi Opinione an, & quomodo ſic credendum.

TITVLVS VII. Commu. opin. To. 4. ZZZZ

- 1 **D**OCTORI attestanti de Communi opin. non creditur. Contrariū n. 3. Ampliat. n. 7. limit. n. 8. cum seqq.
- 2 Doctōri attestanti de consuetudine nō creditur. Contrariū nu. 4. Declar. nu. 5. Fal. nu. 6.
- 9 Veritatem non immutari ex nostro affirmare, vel negare.
- 10 Quid, quando in eadem quæst. sunt attestaciones hincinde, Primo creditur Doctōri recentiori. Fall. nu. 11. & 12.
- 13 Postea Doctōri principaliter de ea pertractanti. Fal. nu. 14.
- 15 Deinde Doctōri plures autoritates adducenti.
- 16 Postmodum pluribus attestacionibus.
- 17 Tandem si nullæ adsint qualitates supradictæ nulla attenditur.



COGNITIS satis superque ex quibus constituitur vera, & perfecta cōmunis opi. Reliquum est pro complemento huius primæ partis discutere, & videre, nunquid attestatio de communi opi. ab hoc, vel illo Doct. facta ipsam communem plenè probet, & sequenter an, & quomodo credatur doctōri attestanti de communi opinione.

- Et in hac difficultate due sunt scriben. sententiæ, quarum prima est negatiua, vt Doctōri de communi attestanti ÷ nō sit credendum, & hanc tenuit solus Cagn. in l. 1. nu. 265. ff. si cer. pet. & mouetur ea potissimum ratione, quia quemadmodum non creditur Doctōri excellenti attestanti de consuetudine, ita eadem ratione nō est fides habenda Doctōri de communi attestanti.
- 2 Quod verò non creditur Doctōri ÷ de consuetudine attestanti est recepta sententiæ, & ne singulas autoritates numerem, hanc esse communem opin. testantur Pe. de Rauen. in tit. de consue. sect. 5. num. 16. Roch. Cur. in c. fi. sect. 8. q. 5. n. 9. post med. extrà eo. tit. de consue. vbi testatur per relationem, & numerationem autorū, quæ est validior attestatio, Cagnol. in l. vni. in prin. nu. 20. ff. si quis ius dicen. nō obtem. Dec. in consi. 402. in causâ illustri principis. col. fi. n. 15. p. p. fi. ver. ex quibus patet. vbi dicit communem recentiorū, Stepha. Bertr. in consi. 181. circa processum causæ. col. 6. nu. 15. ver. & licet Bar. lib. 3. vbi dicit magis communem, cum aliis allegatis per Anto. Gabriel. lib. 1. comm. conclus. tit. de prob. conclus. 4. ver. contraria Bal.
- Sed hæc ratio fragilis est, vt ex infrâ dicendis apparebit. Contraria igitur est sententiæ, quod Doctōri attestanti de communi opin. ÷ credendum sit, & hanc tenent Ferd. Loaz. in repet. §. diu. l. filiusfamil. col. 12. i. fi. ver. & Doctōri approbato. nu. 37. ff. de leg. 1. Rim. in consi. 98. viso processu agitator. col. pen. sub nu. 75. & consi. 120. disputabilis sine est materia. col. 2. n. 5. lib. 1. Neuz. in d. Syl. nup. lib. 5. nume. 2. Iac. de Leonar. in p. Maria. lun. in p. 121. eleganter, & nō min. n. 17. lib. 2. Hier. Grat. in p. 88. teneo q. hæres. col. 1. n. 2. lib. 2. Lancel. Conrad. in l. de prætor. §. 2. i. tit. de sen. n. 26. Aug. Bero. in consi. 99. non recedendo ab iis. nu. 4. lib. 1. Io. Fran. Vicei. inter cons. cri. diuer. in consi. 146. veris præsuppositis. in fi. nu. 4. li. 1. 2. impress. Io. Hiero. Alban. modo Car. amplif. in consi. 5. si quis aut hodie est. num. 46. Franc. Herc. in trac. de prob. nega. n. 302. ante fi. ver. hæc eadem trahi possunt. D. meus Io. Pau. Lancel. in d. sua disput. an, & quædo artēd. sit commu. opin. in fi. cum similibus, & hæc est communis, & recepta sententiæ, vt ex numero eam tenentium clarè apparet, & etiam meo iudicio verissima.
- Pro qua imprimis retorqueo rationem in cōtrarium adductam. Nam quemadmodum creditur doctōri excell. ÷ de consuetudine attestanti, vt voluit Bar. in rep. l. de quibus. nu. 21. ff. de legib. cuius opinio est communiter ÷ doctōribus approbata, vt testantur Alex. in l. post dotem. col. 10. nu. 29. in prin. ff. sol. ma. Christ. Port. in §. apum. col. 3. n. 10. Inst. de rer. diuif. Dec. in cōsi. 420. quæritur an ad Archidiaconum, in fi. & consi. 694. pro resolutione eorum. col. 1. sub n. 3. vbi per numerationē plurium de com. testatur Io. Bap. Ferret. in consi. 102. super casu decimarum. col. 2. nu. 6. Rol. à Vall. in consi. 71. viso processu. col. 4. num. 2. i. cum seq. & consi. 87. non insistendo. col. 2. nu. 12. lib. 1. & hæc opinio Bar. est magis communis, vt asserunt Dec. in l. 2. §. mutui datio. nu. 12. & 13. ff. si cer. pe. Lud. Gozad. in consi. 59. prima facie dicendum. col. 4. in prin. sub nu. 18. Cur. lun. in consi. 60. casus in factio ita se habet. col. 4. sub num. 5. Grat. in consi. 12. contra quam plures, col. 7. nu. 58. & 59. lib. 1. Mari. iun. consi. 60. vi-

debitur fortasse. col. 3. per totum nu. 10. vbi per relationem complurium hanc magis com. dicit libr. 2. Franc. Herc. in d. trac. de proba. neg. nu. 301. Craue. in consi. 166. licet plurimi. col. 3. nu. 9. nouissimè, & plenissimè alios cumulans Ni co. Festa. in trac. de collec. par. 2. in tit. an, & quand. foren. in dic. nu. 3. vsque ad 42. vbi habito respectu ad numerum, & autoritatem Doc. hanc tenentium dicit eam magis comm. cum relatis per Ant. Gabr. in d. cōclu. 4. in prin. item ista Bar. opin. est verior, vt testantur ferè omnes isti, & præcipuè Maria. lun. Nic. Festa. & Io. Dilect. in trac. de art. testan. in tit. de sub. caut. 3. hæres cui alius. sub nu. 3. ver. & licet secundum quosdam cum concord.

Et absque dubio, hæc est verè communis, & magis communis, vera, & verior opinio tam ex numero, & autoritate eam tenentium, & rationibus ab illis adductis, quam per tot attestaciones de communi, magis com. vera, & veriori opi. factis non fortuito, sed per relationem, numerationem & ponderationem autorum, & non ab antiquis, sed à nouissimis prout sunt Rol. & Nic. Festa. qui cum in dies communes nascantur, crescant, & intereant, melius veritatem huius rei reperire possunt.

- 5 Hæc tamen opinio intelligenda est, vt doctōri credatur præsumptiuè, hoc est, donec cōtrarium probatū nō fuerit, non autem verè, vt intelligatur facta plena probatio, sed solum, vt transferatur onus probandi cōtrarium in aduersarium, ita verè voluit Barto. in d. l. de quibus, & in his terminis est magis com. opinio, & vera, vt per Dec. Cur. Gozad. Grat. Maria. Crauer. Festa. in locis supra adductis, & p. Gasp. Gabal. in trac. de euictio. §. 3. sub nu. 39. ver. vel resp. & intellige. cum adductis per Ant. Gabriel. d. conclus. 4. post med.
- 6 Secundò hæc Bar. opinio pcedit, vt credatur Doctōri ÷ de consuetudine loci in quo doctōr diu est versatus, ita declarat Paris de put. in trac. de sindicat. in verb. doctōr. c. 2. inci. an doctōr, seu aduocatus. ver. consuetudo enim contrarius, in col. pen. nu. 10. Alex. in consi. 5. circa primum dubium. col. pen. sub nu. 11. in fi. ver. item respōdeo. li. 3. & post alios ita tradit Io. Dilect. d. nu. 3. per totū, vbi testatur se ita in praxi seruasse & sequitur Ant. Gabriel. in d. conclus. 4. propè fi. ver. concordat istas. nume. 3.

Et credo verissimum. Quemadmodum, in quâ, creditur Doctōri testanti de consuetudine, ita debet credi Doctōri attestanti de com. opin. de qua ipse cognitionem habet.

Secundò inuatur hæc commu. opi. nam hæc, vel illâ opi. esse, vel non esse communem, quæstio est facti, cuius cognitio consistit in iure: non enim alius, quam iurisperitus cognoscere potest. At Doctōr præsumitur posse, & velle cognoscere ea, quæ sunt iuris, & secundum ius affirmare, vel negare, cum doctus & bonus censetur iuxta tradita per Alcia. in trac. præsump. reg. 3. præsumpt. 2. & 19. per tot. Ergo, &c.

Vt roboratur opinio ista, nam si diceremus, quod non credatur Doctōri attestanti de communi, sequeretur, vel impossibile, vel valde difficile esse, cognoscere in casibus occurrentibus comm. opi. At hoc est quàm absurdissimū, meritò &c.

Maiores deducitur, nam communis in casu particulari, aut cognoscitur per numerationem, & ponderationem singulorum Doct. super illo casu scribentium:

Aut per testes, cognoscere communem per numerationem, & ponderationem autorum est adeo difficile propter innumeros, & diuersos scriptores, & præsertim hodie, quædo libri in diem excrescunt in diuersis partibus orbis in eâ quantitatē, vt qua facilitate sidera cœli numerari possunt, eadem libri, & librorū loca, vt certè possit dici impossibile.

Per testes verò communis probari non potest, nisi per iuris peritos, alij enim, quæ sit communis, vel non, cognoscere nequeunt, cum id in iure consistat, si ergo nec Doctōribus credendum esset, improbata remanet ipsa communis, & inanis penitus efficeretur.

- 7 Concludamus ergo pro communi opinione, quod Doctōri de communi attestanti credendum est. Quæ conclusio ÷ procedit etiam, licet doctōr attestans de communi nullum, aut paucos omnino autores eam tenentes allegaret: & ratio est, nam si aliter diceremus, vtique doctōri non crederetur.

Si enim doctōri adducēti tot autoritates, quibus cōmunis, & magis comm. conficeretur, esset solum credendum, non diceretur credi doctōri, sed ipsi veritati crederetur, & sic inanis redderetur communis opinio supra firmata.

Hæc autem conclusio recipit veram, notabilem, & omnimodò præsumptiuè, & quo ad transferendum onus probandi cōtrarium dicenti, non autem verè: nam si cōtrarium, hoc est magis communem in cōtrarium esse si demonstratum fuerit per maiorem numerum, & autoritatem Doctōrum cōtrariam sententiam amplectentium, tunc non creditur, neque illa attestatio vilius erit momenti, ita defendit in causâ maximi momēti D. meus Fran. Cantutius, & postea reperi ita in specie tenere Fran. Hercu. in d. trac. de proband. negat. nu. 302. ante fi. versic. hæc eadem trahi possunt, & est de mente omnium, & verissimum.

Primò, quia quemadmodum Doctōri attestanti de consuetudine creditur solum præsumptiuè secundum magis commu. sententiam supra relatam, ita præsumptiuè debet credi doctōri de com. attestanti.

- 9 Secundò, quia ex nostro affirmare, vel negare ÷ nō immutatur veritas. Illicitas §. veritas. ff. de off. præsid. l. cum falsa, & ibi no. Doct. C. de iur. & fac. igno. tradit Luc. de pen. in l. origine propria, post princ. C. de munic. & orig. lib. 10. Iaco. Menoch. in trac. de arbi. iud. quæst. lib. 2. centur. 4. cas. 336. nume. 29. cum simi. & talis Doct. non facit, sed solum dicit hanc, vel illam opinionem communem, sed nos præsupponimus verè magis communem esse in cōtrariū, Meritò &c.

Tertiò, & vlt. quia doctōr de communi attestans non solum nō facit communem, sed neque etiam vult facere, sed solum reddere de ea testimonium, vnde si constat, in cōtrarium esse magis communem, & per cōsequens eius attestatio non seruetur, non contrafit eius voluntati, præsertim quia id nullius sit ei præiudicij, cum per hoc non arguatur mendax, nam potest esse, quod tempore, quo doctōr de cōmuni testatur fuit, verè esset communis, tractu verò temporis cōtraria magis communis effecta sit.

Vnde iudices, quædo inueniunt aliquam attestacionem de comm. nō debent quiescere, sed quærere an orta sit magis com. cōtraria. Et quando aduocatus deducit opinionem contra attestacionem esse magis communem per cumulationem plurium, & grauiorum doctōrum, debet attendere, neque pertinaciter, vt multi faciunt, in herere attestacionibus, quæ pleræque sunt in cōsideratè, & præsertim si sit attestatio Doctōris non Moderni.

Sed hic insurgit pulchra dubitatio, quid agendū sit, quando in eadem quæst. sunt plures attestaciones de communi opi. hincinde, vt hodie videmus accidisse in compluribus qq. cui Doctōri attestanti magis credendum erit? Equidem breuitati consulo.

- 10 Imprimis crederè Doctōri Iuniori, vel recentiori ÷ magis habendam esse fidem, ita Grat. in d. consi. 88. n. 2. lib. 2. & Fran. Herc. sub d. nu. 302. ante fi. ver. hæc autem trahi, & ratio est, quia cum non omnes communes opi. indies nascantur, crescant, & intereant, vt post Salo. tradit Neuz. in d. Syl. nup. lib. 5. n. 4. & experientia docet, debemus credere Iuniori, qui de vltima communi, quæ seruanda est, verissimiliter testatur: & præsertim quia hoc pacto sustinentur singulorū attestaciones verè secundum diuersitatem temporum.
- 11 Fallit hoc, quando ÷ alius Doc. antiquior testaretur per allegationem plurium, & eorundem numerationem, & ponderationem, modernus verò paucis autoritatibus allegatis simpliciter testaretur per mox dicenda.
- 12 Fallit 2. quando ÷ modernus testaretur de communi extra materiam quam pertractat, antiquior verò principaliter tractaret, quia magis credetur antiquiori per infrâ dicenda.
- Secundò hac deficiente qualitate censerem magis credendum ÷ doctōri principaliter pertractanti materiam, de qua est illa communis, & ratio est, quia iste præsumitur vsus maiori diligentia in reperiendis autoritatibus.
- 14 Fallit hoc, quando ÷ Doctōr de communi opi. cōtraria testans etiam incidēter longe plures autoritates reperisset, quia tunc in isto viger maior ratio diligentia, & consequēter eius attestatio est magis attendenda.
- 15 Tertiò istis cessantibus crederem esse attendendam ÷ attestacionem eius qui plures Doct. pro sua communi cumulat, ita Fran. Herc. ibid. & ratio est eadem cum superiori, quia constat de maiori diligentia, & per consequens est magis attendenda §. optionis, cum simi. inst. de leg.
- 16 Quarto, si ista omnia defint, ea communis ÷ est attendenda pro qua plures sunt attestaciones de communi, hoc est, pro qua plures Doct. de illa com. testantur, in quo est aduerterendum quod etiã plurium attestatio dicretur, si collegium

Doct. vel Rota testaretur, quia licet singulorum ratio non habeatur, tamen plures sunt, quàm vnus, & huius cōclusio nis ratio est, quia veritas facilius per plures, quàm per pauciores reperitur. l. fi. C. de fideicom. c. extrà, 64. dist. cū simi. l. Tandem si nulla istarum qualitatū addit, nullæ attestaciones ÷ sunt attendendæ, sed recurrendum est ad ponderationem, & numerationē Doctōrum vtriusque partis, & ea opinio erit magis commu. & attendenda, quæ maiori numero, & autoritate Doctōrum fulcita erit. Et per hæc sit explicata prima pars huius tractatus.

FINIS LIBRI PRIMI.



TRACTATUS

DE COMMUNI OPI.

V. I. DOCTORVM,

Liber Secundus.




POST QUAM ad fatietatem vsque cognouimus, quæ nam sit communis opinio Doctōrum, & quæ pro sui perfectione requirantur, reliquum nunc est, vt ad secundam partē huius tractatus transeamus, videlicet, an, & quando ipsa communis sit seruanda. Et quoniam nonnullis durum videretur, communem opinio. attendendam esse, idèò imprimis videbimus, an id de iure subsistat.

An Communis Opinio sit attendenda.

TITVLVS VIII.

Summa Notabilium.

- 1 **C**OMMVNEM opinionem legendo, in tractatibus, & similibus, non attendendam esse. Lim. num. 2. sub limit. numero 3.
- 4 Communē consulendo & iudicando nō attendendam esse. Contrariū. nu. 16. amplia. 2. modis. nu. 17. & 19.
- 5 Legum puritas omninò amplectenda.
- 6 Declaratio §. sed neque. l. 1. C. de ver. iur. enuclea.
- 7 Veritas semper eadem, & semel verum, semper verum. Fal. num. 8. & 9.
- 8 Ius non semper idem, sed indies mutatur.
- 10 Opiniones humanam conditionem imitantes nascuntur, pubescunt, & senescunt.
- 11 Ius ciuile non potest glossari Sed cōtrarium seruatur, & quomodo, nu. 12. & 13.
- 14 Opiniorum diuersitatem repellendam.
- 15 Multitudo arguit imperfectionem.
- 18 A communi recedere nefas. Et communis non debet reddi elusoria.
- 20 Veritas perfecta facilius potest haberi à pluribus, quàm à paucioribus.
- 21 Opiniorum omnium, vel maioris partis attendendam.
- 22 Opinioni Doc. adherere, vbi non est ius clarum, dedignari non debemus.
- 23 Doctōris splendor, & lucerna iuris.
- 24 Opinio Doct. vbi non est lex, pro lege seruanda.
- 25 Opinio à multis approbata dicitur quotidie conualescere.
- 26 Iudicio populi vnus non debet contrariū.



COMMVNIS Opinio Doct. an si attendenda, discussuri, ne confusè procedamus, duplex adhibenda est inspectio. Prima, quid in actibus, qui tertio præiudicium nullum afferunt, vtputà legendo, in tract. singu. & simi. Altera quid in actibus tēdentibus ad terrij præiudicium, vt consulendo, & iudicando.

INSPECTIO I.

In hac prima Inspectione abque alia disputatione concludendum est, vna cum Fra. Turza in trac. com. opi. in opi. 160. probationes, circa prin. vers. si prima tueri volueris. Io. Bolognet. in l. 1. sub n. 4. in 3. limit. ff. si cer pe. & ex mente omnium

- 1 Doct. com opi. non esse attendenda, & pro hac sententia adducitur semper. si ita vulneratus propè si. ver. multa autem. ff. ad l. Aquil. & comprobatur optima ratione, nam legendo, disputando, & in alijs sim. actibus, iuribus & rationibus, non autoritatibus queritur, quid verius sit, vñ necessario recepte traditiones in dubium reuocandæ sunt.
2 Et hinc est, quod videmus ab interpretibus dubitari, & controuerti diffinitiones in legibus etiam expressas, vt faciunt Doc. in rub. C. qui admir. de definitione bonorum possessio nistradita ad I. C. in l. 3. §. bonorum igitur. ff. eod. & sic de alijs pluribus. Ethoc nullam habet difficultatem.
Hæc conclusio Fallit, quando disputando adducitur aliqua communis extrâ questionem, de qua disputatur, quia tunc etiam disputando est seruanda, ita tradit Hippo. R. in in rubr. inst. de dona. nu. 59. & est in ore omnium, & verissimum, tum quia aliàs totum ius confunderetur, tum quia disputatio iret in infinitum. Sed hæc Fallentia non procedit, quando decisio quaest. de qua disputatur, omnino dependet ab illa cõ allegata, ita subtiliter more suo declarauit in Circulis D. meus Fran. Canturius, & verum credo, quoniam in ista viget eadem ratio, quæ est in cõ, de qua principaliter disputatur, hoc est, quia aliàs tolleretur disputatio.

INSPECTIO II.

Altera modo subsequitur inspectio an communis opin. Doct. iudicando, & consulendo sit attendenda. Et in hac difficultate duæ sunt principales Doctorum sententia, quarum prima est negatiua, vt nullo pacto attendi debeat communis, & huius opinionis reperi solum videri. Zaf. in l. 2. §. post hunc, maxime in verb. in nouare. circa med. sub nu. 78. ver. nec communes opiniones sequimur. ff. de orig. iur. & l. 2. sing. respon. c. 1. in fi. nu. 27.

Et complures in voce audiui huius esse opinionis, quæ fulcitur ex pluribus, & primo, nam legum scripta, legalisq; sapientia puritatem, vt Zaf. verbis vtat, sequi omnino nos debere, nemini dubium est. At communes opiniones non modo legum puritatem non insectantur, sed potius in ambiguum detrudunt, cum sapè in eadè quaest. hinc inde ad sint attestaciones de communi, & receptæ sententia non pro veritate, sed pro quaest. huc, & illuc mētītīs fortè testimonijs fingantur, & refingantur, Meritò &c.

Hæc ratio contrarium sustinendo facile diluitur. Primò, quia opiniones pro questu firmari in dubio non presumuntur, & qui hoc dicit, num potius detigit, quàm aliorū ostendat defectum. Præterea cum veritas oculis cerni nequeat, non est absurdum in eadem quaest. esse communes hinc inde, cum quo t capira, tot sententiæ, nec quis sibi tantum argere debet, vt suadeatur melius solus veritatem reperisse, quam tot viri illustres communem opin. constituentes fecerint, cum facilius esse possit, vt quemadmodum plures falli videntur, solus multo magis fallatur, vnde cū certa veritas reperiri nequeat meritò sequimur præsumptam.

Secundò igitur pro hac sententiâ negatiua adducitur tex. qui hæc questionem in terminis dirimere videtur in l. 1. circa med. ver. sed neq; C. de ver. iur. enucl. Sed neque ex multitudine autorum, inquit ibi Imperat. quod melius, & æquius est, iudicatore, cum possit vnus forsitan, & deterioris sententia multos, & maiores aliqua in parte superare, at communis est sententia multitudinis autorū, Ergo &c. Stringitur ille contex. quia in vim rationis ibi dicitur, quod vnus sententia potest esse melior.

Huius text. dupliciter respon. Et primò, quod decisio fillius non potest habere locū in casu nostro. nam ibi ea verba proferuntur de eis, quod debebāt cõplere ius ciuile, & potestati hæbebāt addendi, & minuendi non secundū id, quod scriptū reperiebāt, sed illud debebāt statuere, quod magis humano generi pdesse sentirent, vt aperte cauetur in ca. l. infra, §. sed & in hoc studiū vobis, & in l. 2. §. tãta aut. C. eo. nos verò loquimur de Doctoribus nostri temporis, quod non id, quod magis hominibus prodesse sentiunt, sed illud solum, quod in iure scriptum reperiunt, amplecti debent.

Secundò resp. tex. illū non dicere, quod multorū opinio sit cõtemnenda, & vnus seruanda, sed vellet quod omnia multorū sententiâ attendat opinio vnus, quæ illa opinio est melior, æquior, & verior, cū possit sententiâ vnus forsitan multorū opinionē superare, & hoc est, quod vult dicere ille tex. quod nos non ne-

gamus, quando sententia vnus est verior ipsa communi.

Tertiò iuuatur opinio ista hac ratione, nã veritas semper est vna, & eadem, & semel verū semper est verū, vt patet ad sensum, & tradit Bal. in c. 1. col. 4. in prin. nu. 16. in fi. ext. vt lit. non contest. & in conf. 89. D. Thomas Asmarus, col. 2. post prin. sub nu. 5. ver. nã veritas semper, lib. 1. Neuiz. in d. Syl. nup. li. 5. sub nu. 9. circa med. ver. & tamè dicit Bal. in chre Fran. Conna. in suis cõmen. iur. ciuili. l. 1. c. 1. nu. 3. circa med. ver. at de natura quæquid. cū simi. & veritas omnino attendenda est. c. queritur. 2. q. 7. sed cõis non est semper eadè, nã in vna q. modo affirmatiua, modo negatiua est communis, vt latè supra in præf. nu. 5. Meritò, &c.

Hæc quoque ratio euitatur duobus modis, primò quia veritas est semper eadem secundū naturā, secus verò de iure, nã ius indies mutatur, secundū tpa, & personas. l. 2. §. sed quia diuina. C. de ve. iur. enuc. facit. l. exigedi, cum ibi no. C. de proc. cum simi. & tradit latè Conna. ibid. n. 3. per totum. 9 Secundò resp. quod veritas est semper eadem, quando sumus in veritate certa, & clara, secus in præsumpta, quæ mutatur ex mutatione præsumptionis. at cõmunis opi. non est, sed solum presumitur vera, vt latè diximus supra in præf. nu. 4. 2. cum seqq.

Neque ista præsumptionis mutatio afferre debet admirationem, cum oriatur ex opinionibus, quæ ab hominibus procedentes humanam conditionem imitari debent, & sic tãquam homines nasci, pubescere, & senescere, vt egregiè tradit Gomes in commè. ad reg. cancel. in reg. de rricn. pof. q. 5. post prin. ver. itaque ex supradictis.

Quartò sustinetur Zaf. opinio, quoniam communes opi. pierunque cõstituuntur autoritate doctorum interpretantium, & Glossantium: & Cõmentarij, seu interpretatio. 11 nes ad ius ciuile prohibita sunt, vt expressè sancitum extat in l. 1. §. nostram autem consummationem. & in l. 2. §. hoc autem, quod ab initio. C. de ver. iur. enucl.

Sed contrariam sententiam tuentes possumus responde- 12 re pluribus modis: & primò, quia decisio iustorum iurium est sublata, per potestatem, & licentiã interpretandi, & Glossandi, quæ conceditur Doctoribus in Doctoratu, ita tradit Alcia. lib. 1. dispu. c. 23. per totum. quem sequitur, licet non referat, Cagnol. in l. 1. n. 1. §. 9. ff. si cer. pet. Nisi fortè dicatur, quod ista licentia interpretandi, & Glossandi non intelligitur tradi, quo ad extendendas leges ad novos casus, & commentarios cõscribendos, sed solum quo ad exponendū, & declarandum verba, & sensus legū obscuros Tironibus, & alijs non intelligētibz in scholis, quæ interpretatio conuenit cū dispositione dictarum legum, in quibus conceditur potestas transformandi latinas voces in Græcas, & hoc, vt Greci ignari linguæ latinæ possint intelligere quod iure cautū sit.

Secundò igitur, & melius meo iudicio resp. decisionem illam esse abrogatam per consuetudinem, seu vsum contrariū ab Irnerio ceptum, & ab Accursio, & alijs auctum, & huius opinionis fuit idem Alciat. in d. c. 23. in prin. & in d. l. 1. in verb. Celsus. n. 4. 2. quem ibi refert, & sequitur Io. Bolognet. sub n. 4. 3. in 3. limit. ff. si cer. pet. quicquid dicat Cagno. ibi. nu. 1. §. 8. nam non est dubium, quod consuetudo potest tollere etiam leges scriptas. l. de quibus. & ibi Doct. ff. de legib.

Quintò facit pro Zaf. nam rata est communis opin. quæ non habeat contraditores, & sic non insit diuersitas opinio 14 nū. At opinionum diuersitas penitus est repellenda, cum reddat ius dubium, & obscurum. d. l. 1. §. nostram autem cõsummationem. C. de vet. iur. enuc. & tradit post alios Roderi. Suarez in alle. 2. 5. quidam miles habens, circa fi. n. 6. cum sim. Meritò &c.

Sed hæc ratio retorquetur, nã communis non parit obscuritatem in iure, sed contrarietates, & obscuritates remouet, si in dubio ei accedamus, quæ vera presumuntur.

Sextò igitur loco contra communem adducitur text. in in l. q. dicitur, in §. si. ff. de impen. in reb. dotal. fac. vbi I. C. recipit opinionē Marcelli, licet plerique cõtrarium teneant.

Sed facilis est responsio, tum quia opinio Marcelli erat equa, quo casu secundum quosdam communis non attenditur, tum quia contra Marcellum non erat com. opinio, nec tex. ille hoc dicit, sed solū asserit, habere plerosque contraditores: sed dictio, plerique, verificatur etiã in duobus, arg. §. singulorum, in situ. de rerum diuis. & duo non faciūt communem. Ergo, &c.

Septimò iuuatur negatiua hæc sententia ex l. Plautius, in prin. ff. ad l. Fal. vbi opinio solius Casij præfertur sententiæ Atticilini, Neruæ, & Sabini, & sic communi.

Hic quoque rex. facile potest euitari, Primò, quia decisio illius

illius tex. non est contra communem Et quia illa tria nomina, Atilicinus, Nerua, Sabinus, possunt esse vnus Iurisc. cuius sit nomen, cognomē, & nomen regionis, in quo esset oriundus, quod suadetur, quia illa tria nomina sunt simplici ter absque vlla copula apposita, quæ ea possit separare, vt plerūque solet fieri, & galicet essent tres, non faciunt comm. opin.

Secundò resp. quod licet communis contra Casium, tamen non est mirum, si ibi non attenditur, quia pro contraria interuenit rescriptum principis, vt apparet clarè in fi. prin. ibi, nã & Diuus Pius, quod rescriptum non solum communem, sed & legem, & consuetudinem potest tollere.

Octauò facit pro Zaf. quia multitudo arguit imperfectionem, & imperitorem infinitus est numerus, arg. c. multi. 40. dist. & tradit D. meus Io. Pau. Lancel. in d. sua disp. an, & quād. attend. sit com. opi. in prin. sed cõmunis fit multitudine Doct. Ergo &c.

Sed facilis est solutio, quia communis constituitur multitudine Iurisperorum, non imperitorum.

Nonò, & vlt. contra communem adducitur, nam sequi communem opi. videtur repugnare mentis, seu dispositioni ipsius iuris, quoniam si legislatores voluissent seruari cõmunem opi. vtique statuisent, quemadmodum statuerūt, in dubio attendendum, quod est verifimilius, quod æquum, & simi. sed non fecerunt, ergo noluerunt, argu. l. vnic. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. Sed neque ratio ista admodū vrget, vel quia negatur, id expressum non esse in iure, vt infra videbimus: vel quia si non expressè saltem in necessariam consequentiã, id iure cautum est, nã quod cõmuniter approbatur, & verifimilius est, & magis æquum, & fauorabile cõtetur, quàm quod à paucis tenetur.

Plura alia possent induci pro hac opinione, verum quia parū, aut nihil vrgent, & facile ex his tolli possunt, consulti præremitto: & ex his patet, quod ista Zaf. opinio nulla nititur lege, vel ratione, cui non possit facile, & concludēter responderi.

Quamobrem altera superiori contraria est opinio affirmatiua, vt licet consulendo, & iudicando communis sententia sit attendenda, & hanc amplexus est Hosti. in c. 1. de consi. quem ibi secuti sunt Ioan. And. Ant. Bu. Abb. col. fi. n. 1. §. & ibi Add. latè alios allegantes, Io. de Im. col. 7. post prin. sub nu. 16. circa med. ver. si verò licet ius. Feli. col. pen. sub nu. 54. Fran. Cosci. in vlt. quaest. nu. 23. Dec. in 1. lect. col. pen. ver. 6. & vlt. conclusio nu. 28. & in 2. lect. nu. 11. & ibi la tē duo Adden. Aug. Bero. col. pen. ver. 7. conclusio. nu. 268. Marc. Mant. nu. 109. & reliqui omnes hanc eandè sententiam sequuntur. Bar. in l. si. propè si. sub nu. 5. C. de poen. iud. mal. iudi. Bal. in c. ne innitatis. col. 2. nu. 6. ext. de consi. & in c. iudices. col. 3. ver. sed adhuc reuoco in dubium. numc. 4. tit. de pac. iura. firm. in vsib. feud. & ibi late And. Barb. in add. Io. Fab. in præf. com. ad Insti. col. 2. sub n. 2. ver. si. hoc horror, quod non sis. & ibi Io. de Gairo. alios cogere in Add. in verb. communes opi. Dom. Gemi. in c. 1. col. 1. in 6. no. ver. no. argumentū. de sum. Trin. in 6. Guido Papæ. sing. 512. communis opi. Roman. cõsi. 179. amplissime Doctor. col. 5. in prin. sub nu. 12. ver. primò, quia cõmunis, & ibi Horat. Mandos. alios congerens in. add. in verb. recedendum. Io. de Imo. in l. filio præterito. n. 27. ff. de iniust. rup. & c. & in cle. ne Romani. col. 1. sub nu. 2. & sequenti, de elect. & ibi etiam And. Barb. coll. 1. sub nu. 1. & seq. Paris de put. in tact. de sindic. in verb. iudicare. c. 3. incip. an si iudex qui dedit. sub n. 1. & ibi Gabri. Sarain. in add. Ant. Corset. in suis sing. in verb. opinio, in sing. incip. vbi Doctores. Thom. Ferr. in trac. cau tel. in cautel. 3. manifestū est, quod iudex. nu. 1. Horman. Der. in rep. l. 4. §. Cato. nu. 283. & ibi alios congerens Aldobrandi. i. addit. ff. de verb. obli. Ale. in p. 7. vñ prima fronte. co. 3. n. 10. lib. 4. in l. cū platis. col. 1. n. 4. vol. 2. nu. 11. & col. 4. n. 23. & ibi alios latè allegans Vinc. Herc. col. 4. sub nu. 10. ver. & quia supra aliquid tactum. ff. de re iud. Ang. Barba. in consil. 10. animaduerso puncto. col. 6. sub nu. 2. lib. 2. Corn. in p. 173. in præfenti stipulatione. col. 2. nu. 1. lib. 2. Bend. Capra in trac. reg. in regu. 18. vidimus quomodo. num. 16. consil. 2. cum viso & considerato. numero 25. Dionysius de Baris. inter consi. crimi. diuer. in consi. 39. ex dubijs elicitis. consi. 1. num. 5. & ibid. Excel. D. Lud. de Alpher. in cõsi. 145. in præfenti casu. col. 5. nu. 2. Tom. 1. 2. impress. & ibid. Tom. 2. Ant. Corset. in consi. 25. difficile admodū. nu. 115. Io. Bap. de Rof. in consi. 34. viso processu formato. n. 17. Gabr. Cafat. Hiero. Crot. Fran. Ant. Crisp. & Ant. de Sanfon. in consi. 59. quo ad fundamentū. n. 28. & seq. & Mar. Afini. in

consi. 111. casus in factō ita proponitur. nu. 7. hoc idem am plectitur, Ant. Negus. in trac. de pigno. in 3. par. in 2. memb. sub nu. 10. post med. ver. & est communis. Vinc. Saluol. in rep. rub. ff. sol. ma. col. 16. sub nu. 89. ver. & profectō à communi. Iaco. Aemil. in consi. 13. an fructus percepti. in fi. n. 5. Ant. Nicel. in trac. de concord. gl. n. 3. quem refert, & sequitur Io. Fran. Vicei inter dd. consi. crim. diuer. in consi. 146. ver. ris præsuppositis. col. fi. nu. 3. & ibidem Rol. de Cur. in consi. 75. relatis duabus querelis. col. 4. n. 18. To. 1. 2. impress. Ari. Pinel. in l. 1. in 3. par. nu. 100. ante me. ver. ob æquitatem est huius. C. de bonis. mat. Io. Crot. in p. 4. casus p̄suppositi. col. 2. n. 2. Rober. Marat. in suis disp. in dispu. 10. filia qdā. n. 48. Frā. Balb. in trac. de p̄scr. in procc. sub nu. 2. ver. & noui tirones. Hiero. Butri. in rep. l. 1. num. 19. C. de pact. Rimin. in consi. 120. disputabilis sanè materia. in prin. n. 1. lib. 1. Io. de Amic. in consi. 150. præstantissimi domini. col. 4. n. 19. Stepha. Bertr. in consi. 236. consultationis thema. num. 1. lib. 3. Cur. p. 4. 5. sæpè reuoluta narratione. col. 5. in fine. ver. trāsītū faciamus ad secu. n. 11. Cur. lun. cõsil. 56. super eo. col. 3. per totum. nu. 4. & 5. Balilo. de nobilib. in rep. auth. ex cau fa. col. 6. nu. 12. C. de libe. prate. Nico. Arelat. in rep. l. generaliter. co. 8. ver. si tñ velles. n. 28. C. de sec. nup. Io. Pyr. i. trac. de suis & hære. per sct. trāsm. ppe fin. ver. & breuiter opin. nu. 17. Luci. Pau. Rofel. in reper. cõmen. Fran. Aret. in verb. communis opi. & in ver. iudicando, & consulendo. Pe. Rebuff. in rep. l. vnic. in 1. gl. nu. 115. C. de sen. quæ pro eo, quod inter. las. in l. 2. col. 3. nu. 16. & alij p̄ssim. ff. de iureiu. Grat. in consi. 77. duo principaliter. col. 2. nu. 4. libr. 2. Alciat. in trac. præsump. reg. 1. præsum. 51 nu. 2. & ibi copiosè Nic. Arela. alios cumulat in add. idem Alcia. in consi. 104. non obstant rib⁹ subtilib⁹ in 2. lib. 5. Purp. in l. 1. co. 17. ver. & adeo p̄babilis est. nu. 136. & ibi Alcia. in verb. Celsus. n. 42. in fi. Cagnol. nu. 157. Io. Bologne. num. 4. 1. ver. quod debet intelligi. Pe. Loriot. in verb. Celsus ait. D. meus Thob. & alij. ff. si cer. pet. Sigismun. Lofre. in cõsi. 14. in causa mag. D. Marella. col. 2. nu. 5. hoc idem plenissimè p̄sequitur Neuiz. in sua Syl. nup. li. 5. in prin. & per totum. latè etiam Lancel. Conrad. in li. de prætor. §. 2. in tit. de senten. nu. 21. cum seqq. Nico. Euerard. in suis loc. legal. in loc. à contrario sensu, prope fi. ver. hoc tamen arbitrio boni vni, & in loc. ab autori. circa med. ver. & quia hæc est commu. Capic. deci. 176. in causa D. Domitij. nu. 20. Maria. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 361. ff. de verb. obli. & in consil. 76. stantibus pluribus, in st. col. 2. nu. 2. lib. 3. & alibi sæpissimè. Chassane. in Commen. ad consue. Burg. rubr. 9. post §. 9. in quodam consil. ibi, in 6. incip. antequam ad articulū. ver. item, & quod est. nu. 34. And. Tiraq. in trac. de p̄oen. temp. cau. 51. sub nu. 64. Aug. Bero. in consi. 17. testamento Vincentij. consi. nu. 29. lib. 2. Io. Bap. à Villalob. in trac. com. opi. in litera C. in verb. communis opi. nu. 107. Fran. Turza. pariter in trac. com. opi. in opi. 160. probationes. post prin. ver. à cõmuni tamen Cart. Cott. in suis Memorial. in verb. opi. cõmunis. Matth. Mathe. si. in trac. de elect. ver. opin. col. 1. in fi. ver. & vna pars clara non probatur. nu. 2. in fi. & seq. latè Camil. Plaut. in rub. ff. de verb. obli. l. 1. c. 1. nu. 81. cum seq. Dec. in consi. 30. & pro tenui facultate. col. 2. num. 2. in fi. Io. Cephal. consi. 244. testator vxoris suæ. col. pen. nu. 20. Laur. Syl. in consil. 3. quo ad primum dubium. col. 30. nu. 52. Iacob. Henric. in consi. 1. ar dua, subtilis, & difficilis, in 20. funda. numero 441. lib. 1. Catald. de bon. comp. in trac. de sind. q. 61. numc. 35. Ant. Taslar. in compen. error. notar. c. 65. n. 4. Nic. Boer. in consi. 40. viso processu moto. nu. 33. Nic. Bello. in cõsi. 59. ingenio sa admodum. sub num. 11. Io. Bap. de Scaramp. inter consil. feudal. diuer. consi. 112. casus super quo. in fi. nu. 8. & ibidè Iaco. de Leonar. consi. 114. in causa. & causis. nu. 467. idem approbat consi. Sacratif. Imper. inter resp. reddita in causa Finaricn. inferta post tracta. Iaco. Meno. de recup. poss. in resp. 1. cum lis, quæ coram. col. 5. ver. nam cum in hac sententiã. nu. 10. Io. de Deo, in sua doctri. aduoc. lib. 5. c. 2. 1. num. 4. Fran. viui. in suo trac. com. opi. lib. 1. opin. 182. Iudex in iudicando. Quint. Mandos. in commen. ad Reg. cancel. in suis quaest. famil. lib. 1. q. 6. pulchra ea est. nu. 8. & lib. 2. q. 2. o. testa tor qdā. n. 10. fusè alias allegans Valent. Forster. in trac. de success. ab in test. in tit. de success. noui iuris ascen. in 4. conclus. in 4. fun. ver. à communi. fol. 278. Sebast. Medi. in trac. de legib. & statut. par. 2. q. 12. n. 2. Port. Imo. i. p. 8. i. hac facti specie. co. 15. ver. quo circa p̄stat. n. 44. Emā. Zuar. i. thesau. recep. sent. i. verb. opinionib. receptis. Nic. Festa. i. ver. i. trac. de æssi. & collect. par. 2. in tit. q. coll. indi. sub nu. 37. Bernar. Alphan. in collecta. iur. ciuili. ad l. 1. ff. de off. questor. hanc ean-

dem sententiam subtiliter disputando, more suo defendit clariss. D. meus Io. Pan. Laucel. in d. sua dispu. an. & quando attēd. sit cōmuni. opi. in prin. & alij ferē oēs Doc. passim, & suprà re-

- 17 Quinimō etiam in foro conscientia, & communis opin. seruanda est, nam hanc sententiam etiam Summistæ approbant, vt per Sum. Ang. in tit. de opi. §. 1. post prin. ver. si verò non possunt, & per Sum. Thabien. in tit. pariter, de opin. §. 4. post prin.
18 Vnde nefas esset à cōmuni & recedere, inquit Por. Imol. in d. consi. 8. nu. 2. 3. & communis debet ita interpretari ne redatur elusoria secundum Fran. Rip. in tract. de pest. sub numero, 263.
19 Eadem & communis opinio etiā in negotiis fidei seruatur, vt est tex. in cap. in canonicis, 19. dist. & post Philipp. Franc. vbi per eū tradit Lancel. Conrad. in d. lib. de prator. §. 2. in titu. de sent. sub. nu. 2. 3. in 6. Ampliat.
Nititur autem hęc recepta sentētia ex plurib⁹. Imprimis, nam à multis, vel pluribus & veritas perfecta haberi potest, q̄ non est in paucis. l. si. post med. ver. lex etenim. C. de fideicom. & quia integrum est iudicium q̄ plurimorum sententia comprobatur, ca. extrā, 64. dist. & c. prudentiā. in si. princ. vbi id tradit Abb. in 3. no. nu. 4. extr. de of. delega. & quia facilius inuenitur, q̄ à pluribus quaritur, c. vlti. & ibi glo. vlti. 20. dist. refert Abb. sub. d. nu. 4. Cur. in consi. 56. super eo q̄, co. 3. in si. sub. nu. 4. circa med. Card. Alban. in lucrubrat. ad Bart. in l. 1. nu. 7. & 19. ff. de neg. gest. & alij passim. Vnde merito communis vera præsūmitur: at veritas, & opinio verior seruanda est, Ergo.
Nec dicatur, prædicta locum habere, vbi veritas aliter haberi non potest, nisi per testes, secus verò in casu nostro, in quo rationibus potest reperiri.
Quoniam faciliè resp. Tum quia plerunque rationibus veritas potius offuscatur, quam aperiatur: tum quia non attenditur communis, quando conuincitur rationibus.
Secundò iuuatur hęc opinio, quoniā vbi de aliquo dubitare contingit, & ad sint opiniones hinc inde, ea & sententia est attendenda, quæ à maiori parte, vel ab omnibus est approbata, text. est in terminis in c. in canonicis, 19. dist. quem ad id passim allegant Doct. At communis dicitur omnium, vel maioris partis opinio. Ergo &c.
Sed dicit quis, decisionem illius tex. procedere in sententia eorum, quorum dictis omnino standum est, vt sunt dicta Sanctorum roborata autoritate Veteris, vel noui testamēti, secus verò in opinione Doct. quorum auctoritas probabilis est, nō necessaria, vt vtrūque probant Doct. cōmuniter in l. 1. ff. si cer. pe. cum adductis per Euerard. in d. loc. ab autorit.
Sed facilis est responsio, Primò, quia vbi habemus iura clara & non debemus indignari adherere opinioni Iuris peritorū, arg. l. 1. ff. si cer. pe. l. Diui. ff. de iur. pat. cum simi. nec q̄ sibi tantū tribuere debet, vt solus credat melius sentire, quā
23 plures simul Doct. celeberrimi, qui sunt & splendō, & lucerna totius iuris, & quasi radij solis, quib⁹ multa iuris obscura loca illuminantur, & illustrantur, secundum Gram. in no. 1. per totum, & præcipuè nu. 9. & seqq.
24 Præterea, & secundò, quia opinionib⁹ Doct. & standū est, vbi lex nō reperitur. c. 1. vbi id no. Ant. de Bu. Abb. & ceteri ext. de decim. Arch. i. c. nolite. xj. q. j. Doc. vbi post alios quos allegat Fe. in c. j. ver. 9. fallit. nu. 54. ext. de cōsti. Purp. in l. cū quid, col. x. nu. lxxxiii. in si. ff. si cer. pe. Neuz. in consi. ij. viso testamen. Fran. n. xvj. vbi complures ad id congerit. Ferran. Gorgia. inter consi. crimi. diuerso. in consi. cxxvj. suafus fui. col. xij. nu. xlij. lib. j. Euerard. in loco. à leg. cess. post med. ver. hinc etiam est: & alij passim, quibus constat text. hunc in terminis decidere hanc quæstionem.
Tertiò adducitur pro hac opinione affirmatiua. l. athletes. in prin. ff. de ius, qui not. infam. Vbi I. C. sequitur opinionē Sabini, & Cassij tanquā generaliter ab omnibus approbatā.
Nec obstat si diceretur, Iuriscōsultū ibi moueri nō ex autoritate, sed ex ratione per eum allegata, ibi, & vile videtur. Quoniā potest responderi, quod Vlpianus mouetur ex auctoritate clara, ex eo, quia ab omnibus confirmatur, & q̄n

dicat, & vile videtur, non fundat se in eo, sed cōprobat, q̄ deducitur per copulā illā, & quasi velit dicere I. C. præter quā quod ista opi. est clara, & seruanda, ex quo ab omnibus est cōprobata, accedit etiam, q̄ est utilis, & sic illa verba ad exaggerationē, & cōfirmationem sunt apposita, potius quā ad probationem.

Quartò fulcitur hęc opi. in l. quæsitū. in §. sed si fundus. ff. 25 de fund. instr. vbi sententia à plurib⁹ approbata & quotidie incrementum, & conualescere dicitur, vnde merito debet præualere. l. cum quidam §. quod dicitur, nu. ij. ff. de acqui. hære. per quem text. tradit Dionys. de Bariffa, inter cōsi. cri. diuer. in consi. xxxix. ex dubiis elicitis. col. j. nu. iij. lib. j. At communis est à pluribus approbata, Merito &c.

Quintò adducitur p̄ hac opinione huiusmodi ratio, quæ admodū consuetudo, quæ inducitur sola iudicis auctoritate, & populi cōsensu, inuolubiliter seruanda est. l. de quibus, & ibi tradit Doct. ff. de legib. ita, imò multò magis cōmunis attendi debet, quæ nō ab vno, sed à pluribus & non à populo rudi, & imperito, sed à viris Illustribus, & sapientissimis cōstituitur, præsertim cū populus hodie nullā potestatem legis cōdendæ habeat: quia in principem translata est. §. sed & quod principi. Insti. de iur. nat. gen. & ciuil.

Et q̄ sit maior ratio seruandæ cōmunem opi. deducitur etiā ex eo, quia consuetudo, quæ cōtra legē quoque expressam introducitur, habet principia iniusta, & iniqua. nam cōsuetudo inducitur per tres sententias iudicis, & spacio decē annorū, vt voluit cōmuniter Doct. in d. l. de quibus, vnde prima sententia, cū sit cōtra legē, negari nō potest, quin sit nullā, nedum iniqua. l. si expressum. ff. de appel. Cōis verò & principii, & mediū, & finis legitimus est: & iustus, nam plerumque cōstituitur, vbi ius est dubium, si ergo consuetudo attēditur multo magis communis attendi debet.

Sextò facit pro hac opinione vulgatū illud, & Iudicium populū nunquam cōtempseris vnus: quod ad id allegat Tiraq. in d. tract. de pœ. temp. caus. 5. 1. sub nu. 64. nec mirum: quia, vt sepē diximus, nemo sibi tantū arrogare debet, vt p̄ sapere præsumatur, quam plures simul fecerint.

Septimò expressè probari videtur hęc sententia affirmatiua in ca. nouimus. in §. j. extrā, de verb. sig. cui concord. c. de inducijs, circa med. 3. q. 3. & Insti. de hered. insti. in prin. nā i d. §. j. traditur, q̄ ex diuersis Pontificū rescriptis ea recipiūt, quæ à pluribus Pontificib⁹ fuerint approbata, & plurib⁹ opinio attenditur, sed communis est huiusmodi, ergo &c.

Sed posset opponi, longè diuersos esse terminos d. c. nouimus, à terminis quæst. nostræ, cum ibi sumus in rescriptis summorum Pontificum, quæ necessario sunt seruanda, nos verò loquimur de opinionibus Doctorum, quæ solum sunt probabiles: verū solutio est in promptu, nam diuersa quoq; ratio est inter summum Pontificem, & iudicē: nam Papa potest reprobare rescripta, & tollere leges, vnde nō erat opus q̄ adhereret rescripto à plurib⁹ approbato, sed summus Pontifex facit vim in hoc, & ex eo mouetur, ergo apparet, q̄ habetur ratio opinionis à pluribus firmata, & si Papa eam approbat, iudex non debet improbare.

Octauò cōprobatur ista opi. ex l. scire oportet. in §. aliud. ff. de excusa. tu. vbi legislator cōtra verba expressæ legis sequitur sententiā Ceruidij, Sceuolæ, Pauli, & Domintij Vlpiani, & sic pluriū, & stringitur ille contextus, quia I. C. fundat decisionem in autoritate istorum, nam dicitur ibi. ita enim & Ceruidius, ponderando dicit. enim, quæ est redditua ratio nis, l. si. §. pe. ff. de excep. dol. apparet, q̄ illa est ratio: præterea non refert eos simpliciter, sed addit, quòd sunt Choryphei Iuris prudentium, quòd clarè ostendit I. C. moueri eorum autoritate.

Nonò iuuatur hęc sententia ex tex. satis pulchro in l. Diui. ff. de iur. pat. Vbi Imp. reclarus ibi, à I. C. mouetur ad mutandam sententiam, quia contraria à Saluio Iuliano, & plurib⁹ alijs erat comprobata.

Decimò, & vlt. pro cōmuni induci potest hęc ratio. Nam si communis non attenderetur, suborirentur plura incommoda, & absurda, at ista fugienda sunt. Ergo &c.

Maior ex pluribus deduci potest, & præcipuè ex tribus, Primò, quia oriretur tanta confusio, vt nulla vnquam lis vel rarò ad finem perduceretur.

Nā aut causa decidēda est legib⁹, & vtriq; cū rarè accidat casus, qui lege expressa decidatur, leges à simili hinc inde velut corium extorquentur, adeo quod incerta remanebit resolutio, aut causa terminanda est rationibus, & quidē tot, & tanta ex vtraque parte afferuntur rationes, quibus veritas potius obruitur, quàm ostendatur.

Secundò deducitur, quia facilius veritas reperiretur à paucioribus quàm à pluribus, quod est contra rationem naturalem, l. si. C. de fideicommiss.

Tertiò, & vlt. quia potius standū esset phantasij vnus, quàm vigilijs, & laboribus tot Excellentij viorum, quorū autoritate constituitur ipsa cōis contra. c. 1. & seqq. 65. dist. Et ex his satis clarè apparet, etiam in puncto iuris, communem iudicando, & consulendo esse attendendam, quod alijs pluribus iuribus, & rationibus posset comprobari, sed omitto, cum per hęc clarissima appareat veritas huius opinionis. Cōcludo ergo, in iudicando, & consulendo cōmunem opinionem Doctorum esse attendendam.

Communis Opinio quando attendenda sit, vel non.

TITVLVS IX.

Summa Notabilium

- 1 COMMVNIS opi. de qua dubitatur, an sit communis non attenditur.
2 Communis opi. in consictu communium non attenditur.
3 Magis communis præfertur communi.
4 Præsumptio vna tollit aliam minus efficacem.
5 Generalia, vbi defunt indiuidua, possunt allegari ad decisionem causarum, secus alijs, nu. 7.
6 Communem opin. à remotis non attendi.
7 Specialia potius attendenda, quàm generalia.
8 Magis commu. generalem videri præferendam communi in limitatione, contrarium, nu. 11.
9 Doctor generaliter loquens debet generaliter intelligi.
10 Magis commu. potest limitari per communem contrariā.
11 Cōis in limitatione non cōtrariatur magis com. generali.
12 Exceptio præsupponit regulam in contrarium. Etiam specificè. nu. 15.
13 Communis attenditur, licet contra eam tenuerit Innocen. vel Bartol. vel Bartol. vel sim.
14 Communis non attenditur, si habeat in contrarium Archidiaconum super 6. contrarium, nu. 20.
15 Opinio Archidiaconi super 6. præfertur cæterorum sententiæ. Declar. numero 19.
16 Communis non attenditur, si contra eam teneat gloss. Cōtrarium numero 28.
17 Glossa autoritate omnes alios Doct. antecellit. Declar. nu. 23.
18 Opinio Glossæ omnino est seruanda Fall. nu. 25.
19 Autoritas Glossæ probabilis est, non necessaria.
20 Glossa Idolus aduocatorum.
21 Communem contra opinionem præceptoris non attēdi. Contrarium, num. 33.
22 Opinio præceptoris est defendenda.
23 Præceptor tanquā pater amandus, & colendus.
24 Præceptoris esse credendum.
25 Veritas anteponenda amicitia, & affinitati.
26 Communis, contra quàm cōsuluit collegium Doct. nō attenditur. Contrarium, num. 36. lim. numero 52. Sublimi. num. 53.
27 Collegium potest constitui per tres tantum personas.
28 Collegium remanet, & conseruatur in vno solo.
29 Doctorellorum infinitus est numerus.
30 Omnes de collegio censentur vna persona ficta.
31 Collegium dicitur vnum corpus.
32 Collegium venit appellatione personæ.
33 Collegium potest contrahere cum vno de collegio.
34 Vnusquisque de collegio duplicis personæ vice fungitur.
35 Collegium aliud, aliud singuli de collegio.
36 Aduocatus collegij non dicitur singulorum aduocatus.
37 Res collegij non sunt singulorum de collegio.
38 Libertus à collegio manumissus nō tenetur habere honorem singulis de collegio.
39 Collegium remanet mortuis singulis de collegio.
40 Consilium collegij habet maiorem præsumptionem consilij particularis Doct.
41 Autoritas collegij Doct. æquiparatur autoritati antiqui.
42 Communis habens in contrarium decisionem Rotæ, non attenditur. Contrarium, nu. 60. Limit. nu. 65. Sublimit. num. 67. Quid in ipsa Rota. nu. 68.

- 55 Decisio Rotæ facit communem, & magis com. Contrariū nu. 63.
56 Auditores Rotæ singuli Excellentiss.
57 Auditorum Rotæ laudes.
58 Rota quandoque rotat.
59 Decisiones Rotæ contrariæ.
60 Decisiones Rotæ non sunt approbatæ à Pontifice, vnde sunt solum probabiles.
61 Rota non est maioris autoritatis, quàm Bar.
62 Rotam autoritate æquiparari Doct. antiquo Excel.
63 Decisiones Neap. habere vim legis.
64 Communis habens contra se autoritatem sancti non attenditur, Intel. nu. 71. & 73.
65 Sanctorum dictis omnino standum, Intel. numero 72. & 73.
66 Legistis magis creditur, quàm canonistis in materia legali.
67 Canonistis magis creditur, q̄ Thologis in materia vsurę vel sim.
68 Communis constituta à non peritis non attenditur.
69 Communem non attendi, contra quam tenuit Papa magis straliter loquendo, contrarium, nu. 78.
70 Dicta à principe animo non condendi legem non seruatur pro lege.
71 Communis non seruatur, quoties cōtraria videtur verior. Contrarium nu. 81.
72 Communis attenditur, licet contra eam fuerit iudicatum. fall. numero 84.
73 Exemplis iudicare non debemus.
74 Communis non seruatur, quando contraria fauet potestati clauium.
75 Cōmunis conuicta viua, & vrgenti ratine oadhuc videtur attendenda. contrarium n. 87. Fall. numero 88. 91. & 92. Quid de facto. numero 95.
76 Leges ante omnia seruandas esse.
77 Rationem frustra quarimus, vbi habemus legem.
78 Rationes vrgentes ad conuincendam communem quæ sint, repositum est in arbitrio iudicis.
79 Iudex in sindicatu debet defendere, rationes fuisse aptas ad conuincendum communem.
80 Nihil tam clarum in iure, quin aliquam possit recipere dubitationem.
81 Communis non attenditur, quoties contraria est roborata consuetudine. lim. nu. 99.
82 Consuetudo etiam praua excusat à pœna.
83 Communis dura, & rigorosa non seruatur. contrarium, n. 104. Prima opin. limit. pluribus modis, n. 106. & 108.
84 Doctores esse speculatores boni, & æqui.
85 Aequitas præfertur rigori, & ob æquitatem receditur à reg. iur. Declar. nu. 103. Fal. nu. 107.
86 Regula debemus stare, donec non probetur limit.
87 Communis non seruatur, quando contraria fauet causæ apprimè fauorabili, putā matrimonio, & simi. cōtrariū nu. 110. Prima opi. lim. nu. 113. 114. 115. & 116.
88 Fraurabilibus non est adeo indulgendum, vt cæteris fiat iniuria.
89 Priuilegia in tertij præiudicium non sunt multiplicanda.
90 Error facit ius. Fal. nu. 119.
91 Communis opi. euidenter erronea non attenditur.
92 Communis nulla lege, sed ratione tantum munita non attenditur. concontrarium nu. 124.
93 Erubescimus sine lege loqui.
94 Rationem adducens non dicitur loqui sine lege.
95 Lex vbi non reperitur, ad principem pro decisione recurrendum.
96 Ratio naturalis pro lege allegatur, vbi deficit lex.
97 Consistens in ratione lex esse dicitur.
98 Ratio viua vbi viget, frustra quaritur lex.
99 Communem nulla lege, & ratione munitam non seruandam. contrarium nu. 130.
100 Doctore Excel. nihil alleganti nō creditur, & quomodo.
101 Communis habens contra se regulam à remotis seruanda est, secus si sit in terminis. nu. 134. fal. nu. 133.
102 Regula idem est, quod ius.
103 Communes opi. contra legem.
104 Communis contra. tex. in terminis visum à tenentibus com. seruanda est, secus si non sit visus textus, nu. 137.
105 Communis contra autoritatem Theophili super Insti. attenditur, contrarium nu. 139. conclusio 140.
106 Communis in vno ex æquiparatis habet locū, & in alio. Fallit. numero 142.

- 143 Communem non seruari, quādo in casu æquiparato contrarium fuit iudicatum, contrarium n. 144. Fallit, nu. 145.
- 146 Communis quando adest iusta causa non attenditur. Fallit num. 149.
- 147 Ex causa receditur à lege, & à regulis iuris.
- 148 Consuetudo ex causa potest auferre ius ab vno, & dare alteri.
- 150 Iusta causa recedendi à com. quæ sit, remissiuè.
- 151 Com. canonistarum quando præferatur communi legistarum, & e contra. Primò in materia peccati, postea in alia, num. 154. 156. 157. 159. & 160.
- 152 Ius Can. contrarium iuri ciuili in materia peccati, & in terris imperij præfertur iuri ciuili, etiā in foro seculari. nu. 153.
- 155 Ius cano. seruatur indistinctè in terris Ecclesiæ. Et vtroque foro. numero 156.
- 158 Ius ciuile seruatur in terris imperii extra materiā peccati.
- 161 Communem tempore litis contest. præferri cõmuni superuenienti. contrarium nu. 163.
- 162 Ius superueniens post litem contestatam non prodest.
- 154 Quando sunt cõmunes hinc inde nec datur magis com. difficilè est iudicare. Et quæ opinio sit attendenda.
- 165 Prima opinio verior in conscientia amplectenda.
- 166 Iudex in causis dubiis debet recurrere ad orationē, & spoliare se peccatis, q̄ impediūt, ne veritas reperiat, & n. 167.
- 168 Deinde opinio, quæ fauet habenti pro se aliquam iuris regulam, vt pro reo, vel sim.
- 169 Postea consulitur princeps.
- 170 Præterea iudex debet hortari, & cogere partes ad concordiam. numero, 171.
- 172 Postmodum esse bonum habere amicum iudicē, qui potest pro amico iudicare, contrarium nu. 174. & 175.
- 173 Aduocati debent studere facere sibi iudices beneuolos.
- 176 Iudicans amicitia, vel odio, peruertit iustitiam Christi, & damnatur.
- 177 Postremò Iudex debet diuidere per medium.



VIDIMVS, q̄ iudicando, & consulendo cõmunis opi. seruanda est, tam auctoritate Doctorum, quàm etiam de veritate, sed quoniā semper verum non est, & multi reperiuntur casus, in quibus absque dubio communis non attenditur, & multi etiam, qui non modicam continent difficultatem, ideò modo singuli referendi, & explanandi sunt.

CASVS I.

- Primus casus est, quādo dubitatur, an opinio, quæ dicitur communis, sit verè communis, putā, q̄ sint plures auctoritates contra eam, nec consistit de magis communi, & tunc concludendum est, communem istam non esse attendendam, ita Neuiz. in sua Syl. nup. lib. 5. nu. 74. & Lancel. Cõrad. in lib. de prætor. §. 2. tit. de senten. nu. 2. in 14. limit. post Deci. in cap. 1. in 1. lect. nu. 3. 2. extr. de cõf. & credo verissimū, nam si non apparet communis, non possumus dicere, seruandam esse, vel non esse, cum non entis nullæ sint partes. l. cum qui ades, cum vulg. ff. de vfucap.
- 2 Præterea in conflictu communium opi. non attenditur communis, vt tradit Nico. Moron. in tract. de fid. reg. & pa. part. 2. q. 12. num. 4. nam perinde est, ac si nulla daretur cõmunis. Rip. in respõ. 1. nu. 10. in tit. de sublit. quem refert, & sequitur Lancel. Cõrad. d. nu. 25. propè fin.

CASVS II.

- Secundus casus est, quando contra communem opin. est magis com. & hoc quoque casu absque vlla dubitatiõe cõcludendum est, communem non esse attendendam, sed magis com. ita vult in specie Gemi. in ca. 1. in 6. no. de sum. Tr. in 6. Negufan. in tract. de pigno. par. 2. in 1. memb. nu. 5. post med. ver. tamen indubitanter. las. in authen. si qua mulier nu. 14. C. de sacro. eccl. Purp. in l. si idem. ff. si vna actio, col. fin. nu. 14. ff. de iurisd. om. iud. Alci. in l. 1. in verb. Celsus ait. nu. 44. ff. si cer. pet. & cum hac conclusiõne pertranseunt Doct. omnes, probatur iuribus, & ratione, iuris per l. 1. ibi, & sanè crebrior. ff. de of. questor. l. Diu. ff. de iur. pat. l. 1. in prin. ff. de vent. in spic. c. 1. cum seq. 65. dist. c. nouimus, extrā de verb. sig. cum sim.
- Ratione demum probatur, quia communis seruatur, quoniā præsumitur verior, cum maiori numero, & auctoritate

4 Doct. fulcitur, sed præsumptio efficacior tollit præsumptionem minus efficacem, l. Diuus. ff. de integ. resti. cum adductis per Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsump. 9. in fi. Ergo & c.

Et hæc est sola differentia inter communem, & magis cõmunem opinionem, in reliquis simul conueniunt, & in vna dispositum habet locum, & in altera.

CASVS III.

Tertius est casus, quando habemus communem in genere, & à remotis, & in specie, vel in indiuiduo habemus aliquam auctoritatem. Et hoc casu videbatur dicendum, communem esse attendendam, nam quoties nō habemus iura, stationes, vel auctoritates in specie, sat est generalia allegare, secundum Præposit. in c. 1. in 1. no. extr. de frig. & malefi. quem ad id passim Doct. allegant. Contrarium tamen, q̄ cõmunis à remotis attendi non debeat, concludunt Neuiz. in d. Syl. nupt. li. 5. in 8. limit. nu. 72. Lancel. Cõrad. d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sen. n. 2. 5. in 15. limit. & D. meus Io. Pau. Lancel. in d. sua dispu. an, & quando atten. sit commu. opin. in 10. limit. cum concord.

Et huic sententiæ ipse quoque accedo, tū quia, licet permittatur allegare generalia, tamen non conceditur per ea iudicare, & ideò Generalia sunt omittenda secundū Aret. in cõf. 6. viso instrumento diuisionis. in prin. quem refert, & sequitur Neuiz. in cõf. 67. dicit Decius in prin. sub nu. 1. Roland. à Val. in cõf. 1. viso themate ex iuribus. nu. 4. lib. 1. Tum etiam quia potius standum est iuribus in specie quàm in genere. vt concludit Alex. in l. sed & si quis. §. q̄. situm. col. fi. nu. 15. in fi. ff. si quis e. aut. cum alijs iuriõ, & auctoritatibus copiose adductis per Neuiz. d. nu. 72. per totū.

Hoc tamen est aduertendum, q̄ licet dicamus communem istam non esse attendendam, non per hoc fatemur esse attendendas auctoritates singulas, nisi quantum apparebit earū sententiam verā esse iuribus, vel rationibus: quia compertū est, auctoritatē Doctoris non necessariam, sed probabilē esse.

CASVS IIII.

Quartus casus est, quando communis est in limitatione, magis communis est in regula, seu in pronunciatōe generali, verbi gratia. Doctores 20. tenent extraiudicalem cõfessionem parte præsentē plenè probare: Doctores 10. tenent id non procedere, q̄ cõfessio facta est calore iracundiæ.

9 Nemo casum hunc in specie tangit. Imprimis tamen magis communis attendenda videtur, nam indubitati iuris est, q̄ vbi habemus communes contrarias, magis cõmunis est attendenda: at magis communis generalis videtur conuaria communi in limitatione, ergo & c.

Minor deducitur, nam doct. indistinctè, & generaliter loquens non debet indistinctè, & generaliter intelligi, argu. l. 2. §. generaliter, cum vulg. ff. de leg. præstand. & tradit in proprijs terminis Doctorum, & communis opin. Socin. in cõf. 55. præstantissimè Doct. col. 3. nu. 7. li. 2. & generalis dispositio comprehendit singulos casus, licet sit maior ratio in vno, quā in alio, vt latè per Tiraq. in tract. de vtro. retrac. ti. §. 1. glo. 14. nu. 101. & alibi. Sed magis com. generalis affirmat, communis verò in limi. negat. quæ sunt contraria, Meritò & c.

11 Contrariū credo verius, cõmunem videlicet in limit. præferuari debere: Primò quia, vt respondit Grat. in cõf. 105. videtur treguam col. j. nu. 7. lib. 1. communis opin. pluribus, & insignibus auctoritatibus fulcita potest limitari per Doct. pauciores, & minoris auctoritatis, & limitatio erit attendenda, dummodò Doctores limitantes tot, & ij sint, vt faciant communem, & ego credo verum per infra scripta.

Secundò moueor retorquendo rationem in contrarium adductam, quia communis in limitatione non discordat nec contrariatur magis communi generali, quia limitatio non modo non negat regulam, sed potius eam probat, & omnino præsupponit. cap. dominus, & ibi gloss. 32. quæst. 7. l. quæsitum. §. denique. vbi gloss. Barto. & ceteri. ff. de fund. instruc.

Quinimò adeo præsupponit, vt inducat expressionem contrariam non etiam specificè, vt post alios, quos allegat, tradit Excellen. Dominus meus Cæsar Fiumag. in repet. l. in quartam, numero 186. ff. ad legem Falcid. l. ergo hoc casu communis non est cõtraria magis communi, nihil obstat quin attendi debeat.

CASVS

CASVS V.

Quintus est casus, quando contra communem tenuit In. vel Spec. vel Bar. vel alius Illustis Doct., & hoc casu absq; alia disputatione vnā cum Neuiz. in d. Syl. nupt. libr. 5. in 2. ampl. nu. 25. per totū, vbi omnes ferè celebres Doct. tam antiquos, quā mod. & tam in iure Pontificio, quam Cæsareo, 16 recenset. firma faciendā est conclusiõ, vt cõmunis omnino strattendenda, & ratio est in præptu, quia auctoritas, licet suprema Doctoris solius non potest adæquare, vel superare auctoritatem omnium Doctorum simul communem constituentium, vnde maior est præsumptio veritatis pro communi, quàm pro sententia vnus cuiusvis Doctoris.

CASVS VI.

Sextus casus est, quando contra communem est auctoritas Arch. super 6. Et hoc casu Doct. nō fuerūt cõcordes, alij 17 enim voluerunt, vt non præcommunis, sed opinio Archidiaconi attendenda sit, ita voluit Felin. in c. 1. col. pen. sub nu. 54. in 4. limit. & ibi post alios Cosc. in vlti. questio, nu. 25. extr. de cõf. quem referunt, & sequuntur Lancel. Cõrad. d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sen. sub nu. 24. in 4. lim. Cassan. in cõf. 10. viso processu moto. in fi. verbis, nu. 3. 1. Euerad. in suis locis leg. in loco ab auctor. post med. vers. quattuor occurrit, Guido. & D. meus Thobias in l. 1. in 4. limitat. ff. si cer. pet. Mouetur Fel. ad id dicendum, quoniam opinio Archi. super 6. præualet ceterorum sententiæ, vt ipse ibidem tradit, quæ sequitur Thom. Ferr. in trac. cautel. in caut. 19. snia scriben. in fi. & Io. Thier. in add. ad Bertach. in repet. in ver. Archidiaconus, in vlt. ver. & isti ad id comprobandum allegant Rot. in decisi. 348. in antiq. credo Fel. voluisse adducere dec. 1. in no. q̄ pater potest. in tit. de do. alijs deci. 248. in antiq. vbi Rota approbat opinionem Archid. licet contrariū videatur dispositum de iure communi Sed huic rationi volentes contrarium tueri, facile possumus respondere, & primò, q̄ Rota non mouetur auctoritate Archid. sed per text. ibi allegatum, & æquitatem iuris canonici.

Secundò dato, q̄ moueatur auctoritate Archidia. dico, q̄ non præfert eam ceterorum auctoritati, cum Rota neminè in contrarium adducat.

Tertiò, & vlti. resp. dato, verum esse, q̄ opinio Archid. præferatur sententiæ aliorum, tamen hoc non intelligitur de opinione singulorum, non ceterorum plurium simul tenentiū, prout sunt in communi, cū ne Hercules contra duos.

Quamobrem contrarium, vt scilicet non obstat contraria auctoritate Archi. super 6. communis opinio præferuari debeat, concludit Neuiz. d. nu. 25. post prin. ver. etiam si esset Archid. super 6.

Et huic opinioni tanquàm veriori, & ipse accedo, nam ea opinio tenenda est, q̄ vel est vel præsumitur verior, at cõmunis opi. multò verior præsumitur sententiæ Archi. quia cõmunis fulcitur auctoritate plurium, inter quos debet adesse faltem vnus maximæ auctoritatis, & sic æquandus ipso Archidiacono. Meritò, & c.

CASVS VII.

Septimus est casus, quando contra cõmunem tenuit Glo. & hoc quoque casu duæ sunt scriben. opiniones, quarū prima est negatiua, vt communis opi. non sit attendenda, sed opinio Glossæ, & hanc tenuerunt Fel. in c. 1. co. fi. sub nu. 54. in 2. lim. & ibi Fran. Cosc. in vl. q. in 2. limi. nu. 25. apostil. ad Abb. & alij extr. de cõf. Dec. in cõf. 23. & pro tenui facultate mea, & temporis. propè si. ver. nō obstat dicatur, ibi simpliciter opi. glossæ. hoc idem amplius sunt Purpur. in l. si idem cum eodem. §. si vna actio. co. fi. nu. 13. ff. de iurisd. om. iud. Cur. lun. in cõf. 160. præsupponitur in fac. suiff. in fi. nu. 12. quæ refert, & sequitur Laur. ab Occa. inter cõf. cri. diuer. To. 2. cõf. 66. in casu occurrenti. col. fi. sub num. 2. 1. Lancel. Cõrad. vbi supra sub nu. 24. in 2. limit. Ioan. Bap. Ferr. in cõf. 48. in causa matrimoniali. col. 1. nu. 3. lac. Nouel. ad reliq. regu. Pet. Duen. in regu. 6. glossæ opinio, versic. fallit etiam, quando contra com. nu. 6. cum sim. & huius sententiæ autor allegatur ab istis lac. Butrig. in l. j. in fi. C. qui. p. sua iurisd. sed Bur. ibi hoc non dicit, vt aduertunt Dec. & Io. Bologne. vbi infra, & nos supra titu. 3. sub num. 2. eius formalia verba retulimus, & ista videtur recepta opinio.

Mouetur isti ad opinionem istam tenendam ex pluribus, sed duo sunt, quæ magis vrgent, & primò, quia Glossa aucto. 22 ritate ceteros omnes Doctores antecellit, vt tradunt Bar. Bald. Alex. las. & reliqui oēs vno ore in l. vt vim. ff. de iust. & iur. latè Ant. Corset. in tract. de auctor. gl. per totū. cū latè cõ

gestis per Thom. Ferrat. in tract. cau. in caut. 17. magna est quæstio. num. 1. in fi. & nu. 2. 3. & 4. Neuiz. in d. Syl. nupt. lib. 5. sub nu. 25. in prin. lac. Nouel. d. reg. 6. in prin. Franc. Viui. in tract. commun. opi. lib. 5. opi. 182. iudex in iudicando, an te si. ver. nec recedendum est. Rolan. à Val. in cõf. 14. & si ambiguus iuris. nu. 39. & 40. lib. 3. & nouissimè per Card. Alban. in Lucubrat. ad Bar. in l. certi condictio. num. 5. ff. si cer. pet. Lauren. ab Occa. d. nu. 2. cum simi. at communis cõstat numero, & auctoritate Doctorum, Ergo & c.

Sed huius rationis dissolutio facilis est, nam vt diximus et de Archi. quando dicimus, Glossam antecellere omnibus, intelligitur de omnibus singulis, non omnibus, seu pluribus simul iunctis, & ita debent intelligi dicta Doct. supra re latorum, sed ad constituendam communem plures Doct. concurrunt. Meritò, & c.

24 Vlt. mouentur, nam opi. Glo. est omnino attendenda, nisi vltus sit in contrariū. But. in d. l. 1. in fi. C. qui pro sua iurisd. quem sequitur Doct. in d. l. vt vim. Bal. in l. fi. nu. 9. & ibi Ad. den. C. de pen. iud. qui mal. iud. latè alios cumulans Paris de put. in tract. de sindi. in verb. iudicare. c. 3. incip. an si iudex qui dedit. nu. 1. Curt. in cõf. 49. memoriæ recolende. nu. 32. Alex. in l. quæ dotis. nu. 4. ff. sol. matrim. & in l. 2. §. harum omnium, nu. 19. ff. de verborum obliga. in cõf. 9. viso, & discussio laborioso. colum. 2. nu. 4. & ibi Ad. den. lib. 2. & alibi sæpè copiose Deci. in cõf. 146. & pro tenui facultate mea examinatis. colum. 4. nu. 7. Bertrand. in cõf. 113. fateor tamē, & est verissimū, col. 1. in prin. nu. 1. 3. Christ. de Castell. in cõf. 37. post quoddam cõfiliū, n. 35 & 40. plenè Neuiz. sub d. nu. 25. in prin. Grat. cõf. 75. quamuis si prius, col. 4. nu. 2. lib. 2. Ioan. Bap. Ferrer. d. cõf. 48. co. 1. n. 3. Euerad. in d. loc. ab auctori. circa med. vers. verum tamē est. Roland. à Valle cõf. 94. præsupposita Communi sententiæ pro vera, n. 25. lib. 1. Marc. Mant. cõf. 2. visis scripturis præsentis causæ, col. fi. nu. 79. lib. 1. Hipol. Riminald. in §. hoc quoque, nu. 18. Insti. per quas person. nob. acq. Guliel. Mayn. in l. in totū, nu. 35. ff. de regul. iur. & alij plures passim, & est receptissima opinio: si ergo contra communem est Glossæ opinio & omni non seruanda, Communis attendi non poterit.

Huic quoque rationi facile possumus respondere, Tum quia dictum Butrig. & aliorum nō procedit de necessitate, sed profertur in modum consilij, nam cum veritas non facile possit reperiri, vtile est accedere opinioni Glossæ, cuius auctoritate defendimur, & excusamur: non autem cogimur eā sequi, quia auctoritas Glossæ præ probabilis est nō necessaria, ita tradit in specie Bal. l. cõuenticula. co. 2. sub. n. 3. post pri. ver. alio modo à probabili, C. de epis. & cler. Augus. Bero. in d. c. 1. col. fi. n. 272. extr. de cõf. Maria. Iu. l. cetero, col. 10. in fi. nu. 36. ff. de vulg. & pupil. alios allegas Hypol. Riminald. in §. fin. nu. 68. & seq. Insti. quib. alien. lic. vel nō, Gasp. Cabal. in tract. de cui. §. 3. nu. 113. & generaliter de quibuscūque doct. loquentes tradit communiter doct. in l. 1. ff. si cer. pet.

26 Tum etiam quia supradicta propositio non habet locum in dubio, vt in specie aduertunt Alex. in cõf. 51. cum dicatur, col. 2. nu. 4. lib. 4. & Euerard. in d. vers. verum tamen est. Laurent. ab Occa. d. cõf. 66. nu. 2. 1. in fi. post alios, & sentiunt ferè oēs supra allegati Doct. secus vero quā sumus in claris existente cõmuni opi. tria. q̄ clarè deducitur, quia omnes supradicti fatentur Glossæ sententiā nō esse feruandā, quoties lex, vel consuetudo est cõtra eam. At cõmunis habet vim legis, vel consuetudinis, & legi æquiparatur, quo ad hoc, vt atrededi debeat, vt latè supra diximus, & præstat. n. 30. cū se q. ergo & c.

Præterea nō est dubiū, maiorē veritatis præsumptionē habere Cõm, quā habeat opinio glo. Ex quibus concludendū est, Glossam solū in casu dubio nos sequi debere ex p̄lo anti quorū, qui recurrebant ad respon. sua forū Idolorū, q̄ de ali quo dubitabāt, nā gl. dicitur Idolum aduocatorū secundū Cyn. quæ referūt & sequuntur Alex. d. p. 51. n. 4. lib. 4. Io. Bologn. Rimu. & Recentiores oēs id. l. vt vim. ff. de iust. & iur. 28 Itaque altera superiori cõtraria est opin. vt cõmunis, non opin. Glossæ attendenda sit, huius sententiæ fuit Pet. de Lenadier. in tract. de Doctor. in 4. par. q. 47. Cassador. in decisi. 1. cõ tractus meo tempore, propè si. nu. 3. in tit. de vsur. Afflic. de c. 2. 1. dubitatur apud regiā. col. 2. nu. 4. idem sequitur Dec. sibi cõtrarius in d. c. 1. col. fi. n. 30. in 1. lect. & ibi Add. i. ver. aduertendum, nu. 34. Augu. Bero. nu. 7. 1. & seq. Marc. Mant. 113. per tot. & alij extr. de cõf. l. idem Deci. in l. vt vim. sub n. 34. circa prin. ver. & itaū hoc pcedit, & ibi Claud. de Seitel. l. lect. circa fi. sub n. 89. ver. aut verò sum? i actu iudicadi, Io. Bolog. n. 86. circa med. ver. in tātū hoc pcedit, Hip. Rimi. n. 95. & alij. ff. de iust. & iur. hac eandē sententiam amplectū

tur Neuz. sub d. n. 2. circa princ. ver. etiam si esset opi. Glo. sic. Rolan. a Val. d. conf. 94. nu. 2. lib. 1. Franc. Viul. de opin. 182. ante fi. ver. nec recedendum est, D. Io. Paul. Lancel. in d. sua disput. in 2. ampliat. & alij passim, adeo quod non sit dubitandum, quin haec sit magis communis, & recepta opin. vt ex numero, & auctoritate Docto. clarè apparet, & verissima.

Primò quia, vt dicit Neuz. ibidem, Doctores non praesumuntur tenere contra Glosam, cuius nouerunt quanta sit auctoritas, nisi habeant legem vel rationem

Secundò, & vltimò quia magis praesumitur pro communi opi. cum maiori numero & auctoritate Doct. nitatur.

CASVS VIII.

Ostius Casus est, quando contra communem est opi. Praeceptoris. Fingas, quod iudex, vel aduocatus habeat praemanibus casum, cuius pars affirmatiua communiter a doct. recepta sit, negatiua vero tenuerit eius praceptor.

Et hoc casu primo aspectu videbatur dicendum, communi non esse seruandam, sed sententiam Praeceptoris, 30 nam vulgatissimum est, vniuersum quod tenent, & opinio Praeceptoris sui sequi, ac defendere, l. dicere, in §. 1. ff. de arbit. l. 5. ff. de manu. vindic. tradit Aluif. de Alber. in sing. 177. debemus saluare, Bar. & ibi post alios las. in l. inter dum. §. 1. in fi. ff. de verbo. obli. puchrè Rainer. contra Signorol. inter conf. eiusdè Signorol. in con. vlt. in prin. Caccia. in trac. de mod. stud. in 3. documèto, in fi. Cagnol. in proem. ff. in §. fi. in prin. nu. 292. Camil. Plaut. in trac. de not. Crauet. lib. 1. c. 1. nu. 12. Io. franc. Far. in trac. de essent. infant. & c. c. 4. in fi. nu. 8. cum late adductis per Neuz. in d. Syl. nup. lib. 2. nu. 37. propè fi. &

31 ratio est duplex: prima, quia praceptor & aequè, ac pater amicus, & colendus est, l. liberto, iuncta gl. vlt. ff. de obseq. à liber. & libert. quam referunt, & sequuntur Calcialu. Plaut. & Fera. vbi supra, & alios late congerens Neuz. ibidem nu. 3.

32 Secunda est ratio, quia dicentem oportet credere suo praepceptori, vt post phylosophos tradit Zasius. in l. 2. §. post hunc maxima auctoritatis, in verb. perseverabant, nu. 7. ff. de orig. iur. & consonat rationi naturali, nam aliàs nihil, aut parum proficeretur.

33 Ceterum contrarium, quod communis, & hoc casu tenenda sit, firmat Neuz. in d. Syl. nupt. lib. 5. in 2. ampl. d. n. 37. propè fin. ver. etiam si esset opin. praepcept. quem secuti sunt Plaut. in rub. ff. de verb. obli. lib. 1. cap. 1. in fin. nu. 13. Lancel. Conrad. in d. lib. de prator. §. 2. in tit. de sentent. nu. 23. propè fi. in 7. ampliat. & D. Io. Paul. Lancel. in d. disput. in 5. amplia.

Et est verissimum, nam, aut respicimus personam Praeceptoris, & tunc nemo dubitat, attendendam esse communem opin. cum propter maiorem numerum eam tenentium maiorem habeat auctoritatem & praesumptionem. Aut habemus rationem personae iudicis, vel Aduocati, & tunc idem est dicendum: nam licet vnusquisque teneatur defendere opinionem Praeceptoris, tamen cum communis vera censeatur, communis est attendenda, nam amicus Socrates, amicus Plautus, sed magis amica veritas secundum Philosophum, què adducit Neuzian. sub d. nu. 3. post Alber. Abb. Io. de Anan. Caccialup. Capol. Deci. Petr. Gerard. Paul. Pic. & alios per eum collectos, & post Cor. Cagnol. & alios approbat Plautius ibidem num. 10. vbi enim de veritate agitur, nemini est parcendum, sed posthabita parentum, & amicorum obseruantia, omnino veritas est amplectenda, vt alios referes tradit Garz. in repet. l. Gallus, in §. item credendum, column. 4. numer. 9. ff. de liber. & posthum. & qui affectione motus contrarium faceret, peruerteret Iudicium Christi, capit. quicumque, c. 11. quaestio. 3.

CASVS IX.

Nonus Casus est, quando contra communem opin. est auctoritas Collegij Doct. puta, quod Collegium Bononienfe, Patauinum, Perusinum, vel simi. cõsulerit in casu aliquo contra communem.

Et hoc casu intrepidè concludendum videtur communi non esse attendendam, nam consilij parem, & forte maiorem praesertim veritatem ratione numeri Doct. in Collegijs enim plerumque maximus est Iuris peritorum numerus, & ratione auctoritatis quia adsunt Senes, qui propter maturitatè in signis sunt auctoritatis, quam ratione diligentia, nam ista consilia sunt habita prius diligenti discuf-

Ista quoque ratio, seu text. in quo se fundant potissimum tenentes hanc opinionem clarissimè tollitur tribus modis: & primò, quia in d. ca. fin. termini crant pares, cum non esset nisi vna sententia pro parte, & vtraque seruari posset, vnde

non mirū si in pari, & in dubio praefertur sententia pro causa favorabili lata: secus verò est in casu nostro, ubi non vtraque opinio, sed communis tantum attendenda erat, vnde cum non sit par ratio, non est inferendum à terminis, dicto capitulo, final. ad quaestionem nostram. l. Papianus exuli. ff. de minor.

Secundò respon. quia sententia pro eo lata regulariter susinetur ex eo, quoniam eius causa favorabilior est causa actoris, & sic ratione favoris, ergo cessante causa per accessionē maioris favoris matrimonij, & testamēti, debet quocumque cessare effectus praelationis sententiae rei: sed in casu nostro communis non susinetur aliquo favore, sed veritatis praesumptione, vnde non debet remoueri adueniente favore matrimonij, & testamenti, cum veritas, & fauor nihil habeant commune.

Tertiò, & vltimò. respon. huic text. nam sententia pro eo lata ex eo regulariter susinetur, quia non constat de bono iure actoris, & sic in eius poenam, quia omnia petita regulariter probare tenetur, quod verisimiliter non fecit actor, quando latae sunt duae sententiae contrariae: at hæc ratio non est in communi, quæ non ex eo attenditur, quod contraria non probetur vera, sed quia cõmunis ipsa vera praesumitur.

Ex quibus prior ista opinio penitus reprobata, & indefensa ostenditur.

Quapropter altera superiori contraria est opinio, vt cõmunis, & etiam habet contrariam fauentem causae privilegiate, & favorabili seruanda sit, & hanc sententiam in matrimonio, tenet And. Barba. sibi contrarius in consil. 3. stat dubitatio, vtrum d. possessio, colum. penult. sub numero 9. versic. nec obstat, quod in dubio. libr. 1. vbi inquit, primam opinionem non attendi, quando sententia verior, & approbatio esset in contrariū, & sic omittit rationem favoris, & destruit communem opinionem, cum opinio cõmun. semper verior praesumatur, & approbatio sit, quem ad hoc refert, & sequitur Catell. Cott. in Memor. in verb. nuptiarū causa, circa med. versic. & vltra eos benè hoc idem voluerūt Deci. in dicto cap. 1. in 1. lectur. nume. 3. 1. & ibi Aug. Bero. nume. 27. 1. extra, de constit. & ibi quoque Adden ad Deci. in verb. matrimonium. dñi volentes limitare destruant poenitentia superiore sententiam. Alciat. in tract. praesump. reg. 1. praesumpt. 40. nume. 2. late disputando sequitur Ioan. Coraf. in l. qui liberos, propè fin. nume. 12. 1. & seq. ff. de rit. nup. Cagnol. in genere in l. libertas, nu. 2. ff. de reg. iur. D. Io. Paul. Lancel. in disp. in 1. limit. cum concord.

Item contra testamentum voluit Alciat. lib. 3. Paradox. capitu. 7. post medium. Marian. Iun. in dicta l. 1. nu. 74. ff. sol. matrimonio. & in consil. 179. aliquantisper subsistebam. colum. penult. versic. nec placet. numero, 5. lib. 2. refert, & sequitur D. meus Thob. in dicta l. 1. in 5. limit. ff. si cert. petat. cum concord. Hanc eandem opinionem, in pia causa in specie tenet Aug. Bero. in d. cap. 1. sub numero, 27. 1. de constitut. In dote idem asserunt Ioa. Imol. in d. l. 1. colum. penult. circa medium. nume. 1. in fin. sub versiculo, in eadem glos. in fin. & adde. & ibi Marian. Iun. nu. 73. ff. soluto matrimonio. Alciat. in d. praesumpt. 40. nu. 2. & alij.

In libertate, istud idem voluit Alciat. sub d. num. 2. & tandem pro alijs similib. causis in genere tenent omnes supra relati, & hanc opinionem etiam in matrimonio, quod est omnino menti tenendum, in praxi seruari, testatur Io. Coraf. vbi supra, & ea verisimam credo, & sequor ex pluribus.

111 Primò, quia non debemus tantum indulgere, & causis favorabilibus, vt ceteris iniuriam faciamus, cap. ex tenore, cū similib. extra, de foro compet. Bald. in consil. 5. queritur vtrū viduae, in prin. numer. 1. lib. 1. & tradunt omnes hanc sententiam amplectētes, at si hoc casu omitteretur communis, fieret iniuria habenti pro se communem, quia hodie communis est tanquam lex, ergo &c.

Secundò probatur hæc sententia: nam fauores, & priuilegia, & in praedictum tertii non sunt multiplicanda, sed restringenda. l. quod verò contra, & ibi Doct. ff. de legib. cū late traditis per Felin. in c. causam, quæ, per tot. ext. de rescr. At fauor illorū non reperitur hoc casu expressus. Meritò, &c.

Tertiò, quia clarum est hodie, communem opinionem, esse seruandam, vnde legi, & consuetudini æquiparatur, vt late supra in praefat. nu. 30. cum seqq. At nemo dubitat legē contrariam causa favorabili seruandam esse, ergo, &c.

Quartò probatur ista opinio, in §. vnum siquidem, in ver. mulier. in auth. de rescri. & ea, quæ per iunctis traditis per Alciat. in d. praesump. 40. nu. 2.

Quintò, & vltimò. quia nos habemus regulam, cõmunem

esse seruandam, vnde donec, contrarium non probetur in hoc casu, ab ea recedere non debemus. l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. cum similib.

Et per ista cum hac. 2. opinione pertrāseo. Si quis autem priori sententiae, quæ est magis communis, accedere veller, quod tamen non ita facile est faciendum propter attestatorem de obseruantia in praxi contraria opin. à Ioan. Coraf. factam, & etiam quia hæc secunda absque dubio verior est, & tenentes primam mouentur solummodo per d. capitul. final. quod verè nihil facit, debet eam pluribus modis declarare.

113 Et primo non procedit, quando communis, & fulciretur aliquo textu, nam tunc seruanda est communis, ita limitat Anton. Corfet. in d. sing. in verb. opinio, sub nu. 2. & clarum est, quia lex scripta etiam durè seruanda est.

114 Secundò fall. quādo, & matrimonium, vel alia causa favorabilis non est de iure valida, puta q̄ matrimonium non sit legitimum, ita Neuiz. sub d. nu. 73. circa med. versic. intellige nisi esset, quia non adesse, vel nulliter adesse paria sunt.

115 Tertiò fall. quādo, & dubium non habuit principium in causa favorabili, vt puta quòd ipsa successerit in locū non priuilegiati pendente lite, ita Mathefil. in tracta. de elect. veri. opin. col. 2. versic. predicta autem intelligo, nu. 6. quem sequitur D. Lancellot. in d. l. 1. limit. quia subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.

116 Quarto & vltimò fall. & quando communis esset melioribus rationibus fulcita, ita Abb. Corfet. Neuiz. & alij in supra citatis locis.

Verum si ista limitatio subsistat, vt ipse existimo, tota corruit ista magis communis opinio, quia si non inspicitur fauor, quando meliores ad sunt rationes pro communi, vtriq; nunquam attendetur opinio contra communem pro causa favorabili, quoniam communis semper aut verè, aut praesumptiuè melioribus rationibus, & sic istorū auctoritas possit induci pro secūda opinione, meo iudicio, veriori.

CASVS XXI.

Vigésimus primus Casus est, quando communis opi. est euidenter erronea, & falsa, & hoc casu dubiū facit, quæ admodum communis error, & sic communis opin. de facto 117 aliquo etiam falsa, & facit ius, vulg. l. Barbarius, & ibi not. Doct. ff. de offi. prætor. cū adductis per Pileum in suis qq. in q. 77. Henricus de Guarda, in 2. opi. in princ. ver. 2. quia putatiuus, nu. 4. Federic. de Sen. in cōf. 112. amice carissime, col. 2. versic. & si dicatur, nu. 5. Alex. in consil. 138. opportunè cōsideratis, ferè per tot. libr. 1. late Cott. in memor. in verbo, opin. com. quamuis falsa, & latissime per Ant. Gabriel. lib. 1. comm. conclu. in tit. de probat. conclus. 8. per tot. ita & cõmunis Doct. in iure consilens licet falsa, ius facit, & attendi debet.

118 Contrarium tamen, quòd communis opin. & euidenter falsa non sit attendenda, tenuerunt Hostien. & Io. And. in d. c. 1. vbi eos referunt, & sequuntur Abb. col. si sub nu. 15. ver. hoc verum secundum Hosti. & ibi Adden. alios congerunt, Aug. Bero. nu. 269. Mant. nu. 111. & alij de const. idem Abb. in c. vt debitus, col. 8. nu. 29. de appell. & in consil. 85. in praesenti q. nu. 1. lib. 1. Ioa. de Anan. in c. tua nos, col. 2. sub nu. 4. ver. & istud etiam, ex de vsur. Tyndar. in tract. de testib. lib. 2. ca. 10. col. pe. ver. & pro hoc optimè facit, nu. 2. 1. And. Barb. inter conf. crim. diuers. in consil. 93. scribitur sapientia, col. 8. nu. 29. lib. 1. 2. impres. Benedic. Capra in tract. reg. in reg. 18. vidimus quando Iudex, nu. 17. Ioan. de Garo. in rep. auth. ex testamento, nu. 35. C. de secun. nupt. Vincent. Hercul. in l. cū prolatis col. pen. in 1. limit. nu. 11. post. Alex. ibidem. col. fin. sub nu. 23. ver. tamen hoc limita verum, ff. de re iud. Roland. à Vall. consil. vlt. reuocatur in dubium, in fin. numero. 56. libr. 2. Quintil. Mandol. in cōmēt. ad reg. cancel. in re. 29. de subrog. q. 10. in fin. cum alijs, & est vt patet, cõmunis opin. & etiā vera, nam Communis, vt sepius diximus, seruatur propter praesumptionem veritatis. At hoc casu cessat praesumptio, quia sumus in claris, communem esse falsam. Ergo, &c.

Nec quicquam obstat, quod cõtrarium de communi errore 119 re dictum fuit, quoniam illud, & habet locum in errore vero in se, sed non tamen aperto, & manifesto, quod etiam in communi Doct. locum sibi vendicat, quæ licet falsa, donec non constet de falsitate, propter praesumptionem attribuitur, secus verò post quando error detectus est, & veritas venit in lucem, ita loquitur text. in d. l. Barbarius, & concord. & Doct. de materia tractantes.

CASVS XXII.

Vigésimus secundus est casus, quando communis nulla lege fulcitur, sed tantū ratione: & in hoc casu duæ sunt sententiae Doctorum, quarum prima est, vt Communis non sit attendenda, & huius opinionis auriga fuit Archid. in can. nolite, il. 2. ante fi. ver. hoc contra Scholares, qui dicunt, 1. 1. q. 3. & ibi Nicol. Superant. in addit. quem referunt, & sequitur Anton. de But. in cap. tua nos, colum. 2. de vsur. Fel. in ca. 1. colum. penult. sub nu. 54. propè fin. versic. & in hac fall. & ibi sentit Mant. numero 111. in fi. & seq. licet videatur dubitare, extra, de const. l. lasso. in lillam, nu. 9. C. de collat. Gomf. in comment. ad reg. cancel. in reg. de anna. posses. q. 52. circa med. versic. videndum est igitur, in fi. Benicaf. in §. actionum, num. 342. Inst. de actio. Cephal. consil. 166. testator primo legauit, colum. 4. numero 19. hoc idem voluit Incert. Auctor in quodā Tract. de crim. l. scilicet. maifest. inserto inter tract. crimin. diuersor. q. 1. sub nu. 8. Hipol. Riminal. in l. vt vim, numero, 398. in fi. ff. de iust. & iur. cum concord. & est cõmunis opin. vt ex numero, & auctoritate Doct. eam tenētium clarè apparet: nititur autem hæc opinio ex pluribus, sed duo sunt, quæ videntur vrgeri.

121 Primò quia erubescimus, & sine lege loqui. lillam. & ibi not. omnes, C. de collat. §. consideremus, in authen. de trien. & semiff. confusè congestis per Euerard. in loc. à leg. cessante, in princ.

Hæc ratio contrarium defendendo facile diluitur, negādo in casu nostro, nos sine lege loqui, quoniam rationem 122 adducēs non dicitur sine lege loqui, ita respondit Corn. in consil. 256. viso puncto, & allegationibus, colum. 4. nu. 4. lib. 1. & post plures las. in d. lillam, nu. 10. cum adductis per Euerard. ibidem circa med. versic. hoc autem volo te scire, & est receptissimum.

Secundò igitur & vltimò, nā vbi non habemus legem, non nostro ingenio quaestiones resolueri debemus, sed ad Principem, & pro decisione recurrendum est, l. 2. §. sed quia diuina, cum similib. C. de vet. iur. enucle.

Sed ista quoque ratio facile summouetur, Tum quia non possumus semper Principem adire, vel ob distantiam locorum, vel aliam similem causam: Tum etiam quia vbi viget ratio, ibi lex esse dicatur, cum rationibus licitum sit leges extendere ad casus in lege non comprehensos, l. non possunt, in fi. de legib.

Contraria igitur est opinio, vt cõmunis nulla lege, sed ratione tantum roborata, & attendi debeat, & hanc sententiam amplexi sunt Anton. Corfet. in suis sing. in verb. opinio, in sing. incip. vbi Doctores, num. 2. Neuiz. in d. Syl. nup. libr. 5. numero 20. cum seqq. Lancel. Conrad. dict. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sent. in 1. amp. nume. 23. Purpur. in dicta l. 1. nu. 137. in fin. & seq. & ibi post alios Io. Bo. ogner. sub numero, 42. versiculo, quod procedit. ff. si cert. pet. & hoc idem verè voluit Fel. sub d. numero 54. in fi. & las. in dicta lillam, nu. 10. dum limitant omnia supra dicta, & ita credo seruari in praxi, quia alias aut nulla, aut rara Communis seruaretur, cū paucæ omnino sint communes quæ habeant leges expressas, & etiam verisimam credo.

125 Imprimis quia vbi deficit lex, ratio naturalis, & pro lege adducitur, c. consuetudo, & ibi gl. in verb. ratione. 1. distinct. c. frustra. 8. distinct. ca. si romanorum. 19. distinct. l. cum ratio, in prin. ff. de bon. damnat. cū adductis ad hoc per gloss. in ca. ex eo, in verbo, rationis. de elect. in 6. per Corfet. vbi supra d. nume. 2. Guid. Pap. sing. 65. 3. præscriptio non currit. ver. no. quod sufficit, Roma. sing. 78. reconuentio in causa, nume. 2. late alios congerentes Felin. in ca. tua nos. colum. 2. circa med. sub nume. 3. post princ. extra. de iurciur. las. in d. lillam. num. 10. Cagnol. in l. qui in alterius, num. 1. ff. de regul. iur. & post alios plures Euerard. in d. loco, cess. rat. circa med. versic. hinc etiā notabiliter dicunt, & est receptissimū apud omnes.

126 Secundò quia, quod in naturali ratione, & consistit, lex esse dicitur, d. c. consuetudo, in §. porro si ratione, distin. 1. quia ratio est anima legis iux. tradita à Bald. in l. si quis seruo. C. de furt. quem sequitur laso. in l. de quibus, n. 5. ff. de legib.

Tertiò quia vbi habemus viuam rationem, frustra querimus legem, imò querere est infirmitas intellectus, l. scilicet oportet, §. sufficit. ff. de excusator. & post Aristot. & Philosophos tradit Bal. in l. testium. co. si. circa med. nu. 2. in fi. C. de testib. Angel. consil. 275. thema, super quo consilium, colum. fin. circa med. sub numero, 8. post princ. versiculo, & eodem modo resp. refert & sequitur las. in d. lillam, col. 3.

sub nu. 10. ver. Alibi dicit Ang. Claud. Seifel. in rub. ff. sol. ma. in prin. & post alios Neuiz. vbi supra, sub nu. 2. 1. & Euerard. ibid. propè fi. versimo querere rationē. Quartò & vltimò, faciunt ea, quæ diximus in seq. casu.

CASVS XXIII.

Vigésimus tertius Casus est, quando communis nulla lege, vel ratione nititur. Et hoc casu omnes relati in superiori casu pro vtraque parte partim expresse asserunt, partim 128 sentiunt Communem non esse attendendam, & præter istos idem in specie tenent Gramat. consil. ciuil. 4. in causa eadem mag. numero. 12. & Iacob. Henric. in cōf. 1. ardua subtilis, in ref. ad desimum sextum obiectum, numero, 437. lib. 1. cum similib. & facit pro ista opin. alijs pluribus omisiss, reg. d. lillam, cum ibi traditis à Doct. de collat. quæ omnino verificatur in quo pro communi neque lex, neque ratio vlla adest.

Sed ratio ista in proposito non vrget, nam fatemur, singulos Doctores non posse absque lege quicquam agere. Sed si simul idem dicerent, secus esset, nam singula, quæ non profunt collecta simul iuuant, præsertim in Doctoribus habentibus auctoritatem ex praesumptione iuris, quæ habet Doctorem, & bonum & peritum censeri.

Imò ego non credo omnino verum, quod passim effundunt Doct. nempe Doctore etiā Excell. nihil allegati non credi, vt tradit Bal. loquens de Glo. in l. republica. C. ex quib. caus. maior. Curt. in consil. 66. super motiuis traditis, col. 2. sub nu. 2. post med. versic. & sic directo, Grat. in consil. 105. videtur treugam, colum. 1. nu. 4. & consil. 131. nobilis vir, col. fin. numero 19. lib. 1. Grammat. consil. ciuil. 3. 2. in eadē causa, nu. 12. & seqq. Siluan. consil. 25. viso puncto, & facto, nu. 28. Roland. à Vall. in consil. 1. in praesenti consultatione, nu. 187. lib. 2. & alij passim adeo quod ista sit communis opi.

Nam ego credo, quod Doctore Excell. nihil alleganti creditur, sed minus, quàm si allegaret, nam tales Doct. censentur moueri iure & ratione, licet non adducant, prout videmus in sententia Iudicis, & consilijs decisuis, quæ possunt fieri absque iurium allegatione, vt cõpertum est, & ita credo seruari: quia videmus passim Doct. plura asserere nihil allegando, & tamen non resuuntur, nec minus eis creditur, & si seruatur opinio Baldi, vtrique nec ipsi fides haberetur, qui & consulendo, & legendo multa effudit nihil allegādo.

Quamobrem ipse hoc casu contrariam sententiam, vt 130 communis omnino sit attendenda, semper veriorum iudicauit, & nunc quā maximè, qui reperi idem tenere Purp. in d. l. 1. nu. 138. ff. si cert. pet. hac ratione:

Nam aut Doct. volunt, hoc casu non seruari communem, quia habeat contra se iura, & rationes: & tunc dico eorum sententiam verā esse, sed non quia communis non fulciatur aliqua lege, vel ratione, sed quia cõtraria opinio habet meliores rationes, & sic sumus in casu 17. supra relato. Aut volunt non seruari communem, quia non habeat legem, & tunc dico hoc falsum esse, nam si hoc verum esset, sequeretur, quod communis nunquam esset seruanda. At hoc est absurdum, Meritò, &c.

Maiores probatur, quoniam Communis seruatur ob solam praesumptionem veritatis, non autem tanquam habens legem, vel rationem: quia si ob istas seruaretur Communis, sequeretur, quod non tanquam habens iura & rationes, quæ singula per se seruantur absque communi, attendederetur, & sic non differret ab opinione vnus, & ita etiam reperi considerasse Purpur. in d. l. 1. nu. 137. in fi. Et sic nihil esset habere Communem, quod est ridiculum.

Præterea si hoc esset, sequeretur aliud, videlicet, quod cõmunis seruaretur, quia praesumeretur verè contra receptā, & veram opin. supra relatam in praefat. nu. 4. 1. & 42.

CASVS XXIIII.

Vigésimus quartus Casus est quando contra communem opin. est Regula aliqua iuris. In quo conclusiue procedendo tres sunt subdistinguedi Casus: quorum Primus, quando regula iuris est in genere, & à remotis, & tunc communis 131 nis, & seruanda est, ea ratione, quia licet regula ex iure sit emanata, l. ff. de reg. iur. & idem, & sit, quod ius, & de illa argumentetur sicut de iure, c. canon, casu seq. 3. distin. not. Bald. in l. si quis seruo, colum. fin. numero 6. propè fin. ver. nec mireris. C. de furt. Franc. Patin. in tract. de offic. & potest. capitulo, sed vacant, in quest. j. colum. fin. quos refert, Com. opi. To. 4. AAAAa 3.

& sequitur Gomez. alios etiam adducens in cōment. ad reg. cācel. in proem. in 2. q. in 3. fundam. partis affirmat. verfi. 3. pro ista parte, cum similit. tamen regula est ius fragile, cum facile limitetur, & restringatur, vnde quories habemus legē, vel auctoritates Docto. in specie à regula generali, & à remotis recedere debemus, vt tradit Aretinus in consilio. 6. in principio, sepius adducto.

133 Secundus casus est, quando + sumus in regula in specie contraria ipsi cōmuni, & ista fuit visa, & considerata à Doc. tenentibus Communem, & tunc quoque Communis non attenditur per ea, quæ dicemus infra in seq. Casu.

134 Tertius, & vlt. Casus est, quando + regula est in specie cōmuni contraria, neque visa, vel considerata à tenentibus Communem, & tunc concludimus Communem non esse attendendam, ita Grat. in consi. 113. præsens casus prima fronte, col. 1. nu. 3. lib. 2. quæ licet generaliter loquatur, tamē in his terminis est intelligendus.

Et ratio est duplex, prima regula tanquam Ius + seruanda omnino est, vt tradunt Doct. in d. l. 1. ff. de reg. iur.

Secunda, quia præsumitur, quod si Doctores tenentes cōmunem vidissent d. regulam, vtique aliter sensissent, argu. l. si in tres. ff. de arbit.

a ADDITIO. Regula est ius. Nota tñ q. regula non facit ius, sed ipsa colligitur ex iure quod est. Et illud verū quo ad illos casus qui regulam præcedunt, ex quibus ipsa regula cōstituitur & formatur: hoc modo dicitur regula iuris trāstiuē: quia de regula fit transitus ad ius: ita quæ sunt separatū & distinctum ab ipsa regula. Secus est quo ad alios casus qui ante regulam determinati non reperiuntur, in quibus regula facit ius: vt patet in regula Canoniana, quæ dicitur regula iuris. l. cum legato. ff. quando dies legat. ced. Item sepe numero fit decisio casus occurrentis per regulam iuris. c. inter dilectos. in fide fid. infr. c. si diligenti de for. compet. cū similit. Et isto casu dicitur regula iuris intransitiuē: quia ipsa regula in immediatē est ius, & non fit transitus: quia tali casu ius nō est distinctum & separatum ab ipsa regula.

CASVS XXV.

Vigefimus quintus Casus est, quando contra cōmuniē est textus legis in terminis, & plura afferunt exempla, in hoc casu, ergo aliis omnibus pono + duo, quorum alterū est de opinione Martini cōmuniter à cæteris approbata in l. dos à patre. C. sol. mat. quæ verē est contra illam tex. Alterum est exemplum, s. præterea. Infr. de fideicom. hare. vbi clarē probatur, legata non posse relinqui ab intestato, & tamen contrarium concludunt Doct. ibi. & in l. 1. ff. de leg. 1.

Modo in hoc casu conclusiuē procedendo duos subdistinguo casus, Primus est quando communem tenentes, videntur illum text. & ei licet male responderunt, & tunc est 136 concludendam communem opi. + esse attendendam, ita tradunt à contrario sensu. Io. de Garro. in rep. auth. ex testamento. nu. 24. post med. versic. & cum tex. sint clari. C. de secun. nupt. & Ari. Pinel. in l. 1. in 3. part. nu. 104. propē si. vers. & reiecta cōmuni. C. de bon. mater. & ex intēione omnium latē, & expressē, D. Io. Pau. Lancel. in d. vlt. amp. & verissimū credo ea ratione, nam cum nihil sit tam clarū in iure, quin in dubiū reuocari possit, cumque tot viri Illustres viderint illum text. & contra eum tenuerunt, oritur vrgens præsumptio, vt vel text. ille non probet in terminis, vel si probet, iusta aliqua causa, vel ratione ab eo recesserint, quod fieri potest, vt infra in 29. casu. & ista est ratio, fortē, q. opi. Martini in d. l. dos à patre, à cæteris sit approbata, quoniam videbatur iniquum, vt mortua muliere cum filiis, eius dos non deberet apud eos remanere.

Fallit tamen ista conclusio, secundum Pinel. quando vidissent tex. sed non responderint: verum hoc falsum est, nā si vidissent tex. & contra eum terminant, signum est, quod reprobant inductionem: illius textus, ac si expressē responderint.

Secundus casus est, quando tenentes communem non viderunt, aut cognitionem nullam habuerunt illius tex. & 137 tunc communis + non attenditur, ita Io. de Garron. Ari. Pinel. & D. Lancel. vbi supra in 3. limit. Mathefia. in d. tract. de elect. veb. opin. circa prin. sub nu. 1. ver. aut de hac cōsuetudine non apparet. qui licet generaliter loquatur, tamen in his terminis intelligi debet, prout etiam Augult. Bero. in suis qq. famil. in q. 62. an tempus inchoandi. num. 1. Crot. in consi. 127. vidi, & maturē. colam. 2. nume. 1. cum seq. Ioā.

Bolognet. in d. l. 1. sub nu. 43. ff. si cert. per. Borgnin. Caualea. in tract. de tutor. & curat. numero 246. circa si. vers. & ista opinio est sequēda, & est de mente omnium, & clarissimū, tum quia hic cessat præsumptio veritatis, propter quam attenditur communis, cum sumus in claris habētes tex. in terminis, qui ante omnia attendi debet. d. c. 1. & ibi Docto. ext. de consi. Tum etiam quia, si Doct. communem tenentes illum vidissent, præsumitur, q. aliter sensissent iuxta d. l. si in tres. ff. de arbit.

Fallit hoc modò, vt infra in casu 30. nu. 159.

CASVS XXVI.

Vigefimus sextus casus est, quando communis opin. est contra auctoritatem Theophili super intellectu alicuius tex. istud exemplum habemus, s. præterea. Infr. de fideicom. hare. red. vbi Theophilus tenet, ibi probari, legata non posse relinqui ab intestato, & contrarium tenent Doct. communiter ibi, & in l. 1. ff. de leg. 1.

Hanc difficultatem excitauit Excell. D. meus Franc. Can. 138 tertius, in qua in primis communem + esse attendendam suadet ex eo, quia nullibi reperitur auctoritatem Theophili esse necessariam, quo ad interpretationē Infr. in Græcalingua ab eo cōscriptam, e contra verò cōmunis est omnino seruāda, ergo Communis ob auctoritatem Theophili omitti non debet.

139 Sed in contrarium q. opi. Theophili sit præferenda + cōmuni vrger plurimum, quia communis attenditur propter solam præsumptionem veritatis: vnde si pro contraria adfit præsumptio efficacior, communis non debet attendi, sed efficacior videtur præsumptio veritatis pro opinione Theophili: quia cum ille fuerit vnus ex tribus compilatoribus Infr. quis dubitat eum melius scire sensum tex. à se compositi, quam alij Doctores: imò auctoritas Theophili, est quasi necessaria propter vrgentem præsumptionem.

In hoc tamen casu ex intentione eiusdem D. mei pro resolutione distinguerem + duos casus posuit etiam in superiori casu, aut Doctores contra intellectum Theophili viderunt interpretationem ipsius, & tunc communis erit attendenda, aut non viderunt, & tunc opinio Theophili præferri debet, per ea, quæ supra diximus in casu præcedenti.

CASVS XXVII.

Vigefimus septimus casus est, quando communis est in vno ex æquiparatis, an seruetur, & in altero: breuiter distinguendum est.

Aut sumus in casu æquiparato, putā, quod æquiparatio fit facta per modum regulæ, vel in illo casu particulari, in quo est communis, & tunc concludendum est, omnino cō- 141 munem, + & in altero æquiparato attendā esse, nam dispositum in vno ex æquiparatis, in alio etiam dispositum intelligitur. l. Sticus seruus meus. ff. de manumif. testament. cum vulg.

Aut sumus in casu, in quo non est facta æquiparatio, & 142 tunc communis + non seruatur in aliis casibus, nam ex separatis, & diuersis non fit relatio. l. papinianus exuli. ff. de minor. cum vulg.

CASVS XXVIII.

Vigefimus octauus est Casus, quando in altero æquiparato est contra communem iudicatum, an in altero æqui- 143 parato attendēda sit cōmunis. Et partem negatiuam + tenet Dominus Ioan. Paul. Lancellot. in dicta sua disputatione, an & quando attendenda sit communis opinio, in 9. limitatione, & mouetur per l. Plautius in fin. princip. ff. ad l. Ealcid. Verum hic textus nihil facit, Tum quia ibi nulla adest communis, tum quia non fuit iudicatum, sed decissum per rescriptum Principis, quod non solum communem, sed & legem, consuetudinem tollere potest.

144 Quamobrem existimo, communem + hoc casu esse seruandam, nam si attenditur communis, quando expressē contra eam fuit iudicatum, vt supra in casu 15. Ergo multo magis attendi debet, si contra communem in casu æquiparato est iudicatum.

145 Possēt tamen sententia + D. Lancel. suslineri, quando toties effect iudicatum, quod consuetudo introducta esset: tunc consuetudo & in æquiparato attenderecur per ea, quæ supra diximus in 18. casu.

CASVS XXX.

Vigefimus nonus casus est, quando adesset aliqua causa per quā Iudex potest aduocari non seruāda: Communē. 146 Et hoc casu indistinctē concludendum est, cōm + non debere attendi, ita tenent Neuz. in d. sy. nup. lib. 5. nu. 70. Lancel. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sent. nu. 15. in 1. l. im D. Io. Pau. Lancel. in d. disp. in 7. lim. cū aliis sim.

147 & est verissimū: nam ex causa + receditur à lege, & à reg. iur. l. si hominem ff. manda. tradit Fel & cæteri in cap. 1. ext. de consi. Thom. Pappal. in rep. l. 1. C. de præcib. Imp. offer. Franc. Cremen. in sing. 151. mādatum fuit actum, in fi. Ant. strig. in sing. 32. Deci & Cagnol. in l. in ambiguis, in §. quoties, num. 1. ff. de reg. iur. Ari. Pinel. in rub. C. de bon. mater. in 1. part. nu. 35. Didac. latissimē in lect. c. peccatū, in 1. part. circa med. de reg. iur. in 6. cum adductis per Neuz. d. nume.

148 70. q. consue. udo ex causa + potest auferre ius vnius, & dare alteri, vt post Bart. & alios tradit Pet. de Rauenna in tit. de consue. in prin. sect. 1. nu. 11. & non habet difficultatem. Ista tamen conclusio habet locum in iudiciis maioribus, 149 secus verò + in iudiciis minoribus, vt puta Potestatis certarum, vel similibus, vt post Deci. tradit D. Lancel. in d. 7. lim. Nā à lege quoque ex causa receditur, per Iudices maiores, nō verò minores vtp. Ant. Columb. in suis sing. pœnal. in sing. 12. Iudex ex offi. nu. 2. cum similit.

50 Quæ verò sit iusta causa + recedēdi à cōmuni, & à lege, non insisto, quia non est præteritis indagationis, & partim apponunt Doct. in supra citatis locis, partim etiam residet in arbitrio ipsius Iudicis.

CASVS XXXI.

Trigefimus Casus est quando in eadē q̄stione sunt duæ communes contrariæ, altera Legistarum, altera Canonistarum, & in hoc casu distinctē procedendo, plures sunt subdistinguedi casus:

Primus est, quādo furus in materia spiritali, vel alia cōcernēte peccatum, vt in materia iuramenti, v. furarum, vel si 151 mili. & tunc concludendum est, cōm canonistarū + vbi que, & in vtroque foro seruandam esse.

Ita respondet Socin. in consi. 77. In præsentī consultatione plura, colum. si. nu. 20. lib. 1. & ita est intelligēdum, quod tradit Hierony. Cuccal. in add. ad Deci. in l. iura sanguinis, sub nu. 7. in verb. contrarium tamen concludit, prope fin. vers. & sic vides, ff. de reg. iur. & est verissimū.

Nam in his materijs, quando ius ciuile est contrarium 152 canonico tā in terris Ecclesiæ, quā Imperij, seruatur + Ius cano. & opinio canonist. c. fin. & ibi doct. ext. de præscrip. tradit Abb. in c. ecclesia Sancta Mariæ, colum. 7. in 2. cas. nu. 11. & ibi post alios Felyn. colum. 1. 1. vers. limita. 2. dicta regula. n. 41. & Marc. Mant. nu. 17. extra de consi. Io. And. & alij in capitu. post flor. de regul. iur. Bartol. in l. priuilegia, col. 2. sub nu. 2. & alij. C. de sacrosanct. Eccl. Geminian. in cōf. 114. si Procurator Episcopi, col. fin. 5. Ferrat. in tract. cautel. icaut. 3. 8. explorati iuris est, per tot. Afflict. deci. 322. D. Ciccus Ab. colum. 2. nu. 5. Deci. in consi. 432. cū sit quod Almerigus, colum. 2. nu. 19. Robert. Marāt. de ordin. iud. in 3. part. sub nu. 73. Port. Immol. in consi. 36. Contingit D. Baptistam, colum. 7. nu. 28. & consi. 154. Quo ad priuū attinet, col. 4. numero 18. Io. Cephal. in consi. 40. Mag. cōmunitas Nouarum, colum. 4. nu. 16. latē Aug. Bero. in cōf. 81. Viso. instrumēto depositi, nu. 1. & ferē per tot. lib. 3. & post Alex. & alios tradit Io. Bapt. boui. in tracta. de stat. vrb. præscrip. gloss. 1. nu. 16. cum alijs latē congestis per Felyn. in causis, column. prima sub numero primo, ext. de testib. & est omnium receptissima sententia, quæ procedit etiam 153 in foro + seculari, vt in specie post Anto. de Butrio, Abb. Immol. & Fel. vbi per cum tradit Corne. Benincas. in tract. de pauper. in 5. q. nu. 31. & Rober. Marant. ibid. cum similit.

Secundus casus est quando sumus in materia nō cōcernēte peccatum, & in terris ecclesiæ, & hoc quoque casu 154 concludēdū est communem Canonistarum + esse attendendam & ratio est in promptu, quia in terris ecclesiæ seruandum est + Ius Car. & opinio Canonistarum, quia Pō- 155 tēstici, canonum conditori terræ subiecte sunt, cap. 41. & ibi Doct. ext. de cōf. Ab. in d. c. Ecclesia Mariæ, col. 8. in 4. causa. nume. 14. & ibi Fel. post plures quos congerit colum. 22. ver. limi. 3. de reg. numero 43. & Mant. nu. 24. Barto. in d. l. priuilegia, sub numero 2. & ibi cæteri. C. de sac. sanct. ecl. Corne. in consi. 169. In hac consultatione, column. 2. sub

numero 4. versic. his tamen non obstant. libro 3. quem sequitur And. ab Exea. in d. c. 1. nume. 195. ext. de consi. Rober. Marant. sub d. num. 73. & est communis opi. & in vtro 156 que foro seruatur + ius cano. vt post Inno. Fulg. Lanfran. & alios concludit Foller. in sua practica. cens. in verb. iur. mo. de rigorem, numero 22. & antē eum hos omnes congestis, licet ipse non alleget, Ioan. Bert. in suo rept. in verb. opinio Canonistarum præualet, Marant. vbi supra cum similit.

Tertius & vltim. casus est quando sumus in materia nō concernente peccatum, & in terris Imperij, & tunc concludendum est, Communem Legistarum + esse attendendam 157 in vtroque foro: & ratio est eadem: nam in terris Imp. quādo sumus in materia non concernente peccatum, seruatur + leges, non verò canones. Ita tradunt Abb. d. nu. 14. Felyn. d. numero 43. Mant. d. numero 24. in d. ca. Ecclesia S. Mariæ, de const. Bart. in d. l. priuilegia, sub d. n. 2. Cor. Andr. ab Exea. & alij in locis modo supra relatis, & alij passim.

Nam cū Imperator sit Dominus totius Orbis, eius leges seruari debent, l. leges sacratissimæ, C. de legib. & ista cōclusio adeo est vera, vt etiam si cōtra communem Legistarum 159 esset tex. de iure canon. tamen in terris Imperij + seruanda est communis ista, vt in indiuiduo tradit Marian. in cap. significatibus, column. 36. numero 60. circa princip. versic. sed ad hoc potest respon. extrā, de libell. oblat. vbi dicit se plura ad hoc induxisse in capitulo primo, de noui. oper. nunc. quem ipse nō potui videre, & id suadet ex eo, quia quando Doctores firmant communiter aliquam opi. præsumuntur moti ex dispositione si non expressa, saltem tacita, vel præsumpta iuris ciuilib.

160 Fallit tamen supradicta conclusio + quando ageretur de rebus ecclesiasticis, quia tunc debet seruari ius cano. etiam 2a terris Imperij, Ita tradunt Abb. Gulic. Ancha. & reliqui in d. capitu. primo, vbi post alios late hoc defendit Deci. in 2. lect. colum. 2. in 3. not. nume. 3. & alios allegans And. ab Exea. numero 82. de const. & post alios Ange. Bero. in consilio 196. In causa illorum de Velis, col. si. numero 23. libro primo, Rober. Marant. in dict. 3. parte, nume. 76.

CASVS XXXI.

Trigefimus primus est casus quando tempore litis contestatæ opinio affirmatiua erat cōis, tempore verò serendæ + sententiæ, opinio negatiua est magis Cōis quod facile posset hodie accidere, quando litis est efficiuntur penē perpetua, & libri in dies maximē excrefcunt.

Hunc casum neminem attingentem reperi, & sanē pulcher est. In eo tamen primo aspectu dicendum videtur opinionem affirmatiuam + attendendam fore ex duobus, 161 Primò quia magis communis negatiua superueniens operabitur in alijs in futurū, nō autē ad præterita extēdi debet, arg. l. leges & constitutiones. C. de legib. c. fi. ext. de consi. cum vulg.

Sed hæc ratio facilē submouetur ex eo, quia ius superueniens non trahitur ad præterita, quando de nouo conditur, secus si iam conditum diu latens detegitur: quia licet antē lateret, non per hoc amittit vires suas, at ita est in magis cōmuni, quæ non ius nouum inducit, sed antiquum obsecrū ostendit, Ergo, &c.

Secundo, & vlt. facit. Nam debet esse par ratio commodi, & incommodi, l. scio, in prin. cum vulg. ff. de annu. legat. 162 sed ius superueniens post litē contestatā, nō p̄dest + Acto rī, vel Reo, l. non potest. ff. de iudic. ca. fin. & ibi Doct. tradit ext. vt lite pendente, cum similit. Sed ius, quod quis habet tēpore litis contest. attenditur, l. more. C. de rei vend. & in eius materia tradunt Docto. in l. in contra. cibus C. de non num. pec. Ergo, &c.

Hæc quoque ratio tollitur, tum quia prædicta procedūt in iure superueniente ex facto hominis, tum etiam & melius, quā loquitur de iure nouo: magis Cōis verò nō immutatur ius, sed solum antiquum præfacit, vt modo supra.

Quamobrem ipse cōtrarium credo verum, vt magis cōmuni negatiua superueniens inter tempus litis contest. & 163 ferendæ sententiæ + seruanda sit.

Nā quoties orit aliqua p̄uocatiua, Iqua ad sint opinionēs Doct. ius in rei veritate est sempiternū: Sed cū sit dubiū, & obsecrū, modo v̄ esse pro vna, & mō pro altera parte, put. ali-

qua praesumptio magis p vna, quam pro altera vrget, itaque quando communis erat pro affirmatiua, videbatur ius esse p: o ea, quado vero magis communis contraria superuenit, ius pro negatiua esse vñ, & non diuersum, sed idem. Vnde cum habeamus ius, nec id certum est, & clarum, debemus sequi pro ea parte, pro qua magis ostenditur, at magis communis verior, & iuri magis propinqua censetur. Merito, &c.

CASVS XXXII.

Trigesimus secundus, & vlt. casus est, quando sunt communes hinc inde, nec discernitur magis communis, & hoc opus, hic labor est: nam vbi est conflictus opinio, & perdifficile est munus iudicandi, vt tradit Abb. in c. cum sint, in 2. not. nu. 3. ext. de decim.

Et quidem valde periculosum, in hoc tamen casu plura successiua dantur remedia quae singula suo loco reponenda sunt. Primum est remedium, quod ea opinio sit amplectenda, quae verior in conscientia iudici & Aduocato videtur, hoc est, quae magis iuris dispositioni accedit, vel melioribus nititur rationibus, ita fuit decium per Parlatum. Delphin. vt per Franc. Marc. in q. 5. quaritur quando, sub numero. 3. part. 1. Lancel. Conrad. in d. lib. de Prator. §. 2. in titu. de sent. nu. 2. 8. late per And. ab Exe. in ca. 1. num. 3. 67. cu seqq. ext. de const. & omnium latissimè iuribus, rationibus & autoritatibus comprobatur. Neuz. in d. sylv. n. lib. 6. in prin. nu. 2. cum seqq. & est verissimum, vt per se patet.

Sed cum valde difficile sit asserere hanc vel illam opinionem veram esse, diligenter isti omni prorsus affectione remota animaduertere debent, ne propriam conscientiam laedant, & ideo huic aliud adiungitur remedium, vt Iudices, & Aduocati in casu dubio recurrant ad Deum media oratione qua impetrat lumen intellectui, scriptum est enim, quod Diuus Thomas faciebat orationem, quando veritatem reperire cupiebat, nam à Spirito Sancto veritas, & bona omnia proficiscuntur, quibus addi potest, optimum esse spoliare se peccatis per confessionem, nam saepe propter peccata & neficimus dubia causas resolueret, vt inquit Bald. in cap. quia procurator, colum. 6. de elect. quem referunt, & sequuntur Affl. in decil. vlt. in fin. latius Neuz. alios allegans d. lib. 6. nu. 5. Crauet. in conf. 1. 5. factum ita proponitur, nume. 1. & D. Ioan. paul. Lancel. in d. sua disputa. & quando com. opin. sit attend. propè fin.

Secundum est remedium quando causa est adeo dubia quod quae sit verior opinio discerni nequeat, vt illa amplexanda sit, quae fauet parti habenti pro se regulam aliquam iuris, vt puta reo, possessori, & simil. pro quibus in dubio pronunciat, ita tradit Mathesil. in d. tracta. de elect. veri. opin. col. 2. post. princ. vers. aut sumus in materia, nu. 4. & 5. & fuffissimè vsque ad 4. 1.

Casus numerans, in quibus in dubio pronunciamus est. Neuz. d. lib. 6. numero 20. propè fin. vsque ad nume. 87. & id quoque optimum & verissimum est, nam in dubio pro reo, pro possessore, vel simil. iuribus vulg.

Tertium est remedium supradictis deficientibus quod princeps & consulatur iux. praecipuum Imper. in l. 2. §. si quid igitur. C. de vet. iur. enucle. & in propriis terminis tradit Lancel. Conrad. vbi supra. n. 30. & est de intentione omnium, & verum. Sed qm saepius iusta causa fieri nequit, Quartum est inuentum remedium, vt Iudex vel aduocatus hortetur partes ad concordiam, proponendo eis sumptus ingentes, inimicitias, rixarum pericula, victoriam incertam & alia plura id genus ex litibus emanantia, quae penè, & pulchre recenset Neuz. in d. sylv. nup. lib. 6. n. 8. cum pluribus seqq. Oñ. Velt. in sua prax. lib. 3. cap. 1. in fi. nu. 4. & ibi latius Nicol. Grauat. in addit. nu. 1. cum seqq.

Et si praeces, & orationes non sufficiunt, debet Iudex eas ad concordiam compellere, quod potest, arg. c. placuit, 90. distinet. per quem text. ita post Ant. de But. Abb. & alios tradit Lafon. in l. quidam existimauerunt, col. 3. sub. n. 4. circa med. vers. 2. principaliter limit. ff. si cert. per. Fel. post complures, quos ad id congerit in rub. ext. de treg. & pac. col. 3. ver. 3. fallit. num. 5. Nicola. Boer. in decisione 155. & quo ad primum dubium, si b. num. 28. Summ. Ange. in tit. de iudic. §. 4. incip. vtrum iudex possit. D. Io. Pau. Lancel. in d. disput. p. p. fin. in 2. gradu, cum siml. quod & mihi in quibusdā causis, & personis satisficit, sed quoniam in pluribus id non facile potest procedere,

Quintum datur remedium, quod Iudex possit iudicare pro qua parte velit, & sic bonum sit habere Iudicem amici, qui in dubio pro amico potest iudicare, ita post Io. And. tradit Bal. in c. ne innitaris. co. 2. circa me. vers. item Io. And. nu. 7. de const. Abb. in c. 1. col. fi. sub. nu. 1. in fi. vers. si vero non est dare, & ibi Dec. in 1. lect. num. 12. Bero. num. 255. & alij ext. de const. Laf. in l. post dotem, col. pen. nu. 10. ff. solu. ma. Neuz. in d. sylv. nup. lib. 5. nu. 74. post prin. vers. igitur talis casus. Conrad. in d. lib. de prator. §. 2. tit. de sent. nu. 28. in prin. & ita tradit Fran. Mar. in d. q. 5. propè fin. sub. num. 3. part. 1. & in propriis terminis nostris sequitur Purpur. in Ladmonendi. col. 2. 5. num. 155. ff. de iureiur. & est communis, & probata sententia, vt per se patet, ex quo debemus eligere rectè agere & aduocatos, & procuratores, qui in suis allegationibus, & informationibus reddunt sibi iudicem beneuolum, vocando eum Doctis. Excellentis. ceber. acutissim. alijque similibus nominibus honestando, vt ex Tull. & Quintil. deducit Abb. in c. consuluit, col. 2. in 3. not. nu. 2. extr. de offi. delega. & latissimè titulos istos singulorum iudicum recensendo hortatur potius ad excessum, quam defectum laudis Marian. in c. 1. col. 4. 8. per totū. in vlt. memb. 8. artic. princ. nu. 146. extr. de libe. oblat. quia, vt ipse inquit, homines Lodolæ carnis esu vt plurimum delectantur, idè monent Purpur. in l. 1. numer. 3. 13. ff. de offic. eius, & c. Octa. Velt. in sua prax. lib. 7. c. 3. sub. numero 3. 1. Andr. ab Exe. in dicto cap. 1. num. 463. de constit. cum similibus.

Et e contra quam male facere eos, qui verbis tumidis contemptu dubiorum datorum credentes reddere ius suū clarum exasperant iudices, ita vt vix legant eorum scripta, nedum credant, & totum damnium reddunt in miseris Clientes, qui debent esse cauti in eligendo patronos non tam iuris, quam morum peritos, vt etiam aduertit omnes supra relati. Ceterum quicquid dicant communiter Doct. licet ipse non diffitear, optimum esse habere iudicem propitiū, quoniam facilius audit, & credit, tamen quoad, vt iudex pro amico iudicet, tanquam falsissimum id omnino respiciendum mihi videtur, & non solum de honestate, sed etiam de veritate, & in conscientia, ex duobus,

Primo, quia iudex, qui iudicando ducitur ad t. consanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in amaritudinem damnationis, ita ad litteram dicit rex. in ca. quicunque 1. q. 3. Nec dicatur istud procedere, quando iudicatur contra iustitiam claram, secus, quando sumus in dubio, vt in casu nostro: quoniam resp. dupliciter. primo quod etiam hoc casu iudicatur contra iustitiam apparentem, vt in alio fundament. constabit.

Secundo ille tex. loquitur generaliter fundans se in sola affectionis ratione, qua omnino iudex carere debet, vt ibi. Præterea, & vlt. quia quoties duo litigant de aliqua re, vtique pro parte boni ius fouet, donec de iustitia alterius non constat, saltem respectu iudicis, qui secundum allegata debet iudicare: vnde si nunquam constet, quis verè rem, de qua agitur, obtinere debeat, vt sic sumus in dubio, vtique si Iudex pro amico iudicat, aufert alteri litiganti partē, in qua bonum ius fouebat, & per consequens iniustitiam facit.

Quamobrè sextū, & vlt. est remediū, & hoc meo iudicio tutum, æquum, & bonum, quod hoc casu iudex iudicat per medium, ita tradit Bar. in l. si duo, col. vlt. antè si. vers. & sic mihi videtur. ff. vt possid. sentit Bald. in l. si pater, col. 1. in 2. no. ff. de hær. inst. late Pe. de Anch. in conf. 2. 10. inter cōtraria varia, per totū. Fel. in d. c. 1. co. fi. n. 55. & ibi Dec. in 1. lect. sub. nu. 3. 2. vers. talis casus. late Mant. nu. 117. & alij, de consti. Alex. in l. Titius, col. 1. in 3. not. nume. 3. ff. ad Treb. idem Dec. in conf. 176. viso themate. col. penul. in prin. ver. & omnibus diligenter. nu. 6. & in propriis terminis Purpur. in d. l. admonendi. nu. 155. circa med. Conrad. ibidem, nu. 29. late alios allegans Boer. in deci. 42. dico quod gloss. propè fin. colum. penul. nume. 3. 9. D. Ioan. Pau. Lancel. in d. disp. in fin. in 4. gradu, nouissime plures ad id congerens Borgn. Causal. in tracta. de tutor. & curator. propè fin. numer. 3. 3. 8. & alij plures passim, ita vt absque dubio ista sit receptissima opinio, quae probatur iuribus, & ratione. Iuribus imprimis in terminis, quado opi. sunt hinc inde in §. cum ex aliena, circa med. ibi post multā Sabinianorum, & Proculianorum ambiguitatem placuit media. Infi. de rerum diui. cui concord. l. anti qui. C. si pars hær. per. §. si. Infi. quib. ex cau. manu. nō lic. cum siml.


Ratione demum probatur, nā cum sumus in dubio, vterque litigans fouet pro se bonum ius, vnde iudex diuidens p mediū facit iustitia. reddēs vnicuique qd suū est, vel esse vñ. Et ex his sit explicitū, an, & qñ communis opinio, attēdi debeat, & per cōsequens ista scēda pars p sētist tractatus.

TRACTATUS

DE COMMUNI OPI.

V. I. DOCTORVM,

Liber Tertius.




VAE sit communis opinio, & quando seruanda, ex supra dictis clarè apparet. Reliquum nunc est pro complemento huius Tractatus, vt ad vlt. eius partem accedamus, quae habet. Quae poena imposita sit recedentibus à Comuni opinio. in Casibus, in quibus ipsa est attendenda. Et quoniam plures sunt personae, quae à Comuni recedere possunt, vt res facilius percipi possit, de singulis in specie tractabimus. Et imprimis de poena imposita litigantibus, q habent communem contrariam.

De poena contra Communem litigantium,

TITVLVS X.

Summa Notabilium.

- 1 Litigans contra communem amittit causam.
2 Et condemnatur in expensis. Fall. nu. 10.
3 Vitus victori regulariter in expensis condemnatur.
4 Communem habens, dicitur habere iustam causam litigandi, & e contra.
5 Litigans temerè condemnatur in expensis.
6 Autoritas doctoris excusat ab expensis. Ampl. nu. 6. Lim. num. 8. & 9.
7 Consilium doct. excel. excusat partem ab expensis. Intell. n. 8. & 9.



LITIGANTEM, siue actorem siue reum, cōtra communē opinio. Doctor. duabus poenis subiici reperio. quarū Prima est, vt amittat causam, & litem, quod & verissimum, & receptissimum est apud omnes, nam si communis iudicando seruanda est, qui cōtra se communem habet, procul dubio sententiam contra se reportabit, & causam perdet, & est clarissimum.

Secunda est poena, qua afficiuntur litigantes contra communem, vt condemnentur in expensis, ita tradit Ant. de But. in c. fi. col. 7. in prin. nu. 2. in fi. quem ibi sequitur Abb. col. 10. nu. 25. in fin. & sequenti, extr. de dol. & contum. & Ant. referunt, & sequuntur Ale. in l. properandum, in §. siue autem in alterutra, col. 2. nu. 12. propè fin. vers. quod intellig. nisi communis. C. de Iud. & Marc. Ant. Nat. in confi. 149. verissima fuit conclusio, col. 4. nu. 7. in 1. Tom. cui sententia & ipse me subscribo.

Fulcitur autem opinio ista ex tribus, & primò secundum Anto. ex not. per Bar. in l. quod Nerua, col. 6. sub. n. 19. ff. de posit. vbi dicit Bart. ignorantem, & cōtrauenientem iuri, in quo sunt opiniones Doct. esse i lata, & leuissima culpa, put in ignorantia facti: non verò in lata tantū, & sic sentit Bart. quod si adesset communis, talis dicitur esse in lata culpa, & per consequens debeat in expensis condemnari secundum Ant.

Præterea quia victus habens iniustam causam litigandi, & debet regulariter in expensis condemnari ipsi victori. ca. 1. de do. & contum. lib. 6. vbi id tradit Inn. circa med. quod c. in commentariis Innoc. est positum, pro c. fin. extr. eod. & ibi alij, auth. qui semel C. quom. & quād. Iud. Doct. omnes in d. §. siue autem in alterutra. l. properandum. C. de Iudic. Ant. Abb. & reliqui in d. c. fin. ext. de dol. & cōtu. Guid. pap. in q. 43. 6. in materia appellationum, in 48. concl. n. 56. Cap. Tho. in q. 1. 1. item fuit quæ situm an victus, & ibi late

Steph. Aufr. cū concord. per istos, per Didac. Couar. in suis pract. qq. §. 2. ca. 27. in princ. & nouissime, ac plenissime per Io. Bap. Afini. in prax. Iud. §. 3. 2. c. 2. per tot. congestis, & est receptissimum, quod absque dubio obtinet, quando litigans est improbus, hęc autem, Infi. de pœn. temer. litig. Sed litigans contra communem opi. item habet iniustam causam litigandi arguendo à contrariis.

Nam quemadmodum communem opi. habens iustam causam litigandi habere dicitur, vt voluit Ant. de But. sub nu. 2. circa med. & Abb. ibi num. 23. & 26. in d. c. fin. Alex. in §. siue autem in alterutra. nu. 12. & alij passim, ita e contra communem contra se habens iniustam litigandi causam habere dicitur, & consequenter est improbus, Merito, &c.

Tertio, & vlt. probatur hęc opinio, quia recedens à comuni opinione dicitur temerarius, vt in frā tit. 12. nu. 36. At temerè litigans condemnatur in expensis. l. cum quem temerè ff. de iud. l. properandum §. si autem alterutra. C. eod. & post Bar. Abb. Lanfr. & alios vbi per cum tradit Didac. Couar. d. c. 27. in prima declar. nu. 1. post prin. vers. etiam vbi quis. Ergo &c.

Et per ista ita concludo. Ceterum contra hanc cōclusionem duo videntur quamplurimum ob stare. alterum est, quod communis plerumque, & ferè semper aliquos habet contra dictores, vt experientia docet, sed autoritas Doctor. & excusat ab expensis, vt firmat Angel. in l. terminato, col. 1. sub. n. 2. vers. fiant talia consilia. C. de fruc. & lit. expen. & post Fel. sequitur Alciat. in tracta. praesump. reg. 1. praesump. §. 1. in fi. nu. 8. vbi id comprobatur Nico. Arelat. in addi. autoritate Bal. Cardina. Alex. Barb. Corn. Ang. Aret. Iac. Marfil. & aliorum, quos ibi allegat, & est receptissimum.

Quinimò secundum Alcia. d. n. 8. id locum habet etiam si contra autoritatem Doctor. sit communis opinio, & sic in terminis contra d. conclusionem.

Alterum, quod obstat supra firmatæ cōclusioni, est, quia nemo est adeo rudis, & ignarus, qui antequam incipiat litigare, non consulat peritiores, sed consilium Excel. Doct. & excusat ab expensis, vt concludunt Henrich. Boic. in suis singul. in verb. interesse. nu. 2. Corn. in consi. 148. in praesenti consultatione. col. fi. nu. 30. lib. 2. Mathesil. in singul. 8. nota regulam, nu. 2. & ibi late Adden. Deci. in ca. vt debitus, col. 8. nu. 2. 1. extr. de appel. Marfil. in l. patre, vel marito, nu. 3. 2. ff. de quaestio. Alex. post alios in d. l. properandum. §. siue autem alterutra, co. 2. n. 10. & seq. C. de iudi. Alciat. l. 1. r. i. verb. Cel. sicut ait. nu. 46. ff. si cer. pe. cū adductis per And. Tiraq. in trac. de pœn. tempo. caus. §. 1. nu. 108. per Io. Bap. à Villalob. in tract. com. opi. in litera C. in verb. consilium doctissimi. nu. 168. Eman. zua. in Thesau. recep. sen. in litera C. nu. 273. in verb. consilium. Card. Alban. in Lucubrat. ad Bar. in l. in bonorum. nu. 1. ff. de bo. pos. & est com. opi. vt per se patet, & post Cur. Iun. testatur Villalob. & zuarcz. ibidem.

Ista tamen, quae plurimum videntur ob stare, in proposito nihil vrgent, siquidem procedunt, quado sumus in dubio, vt putā quando sunt opiniones hinc inde, nec datur communis, vel magis, vel quado sumus in casu adeo sterili, vt nulla autoritas reperitur, vel alio modo, tunc enim benè verum est, autoritatem Doctor. & consilium Excel. Viri excusare quem ab expensis.

Secus verò quando sumus in claris, vel per legem, aut consuetudinem, aut communem opinio. quae vtriusque vim habet: nam cum per communem aduersarius ius clarum habere dicatur, non est dubium, quod ei debent refici impensa, vt tradunt Ant. de Bu. & Abb. in d. c. finem, per quae redditur omnino falsa opinio Alcia. quando contra autoritatē Doct. est communis.

Ex quibus omnibus remanet firma cōclusio, vt litigans contra communem sit condemnandus in expensis. Limit. 10. eam tamen Abb. in d. c. finem, col. 10. vers. sed ego puto. nu. 26. ext. de dolo, & contu. quando sumus in 2. instantia, & sic in causa appellationis: & in prima fuit iudicatum contra communem per iudicem magna, vt ipse inquit, reputationis, nam tunc litigans contra communem excusaretur. & ratio est, quia fortè communis poterat conuinci melioribus rationibus, & per consequens non seruari, & quidem est rationabilis, & aqua restrictio, & ideo ipse quoque cum ea pertransit.

Hęc ita resoluta conscripseram, & maior pars huius tractatus erat impressa, qñ peruenit ad manus Praxis quaedam Iudiciorū Eximij viri Io. Bap. Afiniij nuperrimè typis mādada, vbi ipse in fi. §. 3. 2. c. 3. 5. & vlt. trium tenet, videlicet litigantem contra cōm opinionem non esse condemnandum in exp.

in expensis, licet contrarium videatur firmare supra d. 6. 3. 2. c. 2. in 4. limit. per totum.

Mouetur autem in d. c. 3. 5. ex pluribus. Primò, quia quilibet causa, ubi varia sunt opinioniones, excusatur à cõdemnatio ne expensis, iuxta tradita ab eodem in d. 4. limit. Communis verò plerumque habet contradictores, Ergo &c.

Secundò, quia communis non semper attendenda est, vt supra latè titu. o. per totum.

Tertiò, quia communes opi. non ex veritate, sed affectio ne potius conficiuntur.

Quartò, & vlt. quia communes constituuntur ex negligentia, & sic ex crimine: nam Doctores tanquam aues absque alia veritatis indagatioe sequuntur aliorum dicta, & ista sunt, quibus mouetur in effectu Afini.

Quibus tamen non obstat contrarium opi. supra firmatam veriore esse credo, & approbo per supradicta.

Nec obstat in contrariu adducta, quia facilis est responsio.

Ad primum enim respondetur, illud procedere, quando inter varias Doct. opin. non datur communis, vel magis communis, secus aliàs, vt in casu nostro, quia tunc sumus in claris, vt diximus modò supra, nu. 8. & 9. & ita intelligit idè Afini. in d. 4. limit.

Ad secundum resp. quod litigans condemnari debet in expensis in casibus, in quibus debet attendi communis, secus aliàs: vt diximus supra in princ. huius 3. lib.

Ad tertium resp. non præsumi doctores moueri affectio ne, sed veritate ad tenendam hanc, vel illam opi.

Ad vlt. resp. negligentiam, & incuriam in doctoribus nõ præsumi, sed potius diligentiam, cum ad eos spectet perquirere, quæ opinio sit verior, & vnusquisque censetur fungi officio suo. Per quæ remanet firma, & vera conclusio, vt litigans contra communem in expensis cõdemnari debeat.

De pœna contra Communem patrocinantium, vel aduocantium.

TITVLVS XI.

Summa Notabilium

- 1 DOCTOR consulens contra Communem, pœnam non meretur. Contrarium nu. 4.
2 Doctor potest cogi consulere.
3 Ex consilio nemo obligatur.
4 Contra communem consulens malum facere dicitur.
5 Consulens contra communem tenetur parti, pro qua consulit ad interesse.
6 Tenetur reficere omnia damna parti contrariæ. nu. 11. Fall. nu. 13.
7 Facit litem suam, nu. 14.
8 Idem sequi debet in causa propria, nu. 16.
9 Tenetur ad restitutionem in foro conscientia, nu. 18.
10 Doctor dolo iniustam causam defendens tenetur ad interesse parti læsæ.
11 Idem si ex imperitia, nu. 8. & facit litem suam, nu. 151.
12 Imperitia culpa ascribitur.
13 Doctor etiam de culpa tenetur.
14 Doctor iniquam causam defendens tenetur reficere damna parti contrariæ. Fall. nu. 13.
15 Consulens in aliena causa, idem sequi debet in propria.
16 Aduocatus ex ignorantia tenetur in foro conscientia.



VIDIMVS qua pœna plectantur litigantes cõtra Communem, Nunc videamus ad quid teneantur eorum patroni, vel aduocati. In qua quidem investigatione, vt omnium plena habeatur resolutio, duplicem adhibebimus inspectionem. Prima erit an tales Doctores sint aliqua pœna afficiendi. Altera dato quod debeant puniri, qua pœna plectendi sint.

INSPECTIO I.

Circa primam videtur concludendum Doctorem consulentem, vel aduocantem contra communem non esse puniendum ex duobus. Primò quia quod lege permittente fit, pœna non mere-

tur. I. Graccus, cum vulg. ff. de Adulter. Sed Doctoribus permittitur generaliter consulere in assumptione gradus Doctoratus, vt clarum est, quinimò etiã inuiti consulere cogi possunt. l. 2. & ibi glo. in verb. concessum. Bar. circa med. versu. nota quem cogi. num. 1. & ceteri. C. de prox. sacr. scri. lib. 1. 2. Idem Bar. in l. proximè, in fi. princ. nu. 3. & ibi Bal. prope si ver. cum aliis autem potest, & alij. ff. de his, qui in testam. delent. Io. Fabr. in prin. Instit. de obligat. quæ ex quasi delict. numero 4. Salic. in l. sancimus, in fin. & ibi Addentes C. de aduoc. diuersi. iudi. Anto. de Butr. in cap. si pro debilitate, col. 4. de offi. deleg. Abb. & ibi post alios Fel. in c. 1. in prin. cip. nu. 1. extrã de offi. iudi. Corn. in consi. 238. reperio superiori anno, in princip. num. 1. lib. 4. Iaf. in l. cum quires, n. 13. C. de procurator. Rip. in l. si. num. 3. 2. C. de reuoc. donat. Addent. ad Bertach. in suo repertor. in verb. Doctor cõsul. tantibus. Aug. Bero. in c. quoniam contra, n. 44. extrã de p. bat. & alij passim, & est communis, & recepta sententia, vt per se patet, & post Fel. Iaf. & Rip. testatur Fran. Viui. in trac. comm. opin. lib. 2. opi. 8. Aduocatus potest compelli, circa prin. Ergo &c.

Sed huic rationi potè facile responderi, Doctori permittum esse generaliter consulere, & etiam cogi posse, quando causa est iusta, secus aliàs: & ita declarat Corn. in d. conf. 238. n. 1. & est de intentione omnium, & verissimum: sed in casu nostro adest iniustitia, cum communis consulendo omnino sit attendenda. Meritò &c.

Secundò, & vlti. pro hac opin. videtur vrgere, quoniam ex consilio nemo tenetur, seu obligatur, ex quo nemo compellitur alterius consilium sequi. l. 2. ff. mand. l. ob hæc verba, in fi. ff. de his qui not. infam. l. consilia. & ibi Doctores, ff. de reg. iur. c. cum olim. & ibi not. Bellam. col. 3. vers. & propter hoc nullus tenetur, nume. 2. de arbit. c. nullus, & ibi Din. & alij, de reg. iur. in 6. cum concordant.

Hæc quoque ratio euitatur, nam ex consilio nemo tenetur, quando is cui datur consilium, etiam sine eo idè fecisset, secus verò quando impellit ad aliquid faciendum: quia tunc consilium bene obligat. Vel possumus dicere, id non procedere, quando consilium est dolosum, & criminis, seu peccati inductiuum, vt videmus in his, qui dant consilium ad faciendum aliquod perpetrandum qui puniuntur perinde, ac si ipsi deliquissent, vt latè per Egid. Boss. in sua præf. crimi. in titu. de mand. ad homicid. prope si. versiculo, quæro quid iuris sit in consulente, nume. 59. & post alios nouit. Jul. Clar. lib. 5. recept. sent. §. si in præf. crimi. q. 88. per tot.

Sed Clientes mouentur ad litigandum solo consilio suorum peritorum, & consilium est dolosum, cum sit contra iuris dispositionem, ergo &c.

Quamobrem contrarium, quimò Doctor contra communem consulens, vel aduocans puniri debeat, ex omnium intentione concludendum est, e ratione, quia cum communis lege seruanda sit, vt late supra tit. 8. per totum, qui prius facit, malè facere dicitur vt post Bal. vbi per eum tradit Lauren. Siluan. in consi. 10. Punctus super quo consilium, n. 37. & per cõsequens puniendus est. & præsertim quia istud consilium est inductiuum criminis, & peccati, per supradicta.

INSPECTIO II.

Cum igitur Doctor contra communem consulens, seu aduocans puniendus sit, secunda succedit indagatio, qua pœna videlicet puniri debeat: & reperio quinque pœnas iniunctas esse tali Doctori, quas coniunctim recenset Lancel. Contra. in lib. de prætor. §. 2. in tit. de sent. sub nu. 3. 2. in 2. am. plat. in fi. Quamobrem singulas separatim referendo,

- 6 Prima est, quod Aduocatus tenetur ad interesse parti læsæ, pro qua ipse contra comm. consuluit, vel aduocauit, & id manifestè deducitur. Nam aut Doctor contra communem consulit dolo, aut ignorantia, quoniam in dubio præsumitur iuxta dictum Bal. in l. si. nu. 9. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & vtroque casu tenetur ad interesse. si quidem Doctor dolo in iustam causam defendens, tenetur parti læsæ, cuius causam tuetur ad interesse. l. 2. vbi id not. Bar. ff. mand. referens Spe. in tit. de requisit. conf. col. 3. sub nume. 5. versicu. & contra iniquè consulentem, sed Specul. ibi loquitur in consultore, sed verè id voluit Specul. in titu. de Aduoc. §. si. col. vlt. versu. illud autem certius numero 18. & licet Specul. & Bartolus non loquantur expressè de interesse, tamen ita intelliguntur à ceteris doctoribus.

Hoc idem vult expressè Abb. in ca. si culpa, n. 3. de iniur. in ca.

in ea tua nos, num. 3. de homicid. & in cap. pastoralis. §. quia verò, nu. 7. & ibi post alios Fel. sub num. 2. 2. circa med. extrã de offic. deleg. vbi refert Ange. in repet. leg. si vacantia. C. de bon. vacantib. lib. x. Dec. in l. consilij. n. 3. ff. de reg. iur. Sebastian. Sap. in repet. leg. 1. col. 3. nu. 1. ff. quod quisque iur. & alij passim, & est communis opinio, vt ex numero, & auctoritate eam tenentium apparet.

8 Eodè modo, Doctor malè cõsulens ex imperitia tenetur ad interesse, vt post Hostien. vbi per eum tradit Thom. Grammat. in §. si. prope fin. numer. 1. Instit. quib. ex caus. manum non lic. Dec. in l. 2. nu. 2. ff. quod quisque iur. idè Dec. & Cagnol. in d. l. consilij, nume. 3. cum concord.

9 Etratio huius dicti est, quoniam ignorantia ascribitur culpa. Imperitia, & ibi post alios declarat Deci. & Cagnol. ff. de reg. iur. Io. de Anan. in cap. excõmunicamus. §. monentur, col. 3. ver. est enim regulare, num. 8. extrã de heret. & post Alexã. contra Bal. Catell. Cott. in memor. in verb. Doctor malè iudicans, cum similib.

10 At Doctor non solum de dolo, sed etiam de culpa tenetur iuxta latè tradita per Alex. in rubr. C. de procur. nu. 2. ga culpa dolo æquiparatur, vt tradunt Doctor. in l. quod Nerua. ff. de pot. cum locis concord. Ergo &c.

Secunda est pœna, quæ Doctoribus contra communem respondens est imposta, vt tenentur reficere omne damnum parti, contra quam cõsuluerunt, & ratio est, quia

12 Doctor inique, & iniuste causam defendens ad omne præ iudicium tenetur, quod proprio patrocinio parti contrariæ attulit, ita concludit Dec. in dict. l. consilij, nu. 3. de reg. iur. quod aduertendum dicit Chaffan. in commentar. ad consuetud. Burgund. rub. 4. §. 7. in verbo, si ce n'est cõsentem. in versu. adde an quando in ferenda, in fin. nume. 37. & credo verissimum, nam pœna debet sequi autorem delicti, l. sancimus. C. de pœn. capit. 2. de constit. cum vulg. & aduocatus est causa præcipua, vt pars aduersa damnum patitur: siquidem Clientis eius consilio litem aggressus, & persecutus est.

13 Fall. tamen hoc, quando Clientulus esset Iuris peritus, quia tunc nõ aduocatus, sed ipse tenetur parti contrariæ, ad damna ita post Ange. sequitur Soci. in l. si quis iniquum in §. si procurator, column. 2. sub num. 10. versicu. & hoc sequitur Ang. ff. quod quisque iur. nam tunc cliens non consilio aduocati, sed propria malitia, vel dolo iniustam causam defendere creditur.

Tertia est pœna imposta Doct. contra communem aduocantibus vt faciant litem suam, cum iniustitiam defendere dicantur, vt supra fuit cõclusum. & huius dicti ratio est, quia Doct. consulens contra communem, censetur per imperitiam consulere, vt supra diximus.

15 At Doctor per imperitiam defendens iniustam causam, facit litem suam, vt tradit Specul. in tit. de aduoc. in §. si. col. penul. ver. quid si per imprudentiam, nume. 17. & ita fuit decisiu per Parl. Delph. vt per Franc. Marc. in q. 649. quæritur an aduocatus, in princ. num. 1. partic. 1. cum similib.

Quarta est imposta pœna contra communem respondens tibus, & forte omnium durissima, vt illud idem consilium sequi debeant in causa propria, si idem casus ipsis contingat, & sic siue communis sit pro eis, siue contra, semper causam amittent, nam communis non proderit cõ ipsi contrarium sequi debeant, & communis contraria nocet, cum pro ea sit iudicandum.

Etratio est, quoniam receptissimum est pronunciatum, vt doctor consulens in aliquo casu, siue bene, siue malè, illo eodem consilio in causa propria vti debeat, & id probatur naturali illa ratione, quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur, & in propriis terminis tradit Angel. in l. 1. §. 1. circa princip. versu. & est argum. quòd Doctor, quem ibi sequuntur Pau. de Castr. num. 7. Alex. num. 1. Soc. nu. 11. & 12. Iaf. nu. 10. Sebast. Sap. n. 10. & seqq. Claud. de Seifel. num. 3. & alij vno ore. ff. quod quisque iur.

Hoc idem in specie concludit Andr. Barbat. in Clemen. 1. col. 2. num. 5. de testibus. Zaf. in l. 2. in §. primus diuus Augustus, circa princ. in verb. pro beneficio, in fin. ff. de orig. iur. Andr. ab Exea. in ca. cum omnes, numer. 70. de constit. cum concord. & est communis opi. vt per se patet, nec vllū habet contradictorem.

Nec dicatur id solum habere locum in consultore, non verò in aduocato, quoniam id est falsum, vt supra relati omnes afferunt, & in specie Sap. d. numero 12. & Claud. d. numero 3.

Quinta, & vltim. est pœna, quæ imponitur Doctori contra communem aduocanti, & consulenti, vt teneatur etiã in foro conscientia ad restitutionem, si quidem si communis omnino attendenda est etiam in foro Poli, vt suo loco dictum fuit, non est dubium, quod consulens contra cõm. etiã in foro cõscientia malè facit, quia id propter ignorantiam agere dicitur.

19 At doctor consulens iniquè ex ignorantia, tenetur in foro conscientia ad restitutionem, & resarcienda damna, vt tradit Abb. in capit. ad aures, col. 1. in 4. not. num. 3. ext. de ætat. & qualit. Fely. in d. c. pastoralis. §. quia verò, sub nu. 2. 2. ver. item dicas, extrã de offi. deleg. & post Anton. de Butr. in c. tua nos, in 1. not. versu. ex quo infert Ant. de homic. Card. Alban. in lucubr. ad Bart. in l. 1. §. ait prætor, sub num. 5. ver. & aduocatus. ff. de postulã. & tradit sum. Angel. in tit. de Aduocat. §. 12. incip. vtrum Aduocatus teneatur, & sum. Armil. eodem titulo de Aduocat. §. 11.

Etratio omnes pœnæ rationabili causa inducta, sunt contra Doctor. iniustas causas defendentes, quæ vtinam seruarentur, quia in primis valdè prodesset ipsis Aduocatis, qui saltè timore pœnæ ab huiusmodi excessibus se abstinentes pœnam ignis æterni euitarent. Deinde iuaret ipsos litigantes, qui iustitiam fouentes, quod suum est, absque tot impensis, curis, & laboribus consequerentur, & contra ius non habentes etiam inuiti ab initio liti cederent, si ab omnibus essent repulsi, & superfluis impensis parcerent: & demum id omnibus apprimè vtile esset, quando ius nostrum non esset obumbratum innumeris cauillationibus, quibus pro maiori parte repleta sunt responsa doctorum, quæ impressa circumferuntur.


De pœna contra Communem iudicantium.

TITVLVS XII.

Summa Notabilium.

- 1 ARBITER, & arbitrator cõtra communem iudicantes in quo puniantur.
2 Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.
3 Consultor contra communem respondens tenetur parti læsæ ad interesse.
4 Idem sequi debet in causa propria nu. 4.
5 Item facit litem suam nu. 5.
6 Eius consilium contra communem rescinditur nu. 7.
7 Et ad plura alia tenetur nu. 8.
8 Consultor iniquè consulens facit litem suam.
9 Sententia lata contra cõem tanquam iniqua retractatur.
10 Sententiam latam contra comm. esse ipso iure nullam. Contrarium nu. 13. Fall. nu. 18.
11 Sententia lata contra legem, vel consuetudinem est nulla.
12 Iniquitas manifesta æquiparatur nullitati.
13 Sententia nulla dicitur, quæ est lata contra leges, Senatuf. conf. vel constit. principis.
14 Item lata contra expressam iuris formam, & nu. 15. Fal. 17.
15 Præsumptio efficacior non adeo elidit contrariam, vt pœnitus annullat.
16 Sententia notoriè iniqua non exequenda, sed retractanda, num. 20.
17 Sententia lata contra communem est notoriè iniqua. Cõtrarium, numero 22.
18 Notorium quid sit.
19 Sententia notoriè iniqua est nulla.
20 Iudex iudicans contra communem tenetur in sindicatu. Fallit primo modo, nu. 28. & 2. modo, nu. 29. Contrarium, nu. 33.
21 Tenetur ad interesse partibus, nu. 34.
22 Præsumitur ex ignorantia iudicare, nu. 35.
23 Facit litem suam, nu. 28. Fall. nu. 44.
24 Contrarium nu. 45. Amp. nu. 46.
25 Fallit 2. nu. 47. & 48.
26 Omnes supradictæ pœnæ ampliuntur, nu. 50.
27 Peccat, & tenetur in foro conscientia, nu. 51.
28 Non verò tenetur actione iniuriarum nu. 53.
29 Iudex malè iudicans tenetur in sindicatu. Ampl. nu. 27.
30 Ex ignorantia ad interesse, nu. 37.
31 Facit litem suam nu. 39. Ampl. etiam ex ignorantia, nu. 40.
32 Peccat, & tenetur in conscientiam, nu. 52.
33 Iudex sequens opinionem præceptoris excusatur. Fal. n. 31. Scholares

- 3 2 Scholares debere eligere præceptores peritos.
- 3 6 A communi opinione recedere temerarium.
- 4 1 Iudex ferens sententiam nullam non facit litem suam.
- Et quare nu. 43.
- 4 2 Pœna maior arguit maius delictū, quia imponitur ex eius qualitate. Fallit nu. 43.
- 4 9 Litem suam facere, quid.
- 5 4 Iudex condemnatus in iudic. potest repetere quod soluit ab eo, pro quo malè iudicauit.
- Contrarium nu. 55. Fal. nu. 56. reprob. nu. 58. Fal. nu. 59.
- 5 7 Iudex potest pacisci cum parte de cōseruādo se indemne.



DICTVM est supra qua pœna plectatur litigantes contra communem, & eorum aduocati, seu patroni: modo videndum est de pœnis contra eam iudicantem, & quoniam plures sunt qui iudicāt, ideo vt omnium clara habeatur resolutio, triplex adhibenda est inspectio.

Prima erit: qua pœna afficiatur arbitri, seu arbitrator: secunda qua consultor: tertia, & vlt. qua ipse iudex, contra communem iudicans.

I N S P E C T I O I.

Quo ad primam, breuitati consulendo, concludendum est, arbitri, & arbitratorē in casibus, in quibus de iure pronuntiare tenetur omnem pœnā + subire, qua & ipse iudex, ita tradit Lancel. Conrad. in lib. de prætor. §. 2. in tit. de sen. sub nume. 3. in 2. Ampl. & credo esse verum. Nam hodie arbitria + sunt redacta ad instar iudiciorum. l. 1. & ibi gloss. & ceteri concord. congerunt. ff. de arb. & tradunt Doct. vbi post alios Guil. de Tutal. num. 3. in §. arbitratorum. l. societas. ff. pro soc. cum similibus.

I N S P E C T I O II.

Circa secundam inspectionem, qua pœna, videlicet afficiatur consultor contra communem respiciens, vnā cum Lancel. Conrad. in d. c. 2. Amp. dicendum est, plures pœnas subire: nos singulas separatim referemus, licet ipse coniunctas apponat.

- 3 Prima est pœna vt consultor + teneatur in quantum altera pars lesa fuerit, & id per ea, qua supra diximus tit. præceden. de aduo. & infra de iudice dicemus.
- 4 Secunda est pœna, vt + idem consilium in propria causa amplecti teneatur, & ratio est, quia consultor tenetur sequi id, quod decidit etiam pro se iuxta dictum Ange. communi ter receptum in l. 1. ff. quod quisque iuris.
- 5 Tertia est pœna, quod consultor + faciat litem suam ea ratione, quia iste dicitur iniquum, & iniustum consilium reddere, at consultor + inique consulens facit litem suam, vt post alios tradit Frā. Marc. in deci. Delphi. in 1. part. quæstio. 649. quæritur, an aduocatus numero 2. Ergo & c.
- 7 Quarta est pœna, quod eius consilium decisium + tanquā iniustum, & iniquum rescindatur de iure, per ea quæ dicemus infra de iudice in 1. pœna.
- Quinta, & vlt. est pœna consultoris contra communem consulētis, ne singulos casus frustra enumerem, vt teneatur ad omnia, + quibus puniatur consultor iniuste, & inique respondens, congesta per Spe. in ti. de requisit. consil. col. 3. & seq. nu. 5. cum seqq.

I N S P E C T I O III.

Quantum ad tertiam & vlt. Inspectionem, nempe qua pœna afficiatur iudex iudicans contra communem opi. ad plura teneri concludendum est, &

Prima est pœna quod sententia tanquam iniqua, & iniusta + rescindatur, quod graue, & molestum est ipsi iudici, siquidem si per appellationem arguitur imperitia, & iniquitas iudicantis. l. 1. & ibi gloss. & ceteri tradunt, ff. de appell. per rescissionem, & retractationē sententiæ ab alio iudice faciendam aperte, & clarè manifestabitur eius nequitia, & ignorantia: & quod sententia lata contra comm. sit iniusta, & iniqua, & per consequens retractanda nemo dubitat.

Quinimo quā maxima est dubitatio, nūquid sententia lata contra comm. sit solum iniusta, & iniusta, an potius etiā ipso iure nulla? & in hac quæstio. duæ sunt scribentium opiniones: Quarum

- 10 Prima est, vt sententia lata cōm + sit ipso iure nulla, & huius opi. Autor allegatur Bar. in l. cū prolatis. ff. de re iudicat. qui rē verā hōc non dicit, sed solum asserit, talem iudicē esse

puniendum, sed mitius, sed hanc opi. verè sequitur Abb. in cap. 1. extr. de re iudic. Ang. in l. qui Romæ, in §. duo fratres, col. 4. in princip. sub nu. 6. circa med. ver. vltimo hanc lecturam Hugol. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. col. 1. r. 3. in fi. versic. & si fertur sententia, quem ibi sequuntur Imol. col. 1. nume. 20. in fi. versic. quod tamē intelligit hic Ang. & Rip. propè fin. sub versic. quid tenendum, Bart. hic, nu. 107. ff. de damn. infect. Neuz. late in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 7. Franc. Co. sci. in c. 1. in vlt. quæst. nu. 27. ext. de constit. quem refert & sequitur Francisc. Viui. in tract. commu. opin. lib. 1. opi. 182. Iudex iudicando, in fi. cum simil. & ista est communis opin. vt ex pondere & numero Doctorū eam tenentium apparet. Fulcitur autem ex pluribus, & primò quia communis pro lege, & tanquam ius seruatur, vt diximus supra in præfat. n. 30. & seqq. At sententia lata contra legem, vel ex iuris errore, + est ipso iure nulla. l. si expressim. ff. de appell. l. 2. C. quād. prouoc. non est necess. tradunt communiter Doct. in d. l. cum prolatis. ff. de re iud. & in d. §. duo fratres, l. qui Romæ ff. de verb. obl. Merito, & c.

Hæc ratio contrariam opin. sustinēdo facilè subuertitur: Nam quando dicimus communem pro lege seruari, debet intelligi in iis, in quibus nō est diuersa ratio: sed in casu nostro non est eadem ratio, nam sententia lata cōtra legem est contra meram, & certam veritatem: sententia verò lata cōtra communem, est contra veritatem præsumptam, quæ facilè euanescit per contrariam præsumptionem. ergo & c.

Secundò igitur adducit pro hac opinione præfati scriben. 12 nam manifesta iniquitas + æquiparatur nullitati, vt tradit In. in ca. cū Bertoldus, col. 2. sub nu. 4. in verb. concessimus, circa prin. & ibi Paul. Rosell. in addit. ext. de senten. & re iud. Abb. in c. si quando, col. 1. in 2. not. nu. 2. extra de offi. deleg. & alibi Card. Zabarell. in consil. 55. in casu d. Christophori, propè fin. sub nu. 2. versic. item subest, Curt. post complures per eum relatos in consil. 65. super præmissa naratione, col. 3. sub nume. 3. propè fin. versic. faciunt, quæ not. d. Card. late etiam alios congerens Neuz. sub dict. nume. 7. 1. propè fin. versic. præterea manifesta, & est receptissimū, vt per se patet: Sed sententia lata contra communem, dicitur notoriè iniqua, & iniusta. Merito & c.

Hæc quoque ratio facilè tollitur negando, sententiam latam contra cōmunem esse notoriè iniquam, vt infra latius. Tertiò, & vlt. pro hac opinione addo hanc rationē, Si vincam vincentem te, multo magis vincam te. l. de accessionibus, cum vulg. ff. de diuer. & tempor. præscript. At sententia lata contra legem est ipso iure nulla. d. l. si expressim. ff. de appell. Communis verò vincit legem iux. tradita supra tit. 9. cas. 25. nu. 136. Merito & c.

Huic etiam rationi facilè respondetur, nam Doct. quando communiter tenentur contra aliquam legem, dant ipsi legi intellectum diuersum, & contrarium a vero, adeo quod lex illa diuersos habeat intellectus, verum videlicet, & falsum: sed sententia lata contra legem habentem varios intellectus nō dicitur ipso iure nulla, vt mox infra dicemus, Ergo & c. Et sic ista opinio penitus corrui, sublatis eius fundamentis.

Quamobrem altera superiori cōtraria est opinio, vt sententia lata contra communem + sit iniqua, & iniusta, non autem ipso iure nulla, & hanc tenuit Anto. de But. in cap. 1. quem ibi secuti sunt Imol. sibi cōtrarius col. 7. post princ. sub num. 16. circa med. versic. & tamen aduertendum, Felin. col. fi. nu. 56. in fi. & alij, extra de consil. hoc idem verè voluit Bart. in d. l. cum prolatis, in fin. & ibi eum referunt & sequuntur Alexand. col. 1. num. 4. & 5. & col. 2. nu. 10. & 11. lafon. col. 3. sub num. 12. latissimè Vinc. Hercul. col. 3. & 4. num. 8. cum seqq. Zaf. post med. in 7. declar. & alij, ff. de re iud. Pau. Castren. in d. l. qui Romæ, in §. duo fratres, propè fin. sub nu. 9. versic. vel dic secundum Barto. & ibi Imola col. 1. ver. item nota, quod licet, n. 25. Rip. sibi contrarius nu. 33. latè Maria. Junior, numero 74. & seqq. Ioann. Bolognet. sub numero 94. versic. vnde sententia cōtra commu. & ceteri. ff. de verbo. oblig. Benedic. Capra in tract. regul. in reg. 18. videmus, quando iudex, col. 3. num. 19. Grat. in consil. 77. duo principaliter obijciuntur, col. 3. numer. 14. lib. 2. Lancel. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. in titu. de senten. n. 25. in 12. lim. Sebast. Vant. in tract. de nullit. in tit. de null. ex defect. process. nu. 120. Cagnol. in l. 1. nu. 157. ff. si cert. pet. & D. Ioan. Paul. Lancel. in d. disput. an, & quando seruanda sit com. opi. in 8. limit. cum concord.

Et hæc absque dubio est magis communis opinio, vt ex numero, & auctoritate eam tenentium apparet, & meo iudicio verissima ex pluribus

Primò

14 Primò, quia sententia nulla + illa dicitur, quæ specialiter contra leges, vel Senatusconsult. vel Principum constitutio nes profertur, vt ad litteram dicit text. in l. si expressim. ff. de appella. At sententia lata contra communem non est huiusmodi, quia communis nō est specialiter lex vel Senatusconsult. vel constitutio Principis, vt per se patet, & aliàs supra pluries deduximus, Merito, & c.

Secundò quia communis opinio non facit ius clarum, certum, & firmum, adeo quod si contra eam sententia feratur, debeat adesse, quæ eius robur tollere valent vt supra titu. 15. 9. per totum. Sed ea est sententia nulla, quæ contra manifestam, certam, & claram iuris formā profertur, l. 2. C. quād. prouoc. non est necess. Ergo, & c.

Tertiò vbi duæ sunt præsumptiones contrariæ, licet effeacior tollat præsumptionem minus effeacem, l. diuus. ff. 16 de rest. in integ. tamen nō adeo + felidit, vt annullat penitus præsumptionem contrariam, nam cum præsumptio fiat in dubio, quo casu veritas potest esse contra præsumptionē, non debet in totum tollere actum contrarium, sed satis est quod eo suspensio contrarius actus præsumptione fulcitur præferatur, & seruetur. At in casu nostro sunt duæ præsumptiones contrariæ: altera pro communi, & ista reuera effeacior, ex quo per eam attenditur communis: altera per iudicē, & sententia iuxta tradita per Alciat. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. Merito, & c.

Quartò & vltimò iuuatur hæc opin. quia communis a cōmuniter accidentibus habet contradictores, adeo quod ius illo casu diuersimode intelligatur, & sententia cōtra com. dicitur lata contra ius varios habens intellectus. At sententia + fetiam contra legem habentem varios intellectus plura non dicitur nulla. l. cū prolatis, & ibi vno ore tradit Doct. ff. de re iud. Doct. etiā in §. duo fratres, l. qui Romæ. ff. de verb. oblig. & est clarissimum, Ergo, & c.

Ex quibus omnibus remanet clara ista magis Commun. opinio, vt sententia lata contra communem sit iniusta, & iniqua, non autem nulla. Hanc tamen conclusionem limitatorem, quando + communis nullum haberet contradictorem, & plurimos haberet auctores, prout est consuetudo Martin. in l. dos a patre. C. sol. matr. & plures doct. Bart. & aliorum, quæ nunquam in dubium rescicata fuerunt, & tanquam leges custodiuntur, nam cum nemo dubitet de his si sententia cōtra feratur, erit ipso iure nulla, arg. d. l. si expressim. & d. l. 2. C. quād. prouoc. non est necess. & maximè quia talis iniquitas videretur manifesta, & ita postea reperi in fortioribus terminis limitare Vinc. Hercul. in d. l. cum prolatis, nu. 10. circa princ.

Sed iuxta hanc conclus. dubitatur, nunquid sententia lata contra comm. sit simpliciter iniusta, & iniqua, vel etiam notoriam iniquitatem contineat, & ista indagatio nō caret vtilitate, nam si esset iniqua, & iniusta notoriè non mandaretur executioni, secus aliàs: quia sententia notoriè iniqua + non est exequenda, ita tradit Lanfran. de Oria. in ca. quoniam contra, in princ. sub nu. 36. versic. item fall. reg. supradicta, de probat. And. Barbat. in consil. 1. præclarè scribitur, col. 1. nu. 4. lib. 2. Afflic. decil. 89. per binas relationes, nu. 5. Io. Cephal. consil. 263. D. Marcus Antoni. col. 4. nume. 18. cum similibus.

Sed omnino + est retractanda, c. inter ceteras, & ibi Doct. not. ex. de re iud. & post Host. Inn. Io. de ligna. & alios vbi p eum, tradit Imo. in consil. 347. in causa inter Franciscum. co. 6. ver. & pro hac parte, nu. 14. Barbat. d. g. sil. 1. nu. 4. & 5. cum similibus.

Hanc tamen q. à nemine tactam reperi, sed solum audiui 21 in voce quendam volentem, talem sententiam + esse notoriè iniquā, pro qua opinione videtur vrgere infra scripta. Imprimis quia hodie compertum est, quod communis iudicando est attendenda. Vnde qui contra communē iudicat, manifestam iniustitiam facere dicitur, & eius sententiam claram iniquitatem continere.

Secundò & vlt. quia statim atque videmus sententiam contra communem prolata esse, fatemur iniquam, & qui contrariū dicit, de factū cōmunis probare tenetur: ergo iniustitas ista per se apparet notoria, & manifesta dici debet.

Cæterum contrarium sustinendo his rationibus possumus respondere, quod communis seruatur, & attenditur, nō quia sit, sed quia præsumitur vera, ex quo fit, vt in multis casibus communis non attendatur. Vñ cū veritas sit præsumpta in communi, iniquitas etiam ex ea proueniens nō certa & clara, sed præsumpta esse dicitur. Quamobrem ipse sum

22 in contraria opi. vt sententia lata contra cōm. non sit + notoriè iniqua. Primo quia effeacius debet esse eiusdē qualitatis, cuius est ipsa causa: Sed causa iniustitia, & iniquitatis talis sententiæ est veritas præsumpta. ergo, & c.

23 Secundò, quia notoria ea dicitur, quæ omnibus cōstare possunt, colore nullo offuscantur, & probatione nulla indigent, vt palatiū in vrbe esse, vel similib. Ita ex aliis tradit Jacob. Spiegel. in suo Lexic. iur. ciuil. in verb. notorium. at iniquitas ex sententia lata contra cōmunē emanans non est huiusmodi, quia non omnibus patet, cum non ex certa, & clara veritate oriatur, & offuscatur quàm maximè præsumptione, quæ est pro iudice, & sententia. Ergo, & c.

Tertiò, & vltimò quia si verum esset, quod hæc sententia esset notoriè iniqua, sequeretur, quod esset nulla. At confic quēs est falsum, vt modò supra latè ostēdimus, merito & c.

Maior probatur, quia receptissima est Doctorū conclusio, vt sententia notoriè iniqua + sit ipso iure nulla. Ita Inno. in c. fraternitatis, col. 1. nu. 5. circa princip. in verb. dicimus, in si. ext. de frig. & malefic. Anto. de Butr. Abb. & alij in c. inter ceteras, extra de senten. & re iud. Gemi. in consil. 48. pro examinatione clariori, col. 4. versic. patet ergo quod licetia, nu. nono, Ro. sing. 46. iudex pronuntiat dico, n. 2. & ibi Ad. den. alios allegant, Alexand. consil. 77. visis dubitationibus, col. 1. sub nu. 3. versic. item cum contineat, & ibi latè Ad. den. alios congerunt lib. tertio, Ioann. Bertach. in suo repert. in verb. sententia notoriè iniqua, Lanfran. Barbat. & Afflic. in supra relatis locis, fuse Curt. in consil. 65. super præmissa narratione, co. 3. circa med. nu. 3. propè fi. versic. & apertè, Dec. in consil. 8. viso puncto, & diligenter, col. 4. versic. & manifesta, & notoria, nu. 5. Alex. de nouo in consil. septuagesimo secundo, lata fuit sententia, circa med. nu. 3. Nicol. Eucrar. in consil. 93. stante sententia lata, propè fi. versic. cum ergo ex ipso, Guliel. Mayn. in l. qui veratē, §. eius est, co. 2. nu. 3. ff. de reg. iur. & est receptissima opinio.

Ex quibus concludo, sententiam latam contra communem opi. non esse notoriè iniquam, & iniustam, sed solum simpliciter, & præsumptiū, sed nihilominus retractandā, quod, vt diximus, valde est permolestū iudici, & hæc quo ad primam pœnam.

Secunda est pœna, & hæc generalis, vt iudex iudicans cōtra communem + teneatur in iudicatu, ita concludit Ang. in d. l. cū prolatis, sub nu. 3. & ibi sequuntur Imol. post med. sub nume. 2. ver. nam hoc est verum, Alex. col. fi. sub nu. 2. 2. In fin. nu. 18. Vincent. Hercul. col. 4. nume. post. 9. par. & alij, ff. de re iud. Paris. de Put. in tract. de iudic. in verb. iudicare. cap. 3. incipien. an si iudex qui dedit, numer. 2. cum seqq. Antoninus Rondin. in tract. de iudicia. off. in 7. q. princ. ver. quid si iudex male iudicat, n. 152. & 157. Fel. in c. 1. co. pen. nume. 54. post princ. versic. & ideo iudicans, & ibi post alios Mant. sub nu. 109. extra de constit. Dec. in c. ad hęc, nu. 43. extra de postul. prælat. Iaffred. Balb. in suis decis. centuria. 1. deci. 15. iudex qui iudicauit, per tot. Neuz. in d. syiu. nup. lib. 5. nu. 63. Iacob. Aemil. in consil. 13. an fructus percepti, in fin. Lancel. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. in tit. de sentent. num. 23. in 7. ampl. Maria. iun. in l. qui Romæ, in §. duo fratres, sub nu. 78. ff. de verb. obl.

Et est communis opinio, & vera, nam iudex faciens iniustitiam + tenetur in iudicatu, qui alia de causa non est introductus, nisi in pœnam iudicem iniquè iudicantem, & in laudem, & gratiam bene se gerentium, vt pulchre deducit Amed. Iustinianus in tractata de iudic. in princ. num. 1. cum 2. seqq.

27 Imo vera est + conclusio ista, etiam si pars contra quam male iudicatum fuit, appellauerit, & postea appellatiōnem deseruerit, nam non per hoc iudex excusatur in iudicatu, ista est communis opin. Doct. de qua restatur, & sequitur Abb. in c. sepe contingit, col. 6. nu. 17. vbi id pluribus cō. n. probat, extra de appell.

28 Quod verò dictum est, iudicem + cōtra communē iudicantem teneri in iudicatu, restringitur, vt quando opinio contra communem habet complures & graues auctores, mitius iudex puniatur, ita dictum Barto. in d. l. cum prolatis in fin. nu. 3. ff. de re iudicat. intelligit ibi Angel. circa med. versic. subdens, quod iudex, nu. 3. quem ibidem referunt, & sequuntur Alex. col. fi. nu. 22. In fin. nu. 17. in fi. & seq. Vincent. Hercul. col. 4. sub nume. 9. & ceteri vno ore quod cō. probatur coniungendo dicta Bar. ibi, & in l. fin. nu. 5. C. de pœn. iudi. qui mal. iudi. vbi declarat in quo debeat puniri.

- 29 Ad hanc tamen pœnam cuitandā Doctores dant + cau. Com. opi. Tom. 4. BBBB

tela vt iudex, qui vult contra communem iudicare, & nō teneri in iudicatu, reperiat aliquem suum præceptorem contra ipsam cōmunem tenentem, quia tunc secutus opinionem præceptoris contra communem non tenebitur in iudicatu ita tradunt Ias. in linterdum. §. 1. in fin. & ibi Purp. in addit. ff. de verbo. oblig. Thom. Ferrat. in tract. cautel. in cautel. §. 1. manifestum est quod iudex, per tot. Neuz. in d. syl. nupt. lib. 5. numero 3. post prin. versiculo, & propterea opinio præcep. & in 5. ampliat. sub numero, 63. in fi. versicu. secundō moderant. Marc. Mant. in dicto. cap. primo, numero. 1. 10. ext. de consti. cum siml.

Mouentur isti ex celebri dicto Oldrad. quod qui sequitur opinionem sui præceptoris ꝑ excusatur, ita Ol. in l. quæsitum. §. 1. ff. de fun. in iur. quem referunt, & sequitur Abb. in ca. 1. col. 7. in fi. ver. sed vide not. dictum Oldra. nu. 25. de postul. prela. And. Barb. in proem. cle. in 2. lect. in §. salutem col. 1. in prin. 49 nu. 73. Vincen. Paleot. in l. 1. ver. adde. q. iudex. ff. si cert. pe. quem refert & Ferrat. ibid. nu. 3. Fel. alios allegas in d. c. 1. col. fi. ver. 5. no. n. 56. de consti. & ibi Benedi. Vaden. in addi. Soc. in consti. 44. in præfenti consultatione lo quar. col. 3. ver. si nam dicebat Oldra. nu. 7. li. 1. cum adductis per Neuz. vbi supra nu. 73. in fi. & alij passim vno ore, & est approbatum, & verum, tum quia debemus defendere opinionem præceptoris, tum etiam quia discentem oportet credere.

1 Quod dictum intell. ꝑ quando præceptor est excellens, secus aliis, quia omittes communem teneretur in syndicatu: ita Purpura. Neuz. & alij ijsdem locis, quia opinio imperiti non censetur bona.

2 Ex quo scholares aduertere ꝑ deberent, quæ sibi in præceptorem eligant, & sola doctrina, & scientia Doct. non verò precibus, & precio moueri deberent, vt multi faciunt, & malè, vt pluribus aduertit Caccialup. de mod. studend. in 3. docum. nam præterquam quod à perito meliorem, & sanior rem haurient doctrinam, tuebuntur etiam eius præsidio in syndicatu.

Cæterum quicquid isti dicant, videlicet, Iudicem opi. præceptoris secutum ꝑ excusari in syndicatu, si contra communem iudi. cauerit, id mihi nullo pacto satisfacit, cuius etiam opi. est apostil. ad d. caut. Ferra. & hoc in effectu volunt Camil. Plaut. Neuz. & Conrad. relati supra tit. 9. ca. 8. num. 3. volentes communem esse attendendam, licet contra eam tenuerit præceptor.

Et id ex duobus, Imprimis, quia præceptor est solus, & modernus, Doctores verò tenentes communem sunt plures, & grauiores, vnde maior est veritatis præsumptio pro communi.

Postremò, quia sequeretur, quod non secundum veritatem, sed solam affectionem esset iudicandum, quod est peruertere iudicium Christi, c. qui cū ꝑ. 1. 1. q. 3. Nec quicquā obst. dictum Oldra. quoniam illud procedit in dubio, secus verò quando apparet de contraria veritate certa, vel præsumpta, quia tunc amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas, & est clarissimum, vnde indistinctè cōcludendum est, iudicantem contra cōm. teneri in syndicatu.

Tertia est imposita pœna contra communem iudicantibus, & hæc specialis, vt in syndicatu ꝑ teneantur ad interesse partibus, ita post alios tradit Lancell. Conrad. vbi supra nu. 38. & Roland à Val. in consti. 46. quia in quacunque materia, sub nu. 2. lib. 2.

36 Et verum est, nam iudex contra cōmunem iudicans ꝑ cõfetur ignarus, & propter ignorantiam iudicare, ita tradit Bald. in l. fin. colum. 2. versu. quæro nunquid imperitia. nu. 9. C. de pœn. iud. qui mal. iud. quæ ad id referunt, & sequitur Alex. in consti. 95. visis processibus. col. 2. in fin. lib. 2. Ias. in l. sciendum. §. fin. col. penult. sub nu. 7. ver. imò iudex dicitur, ff. qui satis. cogant. Ferdin. Loaz. in repetit. l. filiusfamilias. §. diui. colum. 67. in prin. ver. quia vt inquit Ang. n. 171. ff. de legat. 1. Thom. Ferra. post alios in d. caut. 3. 1. nu. 1. in fi. & ibi Adden. Curt. in consti. 42. quia inquit Bal. col. 4. in fi. n. 14. circa prin. Neuz. ibidem nu. 3. Catel. Cort. in Memorial. in verb. opinio communis in iudicad. post prin. ver. hinc no. Bald. Nico. Arelat. in addit. ad Alciat. in tracta. præsumpt. in regu. 1. præsumpt. §. 1. sub nu. 2. in addit. incip. adde. no. textu. post med. ver. & inquit Ang. Lancell. Conrad. vbi supra nu. 22. Valent. Forster. in tract. de succes. ab intesta. in 4. conclu. sub 4. fundamen. versu. & Alex. consti. fol. 278. Marc. Mant. in d. c. 1. sub nu. 109. post Franc. Cosci. in vlt. quæst. sub nu. 2. 3. in Addit. in litera B. de consti. idem Mant. consti. 134. cum his proximis exactis, col. 2. nu. 1. lib. 1. Roland à Val. consti. 60.

ponderatis diligenter. nu. 39. lib. 1. & consti. 16. viso thema. te. col. 4. nu. 23. lib. 3. & alij plures passim.

Et ista est commu. & recepta sententia nullum, quem viderim, habens contradictorem, quinimò iudicans contra cōmunem ꝑ reuerentius dicitur secundum Ioanem Igne. in l. 3. §. si quisquam. col. 7. versiculo, quare cum hæc opinio, numero 20. ff. ad Syllan. quæ refert, & sequitur Franc. Cosci. in dicto. capitulo, 1. in vltim. quæst. sub numero vigesimo. tertio, de constitution.

37 Sed iudex ferens sententiam iustam ex ignorantia ꝑ teneatur ad interesse, vt tradit Io. Fab. in §. si. sub nu. 2. & ibi Ange. Aret. in fi. Gramma. prop. fi. nu. 9. & alij Inst. quibus ex caus. manu. nō lic. & post alios Card. Alban. in Lucubra. ad Bart. in l. 9. etia. §. ex quib. n. 1. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. Ergo & c.

Quarta est specialis pœna, vt iudex iudicans contra communem ꝑ facit litem suam, ita tradit Bartolus in dicta l. fin. prop. fi. sub numero 5. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. Angel. Aretin. in princip. Insti. de obligation. quæ ex quas. delict. sub numero 7. Thom. Ferratius in dicta cautel. 3. 1. sub num. 1. circa medium, versiculo, aliàs si iudex. Felinus alios allegans in dicto. cap. 1. colum. penult. sub nu. 54. versu. & ideo iudicans, & ibi Mant. sub numero centesimo nono, de cõsti. Alciat. in dict. reg. 1. præsumpt. 5. 1. nume. 6. Franc. Rip. in respon. primo, numero octauo, in titulo de resti. spoliat. & rem. ed. can. reint. Lacell. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. tit. de sentent. numero, 3. 2. vbi plures cumulat. Aug. Bero. in cõfi. 1. 53. an locatio ad affictum, colum. 3. sub num. 1. & in consti. 78. in præfenti causa super. colum. 3. sub num. 3. lib. 2. Cagnol. in l. 1. numero, 157. ff. si cert. pet. Rober. Marant. in suis dispu. insertis post Specul. de ord. Iud. in dispu. 10. filia quædam à patre, sub nu. 48. Camil. Plaut. in rubric. ff. de verb. obli. lib. 1. nu. 10. & seq. Roland à Vall. dict. cõfi. 46. nu. 9. lib. 2. Franc. Viui. in tracta. cõm. opin. lib. 1. in d. opi. 182. circa princ. Card. Alban. in Lucubrat. ad Barto. in l. iudex. numero. 1. ff. de var. & extraord. cog. loã. Bap. Afin. in prax. iudicior. §. 3. 2. capitulo 35. post. princ. ver. & ideo dicitur, & alij passim, & est communis, & recepta opi. vt ex numero, & auctoritate eam tenentium apparet, cui & ipse adhæreo.

Tum quia contra comm. iudicans iniquè, & iniuste pro. nunciat, & iniquè iudic. d. l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & ibi Docto. ff. de iudic. d. l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iud. Inst. de oblig. quæ ex quas. delict. in prin. Bart. in lege 1. nu. 6. & ibi alij. C. quomo. & quand. iud. Corn. in cõfi. centesimo vigesimo, licet in hac consil. in fi. lib. 3. Claud. de Battand. in sua præct. crimin. in reg. 42. Iudex in criminalibus, numero. 1. cum siml.

40 Tum etiam quia Iudex per imperitiam malè iudicās ꝑ facit litem suā, text. clarus in l. fin. ff. de var. & extraord. cog. in d. prin. Insti. de oblig. quæ ex quas. delict. Glof. Barto. & ceteri communiter per illum text. in dict. l. si filiusfam. ff. de iudic. Corn. in consti. 3. 15. videtur prima facie dicendum, colum. fin. nu. 6. lib. 3. Claud. de Battand. in d. præct. crimin. in reg. 42. numero. 2. cum condord. & iudicans contra com. per imperitiam iudicare dicitur, vt supra.

Cæterum contra hanc receptam traditionem videtur ob. stare q. Iudex ferens sententiam nullam ꝑ non facit litem suam, vt tradit Glof. in d. l. fin. & ibi Bart. remittens se ad ea, quæ tradidit in suis qq. in 9. q. Iudex per imperitiā, in 1. part. numero, 5. & ceteri. ff. de var. & extraor. cog. Ang. l. 1. §. hæc verba, numero, 2. & ibi Alex. nume. 3. Rip. colum. 1. nume. 4. & reliqui. ff. quod quisq. iur. Imol. in l. 1. colum. 3. sub nu. 4. versu. sed iux. prædicta occurrit. ff. de appell. & in cap. si venditori, colum. 5. numero 12. versu. & pro prædictis etiā, ext. de emp. & vend. Paris. de Put. in tract. de syndic. in verb. l. s. sua, capitulo, 4. incip. an Iudex qui facit, numero 2. & alij passim, & est communis opinio, cui non inueni contradictorem, & tamem Iudex ferens sententiam nullam, magis delinquit quam qui profert iniustam, cum maior excessus requiritur in annullad. acti, quā in reddendo iniustū, vt in snā tradit vno ore Doct. d. l. q. Romæ. §. duo fratres & pater ad sensum.

42 At vbi maius ꝑ est delictum, ibi quoque maior debet esse pœna. l. respiciendum, cum siml. ff. de pœn. merit. & c.

Verum facilis est solutio, nam reg. d. l. respiciendū, proce. dit ꝑ quando pœna infligitur ratione delicti, secus verò aliās, quia non entis nullæ sunt partes, sed iudex ferens sententia iniquam facit litem suam nō ratione maioris, vel minoris iniusticiæ, sed solum ad resarciendum damnum parti læsæ, quæ ratio non militat in iudice nullam sententia profert, quæ nullo pacto obest parti, cõtra quæ est lata, cū nō transeat in rē iudicatā, nec excusationē mereatur Ergo, & c. Stat

Stat igitur firma conclusio, iudicantem contra Commu nem opi. facere litem suam.

44 Quæ conclusio est vera ꝑ secundū Alcia. in d. præsump. 5. 1. nu. 6. quado interuenit dolus ipsius iudicis, secus aliis, motum per d. l. si. C. de pœn. iud. qui mal. iudi. & melius videtur facere ad hoc d. l. si filiusfam. ff. de iud.

45 Sed ista restrictio ꝑ mihi non placet, nam ex culpa etiam Iudex iniquam sententiam ferens facit litem suam, cū propter ignorantiam iniquè iudicans facit litem suam secundum gl. communiter approbatā in d. l. si filiusfam. & ignorantia culpæ ascribitur, non dolo. l. imperitia ff. de regulis iur.

Nec obst. d. l. si. & d. l. si filiusfam. pro Alciat. inductæ, quā d. l. fin. continet rescriptum redditū ab Imperatore in quodam casu occurrenti, in quo Iudex precio, vel gratia corruptus male iudicauit, & interuenit dolus, sed non negat ibi text. neque tacite, neque expressè, quia iudex malè iudicās ex culpa facit litem suam. Ad d. l. si filiusfam. quæ valde vtget, resp. quod ille text. non procedit, quo ad hoc, vt iudex faciat litem suam, se l. vt teneatur ad veram litis æstimationem, ita Glo. ibi in verb. intelligitur, & ceteri, qui intellectus saltem admittendus est pro cõcordia dict. legis, si filiusfam. cum dict. l. si. ff. de var. & extraord. cog. quæ aliàs essent contrariæ, & sic conclusio ista est ampl. licet iudex sit in culpa tantum. Ampl. secundò ꝑ etiam si iudex, qui contra cōmunem iudicauit, secutus sit consilium sapientis, quod vigore stat. vel alterius dispositionis sequi tenebatur, nā & hoc casu Iudex ferens sententiam iniquam facit litem suam, ita tradit Bart. in l. si conuenerit, circa med. versiculo, quæro quidam iudex, numero quarto, & ibi sequitur Paulus de Cast. post prin. versu. quid autem si fuisset dictum, Alexand. col. pen. versiculo, item in quantum Barto. Ias. col. pen. versiculo, extra gloss. quærit, numero decimo octauo, & reliqui communiter. ff. de re iudi. Abb. in capitulo tertio, colum. finali, numero octauo, & ibi post alios Felin. columna penultima, numero quinto, in fin. versiculo, vtrum autem is, extra de offic. deleger. Socin. in consilio vigesimo quarto, visis, ac diligenter, columna secunda, in princip. versiculo vltimè etiam posito, numero tertio, & quarto, libro primo. Bolognin. in repet. authen. habita. numero centesimo quadragesimo in tertio. C. ne fil. pro patr. & alij passim, & est communis, vt per se patet.

46 tantum. Ampl. secundò ꝑ etiam si iudex, qui contra cōmunem iudicauit, secutus sit consilium sapientis, quod vigore stat. vel alterius dispositionis sequi tenebatur, nā & hoc casu Iudex ferens sententiam iniquam facit litem suam, ita tradit Bart. in l. si conuenerit, circa med. versiculo, quæro quidam iudex, numero quarto, & ibi sequitur Paulus de Cast. post prin. versu. quid autem si fuisset dictum, Alexand. col. pen. versiculo, item in quantum Barto. Ias. col. pen. versiculo, extra gloss. quærit, numero decimo octauo, & reliqui communiter. ff. de re iudi. Abb. in capitulo tertio, colum. finali, numero octauo, & ibi post alios Felin. columna penultima, numero quinto, in fin. versiculo, vtrum autem is, extra de offic. deleger. Socin. in consilio vigesimo quarto, visis, ac diligenter, columna secunda, in princip. versiculo vltimè etiam posito, numero tertio, & quarto, libro primo. Bolognin. in repet. authen. habita. numero centesimo quadragesimo in tertio. C. ne fil. pro patr. & alij passim, & est communis, vt per se patet.

47 Fall. tamen prædicta ꝑ conclusio, quando iudex ferret sententiam ex consilio sapientis, cui stat. vel alia dispositio stat. omnino iubet, ita tradit Bartol. in l. si conuenerit, numero quarto, Felin. in d. capitulo tertio, sub numero sexto, & sequuntur Doctores. communiter vt testatur Paul. de Castro ibidem versiculo, & per istam legem. Vnde Barto. ibi tradit pro cautela, vt iudex in tali casu curet apponendā talem clausulam.

48 Fall. ꝑ etiam, si potest dari casus in proposito, quando iudex ipse neque in dolo, neque in lata culpa, sed solū esset in leui, vel leuissima, vt puta quado Iudex erraret in aliqua iuris subtilitate, quia tunc non faceret litem suam iudicad. contra communem, & id tradunt Doct. passim, & est clarū, ideo non in iusto.

Pro complemento istius pœnæ sciendum est, q. litem suam facere ꝑ partes eius, qui iniuria ab solutus est, suscipere, ipsiusque causam pro sua coactum defendere, ita explicat doctus, & elegans Francisc. Hotom. in commen. verb. iur. in ver. litem suam facere.

50 Et ad omnes supradictas pœnas tenetur ꝑ iudicans cõtra communem, etiam si pars læsa non appellauerit, vel nō potuerit appellare, vel si appellauerit etiam si succubuerit, vel appellationem deseruerit, vel appellationi expressè renunciauerit, ita post alios tradit Lancell. Conrad. in d. ritu. de sent. sub nu. 3. 2. & seq. in 3. & 4. 5. & 6. ampliat. & credo verum, nam ista omnia parti contrariæ profunt, non autē Iudici, vt dixit Castren. in d. l. si filiusfamil. col. j. sub nume. 7. ff. de iud.

Quinta, & vltim. imponitur pœna Iudici contra cõmunem ꝑ iudicanti, vt teneatur in cõscientia, & sic in foro poli. ita contrario sensu voluit Marian. lun. in consti. 13. 1. q. proposita, col. 1. nu. 2. lib. 1.

52 Et verū credo, nā iudex per imperitiā malè iudicās ꝑ peccat, & tenetur in conscientia, vt post Innocen. & Petrus de bellaper. concludit Cyn. in authen. hodie, post med. C. de iud. & clarè patet, quia admittit etiā summistæ, communem attendi debere, vt per Sūm. Ang. in tit. de opi. §. 1. post princ. versu. si verò non possunt concordari, & Summ. Ta-

bien. eo. tit. de opi. §. 4. post prin. Præterea posset dubitari, an iudicans cõtra communem teneatur actione iniuriarum, & Conrad. ibidem sub nu. 27. 53 in 1. 5. limit. responder ꝑ non teneri, & est verissimum, quia factum Iudicis nō inducit actionē iniuriarum, etiam quod iniustam sententiam proferat, vt est text. clarus in l. iniuriarum. §. si quis in honoribus, vt ergo si quis, & ibi glossa in verb. idem, & reliqui. ff. de iniur.

Et hæc sunt pœnæ quæ iudicibus contra communem iudicantibus sunt impositæ in syndicatu.

Sed non parua est hæsitatio inter doctores, an iste Iudex in syndicatu cõdemnatus possit repetere, quod pœnæ ratione soluit, ab eo, in cuius fauorem tulit sententiam iniquam? Et in hac q. duæ sunt principales doct. sententiæ, quarum

54 Prima est affirmatiua, vt ꝑ possit repetere, ita tradit Specu. in tit. de expen. §. postremo, col. ij. ver. & si iudex, nu. 5. quem refert, & sequitur Luc. de pen. in l. missi opinatores, col. pen. in verb. seruata, versu. ex hoc colligitur. C. de exact. tribut. li. 10. Amed. Iusti. in tract. de syndic. sub nu. 126. licet cum moderamine, idē videtur sequi Catald. de Bon. comp. in tract. pariter de syndic. q. 46. nu. 29. in fin. pro hac etiam sententia adducitur Ang. in l. Sticum. §. si mandato, post med. nu. 1. ff. de solu. Sed Ang. tenet contrarium in casu nostro, & vbi videtur facere contra, loquitur in longe diuersis terminis, vt declarat ipsemet in l. mancipia, in prin. nu. 2. & 3. C. de seru. fugit. & infra latius ostendemus.

Mouentur autem isti præcipue ex dict. lege, missi opinatores. C. de exact. tribut. li. 10. vbi iudicibus, qui per annum non exigentes, quod militibus debetur, de proprio exolvere coguntur, reseruata est repetitio aduersus obnoxios, à quibus exigi pecunia non potuit.

Huic tex. resp. imprimis Bal. in §. iudices, & Ang. in l. mancipia, infra allegandis, procedere decisionem illius text. in executore simplici, qui facit litem suam ex negligētia meræ executionis, secus in iudice, qui ex sententia iniqua facit litem suam, vnde non tantum debet puniri negligentia in faciendo, quantum culpa, seu dolus iniquè iudicantis.

Secundò, & melius iudicio meo respon. Ang. Imo, & Roma. in locis mox allegandis, quod iudex ibi soluit illud, ad quod h. contra quos reseruata est actio, debite tenebantur fisco iure actionis: vnde cum iudex istorum negotia vtiliter gerat liberando eos à debito propria solutione, iuxta l. soluendo. ff. de neg. gest.

Non mirum, si habeat contra ipsos actionem repetendi. sed secus est in proposito questione in qua iudex soluit, nō quod pars victrix, sed ad quod ipsemet propria culpa, vel dolo obligatus erat: vnde cum pœna suos tenere debet auctores Non mirum, si non est reseruata actio ipsi iudici cõtra partem victricem innocentem.

Quamobrè altera huic superiori contraria est opinio, vt 55 ꝑ iudex in syndicatu cõdemnatus non habeat actionem ad repetendum, quod soluit parti, pro qua malè iudicauit, & huius sententiæ auriga fuit Bal. in l. sancimus. in fi. C. de iud. & in ca. 1. §. iudices. col. 2. sub nu. 2. versu. sed nunquid iudex qui, in tit. de pace iura. fir. in vrb. feud. Ang. in l. si quis dolo. §. si quis post med. versu. in gl. apperit quem ibi sequitur Ale. post med. nu. 2. & 3. ff. de re iudica. idem Ang. in l. Sticho. §. si mandato. in fi. ff. de solutionib. & in l. mancipia. in prin. nu. 2. & seq. C. de seru. fugiti. hoc idem voluit Io. de Platea in dicta l. missi opinatores. col. pen. in fi. in 4. notab. post princ. versu. & per hoc allegat hanc. C. de exact. tribu. lib. 10. Imola in l. si tertius. §. fin. post med. versu. & propter illam legem. & ibi Ro. prop. fi. nu. 7. ff. de aqua plu. arcen. late Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo, l. s. sua. dicto c. 4. incip. an iudex qui facit in prin. & nu. 1. per totum idem Alex. in l. properandum §. siue autem alterutra. col. pen. versu. quærit hic Sali. nu. 30. & ibi Ias. col. fi. versu. 4. & vltimò nu. 33. & 34. C. de iudi. hanc quoque opi. verè tenent Catald. in dicto trac. de syndic. q. 46. nu. 29. per totum, & præcipue in fine, quia eius dicta debent intelligi secū. Ium Ruge. in dicta l. mancipia. cum quo ibi concludit, licet cum malè referat, & Lanc. Conrad. dicto libro de preio. §. 2. in ti. de senten. nu. 36. cum hanc vltimo loco referat, & plures pro ea alleget, iuxta gl. communiter approbatam in l. qui filium. §. fina. ff. ad Treb. & hanc eandem sententiam sequuntur alij passim, adeò quod non sit dubitandum, quin ista sit recepta, & communis opinio.

Mouentur isti, in primis ex dict. l. mancipia. iuncta gl. fin. in prin. Bald. col. fina. num. 6. & aliis, C. de seru. fugiti. vbi i. Com. opi. Tom. 4. B33Bb 2


MACHAGNANI AZZOGVIDI

BONONIENSIS I. V. D. DE COMMUNI OPINIONE

TRACTATUS IN TRES LIBROS PARTITVS.

LIBRI PRIMI

Summæ Capitum.



VOD opinio mortalibus irrepsit ob prioris hominis lapsum, quodque dum quisque propriam plus æquo diligit opinionem, ad communis opinionis remedium deuentum fuit, ac de præsentis operis diuisione. *Caput I.*

Nonnulla de definitione in genere. *Cap. II.*

Quid sit Opinio, ubi opinionis definitiones seu descriptiones sex & viginti ex probatissimis Auctoribus.

Cap. III.

De causa opinionis, & quod ignorantia illam pariat. *Cap. IIII.*

Opinionis nomina quindecim. *Cap. V.*

Eiusdem significata septem: & nonnulla de fama aduersus communem sententiam. *Cap. VI.*

Eiusdem Epiteta, seu qualitates septem & viginti. *Cap. VII.*

An eadem cuilibet homini sit Opinio, & Opinionum varietates, & contrarietates ferè inter omnis sciētiae Auctores, ac etiam quodammodo inter ea quæ sensu & ratione carent: de nonnullisq; bonis ex contrarietatibus huiusmodi prouenientibus, præsertim in casibus quindecim ex Doctores. *Cap. VIII.*

An plus sit in veritate quam in Opinio: multa q; de diuina, humanaq; veritate: & casus multi quibus inspicimus Opinionem: ac alia. *Cap. IX.*

An liceat mutare Opinionem: & de mutatione legum, cum consutatione improbandi cuiusdam noui dogmatis. *Cap. X.*

LIBRI SECVNDI

Capitum Summæ.



COMMUNE seu Communis quid sit, & quid dicatur, & quod à proprio differat. *Cap. I.*

De his quæ ideo Communia dicuntur, quia non sunt vnius tantum. *Cap. II.*

Ea quæ vniuersitati, & Populo multitudinique competunt, non ideo minus communia vocantur. *Cap. III.*

Multis modis quid appellatur commune metaphoricè ac improprie. *Cap. IIII.*

Quod à verbo commune, nonnulla alia formantur vocabula et elocutiones, valet communitas, communio, communicatio, communicare, communicator, communiter, de communi, in communi, habere commune, esse commune. *Cap. V.*

Conclusiones plurimæ traduntur de communibus verbis, legibus, negotiis, fructibus, vestibus & aliis. *Cap. VI.*
Regula, quod quis non cogitur permanere in communi. *Cap. VII.*

Aliqua de communitate prout sumitur in significato populi & vniuersitatis. *Cap. VIII.*

An Communio & societas sint idem. *Cap. IX.*

LIBRI TERTII

Capitum Summæ.



COMMUNIS opinio quare inuenta. *Cap. I.*
Neque in lege Naturæ, neque in lege scripta, sed tempore humanarum legum tantum fuit usus communis opinionis. *Cap. II.*

Quare id in quo maior pars conuenit, dicatur communis opinio. *Cap. III.*

Quando inniti debeamus communi opinioni. *Cap. IIII.*

An censenda sit communis illa quæ est maior numero, an quæ est maior auctoritate, quæ sanior vocatur: an vero quæ & numero & auctoritate, an quæ meliore suffulta est ratione. *Cap. V.*

Solutio questionis, & de modo & effectu dandi voces, & eundi in suffragium palam vel occulte. *Cap. VI.*

Ampliationes triginta ad Regulam, quod sequenda sit communis opinio, & id quod sit per maiorem partem: in vltima quarum, sola Imperialium legum auctoritate reselluntur omnes ferè errores vetustissimi, sæpius damnati ab hostibus Romane Ecclesie excitati: & quo pacto Romanus Pontifex est Caput Ecclesie. *Cap. VII.*

Limitationes septuagintaduæ ad Regulam. *Cap. VIII.*

Declarationes viginti duæ. *Cap. IX.*

Effectus eiusdem Regulæ sexdecim. *Cap. X.*

Quanta omnis generis homines anxietate bonam communemque de se appetant opinionem. *Cap. XI.*

Quid sit communis opinio. *Cap. XII.*

Quam ex multis opinionibus Glof. vel alicuius Doctor. nullam illarum probantis sequi debeamus. *Cap. XIII.*

Quid agendum si oriatur dubitatio de aliquo nouo facto super quo non reperitur lex edita, nec adsit communis opinio. *Cap. XIII.*

Si Doctor sequatur vnã Opinionem legendo, contrariam consulendo, cui sit magis inhaerendum. *Cap. XV.*

Quomodo vocetur communis opinio. *Cap. XVI.*

An subiaceat mutationi. *Cap. XVII.*

An sit in scriptis redigenda. *Cap. XVIII.*

DE COMMUNI OPINIONE

Auctore MACHAGNANO AZZOGVIDI
Bononiensi. J. V. D.

LIBER PRIMVS.

SVMARIA.

- 1 **H**omo abutens potentis intellectualibus comparatus est iumentis.
- 2 **S**cientes pauci, sed magis opinantes reperiuntur.
- 3 **N**emo est qui quemquam meliorem se arbitretur.
- 4 **C**ommunis opinionis auctoritas & vis.
- 5 **D**iuisio in partes facilius nos ad cognitionem totius inducit.

Quod opinio mortalibus irrepsit, ob prioris hominis lapsum: quodque dum quisque propriam plus æquò diligit opinionem, ad communis opinionis remedium deuentum fuit, ac de præsentis diuisione.

CAPVT I.

HOMO cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. *Psal. 48.*

- 1 **H**omo ille, inquam, omnium parens cum esset honoratissimus, nēpe immortalis omnium virtutum, omnium rerum scientia diues: non intellexit, cum abutendo & potentis intellectualibus, & peccando comparatus est iumentis, ac pro immortalitate Mortem, pro virtutibus vitia, pro scientia Ignorantiã, sibi posterisq; comparauit. Quibus ignorantia tenebris obrutus fortè non iniuriam Empedocles exclamare potuit, abstrusa esse omnia, se nihil sentire, nihil cerne- re, nihil omninò quale sit posse reperire, hominēsq; à veritate ab eis naturaliter expetita plurimum aberrare, se- pissimèque pro illa eius imagines, atque vmbas, cōiecturam, scilicet, suspicionem, præsumptionem, credulitatem, præsertim verò opinionem amplectari, vt merito opinantes & magis quàm scientes inueniantur. Quoniam autem ob philautiam, naturalēque hominum facilitatē ad diffentiendum, quilibet propriam opinionē, veram veri ger manum esse contenderet: iuxta illud,
- 2 **Q**uot capita, tot sententiæ: & suum cuique pulchrum, & adhuc neminem cognoui Poetam, qui sibi non optimus videretur. Item sic enim se res habet, te tua, me delectant mea, nemo vnquam neque Poeta, neque Orator fuit quæquã & meliorem se arbitretur: Satis constat idcirco passim receptum, vt in legali scientia & (ni fallor) in quacūque arte, ac disciplina id scētari teneamus, quod & si non ab omnibus crebrius tamen & frequētius, atque per maiorem partem opinari videamus. Nostri communem opinionem appellant, cuius apud eosdem tanta est autoritas & vt veritatis Sedem inuasisse, illique pellicem quodammodo superinuentam arbitraris, qui enim iudicando, consulendo, interpretando, communi opinioni inhæret, optatã metã cōmuni omniū opinione cōtigisse reputabitur. Ad hanc communem opinionem totus hic noster spectat tractatus à nobis in tres partitus libros. hoc enim anteriore & sequenti separatim de ipsa opinione, ac de illius verbi communi, seu communi significatione & potestate, posteriore verò coniunctim de communi opi-

nione tractabimus, more Iuriscōsulti, qui leges 12. tabul. Prætorum ædicta, Rescriptaque Principum, per singula verba interpretari consuevit, cum facilius per partes & in cognitionē totius adducamur arg. §. sed non vsque, veris. sed in primis. vbi egregius text. Instit. de leg.

SVMARIA.

- 1 **D**octores si in explicando aliquando non reperiant definitionem in iure traditam, sibi ipsi aliquam componunt.
- 2 **A**mans periculum, in illo perire solet.

De deffinitione in genere.

CAPVT II.

QUAMVIS apud Iureconsultos traditum reperitur definitionem omnem in iure nostro esse periculofam, hominis definitio, de re. iur. ideòque faciliem ad subuertēdum, destruendūmq; de qua etiam Tiraquel. lib. suo Primogen. q. 1. vbi allegat Galen. ab ea nos arcentem. rari tamen eorum tractatus apparent absque aliqua definitione, aut descriptione. Multi quoque ex interpretibus, vbi definitionem & in iure scriptam non habent, aliquam ipsi sibi componunt: nonnulli nihil commune cum re tam periculofa habere volunt 2 memores eius Sacri eloquij, qui amat & periculum, peribit in illo. Quis autē rectius senserit, non est mei iudicij. Statuere enim quis eorum sit sapientior, vel maximè videtur esse sapiētissim⁹. Nobis sat erit eas opiniones, definitiones, descriptionesque hic apponere, quas apud multos probatos Auctores inuenimus. Eruditus autem lector vel omnes, vel vnã, vel nullam, prout magis placuerit, sequetur: quid ergo sit opinio videamus.

SVMARIA.

- 1 **O**pinio variis modis definitur. & seq.
- 2 **D**efinitio ab effectu tolleratur apud legistas.
- 12 **F**ides quid sit.
- 14 **O**culus sæpe fallitur. ideo dicuntur potius opinari, quàm scire.
- 15 **F**ides tenet medium inter scientiam & opinionem sciētia & fidei effectus.
- 20 **S**cire id dicimur quod vehementer opinamur. Mulier solita parere masculos & foeminas, an prægnans possit esse se, certa an sit paritura marem vel foeminam.
- 21 **I**nter credere & opinari quæ sit differentia.
- 29 **O**pinio cur diuersimode diffiniatur.

Quid sit opinio.

CAPVT III.

NULLA lex aperte hoc aperit. sed tex. in l. fin. C. de impub. dicit quod super facto, de quo in illa l. dubitabatur, quid iuris, ideo & ibi Papinianus opinabatur, & glo. exponit, non pro certo dicebat. Sed ibi non definitur substantia opinionis, licet Iurisc. opinetur super eo, quod est dubium in iure. Simili modo & tex. in l. 3. §. eiusdem, de testi. ibi, ex sententia animi tui te existimare oportet: quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris: præbuit occasionem Bart. in l. ad. Com. opin. Tom. 4. **BBBBb 4**

monendi, de iure iur. tractandi de ipsa opinione, in cuius doctrina videntur virtualiter contineri infra scripta definitiones, seu descriptiones. Opinio est inclinatio animi iudicis ad aliquam partem ultra suspensionem per fortia argumenta, remanente aliquo modico dubio de contrario eius, quod opinatur cum tamen reprehendit Card. in c. literas. de præsump. dicens quod opinio importat notitiam magis communem, & generalem.

Secundo, opinio dicitur potest vehemens suspicio seu in formis credulitas.

Tertio, multum propinqua credulitati, & plenæ probationi.

Quarto, inherendo etiam litera dicti §. eiusdem, probatio insufficientis facta iudici. Hæc ex Bartolo in citato loco sequuntur alia, ex ipso etiam & alijs.

Quinto, definiendo ab effectu quod non est peccatum mortale apud legistas, dicit quod est illa quæ rem dubiam efficit. Bartol. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl.

Sexto, est cum dubitatione responso glot. §. responsa prudentum. Inst. de iur. nat. gen. & ci.

Septimo, est pro certo non habere, seu pro certo non dicere. glo. d. l. n. verb. opinabatur. C. de impub.

Octavo, est aliqui aliter dubitare nisi opinioni subiungatur ratio est visu Bald. l. fin. C. de edic. di. Ad. tol. op. 1. 5. quinto item contin.

Nono, est credere ex verisimilibus coniecturis id, quod verum est. Bal. l. cum antiquioribus, C. de iur. delib.

Decimo, est habitus probabilis cum formidine ad oppositum & per hoc differt a fide, quæ est adhesio, licet non certa, id est non per demonstrationem, & scientiam, tamen certissima, quia sine dubitatione, Card. in Clem. ne Romani. de elec.

Vndecimo, est de his, quæ vere non sciuntur, Card. in c. literas de præsump. allegat. c. a nobis, el. secundo, de sent. exc. vbi quod opinio fallit, & fallitur.

Duodecimo, est de his, quæ opinantur, quandoque opinio est cum quadam certitudine, vt in his quæ percipimus sensu, in quibus potest esse error, cum sæpe fallatur oculus, ideo dicuntur potius opinari quam sciri: talis tamen opinio certo respectu vocatur scientia, quandoque talis opinio non est cum tanta certitudine, & hanc generali vocabulo posuimus vocare præsumptionem. Card. d. c. literas. de præsump.

Tertiodecimo, est est dubia particularis arbitratio, quæ a doctoribus scientiæ auctoritatem assumit, Imol. in c. lene Romana. de elec. & ibi per eum, quod fides tenet mediū inter scientiam, & opinionem. Scientia enim facit nos scire per causam, fides inclinatur animum nostrum ad vnam partem cum certitudine, Opinio inclinatur cum dubitatione, vt ex suprãdictis colligitur.

Quartodecimo, est illa, quæ causatur in re dubia ex probabilibus argumentis. Ab. c. 1. de constit. nu. 13.

Quintodecimo, est putamen, vel suspicio nihil certi significans, sed per verisimilia potius quærit quod apprehendit.

Sextodecimo, est quasi pro vero aliquid tenere quod quis ignorat an sit falsum. Marian. Socin. in c. qualiter & quando. de accus. n. 126. vbi refert antiquos.

Decimosextimo, dicitur illa, quæ non persensum, sed per probationes, & media concludendi acquiritur, Mat. de Afflic. in Trac. de iur. protho. §. 2. n. 6. vbi subiungit vocari vehementem opinionem, seu credulitatem.

Decimooctavo, est opinio consona veritati est idem quod certitudo, & id scire dicimus, quod vehementer opinamur. glo. l. in repudianda. de acqui. hared. glo. l. in summa. §. idem labeo. de aqua plu. arden. Anth. consi. 2. §. 5. visis, & 292. visis. in quibus duobus consilijs respondit super eodem casu pulcherrimo quidem, & notabili, vbi tenuit quod mulier prægnans solita parere masculos, & foeminas, possit esse certa an sit paritura marem, vel foeminam.

Decimonono, dicit Aug. in li. de mēd. c. 2. quod inter credere atque opinari hoc distat quod aliquando ille, qui credit, sentit se ignorare quod credit, quavis de re, quæ ignorare nouit, omnino non dubitet, si eam firmissime credat. Qui opinatur autem putat se scire quod nescit.

Vigesimo, secundum S. Thomam. 2. 2. q. 1. ar. 4. est assensus intellectus alicui non sufficienter noti ab obiecto proprio per quandam electionem voluntatis declinantis in vnam partem magis quam in aliam cum dubitatione, & formidine alterius partis. Si autem dedit formi-

do, & aderit certitudo, erit fides, & paulo infra. vnde manifestum est, quod nec fides, nec opinio potest esse de ipsis visis aut secundum sensum, aut secundum intellectum, seu hæc doctrina discordat ab his, quæ dicta sunt per Card. supra in 1. 2. definitione, potest solui quod S. Thomas loquitur proprie. Card. secundum improprietatem & largius.

Vigesimo primo, Arist. primo Poster. tex. 44. Opinio est circa verum, & falsum, sed contingens est, & aliter se habere.

Vigesimo secundo, est ex eodem opinio incerta est, & natura huiusmodi est.

Vigesimo tertio, est ex eodem nemo propterea tamen opinari quippiam arbitratur, cum illud putat aliter se habere non posse, sed scire, sed cum esse quidem sic putat, existimat autem & aliter se habere posse, nihil phibet illud opinari, propterea quod re ipsa quid talis opinio est, nec cessari verò scientia.

Vigesimo quarto, est est imbecilla, & cum falso incognitoque communi, vt infra scripta Ciceronis verba indicant in Academicis. Et si id erat comprehensum, vt cōuelli ratione non possit scientiam, sin aliter inscientiam nominabat, ex qua existeret etiam opinio, quæ esset imbecilla, & cum falso incognitoque communi.

Vigesimo quinto, est imbecilla assensio, secundum eundem quarto Tusculan. vbi ait, opinionem autem (sic enim ibi opinionem vocat) volunt esse imbecillam assensionem.

Vigesimo sexto, potest dici mixta cum errore, propter eiusdem Cice. verba libro secundo Academic. vide licet, Nam qui voluit erroribus obuiare Epicurus ijs, qui videbantur conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse opinionem a perspicuitate sciungere, nihil fecit, ipse enim opinionis errorem nullo modo sustulit, si forte opinionis error ibi non iacet, per erronea opinione. Reliqua de opinione videantur in libro secundo Perihermenias, & in primo Posteriorum. Recte autem intuiti facile erit dignoscere supra scriptarum definitionum diuersitatem provenire a diuersitate authorum, quorum aliqui opinionis naturam in communi, aliqui in specie, & suæ propriæ facultati congruentem, nec semper tamen ostendentes quid ea sit proprie, quam in quo significatiui sumatur, confingere visi sunt. Item diuersitas potest esse respectu diuersitatis causarum, vel efficientium, vel materialis, vel formalis, vel finalis: nunc videamus de causa eiusdem opinionis.

S V M M R I A.

- 1 Opinio, a qua re ortum habuerit.
- 2 Inscentia est mater opinionis.
- 3 Ignorantia rerum non solum est opinionum causa, verum etiam & falsitatum.
- 4 Virtus in profundo opinionibus locata dicitur, & institutis omnia teneri, nihil veritati relinqui, deinceps omnia tenebris confusa esse, dixerunt aliqui.
- 5 Philosophi potius plura opinantes, quam scientes dicuntur.
- 6 Opinio, quid operetur in homine.
- 7 Cognitiono rerum, cur multis sit obstructa difficultatibus.
- 8 Opinio ex ignorantia procreatur.
- 9 Ignorantia veri nos in fabulosas opiniones inducit.

De causa opinionis.

Caput IIII.

QVONIA nihil sine causa esse potest, videntur est nobis causa efficiens ipsius opinionis. Diximus autem in initio presentis operis, & quidem transitorie. Sed hic plenius attingemus eam, et ab ignorantia ortum ducere, in quam prior homo ob eius inobedientiam præcipitatus fuit: effectus ob id ex homine illud animal quod non percipit ea quæ Dei sunt, & in quo vt ait Psalm. non est intellectus. Quod etiam Cic. non vno in loco nos docuit, opinionem scilicet ex inscientia duci. Nam in Acad. quæst. ait, & si id ita erat comprehensum, vt conuelli ratione non possit, scientiam, sin aliter inscientiam nominabat: ex qua existeret etiam opinio,

opinio. Vide inscientiam et opinionis matrem. Sed melius in 3. Tuscul. Nunc autem simul atque editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continua prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur, vt penè cum lacte, nutricis errore luxisse videamur. Vide quomodo prius errore imbuimur, postea in opinionibus versamur. Idem primo de fini. Nam cum ignorantia rerum bonarum, & malarum, maximè hominum vita vexetur, ob eamque errorè & voluptatibus maximis saepe priuètur, & prauissimis animi doloribus torqueantur, sapientia est adhibenda, quæ & erroribus cupiditatibusque detractis, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta certissimam se nobis præbeat ad voluptatem. Vides ex rerum ignorantia nos non opinionibus solui, verum etiam falsis opinionibus teneri, quibus mendum est sapientia. Idem in Lucullo, cum Zenone Arcefilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia, aut studio vincendi, sed earum rerum obscuritate, quæ ad confessionem ignorantis adduxerunt Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes penè veteres, qui nihil sciri posse dixerunt, angustos sensus, imbecillos animos, breuia curricula vitæ, & (vt Democritus ait) in profundo virtute esse locatam opinionibus, & institutis omnia teneri nihil veritati relinqui deinceps omnia tenebris confusa esse dixerunt.

Vriure diuus Aug. in quodam loco appellauerit Philosophos plura opinantes potius quam sciētes. Sed ipse præstantissimus Pater in epistola. 174. cont. Arian. piè explicauit ignorantiam diuinarum scripturarum gignere opinionem, & iniquis, homines autem minus intelligentes, quid propter quid dicatur potentes volunt habere sententias, & scripturis non diligenter perscrutatis, cum arripunt defensionem cuiusque opinionis, & ab ea vel nunquam, vel difficile deflectantur, dum docti atque sapientes magis putari, quam esse concupiscunt, ea quæ propter formam serui dicta sunt, volunt transferre ad formam Dei, & c.

De ignorantia verò nobis innata quaritur, & Cic. in Lucullo. inquit, Si enim omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus, eaque est in ipsis rebus, & in iudicijs nostris obscuritas, vt non sine causa, & doctissimi, & antiquissimi inuenire se posse quid cuperent, diffisi sunt.

Et Bart. nos non ignorauit ex ignorantia et opinionem procreari. Nam in d. l. ad monendi. quanto magis remouet ignorantiam ex iudice, eo magis, & opinionem. Sed Paul. Iureconsul. l. antiqui. si pars hered. pc. longe elegantius, ipsum audi. Antiqui libero ventri ea prospexerunt, vt in tempus nascendi omnia ei iure integra reseruant, sicut apparet in iure hæreditatum, in quibus qui post eum gradum agnationis sunt, quo est id, quod in vtero est, non admittuntur, dum incertum est, an nasci possent: vbi autem eodè gradu sunt ceteri, quo & venter, tunc quæ portio in suspensio esse debeat, quæ fuerunt, ideo quia non poterant scire quot nasci possent, ideo multa de huiusmodi re, tam varia, & incredibilia tradiderunt, vt fabulis annumerentur. Nam traditum est, & quatuor pariter puellas a matre familias natas esse. Alioquin tradiderunt non leues Auctores, quinque quater nos enixam Peloponnesiam, & multas Aegypti vno vtero septenos. Sed & tergeminos Senatores cuncti vidimus Orationes, & Lelius scribit se vidisse in Palatio liberam mulierem, quæ ab Alexandria perducta esset, vt Adriano ostenderetur cum quinque liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur, quintum post quadragesimum diem, ex quibus non solum deprehendimus viros prudentes ob veri ignorantiam in opiniones incidisse. Sed & in fabulosas et opiniones: & quod nos magis mouere debet, si fuerit ex Iureconsultis nostris, vt testatur etiam Imperator in Prooem. Insti. in §. cumque vers. non antiquis fabulis: Alias causas opinionis a Philosophis mutuatas videtur adducere Pe. Andr. Gammarus, in suo tracta. de veritate, & Excell. legalis scientiæ: quæ tamen superscriptis non contradicunt: vt bene intuenti facile apparebit. Hæc enim ille. Cum homines tot Mundi pulcherrima Cœlum, Solem, & clarissima ætheris lumina conspicerent: admirati sunt: ex admiratione, rerum illarum causas naturamque dignoscendi natum est desiderium, quod vt adimplerent philosophari cœperunt, hinc Opiniones, & sententiæ diuersæ: hinc volumina excreuerunt multiplicia.

S V M M R I A.

- 1 Opinio quot modis nuncupetur, & nu. sequen.

- 2 Responfa prudentum, qualia sint.
- 3 Opinio vehemens, qualis sit.
- 4 Verba, quæ potius sunt magistralia; quam iuris minimè sunt habenda in consideratione.
- 5 Opinio dicitur medium, quo deducimur ad cognitionem, & scientiam incognitorum.
- 6 In habentibus symbolum, facilis est transitus.

De opinionis nominibus.

Caput V.

MVLTI S quidem nominibus vtuntur Auctores in ea designanda.

Primo dicitur sententia: vt est videre passim apud Iurisconsultos, & doct. qui indifferenter de opinionibus, & sententijs aliorum loquuntur. præsertim in §. illud. Inst. de rer. diuis. in l. diuis. de iur. patr. in l. quarto, de vsucap. ibi abolita: est enim quorundam veterum sententia, & tex. in §. Responfa Inst. de iur. na. gent. & ciui. Responfa et prædum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus præmissum iura condere. Abb. ca. prudentiam de off. dele. & in c. literas. de restit. spol. promissue recenfer, & loquitur de sententijs, & opinionibus doct.

Secundo existimatio. l. 3. §. quod obseruari. C. de iur. calu. ibi tum quod quisque credit, & existimat, hoc est iuradum. in l. si in fi. de Crim. expil. hær. ibi & nihil murar existimatio furrupientis, in l. si a Pupillo pro emp. ibi vt plus sit in re, quã in existimatione, tex. est ad literam in l. qui rem de fur. & gl. magistra in l. flumen de flumi. in verbo existimatione, quæ exponit 1. opinione.

Tertio credulitas d. l. 3. quod obseruari. vbi Bar. C. de iur. cal. ibi & licet vera cause natura alia forsitan est, tamè quod quisque credit, & existimat, hoc iurandum est, & per Paul. de Cast. consi. 19. in 2. col. Quarto, scientia. in summa. §. ite labeo, de aq. plu. arc. ibi si quis sciat factum esse, hoc est si factum esse non ambigitur, vbi gloss. exponit. illa tamen erit, quæ potest falli, quæ alio modo dicitur opinio vehemens.

Quinto, sensus ea. relatum; 7. distin. vbi sensus proprius pro opinione propria, & illud Apost. Quilibet abundet in suo sensu.

Sexto consensus. l. j. C. de testa. ibi si communi consensu liberorum loco habitus sit. exponitur. nu. 1. communi opin.

Septimo, præsumptio. l. cum quidam de acq. hære. ibi toties, ergo & sua præsumptio proficit, & c.

Octaudo, error vt multoties legitur, sed notabiliter in l. asumptio ad munic. quia illa l. fuit extracta ex lib. opi. Vlp. loquens igitur de errore, exponi debet pro opinione, vt congruat titulo l. Imperatores. de in di. adiec. cum alijs.

Nono consilium. l. Ful. iniur. §. qui si aduersus, quibus ex caus. in poss. eat. secundum inductionem glot. in l. cum qui. §. si. verb. putet me, de iniur.

Decimo, voluntas. l. quia poterat ad Treb. vbi postquam loquutus est Iurisconsultus de opinione eius, qui noluit adire, subiungit, Variæ sunt hominum voluntates, & l. 2. verb. mirabile. de vet. iur. enuc. ibi, & voluntate iudicij magis quam legitima lites dirimebantur. glo. c. iudicium. 3. q. 7.

Vndecimo, putatio. l. cum qui. §. si. de iniur. ibi, nec transferri personæ putatio ex persona filiorum ad eos potest.

Duodecimo, cogitatio. Cic. 2. Academic. ego vero ipse & magnus quidem sum opinator, & meas cogitationes sic dirigo, & c. Tertiodecimo, opinatio. Cic. lib. 2. Acad. credoque Clitomano ita scribenti Herculis quondam laborè atelatum a Carneade, quod vt feram, & inmanè beluam, sic ex animis nostris assensionem. i. opinionem extraxisset. idè in 4. Tuscul. postquam tradidit plures definitiones subiungit. Opinacionem autem, quam in oēs definitiones inuoluisimus.

Quartodecimo, consuetudo, vt in 8. dist. per rot. ad differentiam veritatis. Sciendum est tñ, quod opinio, suspicio, præsumptio, arbitrium, iudicium, credulitas, immo & certitudo, & scientia, præsertim in materia subiecta, aliæque huiusmodi nomina, & vocabula sunt potius magistralia, et iuris: ideo super illis non est faciendâ vis magna, nec de illis pertinaciter disputandū, vt per Abb. in c. quarto. de præsumptio. in 2. col. vero ego, & in col. fi. & per Pau. de Cast. conf. 2. vol. j. Visis oibus, vbi de credulitate, & opinione pmi. c. uè loquitur, & pariformiter determinat. & Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deli. quæst. 3. dicit, quod certitudo, & vehemens opi. æquiparantur, & Cic. in 3. Tuscul. sapissime iungit tanquã Synonima, opi. iudicium, & cogitationem. sunt enim opinio,

5 opinio, & falsi supradicti gradus, & media, que deducit ad cognitionem, & scientiam incognitorum, vt docet Barto. in l. ad monendi. de iur. iur. que cum sint multum propinqua ad inuicem, non est mirum, si secundum accidentia, & facti contingentias, vnum pro altero usurparur. in habentibus enim similitudinem facile, & vstitutum hoc esse solet. l. Centurio. de vulg. & pupil. cum aliis, sed videnda sunt opinionis significata.

S V M M A R I A.

- 1 Verbum opinio quas significaciones habeat, & quod accipiatur pro iudicis sententia, & eius voluntate, pro ritu & consuetudine, pro effectione, pro fama, pro rumore, & pro peccato.
2 Eama dupliciter considerari solet.
3 Et auctoris opi. refertur.
4 Diuersitas nominum facit diuersificare speciem.

De Opinione significatibus.

Caput VI.

PRIMO denotat sententiam iudicis in scriptis latam, vt in l. eos. super ijs, iuncta glo. C. de appell. ibi: opinio est que suas iudices, & exempla ad scriba transmittant. & in l. a proconsulibus eo. tit. ibi: ita vt appellati iudex prebeat opinionis exemplum. in l. sciendum C. de appell. rec. ibi: eum qui appellationem non recipit, opinionem suam confessum per relationem manifestare. Secundò: voluntatē iudicis l. decertationibus C. de epis. Aud. ibi, & eos secundum eius opinionem disponat. & per Bart. in l. de minore. §. plurium de qua. dū inducit l. de quibus de legibus. Tertio, p. ritu, vel cōsuetudine ponitur in c. si. qui fil. sint legi. Quarto: affectionem, & cōstitutio nem l. locus de verb. sig. vb. dicitur, ceterū adeo opinio nostra, & constitutio nostra locum ad s. fundo separat, vt & modicus locus possit fundus dici, non enim magnitudo locū separat, sed affectio nostra. Quinto, famam, vt volunt glof. in lege. i. C. ex quibus causis in irog. in leg. penul. §. existimatio. C. de var. & extraord. cogn. & in alijs locis, quod Bart. in leg. de minore §. plurium de quaest. & Bald. in dict. l. i. C. ex quibus causis in irog. & Bal. in l. ea quidem C. de accu intelligunt de fam. i. que est in homine, non de ea, que est inter homines, & sic duplex reperitur fama, prima que est in homine que semper est in bona parte & que appellatur ille fame dignitatis status d. §. existimatio, alia que est inter homines de aliquo genere bonitatis vel malitie, & que appellatur communis opinio. Sed obiter volo hic dixisse, qd nunquā satis preceperant differentiam. mihi enim videtur, quod vna tantum sit fama, illa scilicet, que est inter homines de aliquo homine, vel de aliqua re, que sic dicitur a fando iux. illud, fando aliquid si forte tuas puenit ad aures Beli de nomen Palamedis, & in l. ea fama gloria, vult Bart. in d. §. plurium. illa vero, quam dicunt esse in homine non vocatur fama ab aliqua lege. nec quidem vocari debet, quia ille homo, qui habet eam non loquitur seu non fatur de se, & quia vocatur status & dignitas illa fama, vnde mihi videtur dicendum in effectu quod non sit fama, sed illa bonitas, que ex iuris presumptione censetur esse communiter in omnibus l. merito, pro loc. & donec non committunt aliquod scelus, omnes homines tenentur ita credere, & opinari vn° de alio l. non omnes. §. a Barbaris de re milit. opinio ergo significabit eam, que est in mente vnus, vel ea, que est apud omnes, que tunc vocatur communis opinio, & si profertur est fama, vt suo loco videbimus. vnica ergo est fama nō duplex, & ea est inter homines, que verò est in homine dicitur existimatio. cum ergo diuersa nomina, & diuersas definitiones habeant, cur non etiam quid diuersum censenda sunt? si idem. C. de Codicil. Hec dicta sint dubitandi gratia, pro vt vere semper dubitauit, non animo recedendi à communi doctrina. presertim cum Moderni non differant ab antiquis, Marian. in c. qualiter, & quando de accus. Marsil. in l. de minore §. plurium. Paul. Gril. in suo tract. de fama. Sex rō. Rumorē denotat L. ius lib. 3. loquēs de decē viris opinio etiam sine Aurore exierat, eos non in presentis modo temporis iniuriā conspirasse &c. Rumor enim est qui caret Aurore non opinio. Septimo, peccatum. Nam opinari pro peccare legitur apud Cic. lib. 2. Acad. Carneadem autē

etiam heri audiebamus solitum esse delabi, interdum vt diceret, opinaturum, id est peccaturum esse sapientem, sequitur opinionis qualitates.

S V M M A R I A.

- 1 Opinio vera an dicatur cum leges particulares non habeantur decisue.
2 Opiniones vere quales sint ex mente auctoris.
3 Opinio que discrepat à vero vel verosimili falsa dicitur.
4 Opinio an possit se habere & ad verum & ad falsum.
5 Opinio euidenter falsa potest appellari temeritas & presumptio.
6 Credens vehementer adhuc falli potest.
7 Opinio bona ex quibus fundari dicitur.

De opinionis qualitatibus.

Caput VII.



VANDO non habemus legem particularem de aliqua re, sed tantum opinionem alicuius doctoris, que adeo propè est veritatem, vt nihil amplius desideretur, nec quæ ratur, illa dicitur vera

1 Opinio, seu verior quando comparatum sit pro suo positio. l. dedi. §. si quis quasi, de cond. cau. dat. cum similit. hinc dicitur opinio glo. est vera, opinio Bar. est vera, & aliorum, & Cic. 2. de fin. Mihi quidem ea verè videntur opiniones, que honeste, que laudabiles, que gloriose, que in senatu, que apud Populum, que in omni cætu contiliōq. proferendæ sunt, vt id nos pudeat sentire, quod pudeat dicere, vbi habes etiam discriptam ipsam veram opinionem.
2 Si opinio discrepat à vero, aut à verosimili dicitur falsa, d. l. de si. §. si quis, ibi, opinione falsa deceptum, & l. interdum §. si de sur. ibi, si vere siue falso putet, ca. hæreticus 33. q. 3. Hæreticus est, qui falsas opiniones vel gignit, vel sequitur, & Ang. lib. 3. con. Acad. c. 13. in falsas autem opiniones huiusmodi turba presertim est tuere parata. & Cic. primo de si. sapientia est adhibenda, que & terroribus, & cupiditatibus detrahit, & omnium falsarum opinionum temeritate direpta, ceterum se nobis prebeat ad voluptatē. Sed Abb. in c. à nobis, de sent. ex cō. appertē dicit, quod opinio potest se habere ad verum & falsum, & id per illum tex. vbi quod opinio fallit, & fallitur. & idem Abb. in c. quantē, de sent. ex. c. dicit quod opinio euidenter falsa potest appellari temeritas, & presumptio quædam per illum tex. Vehemēs, de qua per glo. in l. 2. eadem labeo. de aq. pl. arc. & aliam gl. in l. scire de legib. Differt autē hæc à vera opinione, quia vera dī illa que videtur non posse falli, & quando non videtur amplius aliquid ignorari, qui vero vehementer opinatur adhuc falli potest, vt dicit glof. in d. l. scire, item dicitur ignorari id de quo habetur vehemens opinio, Bart. l. si quis extraneus. §. sciendum, de aq. her. Bona l. 2. §. quibus C. de vet. iur. enucl. ibi Constantinus, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendauit, nec refert quoad propositū nostrum quod ibi intelligatur de opinione, que est communis, & idem quod fama: Hæc autem bona opinio formatur
3 Ex bonis moribus vt vult glo. in Auth. de hered. & fal. §. hinc nobis. verb. si vero. Potior id est melior in cap. Capellana. de fer. Electa, in leg. tres tantummodo, C. de Epis. aud. Fortis, id est potens, Bar. l. si. C. de pœn. iud. qui mal. iud. Nepharia, in c. in quadam de celeb. mis. ibi fuisse nepharia opinari. Noua in cap. hæreticus 33. quæst. 3. hæreticus est qui nouas opiniones, vel gignit vel sequitur. Vetus à Cic. lib. 1. de diuina. in primis verbis. Mendax. Cic. Mendacium esse opiniones, non oculorum Timagoras, inquit, cum dux videntur ex lucerna nasci flammule. Insolita, arg. l. i. de senat. ibi, quod nec vsquam relatum, est, nec vsquam receptum vt l. i. §. quia autem, de vet. iur. enucl. ibi quorum scrip. à nullis Auctorib. recepte nec vsitata sunt.
4 Incerta, i. §. incertis, Inst. de leg. ibi quam incerta opinione animo suo restator subiiciat. Immutata, in l. qui quis. C. de postul. ibi: opinionis tue imminutionem patietur, in cap. infames. 3. q. 7. verb. item si quis ibi opinionis sue imminutionem patietur. Integra & summa, in l. testium C. de test. ibi, testes summae atque integre opinionis. Eximia, Cæsar, lib. 2. de bello Gal. primò & propter multitudinem Hostium & propter eximiam opin. virtutis prelio superfedere statuit, de Belgis loquēs Publica, in l. 2. C. si ser. aut lib. ad decur. ibi, si verò cū opi. pub. mater eius pro libera haberetur. Erubescenda, Bal. in quodam suo consilio inter consi. Paul. de Cast.

de Cast. nu. 244. vol. 1. Noxia. Ang. lib. de quant. animæ, & in varias noxiæ que opinio. ita labuntur, vt inde liberari nequeant. Grauis. Cic. lib. 4. Tuscul. scientia quædā & opin. grauis non temere assentiens, vnde dicitur è contra leuis, quæ temere assentitur, vt infra. Probata in c. lite. de test. ibi, probata vitæ & opi.

Leuis in ca. licet de probat. vbi Ab. ponit aliqua de leui opinione, supra nu. 24. Deprauata. Cic. lib. 3. Tuscul. natura paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibus que deprauatis sic restinguimus, vt nusq. naturæ locus appareat. Sinistra. in cle. 1. verb. nos autem, de relig. dom. In certa in §. in optionis ver. tert. Inst. de leg. Errans. Cic. 2. de fin. præcipitis vt nostram stabilem conscientiam conseruemus, aliorum errantem opi. aucupemur. Carnalis, c. sicut in sacramentis de consec. distin. 4. Singularis l. labeo §. neque enim de supel. leg. neque enim ex opinionibus singulorū, an verò eadem sit vniciue opinio videamus.

S M M A R I A.

- 1 Homines plures quomodo vnus tantum dici possit.
2 Quot homines tot sententiæ ibid. nu. & rationem vide infra nu. 7.
3 Diuersitas corporum diuersificat animos.
4 Anima creatur post creationem corporis.
5 Contrarius sibi ipsi aliquando dicitur homo.
6 Diuisio populi circa electionem votis faciendas non est reprobata.
7 Homo perspicere nequit ea que sunt spiritus Dei.
8 Homines sicut sunt diuersi facie ita & animo, voluntate, moribus, & opinionibus.
9 Negocia humana varijs de causis pertractantur, alij dolore, alij cupiditate, alij iracundia, & alij similibus.
10 Naturæ hominum dissimilitudo.
11 Bella ex diuersitate opinionum orta dicuntur.
12 Discordia etiam reperitur inter exteriora & interiora hominum.
13 Discordia inter ciuitates, & prouincias.
14 Discordia seu disparitas voluntatis dicitur fuisse etiam in origine rerum.
15 Angeli inter se fuerunt contrarij & discordes.
16 Discordia posita à Deo inter nos & Draconem Diabolum.
17 Contradictiones & pugne rerum omnium vniversalium non sunt admittæ abique supremi motoris prouidentia.
18 Antiqui virtutibus & operationibus contrarijs gloriam affectu dicuntur.
19 Tempora diuersa, que nobis inserviunt.
20 Operationes, que in Deo sunt quomodo sint inter se contrariæ propter eius maximam omnipotentiam.
21 Contrarietas Philosophorum circa cognitionem rerum, & varia dicta secundum eorum varias opinionum resolutiones referuntur. Et primo de vana aliquorū presumptione de se ipso.
22 De prima presumptione aliorum de se ipso.
23 De initio rerum & mundi creatione.
24 De anima quid sit, & vbi sit, de eius intelligentia, & quatuorplex.
25 De summo bono quid sit.
26 De fortuna: an sit vel non sit, & quales sint eius partes.
27 De Dijs: an varia nature.
28 De veritate quid dicatur.
29 Insipientes varias habere opiniones.
30 Opiniones secundum ætatem regulari.
31 Opiniones diuersas Iuris peritorum extitisse tam Ciuiliū quam Canonistarum.
32 Martinus I. C. fuit solus in opinionibus suis contra quoscunque.
33 De baptisimi effectu variæ opiniones inter Theologos.
34 De aqua & vino an in sanguinem conuertantur ca. 8. nu. 33. & num. seq.
35 Accidentia quandoque mutant subiectum, sicut subiectum accidentia mutare dicitur.
36 Corpus humanum, ex quibus rebus componatur.
37 Vnusquisque potest habere suam opinionem in obscuris ac indeterminate dubijs.
38 Io. And. propter opinionem separauit se ab amicitia præceptoris sui.
39 Augustinus & Hieronymus Ecclesiæ columnæ sibi iniuicem contrariarunt, adeo vt vnum ab alio discedere necessarium fuit, & rationem vide infra.

- 40 Dissensio absque odio esse potest.
41 Ex malo plerunque oritur bonum.
42 Veritas ex contrarietatibus prouenire dicitur.
43 Varietates opinionum aliquando bonæ sunt, & in iure ponuntur quatuordecim casus, quos recenset auctor. Varietas opinio. facit quod quælibet pars dicitur iustam causam litigandi habuisse.
44 Opinio doctoris reddit rem dubiam c. 8. n. 44. & n. 47.
45 Fundans se super tex. habente varios intellectus, dicitur habuisse iustam causam litigandi.
46 Iudex videns diuersitatē opinionum in aliquo facto, vnā eligere debet, & secundum illā iudicare, diciturque punctus pro amico.
47 Iudex videns super vno articulo plures opiniones doctorum, si eligat peiorem, & secundum ipsam iudicet an sententia erit valida.
48 Iudex errans in iudicando propter opiniones fortes & potentes hinc & inde, an dignus sit excusatione. Limitatio ad istos tres casus.
49 Error Iuris excusat Iudicem à syndicatu.
50 Iudex an faciat litem suam, si eius sententia fuerit reuocata per Iudicem appellationis.
51 Iudex secutus opi. magistrī sui, si errauerit an excusetur.
52 Scholaris debet tueri opi. præceptoris sui. Et an de necessitate.
53 Credendum an magis sit in dubijs Papæ & ecclesiæ, vel dicitis sanctorum.
54 Non seruans præceptum circa quod reperiuntur plures opi. an excusetur.
55 Hæreticus an ille dicitur qui elegit in disputationibus doctorum vnā opi. sibi a quoerem.

An eadem sit opinio vniciue.

Caput VIII.



ICVT quilibet habet eandem animam specie, vnde Porph. lib. predica. 1. participatione speciei plures homines sunt vnus homo, ita & eandem opinionem, id est consumilem modum aliqua cognoscendi.

SED quo ad iudicium de eadem re vel scientia vel facto quisque habet suam propriam opinionem. leg. labeo verb. non ex opinionibus singulo. & c. de suppl. l. eodem modo, quo dicitur habere suam propriam animam numero diuersam ab alijs, eo quia diuersum & corpus habet eū diuersitatem corporum sequatur & diuersitas animorum. c. quia diuersitatem, de consec. præb. quomodo autem hoc contingat, si non contingit quia anima creatur post creatum corpus illique infunditur ac illud informat & implet, tale quale inuenit, sed potius ac veri? vel qua creatur à Deo & ordinatur ad hoc corpus perficiendum, discutiendum Philosophis relinquamus, nobis sufficit testimonium Pontificis in d. ca. quia diuersitatē item & Iurisc. in l. ob quæ vitia, de edic. edic. ibi, sed vitium corporis vsque ad animum penetrat forte si propter febrem loquantur aliena, vbi apparet corpus afficere animam, & experientia docet homines laborare & opinionibus diuersis & ad inuicem contrarijs, vt multoties etiam quis opinando à se ipso dissideat, & secum pugnare videatur, vt videbimus suo loco Cic. 2. de leg. nō enim recte existimamus que pœna diuina sit, & opinio: vnus vulgi rapimur in errorem, nec verā cernimus morte aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicii, hominum miseras ponderamus, & in i. lib. Sed perturbat nos opinionū varietas hominumque dissensio, facit illud Virgilianum. Hinc dicitur incertum studia in contraria vulgus. Hinc dicitur est nec nouum nec reprehensibile esse populi vota in faciendis electionibus se in duas partes diuide. re c. non est nouum 8. q. 1. propter quod minus mirandum si iij qui præficiuntur non semper ceteris meliores intelliguntur, vt dixit Aug. cuius verba inuenies in ca. sunt in ecclesia in fin. 8. q. 1. Aug. in c. sicut in sacramentis de conse. distinct. 4. si possit fieri vt singuli diligenter interrogarentur, tot diuersitates opinionū forsitan inueniretur, quot hoies numerantur, vbi p. ratione allegat, quia animal homo nō percipit, ea, q̄ sunt spiritus Dei, ex quo et patet ignoratiā ipsam nō solū genuisse opinionem, vt superiori capite demonstrauimus. Sed & opinionum diuersitatem, de qua hic. diuersa enim sunt,

sunt hominum studia, & suo quisque studio maxime ducitur, & alibi dicitur, quot capita tot sententiae glo. c. quia diuersitatem de eodem praebeant. Cic. 1. de fin. sed quot homines tot sententiae. falli igitur possumus, & alibi sicut fumus differetes facile & moribus, ita & animo, voluntate & opinione, & primo de nat. Deo. & c. non est vna omnium facies. Ad Brutum quoque ait, in omni re difficillimum est formam exprimere optimi, quod aliud alius videtur optimum, varia enim sunt iudicia, nec facillima explicatio quae forma maxime excellat & s. de timi. Alij dolore & mouentur, alij cupiditate, iracundia etiam multi afficiuntur, & cum in mala scientes irruunt, tum se optime consulere arbitrantur, itaque dicunt nec dubitant, mihi sic vius est tibi vt opus est facto, face, & in lib. de far. Multa in naturis hominum dissimilitudines & sunt, vt alios dulcia, alios subamara delectent, alij libidinosi, alij iracundi, aut crudeliter aut superbi sunt, alij a talibus abhorreant. Et s. Tusc. alij gloriae seruiunt, alij pecuniae, non enim vt idem ait pro Rosc. in omnes omnia conueniunt, & alibi, suis cuique modus est, quod etiam cecinerunt Poeta, vnde Ouidius.

Paucissimi homines tui sunt, quot in orbe figura. Et Perf.

Mille vniuersa species, & rerum discolor usus, Velle suam cuique est nec toto uiuunt vno.

Et egregius Poeta Thufcus de discordia philosophantium miratus dixit,

Haec ubi est quae, Cuique in del suo uolere per se apparet?

11 Sed nec fratres ex vno utero editi eandem referunt opinionem. vnde illud Fratrum quoque gratia rara, & alius, Fratrem primum maderunt sanguine muri. de Romulo & Remo loquens, vt refert gl. in l. h. de rer. diuif. Item Hieronymus. Roma autem condita duos fratres simul reges habere non potuit, & paritudo dicitur in Rebecchae uero utero Esau & Iacob bella gesserunt. c. in apibus 7. q. 1. Caim fratrem Abel interemit. Hanc eandem pugnam nec in membris sed etiam in membris humanis eiusdem corporis quae fuisse sinit Menenius Agrippa concionabundus, ad plebem que in montem sacrum secesserat, vt habetur apud Liuum libro secundo, cuius oratio est haec.

Tempore quo in me ante non ut ante omnia in vnam consentirent, sed singulis membris suis cuique consilium suum sermo fuerit, id quod ut reliquas partes sua cura suo labore ac ministerio ventri omnia queri, ventrem in medio quietum nihil aliud quam duri corruptatibus suis conspici posse me manus ad os orbem ferrent, nec os acciperet datum nec dentes conficerent, haec tra danti ventrem, sane domare uellent.

Sed quis est, qui nesciat, aut potius, qui non sentiat hanc 12 contrarietatem in vno eodemque homine: inter legem membrorum, & legem mentis, inter carnem & spiritum: audi quae Paulus dicentem non est collatio nobis aduersus carnem & sanguinem tantum, & eundem ad Roma. 2. video aliam legem in membris meis repugnarem legi mentis meae, & ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, haec enim sibi inuicem aduersantur. Immo quod plus est haec eadem proprietates & singularitas, & vt ita dicam suitas opinionis & uoluntatis non modo in singulis hominibus reperitur, sed & quodammodo in animantibus quoque; (haec & multa sequentia sint per prosopeiam dicta) qui rationis sunt expertes, ob eam enim causam sepe dissentiant vsque ad pugnam & eandem, quemadmodum egregie docet Vlpianus in lege prima. s. cum Arietes. ff. si pauper. fec. dic. ubi querit quis arietum vel taurorum commiscerentium primus aggressor & prouocator fuerit, quasi inferat iurisconsultus, etiam in brutis habendam rationem eius qui iure opinionem suam tueatur.

13 Idem affirmandum in mysticis corporibus & pura ciuitatibus & prouinciis, vnde illud quamlibet ciuitatem & prouinciam in sensu suo abundante capit. vt inam 76. distin. & Cato maior cuique ciuitati sua religio est nostra nobis. Huiusmodi quoque uoluntatis disparitas fingitur fuisse ab initio 14 vt ita dixerim, etiam in ipsis rerum & principis procul dubio inanimatis iuxta illud Ouidianum de primo chaos, obstabatque aliis aliud quia corpore in vno frigida pugnant calidis humentia sicis Mollia cum duris sine ponere habentia podus. item & intelligentiae diuinae hoc est angeli ipsi contrarias opiniones & uoluntates vsque ad exitale bellum habuerunt. Factum est enim inquit Apocal. cap. 12. praelium magnum in caelo, Michael & Angeli eius praui a-

bantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, Certum est autem quod pugna illa fuit non aliis armis quam mentis uoluntatibus & opinionibus: statim autem creato mundo, & primis hominibus peccatoribus constitutis, disseminat Deus (cum omni pietate semper loquendo) hostilitatem inter humanum genus & diabolum, dicens Genesis tertio ad serpente, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius, quod confirmat Petrus inquiens: aduersarius uester diabolus tanquam leorigens circuit querens quem deuoret. Et ecclesiastici 33. habetur, hanc uniuersalem omnium rerum contradictio- nem & pugnam non esse absque Dei & prouidentia, dum ibi legitur contra malum bonum est, & contra vitam mors: sic & contra uirum iustum peccator, & sic intueri in omnia opera Altissimi: Duo contra duo, & vnum contra vnum. & August. libro quarto, de ciuitate Dei capit. 13. dicit, Deum ordinem seculorum, tamque pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antithetis hoc est contrariis, & contra appositis honestasse, & sicut contraria contrariis opposita sermone pulchritudinem reddunt, ita quadam non uerborum, sed rerum eloquentia contrariis oppositione seculi pulchritudo componitur. Et in praecipuis Rhetoricis lib. quarto, ad Herenn. in capite de contentione sic legitur, quod si hoc genere contrariorum distinguemus orationem, & ornati & graues esse poterimus. exempla sunt haec. Habet assentatio iocunda principia: eadem exitus amoenissimos affert, inimicis te placabilem, amicis inexorablem praebes, in otio tumultuarius, in tumultu solus otiosus, in re frigidissima cales, in feruentissima friges, tacito cum opus est, clamans, cum loqui conuenit, obmutescis, Ades, abesse vis, abes, reuerti cupis, in pace bellum queritis, in bello pacem desideras, in concione de uirtute loqueris, in praelio per igneam tubam sonitum perferre non potes. Item Quintil. libro nono, uicit pudorem libido, timorem audacia, non otiosi ingenij, uestri auxilij est, dominetur in concionibus, iacet in iudiciis. Apud Salust. in comparatione Catonis & Caesaris Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate uita Cato, ille mansuetudine, & misericordia clarus factus est, huic seueritas dignitate addiderat, Caesar dando, subleuando, ignoscendo, Cato nihil largiendo gloriam adeptus est, in altero miseris perfugium erat, in altero malis perniciis, illius facilitas, huius constantia laudabatur. Haec autem figura legitur suauiter explicata a D. Paulo, secundo ad Corint. capit. sexto cuius uerba quoniam D. Augustinus recitat in supra citato loco, nos quoque transcribemus. sunt enim haec. Per arma iustitiae a dextris, & a sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, vt seductores, & ueraces, vt qui ignoramur, & cognoscimur, quasi morientes, & ecce uiuimus, vt coerciti, & non mortificati, vt tristes, semper autem gaudentes, sicut egeni, multos autem ditantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Hic duxi non praetermittenda diuina Antiteta quae leguntur Ecclesia. 3. ubi tractatur tempore inferuendum a nobis, pro vt omnia fere tempore ipsi inferuunt, Tempus nascendi, Tempus moriendi, Tempus plantandi, & Tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & Tempus sanandi, Tempus destruendi, & Tempus aedificandi, Tempus flendi, & Tempus ridendi, Tempus plangendi, & Tempus saltandi, Tempus spargendi lapides, & Tempus colligendi, Tempus amplexandi, & Tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & Tempus perdendi, Tempus custodiendi, & Tempus abiiciendi, Tempus sciendi, & Tempus confuendi. Tempus tacendi, & Tempus loquendi, Tempus dilectionis, Tempus odij, Tempus belli, & Tempus pacis. Nulli uero dubium, quod ille mundus & elementa omnesque supra narratae creaturae possent fieri, responderent se in huiusmodi contrarietatibus non ob aliud uersari quam ob propriae naturae conditione, & quodammodo opinionis defensionem. Sed & ipse Augustinus ingenij sui diuinitate fretus Antiteta ipsa in Dei operationibus constituit non quidem vt contrarietatem in Summo Opifice detegat, sed vt illius omnipotentiam, magnificet. Ille enim libro primo Confess. capitulo quarto, ait loquens ad Dominum Deum, immutabilis & mutans omnia, nunquam uetus, nunquam uetus, innoans omnia, & in uetustate perducens superbos, semper agens, semper quietus, colligens, & non egens, portans & implens, & protegens: creans, & nutrens, & perficiens, quersens cum nihil desit tibi, amas, nec a stuas, zelas, & fecurus es, ponit tette, &

non dolens, irascens & tranquillus es, opera mutas, nec mutas consilium, recipis quod inuenis, & nunquam amisti, nunquam inops, & gaudes lucris, nunquam auarus, & uaras exigis, & tuper re rogatur tibi vt debes, reddis debita, nulli debens, donas debita nihil perdens. Ex quibus satis constat ueniam eandemque opinionem non inesse omnibus. Sed quae libet hominem, immo quamlibet etiam rem creatam, suam propriam, vt ita dixerim, possidere opinionem. Philosophorum autem monumenta hanc pluralitatem, contrarietatemque opinionum indicant, ea potissimum ratione quod nullam aliam philosophiam uel alterius cuiuscunque scientiae disciplinam quisque eorum probat, praeter eam quam sequitur. Academici, Peripatetici, Stoici, Epicurei, Cyrenaici, Cini- ci, & alij. Academici nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi uolunt, quodcumque uerisimile uideatur. Socrates id uinum tantum se scire, nihil scire, nihil amplius. Metrodorus autem negat scire nos, sciamus ne aliquid, an nihil sciamus, ne id ipsum quidem nescire, aut scire, nos, nec omnino sit ne aliquid, an nihil sit. Empedocles, abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse reperire. Alij nihil posse comprehendendi, sciri, nosci, percipi, non differre uera a falsis, omnia incerta reddi. Econtra Hippas gloriatur est, nihil esse uila in arte rerum omnium, quod ipse nesciret. De initijs rerum & creatione Mundi acriter litigat. Democritus uoluit innumerabiles esse mundos, omniaque ex corpusculorum, seu atomorum concursione, idque fortuito gigni. Thales ex aqua dicit constare omnia. Anaximander inhinitatem naturae esse dixit, a qua omnia gignerentur. Anaximenes infinitum aera, sed ea quae ex eo orirentur, definita: gigni autem Terram, Aquam, Ignem, tum ex his omnia. Anaxagoras materiam infinitam, sed eas particulas similes inter se, minutas eas primu confusas, postea in ordinem adductas mente diuina. Xenophanes uinum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum, neque notum uquam, & sempiternum, & conglobata figura. Parmenides, ignem qui moueat, terram, quae ab eo formetur. Leucippus plenum & inane. Empedocles haec peruulgata & nota quatuor scilicet elementa. Heraclitus ignem. Melissus hoc, quod esset infinitum, & immutabile, & fuisse semper, & fore. Plato ex materia in se omnia accipiente Mundum esse factu censet a Deo sempiternum. Aristoteles, quintam essentiam uocat. Pythagorei ex numeris & mathematicorum initijs proficisci uolunt omnia. Aristoteles uinum quam ortum esse mundum, quod nulla fuerit tam praecleari operis inceptio, Stoici fore aliquando ut omnis hic mundus ardore flagret, interim uero esse sapientem, habere mentem, omnia moderari, mouere & regere, Solem, Lunam, Stellam, mare, Deos esse. De anima non minus inter eosdem cerramen, An sit, Quid sit, ubi sit. An habeat tres partes rationabilem, irascibilem, concupiscibilem. An sit uia & simplex, mortalis an immortalis. An sit ignis, An sit sanguis, An quid aliud. De summo & bono etiam obstinate contendunt. Aliqui uirtutem. Epicurei uoluptatem, & honestatem. Calipho uoluptatem, & honestatem. Hieronymus uacare molestia. Carneades, frui his rebus, quas primas natura conciliauisset. Alij indolentiam, seu uacuitatem doloris, seu non dolere. Aristoteles, uirtutis usum cum uite prosperitate coniunxit. Pugnans Stoici cum Peripatetis. Alteri negant quicquam esse bonum, nisi quod honestu sit. Alteri, plurimu se, & longe, longaque plurimu tribuere honestati, sed tamen in corpore, & extra corpus esse quaedam bona. Rursus qui uoluptatem summum bonum esse consentiunt, in statuendo quid sit uoluptas non parum inter se dissentiunt. Alijenim iustum motum in sensu, seu eam quae maxima dulcedine sensum mouet. Alij uacuitate doloris, seu eam quae dolore caret. Vt in summa concludi posse uideatur, nihil bonum nisi honestum, ut Stoici. Nihil bonum nisi uoluptatem, ut Epicurei. Nihil bonum nisi uacuitatem doloris ut Hieronymus. Nihil bonum, nisi naturae primis bonis, aut omnibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos dicebat.

Vides, omnes sapientes cum dissident de definitione summi boni, de omni uita ratione dissidere. ratio enim uita definitione summi boni continetur. De officio consolantis sunt qui putent, malum illud omnino non esse, ut Cleathi placet. sunt qui non magnum malum, ut Peripatetici. Sunt qui adducunt a malis ad bona ut Epicurus. Sunt qui satis putant ostendere nihil inopinati accidisse, nihil mali. Crisippus autem caput esse censet in consolando: detrahare illam opinionem moerenti si se officio fungi putet iusto, atque debito. Praeterea non solum circa uniuersalia, ac rerum principia, sed de rebus particularibus habuere ipsi Philosophi opiniones proprias, & particulares & non tantum ab inuicem, sed a communi consensu omnium discordantes. Primum dissentiu in statuendo sit, uel non sit fortuna: quae tamen eorum omnium fuit praecipuum nume, vnde Pacuius. Fortunam insanam esse & caecam & brutam perhibent philosophi, Saxoq. insistere globoso praedictant uolubili. Ideo quo saxu impulit fors, eo cadere fortunam autumant. Caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quo sese applicet. Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq. sit. Brutam, quia dignum atque indignu nequeat internocere. Sunt autem alij philosophi, qui contra fortunam, negant Misericordiam esse uillam, sed temeritate omnia regi, id magis. Verisimile autem quod uisus reipsa experiundo edocet. Vnde Orestes modo fuit rex, modo medicus factus est. huc de fortuna.

27 De caeteris dijs eorumque natura & uariae sunt Doctissimorum hominum discrepantesque sententiae. plerique Deos esse dixerunt, dubitare se Protagoras, nullos esse omnino, Diagoras melius, & Theodoros Cyrenaicus putauerunt, qui uero Deos esse dixerunt, tanta sunt in uarietate, ac diffensione constituti, ut eorum molestum sit omnium numerare sententias. Quemadmodum d. Paulus in Epist. ad Rom. c. 1. melius ceteris hoc explicat ibi, cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrum & quadrupedum, & serpentium.

28 Circa ueritatem & autem Protagoras, id cuique uerum esse putauit, quod cuique uideretur. Cyrenaici solas per motiones intimas. Epicurei, in sensibus & in rerum initijs & in uoluptate constituerunt. Plato, omne iudicium ueritatis, ueritatemque ipsam abductam ab opinionibus, & a sensibus cognitionis ipsius, & mentis esse uoluit. Aliqui dixerunt non esse sapientis opinari. Alij similitudines tollunt. Xenophanes habitari in Luna, eamque esse terram multarum urbium, & montium. Nicetas Syracusanus, Caelum, Solem, Lunam, Stellam, supra denique omnia, stare censet, neque praeter terram rem uillam in mundo moueri, quae cum circum axem se summa celeritate coeuerat, & torqueat, eade effici omnia, quae si stante terra coelum moueretur. Anaxagoras niuem nigram dixit esse, quae sciret aquam vnde illa concreta esset, nigram esse. Stoici omnia peccata esse paria tradiderunt, quos Horatius in his carminibus reprobatur.

Quis paria esse fore placuit peccata, laborant: Quin uentum ad uerum est sensus moreq; repugnant, Atque ipsa uisitas iusti prope mater & aqua, & infusa, Nec uincet ratio hoc tantumdem, ut peccet idemque, Qui tenens caules alieni feregerit horti. Et qui nocturnus diuum sacra legerit, an sit Regula peccati, quae penas irroget aequas. Nec uenica dignum horribili sectere flagello.

Huiusmodi igitur chaos opinionum iustam causam praebuisse uidetur Gellio illi, Athenis philosophos qui tum erant in locum unum conuocandi, ipsique magnopere auctorem fuisse ut aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. Et non ignoro quod Petrus And. Gammar in suo tractat. de ueritate ac excell. leg. scientia. numero, 8, recenset fere omnes supra scriptas diuersas opiniones, sed utrumque legisse non pigebit.

Non solum autem philosophi, sed & gramatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

29 Quinimo & insipientes licet careant sanitate intellectus, & ferme opinionibus, opiniones tamen suas quodammodo.

modo habere ipsi quoque dicuntur inanes quidem puta cu...

30 sic ut officia non eadem disparibus aetibus tribuuntur...

De quarum aetatum morumque diuersitate Arist. method. in Retoric. ad Theodec. vt non dubites etiam eundem hominem...

Nam Attreus Capito in iis que ei tradita fuerant, perseueravit: Labco ingenij qualitate & fiducia doctrinae fretus, quod prae caeteris sapientiae operam dederat, plura innovare instituit...

De Proculianorum quoque Sabinianorumque praелиis meminit in particulari Imperator in § cu ex aliena. Infit. de rer. diuis. nec discordat ille locus a superioribus, dum loco Cassianorum hēt Sabinianorum, quia Sabinus fuit successor, & assecla Cassij. Peruenitumque est ad nostra vsque tempora...

32 Quid vobis videret de Martino § illo singularium opinionum turbidissimo fonte: a quo ortum est adagium contra nouarum opinionum inuentores, & sectatores, vt Martini opinionum vocentur, qui semper solus erat in opinionibus suis, vt refert el. Reg. c. accl. super Reg. de annal. Quid illis qui hodie eum se qui imitarique gestiunt? qui dum sibi ipsis solis placent, caeteris omnibus displicent.

Hic Martinus legum humanarum, profecto fuit umbra & typos Martini legum diuinarum, immundissimi scilicet Lutheri, qui ab hoc saltem deterreri potuit: a suis sacrilegis opinionibus, quod in illis inuenitur solus, solus enim iure dicitur, quod eius opinionis Romana & sacrosancta Mater in uersalis ecclesia, aut semper damnauit aut nunquam acceptauit. Sed ad inuentum reuertamur ab ipsi Pontificij iuris auctoribus in Clei. de sum. trin. vbi hec habentur de baptismo paruulorum, verum quia quantum ad effectum baptismi in paruulis reperitur doctores quidam theologij & opiniones contrarias habuisse, quibusdam ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi paruuli quidem calpam remitti, sed gratiam non conferri, aliis contra asserentibus, quod & culpa eisdem in baptismo remittitur, & virtutes, & informans gratia infunditur, quo ad habitum & si non pro illo tempore quo ad vsum. Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, que per baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam que dicit ta paruulis, quam adultis confertur in baptismo informantem gratiam, & virtutes, tanquam probabiliorē & dictis sanctorum & doctorum modernorum Theologiae magis consonam, & concordem, sacri approbatione concilij duximus eligendam.

Item in capitulo, cum Marthae, de cel. bra. miss. Quae siui- 34 si etiam vtrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur, super hoc autē opiniones apud scholasticos variatur. Aliquibus enim videtur, quod cum de latere Christi duo praecipua fluxerint Sacramenta redemptionis in sanguine, ac regenerationis, in aqua, in illa duo, vinum & aqua, quam commiscetur in calice diuina virtute mutantur, vt in hoc Sacramento plene sit veritas & figura. Alij verò tenent, quod aqua cum vino transfusibilantur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino licet physice contrarium asseruerit, qui aquam a vino per artium posse asserunt separari: praeterea potest dici quod aqua non transeat in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumiuncta, ita quod vini saporem assumit, quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum immittatur in calicem, illud quidem non trahit in sanguinem nec sanguini commiscetur, sed accidentibus, prioris vini commixtum, quod sub eis latet vndique circumfunditur, non madidans circumfusum, ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur asficere: quia si aqua fuerit apposta vini saporem assumit.

35 Contingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & contingit subiectum accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur: sed inconueniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur, cui legatur de eius corpore processisse, verum inter opiniones praedictas illa probabilior iudicatur, que asserita quam cum vino in sanguinem transmutari, vt expressius eluceat proprietates sacramenti, & quae sequuntur. Et in c. in quadā eo. tit. in quadam nostra decretali epistola asseris te legisse illud fuisse nepharium opinari, quod quidam dicere praesumpserunt, in sacramento videlicet eucharistiae, aquam in flegma conuerti, nam & de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiumur exisse, & inferius soluendo in ver. ceterum, dicitur, sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita procul dubio, vera aqua, nam si non fuisset aqua, sed flegma quod de latere Saluatoris exiit, ille qui vidit & testimonium veritati perhibuit, profecto non aquam

aquam sed flegma dixisset, nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, cum per Sacramentum baptismi non regeneremur in flegmate, sed in aqua: neque per hoc posset vero argumento probari, quod in Sacramente eucharistiae miscenda sit aqua vino, si de latere Christi non aqua sed flegma cum sanguine profluxisset. sed nec vera fuisset figura, quae super hac re praecellit in veteri testamento, quoniam Moyses virga percussit silicem, & ex ea non flegma, sed aqua emanauit. Restat igitur vt qualiscunque fuit illa aqua, siue naturalis siue miraculosa sit de nouo, diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta procul dubio vera fuit, cum naturaliter possit & compositum in componentia & elementatum in elementa resoluti. Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra aqua aer & ignis, & ad vegetationem eiusdem corporis quatuor humores consimiles illis conueniant, videlicet sanguis color flegma & melancolia, vt veritatem humani corporis expressius demonstraret vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit, illa que potius ex illis, & ex istis que magis misterio congruebat, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem, in quibus duobus duo maxima Sacramenta redemptionis videlicet & regenerationis elucet.

Et in eodem c. nos igitur ad tuae supplicationis instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptiuum vt miseri Ariani. Alij Christum non fuisse verum hominem, sed fantasticum vt Impij Manichei, sed aduersus huiusmodi haereses Ioannes Apostolus in epistola sua loquitur dicens, tres sunt qui testimonium dant in caelo, pater verbum & spiritus sanctus, & hites vnum sunt, in Clem. ne Romani, de elect. Ne Romani pontificis electioni, indeterminata opinionum diuersitas aliquod possit obstaculum vel dilationem asserre, & c. In c. Capellanus, de fer. in fi. Quia ergo consulti fuimus vtra istarum opinionum potior videretur. In cap. literas, de restit. spol. ver. sane. Sane circa solutionem proposita quaestio, diuersae sunt sententiae diuersorum, & c. Et postea recitatis singulis opinionibus subiungit Pont. Rom. Nos autem ad praesens nullam de praedictis sententiis reprobamus. Ex quo apparet, diuersitatem opinionum esse quandoque adeo magnam vt nullam eligere sciamus. Tolerabile tamen esse forsitan videretur, quod quisque suam propriam opinionem, in obscuris ac indeterminatis negotiis haberet, iuxta illud, quilibet in suo sensu abundat, vt demonstratum esse credo, dummodo in illius amore non insaniret. Quis autem crederet quod Ioannes And. lumen iuris Canonici separasset se ab amicitia magistri sui, vt reor Archidiaconi, ob opinionis propriae defensionem, nisi ipse hoc diceret in Reg. quod alicui gratiosus in Merc.

Præterea fuit necessarium promulgari specialem legem per Ro. Pont. contra nonnullos, qui autumabant, haereticum esse celebrare officium conceptionis gloriosissimae Dei genitricis vt in extrauag. Six. 4. incip. graue. de reliq. & vne. sanc. tanto illi propriae opinionis flustio ducebantur, Augustinus & Hieronymus columna ecclesiae, alter in Africa, in Illirio alter, adeo propriis opinionibus tribuunt, vt Italia media praeliū inter eos prohibere non potuerit: quod eorum epistola ad inuicem conscripta demonstrant. Legitur actum quintodecimo, quod dixit ad Barnabam Paulus. reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates. Barnabas autem volebat secum assumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus, Paulus autem rogabat eum (vt qui discessisset ab eis de Pamphilia, & non esset cum eis in opus) non debere accipi. facta est autem dissensio ita vt discederent ab inuicem huiusmodi tamen dissensio fuit sine odio, & tanquam ipse homo secum tanquam rarissima dissensione condians cōtensiones plurimas, vt in alio proposito dicit August. lib. 4. confes. cap. 8. & non fuit ambitiosa, nec circa dogmata vel articulos fidei, sed contingit ob defectum ignorantiamque humanam. Non enim fecerat Apostolus, vt definerent esse homines, & vterque intendebat bonum, sed vni videbatur esse bonum, alij aliud, secundum S. Thom. & Christ. vult in Paulo fuisse sceleritatem, in Barnaba lenitatem prospicientē saluti Marci. Ex quibus hucusque deductis collare vt non posse dici, quilibet vna eadeque opi. duci, sed potius propria, & diuersa, ab alijsq; contraria, adeoque illa nonnunquam colere, vt ad sectas aliasq; res maiores incommoda vt plurimū deducta fuerit. Sed quia ex maiori, vt plurimum oritur aliqd bonū, ideo quodammodo pro circū quēdā, & rerū vicissitudinē ex praemiss. opin. varietatib.

42 & contrarietatis, rursus quādoque deuenitur ad expetitā veritatem in pri. parēte obtenebratā, quē admodum ait Plat. omne iudicium veritatis, veritasque ipsa ab opi. deducitur, & scriptura inquit. Post industrialium, sequetur sapien. id. n. qd a plurib. quaritur facilius inuenitur, & per exercita. & multi pl. magistrorum dubia in iure clarescunt. Abb. ca. de multa. de praeb. Item resultant quoque nonnulli boni effect. ex contrarietatis opi. huiusmodi, vt ex dissensione Pauli, & Barnab. opera. n. est illud bonū, quod secedēdo ad regiones plures, magis late peruulgata fuit veritas Euangelica, quod non euenisset, si vterq; eod. pfectus fuisset. Augustini quoque & Hieron. altercatio profuit ad dilucidationē aliquarū difficultatū noui testamen. Quare, & a nostris Doct. not. nonnulli licet casus quib. opi. discordia est p. scua. Prim. quod vbi est varietas opi. qualibet pars dici pot. habuisse iustā causam litigandi, & excusare ab expen. Cast. pl. 308. Dec. ad cap. 1. de cōst. in fi. & post eū alij ibi. Secundus, quod idē procederet si haberet cōsultū alicuius Doc. tm. p. se, qd exinde appare. 44 ret illā causam esse dubiā in iure. opi. n. Doct. reddidit rem dubiā, & ipse habuit iustā causam credēdi approbato viro. Videatur Marfil. qui post oēs refert iura, & rōnes ad hoc in l. patre vel marito, de q. n. 3. Tertius, quod idē erit si iudex appel. reuocaret. i. senten. per aliā opi. approbatā, vt per eū de Marfil. ibi. nu. 36. Quar. quod idem esset si pars fundasset 45 intentionē suā super tex. habente varias lecturas. Abb. c. calūniā. de pœ. quia eius, quod multipl. exponitur veritas ignorat, vt per eundē Marfil. vbi sup. n. 3. Quintus, qd est di 46 uersitas opi. in aliquo facto iudex pot. eligere vnam, & fm illā iudicare, & vocatur punctus p. amico. Rot. in antiq. de refer. decisi. 774. die quod aliquoties, & secun. nouiss. imp. p. est. 5 per Doct. in c. ne in iuris. de const. & Ab. in c. 1. in fi. de const. Sextus quando super aliquo passu, sunt opinionones doct. tūc si iudex eligat vnā, licet malā, non erit sententia 47 nulla. Bar. l. qui Romē. §. duo fratres de verb. obl. vbi dicit quod opi. Doct. faciunt rem ambigūā, & ad hoc gl. in vers. certa, in §. quib. in pri. const. Septimus, quod qn in casu iudi 48 cādo sunt opi. ita fortes quod quandoque; seruat vna, quādoque; alia, tunc iudex excusatur, quia errauit errore pbabili. Bar. in l. pen. C. de pœn. iud. qui mal. iud. in fi. limita supra. dic. tres casus per ea qd ponit Fel. referēs alios in c. fi. in 2. fal. in 2. limit. ver. resp. pot. in fi. de const. quod non tener actus gestus ante l. declaratoriā vigore opin. vnus Doct. pro qua non esset cōsuet. in illo loco, & ideo de acquisitis ex tali opi. tenetur quis ad restit. licet aliam pœ. non incurrat. O. stauis 49 error iuris excusat iudicem in synd. qn est prob. propter var. opi. Mil. i. ver. error iuris. Ab. c. 1. fi. de cōst. Non, iudex 50 non facit litem suam qn iud. appel. reuocat pri. fen. sequens al. opi. ex mente Bal. vt refert Marfil. in d. l. pat. vel mar. n. 36. 51 Decimus, si iudex seq. opi. magistri sui, qn tamen est Doct. appro. & doct. n. & non solitus, plimitur. n. imperitia in eo qd seq. tales op. per eundē Marfil. vbi n. 37. Et intellige supra. dic. seruata tñ veritate Ab. c. 1. postul. prael. n. 2. Quilibet. n. 52 debet defen. opi. magistri sui l. dicere. §. quāuis. de arb. ita fecerūt discipuli Seruij Sulpitij, qd secuti sunt opi. magistri sui in l. quēstū. in prin. de fun. instr. lan manumit. de manu. vin. ego quidē inquit memini labolenū praecip. meū in Aphrica, & in Siria ser. suos manumississe cū con. praerberet, ex ep. eius sequutus, & in praetura, & i. consulari meo quosdā ex seruis meis vindicta liberaui, & quibusdā praetorib. cōsulen. tib. me. idem resp. & dix. Old. in d. l. quāstū, quod probabil. seq. quis opi. sui Doct. & ab. in d. c. 1. de post. prael. quod disci. pulus in practica debet sequi Doct. suū, & defen. eius opi. seruata tñ veritate, vt dictū est. & est gl. in c. cū beatiss. 24. q. 1. reliq. vide in syl. nup. lib. 5. n. 3. 8. supra scripta tamen non intel. ligas de necessitate, iure. n. potuit Horat. dicere. Nullius ad. dictus iurare in verba magist. nec cuiquā pbantur Pythagorici, quos ferunt si quid affirmarent in disputā. cū ex eis que reteretur: quare ita esset, recipōder solitos, ipse dixit, de p. cep. 53 intelligentes. Vndecimus, quod in ambiguitate opi. magis creditur Pap. & leg. Canon. quā dicitur a forū, Mar. Lau. in tract. de Prin. cōcl. c. 5. alleg. Io. an in ca. per venerab. q. fil. 54 sunt legi. Duodecimus, non seruās praecipitū, circa quod reperiunt plures opi. excusatur a peccato. Abb. ca. capellanus 55 de ser. n. 6. Tertius, decimus, qn est disputatio inter Doct. eligens vnā opi. qd sibi magis placet, non est haer. ibi. in apostil. vbi alleg. Bal. Quartus, decimus, multiplicitas opi. quae deueniat ad sectas, & schismata fuit causa vt res deduceretur ad vnitatem, & vnus pastor electionē. arg. c. leg. 93. dist. vbi sunt haec Hierony. verba. Quod aut postea vnus electus est, qui caeteris praeponebatur, in schismatis remediū factū, Com. opi. Tom. 4. CCCCc 2

ne vnusquisque ad se trahens Ecclesia Christi rumpere licet. n. ibi loquatur in particularib. Ecclēsiis & Episcopis: militat tamen ratio eadem in vniuersali quoque.

S V M M A R I A.

- 1 Verum differt à veritate, & quomodo & qualis præfatiō.
2 Veritas diuina quid sit.
3 Pium vnde dictum.
4 Pulcher quomodo differat à pulchritudine.
5 Castitas à casto.
6 Mendax fuit primus Diabolus.
7 Iesus non solum veritas dicitur, sed est plenus veritate.
8 Iesus cur dicitur via, veritas, & vita.
9 Veritas est incommutabilis, super omnia vincit, arctatque nos supra naturam ad credendum.
10 Veritas diuersimode consideratur.
11 Veritatis laudes, diffusius.
12 Iudex dicitur minister Dei.
13 Bonorum ingeniorum insignis est in dolos in verbis verū amare, non verba.
14 Veritas reuelata debet opinionibus præualere.
15 Veritas concurrens cum fictione quando vincat.
16 Scriptura i cōtra dicit nō magis quā veritas spectari debet.
17 Veritas disputationibus, & oppositionibus magis elucescit & melius inuenitur.
18 Veritas magis oculata fide quā per aures in aures hominum insiguitur.
19 Simplicitas contrahentium abutens vocabulis non inficit veritatem.
20 Occultans veritatem, & mendax pari passu ambulat.
21 Iesus interro. à Pilato quid esset veritas, cur nihil respon.
22 Veritas humana est triplex.
23 Filius pro veritate potest patrem corrigere.
24 Veritas sensus plerumque amittitur, dum proprietates verborum attenditur.
25 Qui adulatur decipit, qui verò affectione postposita secundum veritatem dicitur consulit.
26 Melius est pro veritate pati supplicium, quā pro adulatione beneficium.
27 Iudex tenetur iudicare secundū veritatem, quā sibi cōstat ex actis coram eo factis, non secundum conscientiam.
28 Prædicator non tantū nō dicitur, qui pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille qui libere veritatem non pronuntiat vt debet.
29 Sacerdos debitor est prædicare veritatē, quā à Deo audiuit.
30 Natura cupiditatem ingenuit homini veri inuenicendi.
31 Veritas alio modo diuiditur.
32 Veritas facit veritatem & ita in veritate.
33 veritas aliqua an in diabolo existat.
34 Veritas, quid significet.
35 Veritas licet in aliquo obscuretur non tñ in totū tollitur.
36 Veritas odium parit, quomodo hoc dictum intelligatur.
37 Veritas cū omnia supereminet, ideo præfertur opinioni.
38 Error aliquando pro opinione sumitur.
39 Possidet pro emptore, qui re vera emittit.
40 Existimatio furtiuentis nihil mutat. (ex opi.
41 Clā fieri cōtra eū dicitur ad quē negociū verē pertinet nō
42 Ius & bonum à natura non ex opin. constitutum est.
43 Natura propensū sumus ad diligendos homines.
44 Bonum an consistat in opin. vel in natura.
45 Aditio hereditatis in animo consistit.
46 Furtum ad hoc vt propriè dicatur, quid requiratur.
47 Deus respicere dicitur animos hominum.
48 Iurans licitum, quod credit illicitum, & iurans verum quod credit falsum, est periuus. (bere debet.
49 Præiudiciū ei generari nō dicitur, qui de iure aliquid habet.
50 Bigamus quando dicitur. (teri parti.
51 Aduocatus vnus partis quando, & quō dicitur nocere al.
52 Sacerdotes cur aduocare non possint.
53 Titulus putatiuus præbet causam præscribendi. (esset.
54 Vxor putatiua cōmittēs adulteriū punitur verē ac si vxor
55 Vfurarius in loco in quo purabatur licita an sit vfurarius.
56 Vfurarius est delictum merè Ecclesiasticum.
57 Homo debet considerare quid Deus sit opin. nō definitio.
58 Veritas an opin. in criminalibus attendatur.
59 Et quōd opin. præferatur secundum opin. Philof.
60 Mos, & consuetudo nunquam vincit natura.
61 Ira & amor in opin. dicuntur, & 65.
62 Perturbatio animi in opinione dicitur.
63 Aegrotationes & dolores, an sint in opin. vel in natura.
64 Virtus moralis requirit verū subiectum circa quod agat,

non autem opinabilem.
65 Veritas, & opin. quandoque simul attenduntur.
An sit plus in opinione quā in veritate.
Caput IX.

V L G A R I S est quæstio apud doct. an magis attendatur veritas, an opi. de quibus videbimus, sed opere pretiū duxi, aliqua prius de veritate ponere. Sciendū ergo est, quod verum & veritas sunt duo verba, & duas res significant, sicut duæ res sunt castum & castitas, & vero veritas est præfatiō, cum si quid verum est, veritate vtique verum est, & cum interit aliquid quod verum est, non interit veritas, illa enim est immortalis, hæc Aug. libr. 1. Soliloquii, quæ tñ nostri non ita exactè, vt qui rebꝫ ipsi principaliter intēri sunt, l. scire leges, delegi. ideo veri, & veritatis significatum passim confundūt. Deinde gl. nostrā in Auth. de si. instr. in prin. & in extraua. sedes Io. 22. ponunt duas veritates, vnā diuinā, alterā humanā.
2 Veritas diuina est cognitio diuinitus tradita supra facultatem intellectus creati siue in sacris literis explicata. Item & multo præstantius: veritas diuina est ipse Deus. Hinc dictum est, qui veritatem sequitur Deum seq. 1. 1. q. 3. ca. quicquid quis, & Io. 14. Iesus Christus de se loquens, ait, ego sum via, veritas, & vita, & pater, qui me misit verax est. super quibus verbis audi Aug. in trac. 3. 9. Et hæc est illa veritas, quā idem Aug. incommutabilem vocat super Io. Tract. 4. 1. Hæc eadē dicitur super omnia vincere 3. Eldr. c. 3. glo. c. frustra 8. dist. pater verax. filius veritas, quid putamus esse amplius: cogitemus si possumus, quid sit amplius verax an veritas: de quibusdam quærimus, pius homo, an pietas? Sed plus est ipsa pietas, pius enim & à pietate, non pietas à pio. pōt enim esse pietas, & si ille, qui pius erat, factus est impius, ipse perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Quid itē pulcher, & pulchritudo? plus est pulchritudo & quam pulcher. pulchritudo enim facit pulchrum, non pulcher facit pulchritudinem, castus & castitas planè plus est quam castus, si enim castitas non esset vnde esset iste castus non haberet: si autē noluerit esse castus, castitas integra perseuerat. Si ergo plus pietas & pius, plus pulchritudo, quam pulcher, plus castitas quā castus, nunquid dicitur sumus plus veritas, quam verax? si hoc dixerimus, filium incipientem dicere patre maiorem, filius veritas, pater verax, quid plus sit quæro, sed æqualitatē inuenio. Verax enim pater, non ab ea veritate verax est, quam genuit, cuius partem coepit, sed quam totam genuit veritatē. Hæc ille, & alibi tñ. D. Iesus Pilato dixit, ego ad hoc veni in mundum, vt testimo. perhibeam veritatem quod ita expo. Aug. in trac. 1. 5. super Euang. Io. Cum itaque Christus testimo. perhibeat veritati, profecto testimo. phibet sibi, eius quippe vox est, ego sum veritas, & dixit alio loco, ego testimonium perhibeo de me, & sicut Deus est solus verax, vt dicit Psal. & omnis homo mēdax, ea ratione quia solus Deus est, ipsa veritas essentialiter, omnis autē veritas creaturæ est participata ex prima, & sic solus Deus dicit veritatē ex propriis, omnis autē creatura ex propriis loquitur mendacium, item loqui mendaciū ex propriis attribuitur diabolo principaliter. Ideo euangelista dixit de diabolo loquēs, cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quia mēdax est, & p̄ mendacii, quia fuit primus & mendax, oēs autē alij loquuntur mēdaciū, vel eius suggestione, vel eius imitatione, licet autē hō cum loquitur ex propriis semper dicat mēdaciū, non tñ cōuerso cū dicit mendaciū, loquitur ex propriis, sed aliqñ hoc ab alio accipit. i. ex diaboli suggestione. Et si iudæi fuerunt illi, qui protulerūt verba illa, malos male perdet, de quib. in parabola vineæ, circa quē me remitto ad sanctos expositores, propter quod vñ quod dixerint verum, cum tñ essent membra diaboli. Rñ detur quod dixerūt verum & se, non ex se sicut, Cayphas dixit. necesse est quod vnus moriatur pro populo, vel dixerūt veritatē, quia veritas illis violentiam fecit. Idem quoque D. Iesus non solum est ipsa veritas, sed et plenus veritate, Ioā. 1. quod exponitur, quod habuit oēm, & primā veritatē in se. Itē quia ipse nouit oēm veritatem, iuxta illud Pauli, in ipso sunt oēs thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei absconditi. & paulo post, in ipso inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter. quō autē exponi debeat verba D. Iesu. Spūs Sanctus docebit vos oēm veritatē, an videlicet in hac vita, an in alia te remitto ad Aug. super Ioā. tractat. 96. Veritas est incommutabilis teste Aug. super Ioan. Veritas sup oia vincit. 3. Eldr. c. 3. glo. c. frustra 8. dist. Articulus fidei est indiuidualis veritas, supra naturam, nos arctans ad credendum, Ab. in Rub. de sum. Tri. col. 3. verif. 2. quia gl. & hæc

ro & hæc de veritate diuina. Veritas humana est in genere dici potest, quæ naturali vigore intellect. humani de rebus haberi potest. Item veritas apud philof. signifi. conformitatē intellect. ad rem cognitā. Et veritas humana potest dici notitia certæ rei, max. per visum glo. in Auth. de Instr. caut. in prin. vel indubitata rei certitudo maxime per visum. glo. in extrauag. Ioan. 2. 2. de concess. præb. Veritas est sola, & iuxta illud c. 2. Acad. Nostra in quies sola vera sunt. cettē sola si vera, plura enim vera discrepantia esse non possunt. & in si. lib. plus vno verum esse non potest. Veritas est, quæ est id quod est. Aug. lib. de vera relig. c. 3. 6. & ibi quod est forma verorū. verum non vincendi, sed inueniendi gratia quærendum est. Aug. de error. Manic. lib. 1. 2. c. 3. & supra: elatē fuerunt opin. 11 phil. cir. veri def. Tātam semper potēt. & veritas habuit, vt nullis machinis, aut cuiuscūque hominis ingenio, aut arte subuerti poterit, & licet in cau. nullum patro. aut defensorē obtineat, tamen per se ipsam defenditur. Idem, o magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia calliditatem solertiam cōtra quæ fictas omnium insidias facile se per se ipsam defendat.
Magnus Cæsar est, sed maior est veritas.
Bald. l. Aemilius. de minoribus.
Veritas filia temporis.
Sanctorum est præhonore veritatem dicit philofop.
Veritas non habet angulos.
Veritas nō quærit facum, non pigmenta, non cincinos.
Veritas dicitur illud quod est actum inter partes secundū Bart. in l. 1. C. plus valere quod agit. in ad.
Non declinabit iudex à veritate propter coniuudices votant. contra veritatem.
Veritas est semper erroris correctiua. Io. An. in Reg. possessor. in Merc.
Veritas nec quadrata est, nec rotunda, nec longa, vbique præfens est, si cordis oculis ad eam pateat. Aug. super psal. 30. hoc autem forte congruit diuine veritati.
Veritati semper locus esse debet. l. pen. de probat. Et ne Veritas occultetur, non intelligit Papa excludi citationem & iuramentum, per suam commisionem alicui factam simpliciter sine strepitu, & figura iudicij. Clem. sæpe. verbo citationem, de verb. sign. Veritas rerum, erroribus gestorum nō vitiat. l. illicitis §. veritas de off. præsid. Veritas est mater iusticiæ Paul. de Castr. conf. 3. 8. vbi etiam dicit iudex est minister Dei in terris, & honorificentissime loquitur de veritate, cuius omnes rationes, & auctoritates referet Marfil. cōsili. 49. addens multa alia omnino videnda, & semper male offenditur veritas, & si potest defendari, iudex defensor veritatis esse debet. Paul. de Castr. conf. 2. 3. in causa. vol. 2. veritas lenocinio verborum non indiget. Veritas fides verborum adminicula non desiderat. l. 1. C. si min. ab hered. se abstinentia, non in superficie sed in medulla, non in folijs, sed in radice rationis: vt post alios refert Marfil. conf. 1. 6. nume. 46. & sunt verba Hieronymi posita in ca. Marchion. 1. q. 1.
13 Bonorum ingeniorum insignis est in dolos in verbis, verū amare, non verba. Aug. de doct. Christ. lib. 4. cap. xj. vnde Cic. primo de Orat. verbi controuersia iam diu torquet homines grauculos, contentiones cupidoiores, quā veritatis Veritas sæpenumero mortaliter vulneratur, sed finaliter mori non potest, vt per Mar. conf. 40.
Multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentia defensione interclusa respicit. Cic. pro Cluen.
14 Veritas reuelata debet opinionibus præualere. Ioā. And. in Reg. non præstat. in Merc. ver. ad hunc casum. & est casus in c. veritati. 8. dist. qui vtitur ver. consuetudo, & Paul. de Castr. consilio 199. dicit quod huic Veritati cedit etiam ipsa communis opinio. Veritas tendens ad eundem finem cū fictione vincit. Bar. l. filio. de lib. & posth. per illa verba ibi, ne imagine naturæ veritas obumbretur.
16 Veritas rei potius, quam scriptura, debet in contradibus perspicui. l. 1. C. plus valere quod agit.
Veritas sæpius exagitata, magis splendet in lucem. ca. grauem. 3. 5. quæst. 9.
Veritas per ampliores homines perfectissime reuelatur. l. penult. C. de fidei.
17 Veritas notando & disputando melius inuenitur. Bart. l. munerum §. mista, per illum tex. de mun. & hon. Alias n. veritatē sine disputatione perquirentes similes sunt nescientibus quōd ire debeant, secundum Philof.

ritas à quocūque prodita, semper est præferenda. gl. c. ego 9. dist. inct.
Veritas à quocunq; prolata amplectenda est. gloss. c. quæritur 2. q. 4.
18 Veritas magis & oculata fide quā per aures, in aures hominū insiguitur, inquit Imperator in §. fin. inf. de grad. cogn. in iudicando cordi magis esse debet custodia veritatis quā obedientia volūtatis. c. iudices in fi. 3. q. 7. sunt verba Ambr. Hinc illud peruulgatum Arist. amicus Plato, amicus Socrates, magis amica Veritas. Simplicitas & cōtrahentium abutens vocabulis non inficit veritatem, Felyn. in proem. Gregor. col. prima.
Interdum expeditius est in totum veritatem tacere, quā non perfecte dicere. glo. in clem. confusionem, in verbo 20 de nouo, in fi. de clect. vterque reus est, & qui veritatē occultat, & qui mendacium dicit. quia & ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat. verba sunt Augustini registrata in c. quilibet. xj. q. 3. an autem in teste & an semper sit peccatum tacere veritatem, vide per Abb. c. 1. de test. cog. qui ponit rationes canonistarum, & theologorum & in c. 1. de crim. fals. & not. quod D. Iesus interrogatus à Pilato, quid esset veritas, non respondit. & vnde nonnulli dicunt, quod ratio fuit, quia Pilatus statim exiit ad clamorem populi non expectato responso. vide gloss. in c. quilibet 2. q. 2. quæ mouit hoc dubium, & non soluit.
Verum aliquando tacere, falsum autem dicere non inuenitur sanctis concessum. cap. neque. in fi. 2. 2. q. 2. & sunt verba Augustini. A veritate omnis fallacia est aliena. c. in quadam. de celeb. mis. Et recedat verba quæ veritatem inflant, & claritatē vulnerant, d. c. in quadam. de celeb. mis.
Veritas est communis omnibus, non est mea, nec tua, non est illius, aut illius, omnibus communis est. Aug. in præfat. psal. 75.
Quid admirabilis, quid speciosus ipsa veritate, ad quam omnis spectator peruenire se cupere confitetur? & infra.
Ita omnis palma cognitioni datur & artificio, & cōprehēnsioni veritatis hæc Aug. Hæc veritas & humana, de qua agimus est triplex. prima bonæ vitæ, quæ nunquā omittenda est, propter scandalum, & ad quemlibet pertinet. alia iusticiæ, hæc ad iudicem pertinet. alia disciplinæ, & hæc pertinet ad prælatum. In his duobus vltimis quādoque aliqua omittuntur propter scandalum euitandum. in alia vero non. ca. qui scandalizauerit. de reg. iur. in ant. vbi dicitur, vtilius scādalum nasci permittitur, quam veritas relinquantur. & ibi in glo. de hac triplici veritate, in his verbis.
Est verum vitæ doctrinæ iusticiæque Primū semper habere, duo propter scandala linque. In rescriptis intelligitur semper clausula seu conditio si preces veritate nitantur. c. 2. de rescript. Non æquamus filium patri in honore, sed preponimus filium patri in Veritate. cap. quæritur. 2. q. 7.
23 Et pro veritate & filius corrigit patrem. l. dedi. §. si quis. de cond. caus. dat. vbi gl. & gl. d. c. quæritur. non ob. §. sed quod sanctum, in auth. de nup. ibi, erubescit lex genitoribꝫ filios castigatores statuere, quia non loquitur de scientiis & veritate eorum quæ continēt publicam vtilitatē. sed de administratione bonorum, & sic de priuatis rebus.
24 Veritas & sensus plerumque amittitur, dum proprietates verborum attenditur. c. propt. de verb. signif. Qui adulatur & decipit, qui verò affectione postposita secundum veritatem dicit, consulit.
26 Melius est pro veritate & pati supplicium, quam pro adulatione beneficium. c. nemo peritorum. xj. q. 3. Diuturnitas temporis sine veritate est vetustas erroris. Ioann. And. in reg. qui contra. in Merc.
27 Iudex tenetur iudicare & secundum veritatem quæ sibi cōstat ex actis coram eo factis, non autem secundum eam veritatem, quam sibi dicitur propria conscientia, & ista sit Reg. per l. illicitas. §. veritas. de off. præsid. & ponit Fel. in c. pastoralis §. qui verò. col. fi. de off. dele. & Syl. nupt. lib. 5. ampl. x. fol. 13. 1. vnde quæ de hoc differat Dida. Couar. Doctor Hispan. in primis grauis in primo li. variar. reso. capit. 1. Non solum proditor est veritatis & qui transgreditur veritatē, palam pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille, qui non libere veritatē pronuntiat, quam libere pronuntiare oportet, aut non libere libertatē defendit, quam libere defendere cōuenit. proditor est veritatis. Nam licet Sacerdos & debitor est, vt veritatem, quam audiuit à Deo, libere prædicet, sic laicus debitor est, vt veritatem quā audiuit à Sacerdote defendat fiducialiter. quod si non fecerit prodit veritatē. ca. nolite. 2. 10. q. 1. & hæc ad diuinam veritatem attinet. Et adeo dili

genda est veritas, & abhorrenda falsitas, quod perhorrendum est de Deo, ne aliquid falsi dicatur, licet ad eius laudem pertinere videatur, quia non minori, sed maiori fortassis scelerem in Deo laudatur falsitas, quam vituperetur veritas, secundum Aug. expon. verba illa Pau. Corint. xv. multi sunt falsi testes. Insuperabilis & immensa veritas, etiam inuitis peccatoribus violentiam facit teste Chrysost. Et melius est veriores quam deteriores audire sermones. c. sedulo. 3. 8. distinc. Natura cupiditatem, ingenitum homini veri inueniendi, quod facillime apparet, cum vacui curis etiam quid in caelo fiat scire aueamus, his inuitis inducitur omnia vera diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia. Cic. lib. 2. de fin. ex quibus verbis colligitur etiam aliqua qualitates veri, fidele, scilicet simplex, & constans. Alia succedit diuisio veritatis humanae seu creatae, quia est duplex, oris scilicet, & operis. Idcirco in 34 euangelio saepe legitur dicere veritatem, & facere veritatem, & stare in veritate. Io. 3. habetur, quod diabolus non stetit in veritate, ibi intelligendum scilicet oris, quia meritis est dicens primis parentibus, critis sicut Dij. Non stetit in veritate, quia non seruauit ordinem naturae suae a Deo praefixum, ut esset per humilitatem & reuerentiam subditus Deo, sed in superbia clarus peccauit. An autem diabolus unquam fuerit in veritate oris, aut operis, vel fuerit semper malus natura, aut voluntate, relinquendum est theologis.

Ratio autem quare non steterit in veritate, ea est, quia veritas in eo non est, id est ut quidam, nec in erudite exponit, quia non est in eo amor veritatis, quia non amauit veritatem fidei, sibi diuinitus offensam, non stetit in ea. est tamen in eo aliqua veritas, sicut & aliqua natura, sed non est in eo veritas oris, quantum ad intentionem suam, quia & si aliquando veritatem dicat, tamen intendit tandem fallere: nec veritas operis, quia omne opus eius est malum, ad malum finem ordinatum. omne in quo opus quod est voluntate determinata facit, non ex instinctu naturae bonae.

36 Sed quare, quod significat veritas, apud Paul. Phil. primo ibi, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur in vobis. Respondeo, quod veritas potest ibi stare pro vera causa, & vero fine, & bono zelo, & occasio stabit pro causa non vera. iux. illud sapientis, occasionem quaerit, qui discedere vult ab amico. vel pro causa infirmis, do. Card. in Clem. causam. de elec. op. l. vel iniusta, vel remota, vel falsa, vel fortuita, vel accidentaliter, vel captata, ut recit. Tiraquel. in suo trac. de Cef. causa, limit. 53. & verba Pauli antecedentia aperte declarant mentem eius.

Item quare quomodo respondetur ad c. longinquitate. 12. q. 2. vbi dicitur, longinquitate sepe fit temporis, ut non pateat conditio originis, adeo quod ibi veritas obscurari dicitur, ut est etiam de mente Io. An. in Reg. nemo potest, in Merc. & tñ vidimus quod est incommutabilis, dicas quod & si obscuratur non tamen in totum tollitur, vel quod obscuratur quod ad nos, id est nos efficimur obscuri non quo ad se ipsam, vel dic quod ideo ibi fuit obscurata, quia non habebat secum manifestationem, & rationem. iux. c. si consuetudinem, & c. veritati. 8. distinc.

Item quare, cum veritas sit res tam excellens, tam rara & vere diuina, quomodo intelliguntur ille auctoritates, veritas odium parit, & inimicus ego vobis factus sum verum dicens. Respondet Aug. lib. x. confess. c. 23. quia sic amatur veritas, ut quicumque aliud amat, hoc quod amat velint esse veritatem, & quia falli nolent, nolunt conuinci, quod falsi sint. itaque propter eam re oderunt veritatem, quam pro veritate amant, amant eam lucentem, oderunt eam redarguentem, quia enim falli nolunt, & fallere volunt, amant eam cum se ipsam indicat, & oderunt eam cum se ipsos indicat. Reliqua de veritate, vide in Syl. nup. lib. 5. ver. amplia x. nu. 112. cum multis sequen. Non crit ergo absonum, ut ad 39 propositum redeamus, si veritas cum omnia supereminet, regulariter anteibat opinionem, prout tradit Ab. pro reg. in c. nuper. de big. in secundo not. & sunt iura aperta de hoc, nam in c. veritate. 8. distinc. cum sua gl. habetur quod veritati manifestata, quando veritas & opinio simul concurrentes tendunt ad eundem finem, omnis opinio cedere debet. & gl. in extrauag. sedes. lo. 22. de concess. praeb. dicit, quod veritati omnis opinio habet succumbere, & in l. si mihi & Titio. §. si de verb. oblig. dicitur quid in re sit estimari debet, non quid senserit promissor, & gl. ibi exponit in re, id est in veritate, & in l. cum quidam §. quod dicitur, de acqui. her. Toties ergo eius sumptio id est opinio pficit, quoties occurrit cum veritate, & ibi gl. requirit, quod cum veritate concurrat opinio propria, & communis. in l. cum is. §. si in ca. de cod.

in d. sublatam enim falsa opinione relinquitur pietatis causa, in l. prima. ad municip.

Assumptio originis, quae non est, veritatem naturae non perimit, errore enim veritas originis non amittitur, & in fine, neque metiendo de patria quam non habet veritatem mutare potest. Et notandum quod error ibi ponitur pro opinione, ut lex illa congrueret libro opinionum Vlpiani, de quo extracta fuit in l. 2. pro empt. Pro emptore possidet, qui re vera emit, nec sufficit tantum in ea opinione esse eum, ut putet se pro emptore possidere, sed etiam subesse debet causa emptionis, & in §. sub conditione, secundu Sabinum, qui potius substantiam intuetur, quam opinionem, & substantia ibi exponitur a glossa. pro veritate in §. si a pupillo, ut hic plus sit in re, quam in exiti. 2. estimatione, in l. si de crim. expil. haered. existimatio furripientis nihil mutat in §. si quis rem suam. in l. de leg. plus valet quod in veritate est quam quod in opinione. in l. cum qui §. si iniuria. de iniur. praevalet quod principale est. l. si pater. C. de haered. inst. in l. regula. §. qui ignorauit. de iur. & fac. ignor. plus in re, quam in existimatione mentis. in l. si pater §. primo. de manumif. vindic. plus enim in re est, quam in existimatione. gl. l. & hoc Tiberius. de haered. inst. ibi testatis opinio est veritati contraria, in c. nuper. de big. quod opinioni sit veritas praeferenda. in capi. cum Bertoldus. de re iud. netamen prauidet opinio veritati. Item dicitur quod clari fieri contra eum, ad quem negotium vere pertinet, non ex opinione. Bart. l. aut qui aliter §. si quis dum putat. per illum tex. quod vi, aut clam. & Cic. primo de leg. voluit, non opinio neque sed natura constitutum esse ius & bonum, in quibus. At qui si natura confirmatum ius non erit, virtutes omnes tollantur, vbi enim liberalitas, vbi patriae charitas, vbi pietas, vbi aut bene meredi de altero, aut de referende gratiae voluntas poterit existere: na haec nascuntur ex eo, quod natura praefertur. 45 quod ad diligendos homines, quod fundamentum iuris est, neque, solum in homines obsequia, sed et in Deos eximoniae, religionisque tollantur quas non metu, sed ea coniunctione, quae est homini cum Deo consideranda puto. Quod si populorum iussis, si principum decretis si sententis iudicum, iura praesentent, ius esset latrocinari, ius adulterare, ius testamenta falsa supponere, si haec suffragijs aut scitis multitudinis probarentur, quae si tanta potentia esset stultorum sententis, atque iussis, ut eorum suffragijs rerum natura vertatur, cur non faciunt, ut quae mala perniciofaque sunt habeantur pro bonis, ac salutaribus, aut cur cum ius est iniuria lex facere possit bonum, eandem facere non possit ex malo: At qui nos legem bonam ad mala nulla alia nisi naturali norma diuidere possumus, nec solum ius ad naturam diiudicatur, sed diuino omnia honesta ac turpia. Nam & communis intelligentia nobis notas res efficit, easque in animis nostris inchoauit, ut honesta in virtute ponantur, in vitijs turpia. Haec autem in opinione existimare, non in natura ponere dementis est, nam nec arboris, nec aequi virtus quae dicitur, in quo abutimur nomine, in opinione sita est, sed in natura, quod si ita est, honesta quoque, & turpia natura diiudicanda sunt. Nam si opinione vniuersa virtus eadem, eius etiam partes probarentur. Quis igitur prudentem, & vti ita dicam castum non ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet: est enim virtus perfecta ratio, quod certe in natura est: igitur omnis honestas eodem modo, nam ut vera & falsa, ut consequentia & contraria sua sponte non aliena iudicantur, sic constans & perpetua ratio vitae quae est virtus, itemque inconstantia, quod est vitium, sua natura probatur. Nos ingenia iuuenum non ratione ab ingenti naturae virtute, sed vitia quae existit ab ingenijs iudicamus, an ea non aliter quam honesta & turpia non ad naturam referri necesse erit: Quod laudabile bonum est in 46 se habeat quod laudetur necesse est. ipsum enim bonum, non est in opinionibus, sed in natura, na nisi ita esset, beati quoque opinione essent, quo quid dici potest stultius: Quare cum & bonum & malum natura iudicetur, & ea sint principia naturae, certe honesta quoque & turpia simili ratione diiudicanda & ad naturam referenda sunt. Sed perturbat nos opinionum varietas, hominumque dissensio, & quia non idem contingit in sensibus hos natura certos putamus illa quae alijs sic, alijs fecus, nec iisdem semper vno modo videntur ficta esse dicimus, quod est longe aliter, nam sensus nostros, non patens, non nutrit, non magister, non poeta, non scena deprauat, non multitudinis consensus abducit a vero animi oes tenduntur in sidie, vel ab his quos non enumerari, & tenores & rudes cum acceperunt, inficiunt, & inflectunt, ut volunt, vel ab ea quae penitus in omni sensu implicata infidet imitatio

imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium, cuius blanditijs corrupti quae natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carenti non cernimus satis. Et 2. de Inuen. Ac naturae quidem ius est, quod nobis non opinio, sed quae daminata vis afferat, ut religionem, pietatem, gratiam, vniuersam, obseruantiam, veritatem. Item Natura ius est quod non opinio genuit, sed quaedam innata inseruit, ut religionem, & reliqua. Et de Nat. Deo. 1. Opiniones commeta delet dies naturae indicia, confirmat. Regula fallit primo 47 in l. is qui putat. de acq. haered. ibi, nam plus est in opinione, quam in veritate, & ea ratio redditur per glo. quia aditione, quae in hereditatis, de qua in illa l. consistit in animo, & eandem rationem reddit & glo. in §. si quis rem suam, in l. de leg. tamen ipse Bart. ibi dicit glossa. non dedisse solutionem ad contraria. eadem rationem afferunt Imol. Iason & alij dicentes, quod contraria loquuntur in his, quae in solo animo non consistunt.

Haec tamen solutio visa est aliquantulum ieiuna Angel. & Imol. Ideo se plus dilatando dicunt, quod vbi ad essentiam actus requiruntur veritas & opinio, tunc requiritur vtrumque adesse, alia deficiet actus, ut patet in furto, vbi requiritur quod & quod res sit aliena, & quod intentio sit dolosa, ideo si alterum praedictorum deficiat, non committitur furtum. l. interdum §. recte. de furt. si vero ad essentiam actus sufficiat alterum praedictum, tunc si verba dispositiua sint relata ad factum, praevalet veritas. exemplum. Sufficit seruum occisum esse, ut imponatur poena ratione culpae, licet occidens non fuerit opinatus occidere, & sic non fuerit in dolo. l. si putator. ad l. Aquil. si autem sint relata ad voluntatem, in spiciuntur opinio. Exemplum, dicitur, quod ille vscapit, qui habet bonam fidem, facit quod habetur in §. aliq. in l. de acti. ideo tunc vscapit, licet credat eam suam, haec illi. Et haec ratio, quod in dependentibus, ab animo inspicitur potius opinio, quam veritas, procedit etiam multoties quo ad Deum 50 quod respicit animum hominis, homines non vident ea quae parent, Dominus autem intuetur cor. 1. Regum. 16. 51 vnde iurans quod credit illicitum, & iurans verum quod credit falsum, nihilominus est peccator. Ab. c. quanto. vlt. not. de iure iur.

Secundo fallit regula in l. eum qui §. si de iure iurad. quia iniuria ibi infertur per consequentiam, & non principaliter.

Tertio fallit in c. consultationibus. de iur. patron. cum gl. & illud euenit, quia praesentans erat bonae fidei possessor, & non generabatur perpetuum praedictum patrono vero, 52 ut sonant illa verba, Cum hoc ei qui de iure debet habere nullum in posterum praedictum generetur.

Quarto in c. ex tenore. qui fil. sint legit. fauore matrimonij. Quinto fallit in c. nuper in fi. de big. ibi, licet in veritate bigami non existant, & hoc propter affectum qui cum opere subiectione, quod lex considerat in delictis, unde ille tex. est tamquam cothurnus, qui vtrumque pedem adaptatur: in prima enim sui parte praeparat veritatem opinionem, in secunda opinionem veritati. Sexto fallit in l. at si quis §. si quis dum se haeredem. de relig. quia ille qui funerauit habuit animum gerendi negotium proprium & dabat operam rei nedum licita sed etiam pia.

Septimo fallit in l. de aetate §. si cum esset. de interrog. ac. ibi, interdum tamen iusta ratione potest opinari.

Octavo fallit in l. heres institutus. de acqui. her. ratio redditur a glo. ibi, in ver. restat. quam sequitur Bart. quia sumus in acquisitione hereditatis, quae consistit in animo.

Nono fallit in l. si quis extraneus §. sciendum. de acqui. her. vbi Bart. & ibi de totali ignorantia, de nescientia, & de vehementi opinione. Decimo fallit in l. illud §. si de iniur. vbi Bart. assignat duas rationes, prima quia ille non habuit animum percutiendi, quem percussit, secunda, quia dabat operam reicitate, volebat enim percudere seruum proprium. Vnde dicitur fallit quando veritas etiam manifestata quae haberet contra se communem opinionem, esset praedicta tertia, ut recitat Ioan. An. in reg. quod ob gratiam. in Merc. quam dom. Ioan. An. ita declarat. Paul. de Cast. consilio 199.

Duodecimo fallit propter publicam vtilitatem in casu l. Barbarius. de off. praeor. sed aduerte quod glo. intelligit illa l. circa factum tantum.

Tertiodecimo fallit in l. 3. in fin. de supel. leg. in l. 3. ad maced. in l. 1. C. de testa. in quibus iuribus error communis facit ius contra veritatem. Quartodecimo in casu §. sed cum aliquis. last. de testam. ibi. Cum eo tempore quo testamen-

tum signaretur omnium consensu hic testis liberi loco fuerit. Quintodecimo in l. interdum §. si de furt. ob euitandum 54 delictum.

Sextodecimo in l. qui rem. de fur. similiter ob euitandum delictum.

Decimo septimo quod aduocatus vnius partis, dicitur nocere alteri parti, intelligitur non quo ad veritatem, sed quo ad opinionem. Abb. in cap. cum Sacerdotis. in princ. de postul. ex quo notat idem Abb. ibi in 2. not. quod officium aduocati est odiosum in opinione, item quod ille tex. ideo 56 prohibet aduocationem Sacerdotibus, quia non debent alteri nocere, nec in veritate, nec in opinione. Decimo octa 57 uo titulus putatiuus, & opinabilis praebet causam praescribendi, ut per Paul. de Cast. consil. 406. num. 6.

Decimo nono in casu. c. plerumque. de don. inter vir. vbi mulier, quae non erat in veritate vxor, sed in opinione tantum, dicitur nihilominus adulterari, & poenis adulterij subijci, sequitur Paul. de Cast. consil. 147. reuocatur. volum. 2. sed ibi opinio non habet confirmum veritatis.

Vigesimo in traditis per Bart. in l. quis sit fugitiuus. de edi. edic. per illam tex. ibi, ego puto non esse cum fugitiuum. vbi dicit quod qui facit actum, qui communiter existimatur licitus, & tamen contrarium est in veritate, quod attenditur 59 opinio, & infert ad facientem quod vsuram in loco, in quo communiter tenetur esse licita, quod non sit vsurarius, vbi vide concordantias in Apostilla, ego tamen semper habui talem pro vsurario, & pro tali in contingentia facti condemnauit propter peccatum, quia vsura est delictum mere Ecclesiasticum. Abb. c. cum sit generale. de fo. com.

Vigesimo primo in his quae tradit Aug. q. 17. versic. & no. 61 test. vbi dicit quod homines quantum possunt acie mentis extendere aspiciunt quid Deus sit opinio non definitione. Hoc idem ferè explicauit Cic. pro Plancio. Nulla est erga Deum pietas nisi honesta de numine Deorum ac mente opinio. & clarius primo Tuscul. nemo omnium tam immanis cuius mentem non imbuerit. Deorum opinio.

Sed pulchrum esset videre quid in criminalibus an inspicatur Veritas vel opinio, & aliqui casus habentur in superscriptis fallentis. sed quia longum requirit discursum, remitto ad Bar. & Ang. in l. diuus de sic. ad Cy. & Sal. & Ang. in l. quonia multa. C. ad l. lul. de vi. ad Bal. in l. si quis seruo. C. de fur. ad Io. An. in Mer. in reg. cum quis. Bal. in ca. j. quibus mo. feu. amit. post glo. ibi. in quibus locis videbis de illo, qui cogitauit delinquere in vna re, & deliquit vltra, & praeter cogitatum, & quando opinio versatur circa delicti productionem, aut circa delicti specificationem, ut quia putauit delinquere, sed in delicti specie errauit, & quando circa ea quae sunt de genere permissorum, vel prohibitorum, puta in attestatione meretricis quae est permissa, vel virginis quae est prohibita, & de eo qui credebatur verberare laicum, & verberauit clericum, & verberare seruum, & verberauit liberum: & facere iniuriam virgini, & erat Meretrix, & percudere Titium, sed occidit seium, & surripere vnam rem, sed surripuit duas, & verberare vnum, & verberauit duos, & de illo qui captus amore virginis vel solute a Lena, quae maritum habebat deceptus fuit, quia se ipsam submisit illius loco, si per illius Lenae maritum de adulterio accusetur, an sit vter adulter puniendus, qui casus accidit Ouidio. Et de Clerico cognoscente mulierem solutam, quae ab ipso, & omnibus communiter habebatur pro maritata, vel econuerso, maritatum quae modo praedicto habebatur pro soluta, an veritate detecta sit puniendus ut adulter poena iuris communis, vel synodalis statuti quo cauetur adulteratem cum alterius vxore, beneficio fore priuatum. Item de Vasallo qui iacuit cum vxore domini, non credens eam esse dominam suam: & de vasallo qui interficit vnum, & delinquit in plus, quia ille fuit postea repertus dominus suus. Item quando Veritas & opinio habent se ut excedentia, & excessa, aut tanquam contraria, aut vnum alteri comparatur per omnia, & in delictis, in quibus animus est, vel non est de substantia delicti, & quando veritas sola, vel opinio sola, vel vtraque est causa delicti, quando attendatur opinio aut veritas circa qualitatem rei vel personae, quando circa eas delinquitur, quae omnia videbis apud Ang. Aret. in suo tract. malef. in ver. & appesate §. quero quid si aliquis cogitauit. cum addit. Arimin. ibi, & vide Bart. in l. de iur. §. si ad municip. de illo qui adulterauit vxorem Titij, ut omnino teneatur siue crediderit, & si fuerit eam vxorem esse Titij, an reputauerit pro tali. Cic. in 3. Tuscul. secutus nostram opinionem nonnullorum antiquorum philosophorum dicentium inspicere opinionem

no veritatem circa dolorem, aegritudinem, iram, & amorem, abasque animi aegritudines, & molestias, dum ubique affertur humilissimam, & passiones non in re, nec in natura, nec in veritate, sed in opinione esse.

Cum vero parentibus redditi (inquit ille) deinde magistris traditi sumus, tum ita varijs imbui erroribus, ut vanitati veritas, & opinio confirmata natura ipsa cedat. Deinde est igitur causa omnis in opinione, nec vero aegritudinis seculum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum. Item quare accipio equidem a Cyrenais hac arma contra casus, & eventus. Quibus eorum adiacentes impetus diuturna praemeditatione frangantur, simulque iudicio malum illud opinionis esse, non natura. Item in re essent, cur fierent prauius leuiores? Ita fit sensim cogitantibus, ut quantum sit ementis opinio appareat. Item hi omnes cogitates de rebus humanis, intelligebant eas nequaquam pro opinione vulgisse extimendos. Item loquens de causa aegritudinis, est enim nisi opinio, & iudicium magni presentis, atque urgentis mali, itaque dolor corporis cuius est morsus acerrimus, praesertim spe proposita boni. Sed ad hanc opinionem cum illa etiam opinio accessit, oportere, rectum esse ad officium pertinere, ferre illud aegre quod acciderit, tum denique efficitur illa grauis aegritudinis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa varia, & obrectabilia genera lugendi pudores muliebres, lacerationes genarum, pectoris, femorum, capitis percussiones. Item, vides ergo opinionis esse, non natura malum. Item, quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam cum est intellectum nihil profici, & frustra esse susceptum. Si igitur, deponi potest, etiam non suscipi potest. Voluntate igitur, & iudicio suscipi aegritudinem, & obrectum est, idque indicatur eorum patientia, qui cum multa sint saepe praesentia, facilius ferunt quicquid accidit, obduriusque sese contra fortunam arbitrantur. Defatigatio igitur miseriarum aegritudines cum faciat leuiores, intelligi necesse est, non re ipsam, eam atque fontem esse morborum. Philosophi summi, nec dum tamen sapientiam consecuti, nonne intelligunt in summo se malo esse? sunt enim insipientes, neque insipientia vllum malum est, neque in lugent, quid ita? quia huic generi malorum non affingitur vlla opinio, rectum esse, & aequum & ad officium pertinere, aegre ferre quod sapiens non suscipit, quod idem affingimus huic aegritudini in qualuctus inest, quae omnium maxima est. Item, ex quo intelligitur, non in natura, sed in aegritudine esse dolorem. Item cogitatio igitur diuturna nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas. Item satis distum esse arbitror aegritudinem esse opinionem mali praesentis, in qua opinione illud inest, ut aegritudinem suscipere oporteat.

Item, quicquid esset in aegritudine mali, id non naturale esse, sed voluntatis iudicio, & opinionis errore contractum. Et concludendo finem dicti tertij libri.

Sed ad eundem finem reuertendum est, aegritudinem omnem procul abesse a sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, sed opinione, sed quadam inuentione ad dolendum, cum id decreuerimus, ita fieri oportere: hoc detractum, quod totum esse voluntarium, aegritudo erit subacta illa morborum, morsus tamen, & contractiunculae quadam animi reliquaerunt. hanc dicant sane naturalem, dum aegritudinis nomine abest graue, tetrum, funestum, quod cum sapiente esse, atque ut ita dicam habitare, nullo modo possit. Et in quarto libro, tem, sed & aegritudinis, & reliquorum animi morborum, vna sanatio est, omnes opinabiles esse, & voluntarios esse, eaque re suscipi, quod ita rectum esse videatur. Item nunquam

64 naturam + mos vinceret. est. n. ea semper iniuncta, sed nos vmbis, delictis, otio, languore, desidia, animum infecimus opinionibus, maloque more delinitum mollium? & lib. 3. de finib. etenim si dolores eosdem tolerabilibus patientur, qui excipiunt eos pro patria, quam qui leuiores de causa, opinio facit, non natura vim doloris, aut maiorem, aut minorem. & 2. lib. Tuscul. voluit iram + & amorem esse in opinione, vbi ait, Alexan. rex cum interemisset Clytium, familiarum suum, vix a se manus abstinuit, tanta vis fuit poenitentiae. De amore autem si naturalis amor esset, & amarent omnes, & amarentur, & semper amarent, & idem amarent, neque alium pudor, alium cogitatio, alium facietas deterreret, amorem autem esse in opinione clarius, & petulantia satyrica explicat Fior. dicens. Hae vbi suppofuit dextro corpus mihi, Laeum illa, & Ageria est, do nomen quod libet illi. quibus cognitio (sequitur Cic.) quis est qui dubitet, quin hic quoque motus animi sit totus opinabilis, ac voluntarius: idem de auaritia, & ambitione. quis n. dubita-

rit, quin a gratiationes animi, qualis est auaritia, gloria cupiditas, ex eo, quod magni aestimetur ea res, ex qua animus 66 aegrotat, oriatur: Vnde intelligi debet + perturbationem quoque animi esse in opinione. Sed cognita iam causa perturbationum, quae omnes oriuntur ex iudicij opinionum, & voluntatibus, sit iam huius disputationis modus. Sed dicant Philosophi isti quantum velint, a gratiationes omnes, & dolorem praecipue esse in opinione. nos n. tenemus illud 67 esse in re, + in natura, & in veritate. alioquin varia, quod abest, fuisset diuina sententia contra primam paratem data, in dolere paries filios. non n. necessario subicerentur veris doloribus mulieres, sed ex opinione earum. Et aliud diuinum oraculum, oportet nos p. multas tribulationes, & angustias introire in regnum caelorum. & quae beatiudo, quod meritum esset fidelibus patientibus persecutionem propter iustitiam, si illa esset in opinione, non in veritate. & in re: nunquid dixerimus gloriosos martyres, & eorum principem D. nostrum lesum non sustinuisse veros dolores, sed opinabiles, abest. vere enim opinabiliter languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, vere factus est in agonia, vere tristis fuit eius anima, vere in die carnis, vere in passionis suae cum clamore valido, & lachrymis preces, & supplicationes obtulit Deo. & verissime dixit propheta in eiusdem D. persona ad nos loquens: inspicite si est dolor similis huic, ad quid enim diuinus vates extolleret istum dolorem super alios, si esset in opinione, & imaginatione, non in veritate? Quomodo satis fieri potuisset diuina iustitia, placari diuina ira, reconciliari genus humanum aeterno patri, doloribus, & cruciatibus eiusdem dilectissimi filij non veris? Praeterea rationes, & exempla contraria videntur elidi per elegantissimam verba Vlpiani in l. 1. de quaest. Quaestioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis, & periculosa, & quae veritatem fallat. Nam plerique patientia, siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, ut in quouis mentiri, quam pati tormenta velint. Si ergo virtute patientiae, & fortitudinis dolores tolerantur, non sunt in opinione, sed in veritate. Virtus enim moralis + requirit verum subiectum circa quod agat, & se exerceat, non autem opinabile, alioquin virtus, non esset virtus, & vbi esset illa fortitudo, illa tolerantia, illa patientia, ab ipso Cicerone passim laudata in Mario, & alijs: de qua etiam ipse v. Tuscul. dicit, Quae est enim alia fortitudo nisi animi affectio cum in adeundo periculo, & in labore ac dolore patiens tum procul ab omni metu. In eandem sententiam sonant carmina poetarum Hetrusci de dolo reloquentis.

Non in minore il duob, perch' altri il preme. Ne pergo si mai sempre lamentando, Per fiction non eresse il duol, ne fecema.

Alia deducit Beroaldus noster in comment. dicti tertij libri Tuscul. ad probandum dolorem esse in veritate, & natura, 79 quae videri poterunt. Quo ad iram, tan sit in opinione, vel in natura, declarant verba Augusti super Psal. 4. ibi, irascimini, & nolite peccare, vbi ita distinxit. Si loquimur de ira. i. de motu animi, qui iam propter poenam peccati non est in potestate: vnde a Paulo dicimus feruire legi peccati, eo casu ira dicitur esse in natura, & impunita. tu subiunge etiam de iure ciuili. i. quicquid calore. de regu. iur. Si loquimur de consensu rationis, & mentis liberae voluntatis, quae intus regenerata est secundum Deum, ut mente seruamus legi Dei, eo casu ira est in opinione, & voluntate. & est peccatum, & 80 pro tanto peccatum, quia voluntarium. Quandoque + vtraque veritas videlicet, & opinio attenduntur, ut innuit Cicerone in partitionibus de narratione loquens. Probabilis autem, si personis, si temporibus, si locis ea quae narrabuntur, conuenient, si cuiusque facti, & euenti causa ponetur, si testata dici videbuntur, si cum hominum opinione, aut, si cum lege, cum more, cum religione coniuncta.

Item in eodem libro, & clarius, & quoniam non ad veritatem solum, sed etiam ad opinionem eorum, qui audiunt, accommodanda est oratio, &c. Idem secundo de inuentione, vbi de ratiocinatione, & hoc cum magno opere considerare oportebit, non quid in veritate modo, verum etiam vehementius quid in opinione eius, quem arguit, fuerit: sed huius est ratio, quia in his autoritatibus instruitur orator, qui nihil intentatum debet relinquere, ut finem suum consequatur, qui est persuadere. Nolo tamen omittere, quod hic articulus est forte in iure problematicus, seu

seu ut nostri dicunt Brocardicus. nam si opinio vincit in his, qui in solo animo consistunt, ut diximus, tam multi reperiri tur casus in iure, consistentes in animo, quod forsan aliam regulam per se constituitere videbuntur. Item gl. in d. l. is, qui putat. vbi dicitur plus esse in opinione, dicit illud esse generale. verba autem huiusmodi sonant in regulam non in fallentiam. Et Io. An. in Reg. quod ob gratiam in Merc. verbo sciendum, dicit quod opinio + est potens facere de inualido validum, & sic praevalet veritati, nec distinguit in his, quae consistunt vel non consistunt in animo, & sic sub emendatione peritorum videtur quod generaliter praevalet opinio, videtur ergo vtraque firmare regulam suam. Solutio tamen potest colligi ex discursu praedictorum. De veritate autem quatenus est virtus moralis vide Arist. 4. ethic. & S. Thomam secundum secundam q. 109. sed hanc opinionem de qua tam multa explicauimus, liceat ne homini mutare, sequenti capite tractabo.

S V M M A R I A.

- 1 Opinio an mutari possit.
2 Disputatio est multorum opinionum concursus.
3 Ius constare non potest nisi adsint iuris prudentes illud publicantes.
4 Praedia precio augeri, & minui dicuntur, secundum curam maiorem vel minorem, quae adhibetur.
5 Lex diuina, & lex naturalis an aliquo pacto mutari contingant.
6 Lex diuina nunquam fuit mutata quoad sensum mysticum, licet aliquando quoad superficiem literae, & quoad ea, quae non tangunt substantia literae.
7 Ius naturale, seu lex semper immutabilis.
8 Lex humana an mutabilis sit, & quomodo.
9 Immutabilitas in homine consideranda.
10 Lex humana cur sapientissime solet mutari.
11 Iudicia non debent esse reprehensibilia.
12 Temporis conuenientia omnino est consideranda, & plura discussa sunt.
13 Natura cur, & quomodo multas formas rerum fecerit, & nouas quotidie.
14 Varietas casuum facit leges mutare.
15 Imperia cur a Deo opt. max. a caelo constituta sint.
16 Coniectura per futurum ostendit, & experientia nocuum.
17 Effectus a iudicio discordare non debet.
18 Certum, & clarum, in causa quae obseruatione nihil tam dicitur, quin plerumque ob casuum emergentium varietates mutari possit.
19 Plura sunt negotia quam vocabula iuxta dictum naturae.
20 Diuinae res perfectissimae sunt, humani vero iuris conditio semper in infinitum decurrit.
21 Posterioribus non est auferenda facultas ulterius cogitandi.
22 Aduocatus hodie potest per se vnam legem allegare, & cras in alia causa dicere, quod nihil facit.
23 Doctor vel testis hodie prout vnum credere, cras autem aliud.
24 Deus sepius in sacris literis, mutauit promissa sua.
25 Lex humana cur mutari contingat.
26 Leges naturales dicuntur. 1. Moisaica. 2. Prophetica. 3. Euangelica. 4. Apostolica. 5. Canonica, quae successiuo ordine successerunt.
27 Mutatio legum ciuilium an peruenerit ex varietate locorum. & temporum, vel potius ex varijs iuris peritorum opinionibus.
28 Remota lege, remota dicitur & eius interpretatio.
29 Mutare consilium in melius laudatur: non tamen in alterius prauiudicium.
30 Opinio crescere, & recipere augmentum dicitur.
31 Rustici solent per medium quaestiones diuidere, & terminare.
32 Opinio dicitur fidem adhortari.
33 Ab opinione sit opiniosus & opiniosissimus.
34 Homines opinati, opinatores, vel opiniosissimi qui dicantur.
35 Scientia legalis cum mutatur, & scientia sit de incorruptibilibus, an sit scientia.
36 Finis legis semper est inuariabilis, licet lex mutetur.
37 Constitutiones cur variabiles sint.
38 Leges quomodo clare efficiantur cum obscurissimae sint conditae ab Imp. & compilatoribus.
39 Constitutiones Ecclesiae secundum prauas haereticorum opiniones sunt superuacuae.
40 Casus omnes sicut non conueniunt vno eodemque tempore, ita neque leges eodem tempore confici possunt.

An liceat mutare opinionem.

Caput X.

RESOLVTIO pendet ex eo, an liceat mutare & variare legem, cum qua opinio nascitur, & cum semper sequitur ut vmbra corpus.

- 1 Eique semper est annexa, ut probatur in l. 2. de orig. iur. §. his legibus. vbi dicitur, His legibus latis capit (ut naturaliter euenire solet) ut interpretatio desideraret prudentum auctoritatem, necessariamque disputationem
2 fori, quid enim est huiusmodi disputatio nisi opinionum concursus: facit, post originem ead. libi non enim constare potest ius, nisi sit aliquis iuris peritus, per quem possit quotidie in melius produci, sed dum iuris periti ius in melius producant, nonne eodem tempore opiniones disseminant? & glo. in dict. §. post orig. illud euenire exemplificat ad instar praedictorum, + quorum pretia sicut diligentia cura ampliantur, ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est. l. non intelligitur. §. diu. de iur. fit. Cum n. conexus omni idem sit iudicium. l. quid ergo §. fufficit. de aut. tut. Si lex erit mutabilis, utique & opinio, seu interpretatio legi conexas, naturalis quae, & necessaria, & sine qua ius constare non posset per supra dicta. Videamus ergo de mutabilitate legis. Vnde dicat quod diuina, & naturalis + sunt aliquo pacto immutabiles. De diuina vbi que legitur in sacra pagina, ut est illud, statuit ei Dominus testamentum aeternum, & fidelia omnia mandata eius confirmata in secundum seculum, & vnum iura, & vnus apex non praeteribit de lege, & alibi, non potest solui scriptura, & caelum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. & verbum Domini manet in aeternum. cum similibus. licet enim ius diuinum in aliquibus non videatur immutabile permanere ut colligitur ex c. 1. v. dubit. solum tamen habetur in c. 1. v. dubit. iuncta magistrali gli. b.
6 moralia + enim, & sacramentalia, & ceremonialia quo ad sensum mysticum nunquam fuerunt immutata, licet aliqua quo ad superficiem literae, dicantur esse mutata, & in l. tanta. §. sed quia. de ver. iur. enucl. dicitur, sed quae diuinae quidem res perfectissime sunt, & in auth. neque virum quod ex dot. est, dicitur, ea quidem quae sempiterna se habent, legibus non egent varijs, simplicitatem, & quod sine vllius diuersitatis mixtura est continue possidentia, & vtentia legibus semper pternis ac sacris nulla correctione egentibus. hoc quo ad diuinam cuius immutabile intelligere debet es quo ad ipsum Deum in his quae tangunt substantiam legis, ea n. quae substantiam non tangunt, quandoque ab eo mutata fuere, ut infra hu. 3. 2. De naturali habetur in §. fina. inst. de leg. agn. tut. ibi ciuili ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest. naturalia vero non utique. & in §. si. inst. de iur. nat. gen. & ci. legitur, sed naturalia + quidem iura diuina quadam prouidentia constituta semper firma, atque immutabilia permanent. His proxima sunt quae apud Liu. lib. 4. inquit Valerius in fauorem legis Oppia. ego. n. ait ille, quem admodum ex his legibus, quae non tempus aliquod, sed perpetua vtilitatis causa in aeternum latae sunt nullam abrogari debere fateor &c.
8 Humanarum + vero leges, & haec quae vnaquaeque ciuitas sibi constituit, dicuntur esse mutabiles, quia sepe mutari solent vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata. d. §. si. inst. de iur. nat. gen. & ci. l. quod semel. ad munic. p. & hoc docet experientia. Quid enim est stabile inter homines + & ita immutabile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat: inquit Iustin. loquens

de huiusmodi mutatione legis. in auth. de non alie. §. vt autem. volubile enim hoc est humanum, & quod manere nunquam valet. sed sic quidem semper manet nunquam. in Auth. de his qui in gr. ad appellat. Multa vero sunt causa praedictarum humanarum legum mutationis + quas inferas inuenies in infra scriptis iuribus probantibus ipsam mutationem.

11 Primo in ca. non debet de consanguinit. & aff. dicitur non debet + reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum, statuta quoque variantur humana, praesertim cum vrgens necessitas, vel euidens utilitas id exposcat. Nam in 12 ter conditiones requisitas in lege, debet esse + temporis conueniens ca. crit. 4. distinctio. vnde Hierony. de Abraham loquens, seruiuit ille legi, & temporis suo, seruiamus & nos legi, & tempore nostro. c. quis ignorat. trigesima secunda, quaestio. 4. & Ambrosius, quado mos erat, crimen non erat ducere plures uxores, quia ex dispensatione diuina. c. obiciuntur. trigesima secunda, quaestio. 4.

Et Chriost. non solum igitur respiciamus ad opera, sed ad tempus. c. occidit. 2. 3. quaestio. 8. Interdum enim consideratis locorum, & temporum qualitibus, seueritati aliquod est detrahendum. cap. super eo. de sent. excommunic. Defectus enim nostri temporis, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, distinctionis illius antiquae non patitur manere censuram. ca. fraternitatis. trigesima quarta distinctio. Et humani iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nihil est in eo quod perpetuo stare possit.

13 multas enim formas edere natura nouas deproperat. l. r. ta. §. sed quia. de veteri iur. enu. qm nulla iuris sanctio quantumcumque propenso digesta ad humanae naturae varietate, & machinationes eius inopinabiles sufficit, nec ad decisionem lucidam suae nodosae ambiguitatis attingit, vt habetur in proem. Clem. quae natura multis vndique nouitatibus vtitur, in Auth. de consanguini. & aff. & in proem. 6. Amplectimur quippe voluntarios pro subditorum quiete labores, vt scadala remoueamus ab ipsis, & quas humana natura nouas semper deproperans edere formas, lites quotidie inuenire conatur, nunc antiquorum declaratione, nunc vero nouorum editione iurium, reprimamus. Et dicit Imperator in Authentica de tri. & semil. in principio. nitimur aliquid adinuenire semper, & naturae consequens, & quod possit priora corrigere.

14 Varietas + autem causarum, & natura eas frequenter mutans, egere leges illas emendatione nostra preparauit, in Authentica de testamen. in principio.

Et decursio ac varietas humanae naturae paulatim egressu curatione, non aliter ad bene se habendam reuocatur, nisi etiam quod particulariter ei resistit corrigatur. in Authentica de restitutione & ea quae par.

Resque dictum est a prudentibus, quia nulla lex, neque senatusconsultum prolatum in Republ. Romanorum videtur ad omnia sufficienter promulgatum, sed multa indigere correctione, vt ad naturae varietatem, & eius machinationes, sufficiat. in Authentica, quibus modis natu. c. fican. leg.

Nec inuenitur dicere, quanta natura generans innovat. 15 Imperium + enim propterea Deus de caelo constituit, vt leges aptet, secundum naturae varietatem. in Auth. de instrument. caut. & fide.

Et in futurorum euentibus sic humana fallitur incertitudo iudicij, vt quod coniectura probabili ex nunc interdum attenda consideratio vtile pollicetur, reperiri damnosum quandoque contingat, nonnunquam enim, quod consulte statuitur, ex sanioris inspectione iudicij consultius reuocetur, in extrauag. Ioan. 2. 2. de torneam.

16 Et quia nonnunquam, quod coniectura + profuturum creditur, subsequens experientia nocuum ostendit, non debet reprehensibile iudicari, si canonem conditor canones a se, vel suis praedecessoribus conditos, vel aliqua in eisdem contenta canonibus reuocare, modificare, vel suspendere studeat, si ea obesse potius viderit, quam prodesse. in extrauag. Ioan. vigesima secunda: quia nonnunquam de verborum significatione. Et quod medicina morbis, hoc exhibent iura negotiis, vnde consequitur, vt nonnunquam a 17 iudicio discordet effectus, + & quod credebatur coniectura prodesse, experimento inueniatur inutile. in Authentica. haec constitutio innovat. vnde sumpta fuere, quae in supra pro-

18 ximis extraua. Praesertim quod vix aliquid adeo certum, + clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus, quibus iura iam posita mederi non possunt, in dubium reuocetur,

nostras leges emendari non piget vbique vtilitate subiectis inueniri volentes, quod enim secundum nos est in redudationis comprehensum tumultu, gubernatiua indiget sapientia ex legibus superueniente negociis. inquit idem Imperator in Authen. neque iur. quod ex dote. Sed & ea, quae sub-tili obseruatione cauta sunt, plerumque turbauit emergentium varietas rerum. in auth. de his, qui in gr. ad appell. Et in Authen. de non alie. in prin. inquit. Vnam intentionem haec semper proponimus, omne quicquid prius imperfectum, aut confusum videbatur, hoc & expurgare, & perfectum ex imperfecto declarare. quod etiam in omni legislatione facientes, credimus oportere & in alienationibus, &c. Et ipsum quod perfectius datum est, a maioribus existimamus oportere adiectionibus ampliare. subiungit in auth. vt libe. de caetero. Natura enim inductum est, vt plura sint negotia,

19 + q. vocabula. l. naturalis. de praef. ver. Vnde idem Imperator in Auth. vt defunct. seu fun. cor. quosdam nanque verisimile est multitudinem legum, quae per singula a nobis adiiciuntur culpae non considerantes, quia opere semper vacante consonas causas ponere leges compellimur, cu semper inopinabile emergat aliquid, quod ab iis quae iam posita sunt

20 mederi non valeat. Et diuina + quidem res perfectissima sunt, humani vero iuris conditio semper in infinitum decurrit, &c. dicto §. sed qa. l. 2. C. de vet. iur. enu. hinc dixit Bal. in l. j. C. de his, qui ant. apert. tabul. Non est mirandum, si ex varietate temporum, generentur etiam noua phantasmata, &

21 nouae speculationes. non enim posterioribus + auferri debet facultas vterius cogitandi. Et per hanc rationem dixit Ant. de Butr. in c. cum venerabilis. de exc. quod aduocatus citra notam cotrarietatis potest hodie vnam legem allegare ad vnum propositum, & cras in alia causa melius cogitatio di-

22 cere quod nihil facit. Item doctor & reus + possunt hodie credere vnum, & cras mutare propositum, & dicere se aliud credere citra praedictum periuurij. Bal. l. de rute. C. de in int. rest. mir. Cuius quidem mutationis tanta est vis, & necessitatis, vt ipse & Deus ex his quae in veteri testa. statuerat. non nulla mutauit in nouo. d. c. non debet de consang. & affinit. intellige necessitatem ex parte nostra, & mutationem quoque

& in his quae substantiam non tangunt legis, vt sup. num. 5. Nam in ca. vnusquisque in fin. 2. 2. q. 4. dicitur, denique ipse Dominus sicut scriptura indicat frequenter suam mutare sententiam, intellige citra vllam ipsius Dei mutationem, & de sententia comminatoria, & huiusmodi. Et in cap. incommutabilis. incommutabilis Deus, idemque semper existit, &

23 denique summa natura sepe sua + in sacris literis legitur mutasse promissa. quoties enim protestatur se datum legem nouam, conditurum testamentum nouum, percussurum pactum nouum, nil aliud quam legis mutationem annunciat. Adq. conceditur vscu fructibus, & pomis. Noe autem omne quod mouetur, & viuut permittitur in cibum excepto sanguine. Sed per Moysen coarctat legem prohibens multa animalia, & multas aues, multosque pisces vt habes Leuit. 11. & Deut. 14. oracula vero nouae legis personat, oē quod intrat in os non coinquinat hominem, comedite quae apponuntur vobis. omnia munda mundis. lex vero noua non tantum mutat quae in veteri fuerant ordinata testam. sed & aliquid ex his quae in eadem lege noua. Nam Do. Iesus mittens Apost. ad predicandum. praecipit eis ne haberet sacculum, aut peram. postea idem D. iisdem Aposto. dicit. portate sacculum, & peram, & gladium. & in concilio Hierosolymis per Aposto. celebrato prohibentur immolata idolis, & suffocata: cum tamen Aposto. iam tradidissent nihil esse reiciendum, quod cum gratiarum actione sumatur. Nulla ergo mar-

24 net dubitatio quod propter humani iudicij imbecillitate, propter naturae nouas machinationes, & rerum formas editas, propter temporum, locorum & personarum varietate, propter infinitatem emergentium negotiorum, aliaque rationes deductas, nedū licet, sed necessarium est in dies mutare, corrigere, ampliare, & tollere leges, & vna lex semper & omni tempore non est satis, quare Gellius in quodam loco dixit, leges pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, & pro vtilitatum presentium rationibus, proque vitiis, quibus medendum est, mutari atque flecti, neque vno statu consistere quin vt facies Coeli & Maris, ita rerum atque fortunae tempestatibus variari. Vt et Liuius egregie libro 44 ait, quas tempora aliqua desiderant leges morales, vt ita dicam, & temporibus ipsis mutabiles esse video, quae in pace letae sunt, periculumque bellum, quae in bello, pax abrogauit, vt in nauis administratione, alia in secunda, alia in aduersa nauigatione vsui sunt. & Claudian. Priscian. que

canq; resumit caritatis leges, emendatq; vetuste, acceditq; noua. vt id etiam explicat Spec. & ad practica deducit in proe.

26 ponens de lege naturali + Mosaiica, prophetica, euangelica, Apostolica, & Canonica, quae successibus temporibus ob causas supra narratas alia post alia promulgatae fuerunt. & D. Cardinalis copiosius ponit seriem omnium diuinarum, & humanarum legum in proe. Greg. ver. sane in fi. vltima quae semper addidit, aut abstulit priori, aut illa penitus abrogauit. quod inspicimus etiam in ipsis ciuilibus, & municipalibus cuiusque ciuitatis, & oppidi legibus, quas quotidie alterari, mutari, & reformari constat. Veruntamen Pet. And. Gammatus in tract. de excel. ac verit. legalis scientiae adscri-

27 bit huiusmodi legum mutationem + non temporibus, locis, negotijs & causis, sed Authortum opinio. sub his verbis, & si aliud Moysis, aliud Licurgij, aliud aliorum videantur dogmata, & traditiones iniungere, hoc factum est non ex scientiae huius defectu, sed ex diuersis legislatorum opinionibus, qui hoc naturali diuinaeque aequitati congruum magis arbitrati sunt, quae illud, quod per Antecessores fuerat institutum, mihi verò haec non probantur, sicut nec forte nullis alijs. quod etiam probatur in casu cotrario in d. l. 2. de orig. iur. vbi fit bis mentio populum lege vixisse, & nulla tunc dicitur fuisse interpretatio, vel opinio. ex quo sequitur quod

28 posita + vel remota lege, ponitur vel remouetur interpretatio, & opinio.

Necid quidem malum est, sed ratio est maioris sapientiae reuocare + hominem, quod male locutus est. cap. magna. 2. 2. q. 4. ex Aug. & nonnunquam praetor varietatem non repellit, & consilium mutantis non aspernatur. l. non nunquam, de col. bon. & habemus hoc pro expedito in iure ciuili, & canonico, licitum esse mutare consilium, & opinionem, non tamen in alterius iniuriam, vel detrimentum. c. nemo potest mutare. de reg. iur. in sexto. idque admittunt libentius, cum in melius mutatur. adducentes exemplum Diui Augustini, qui scripsit libros retractationum, qui quidem in proem. dicti operis sic loquitur. Neque. n. quisquam nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit: sed si dicit non debuisset a me dici, quae postea etiam mihi displicerent, verum dicit, & mecum facit, eorum quippe reprehensor, quorum & ego. neque. n. ea reprehendere deberem, si dicere debuissent, sed qui primas non potuit habere sapientia, secundas habet partes modestie, vt qui non valuit omnia impoenitenda dicere, saltem poeniteat, quae cognouit dicenda non fuisse. Idem Aug. in c. ecce. 12. quaestio. 1. dicit. ecce in conspectu Dei, & vestro mutuo consilium. & haec satis sint ad ostendendum licere opinionem mutare. reliqua de mutatione opinionis vide in Sil. nup. lib. v. vers. etiam si consilium commune tenet Bal. in fi. Opinio quoque dicitur crescere + recipere augmentum, vt vult gloss. in l. milites. 2. C. de re milit. lib. xij. & tex. ad litteram in l. quae firum. §. si fundus de fun. instr. ibi, quam Sabini sententiam quotidie increfcente & inualefcere videmus. Opinio rustice quod est quaestiones per medium diuidere. gl. in l. Nefennius. de neg. gest. Et

32 opinio dicitur + adhortari fidem ab Aug. in serm. de S. Laurentio. vbi ait, maiorem enim effectum ibi debeo vbi credulitatem meam cogit cotemplatio, quam vbi fidem meam hortatur opinio.

Cum verbo hoc opinio iungitur multa quae innumera- biles conficiunt formas, & figuras loquendi, quae videre poteris per te in thesauris. Ab opinione fit opiniosus, + & opiniosissimus, Cic. in Acad. Duo vel principes dialecticorum Antipater, & Archidemus opiniosissimi homines non ne multis in rebus dissentiunt. D. Alc. lib. 8. parerg. c. 12. vocat opinatos homines existimatos + & magna autoritatis. ite opiniosissimos idest omni exceptione maiores. Opinatores autem secundum eundem in eod. loco, qui ponuntur pro exactoribus, in l. opinatoribus. C. de erog. milit. an. & in l. opinatores. C. de exac. & traslat. milit. lib. 12. dicti sunt ab eo quod opinabanbur, idest existimabant quanti speies existimandae essent.

33 Quia vero conclusum fuit leges positas esse sub continua mutatione & variatione, videbitur forte aliquibus posse dici scientiam nostram legalem esse incertam, & consequenter non esse scientiam, cum scientia + sit de incorruptibilibus & de impossibilibus aliter se habere, vt habetur primo poster. Sed respondetur, quod licet mutantur constitutiones particulares, non tamen mutantur ipsum dictamen, causa finalis iuris. nam semper lex proditur vt honeste viuatur, alter non ledatur, ius suum vnique tribuatur, & vt appetitus noxius sub iuris regula terminet

36 tur. finis + ergo iuris est inuariabilis, sed constitutiones, variabiles deseruientes tantum fini, semper enim debet esse rationalis & sic fundata super ratione naturali, & immutabilis, alias non esset lex. c. crit. 4. distinctio. & ponit omnia haec Abb. in c. no. debet. de consang. & aff. ratio aut quare constitutio- nes sunt incertae + & immutabiles est, quia sunt super particularibus factis emergentibus de tempore in tempus, quae sunt infinita, & ideo incibilia, & de quibus non est scientia secundum philosoph. 2. poster. vt etiam sapientissimos fallant. l. 2. cum glo. de iur. & fac. ignor. & dictum est supra.

Stante autem praemissa naturali, & necessaria variatione legum, & per consequens necessaria etiam interpretatione Doct. vt ex Iustiniani autoritatibus apparet, posset non immerito queri a tanto principe, quana fretus ratione edictum illud suum contra interpretes ediderit, quod D. Alciatus indignabundus, forte non iniuria vocat iniquissimum. lib. 4. de verb. sign. in fi. & Syl. nupt. li. 5. n. 2. 4. refert Docto. dicentes quod Iustinianus nos male tractauit, & quod malefecerimus

38 sine Doctoribus, & cum etiam ea, quae a pluribus + quae ratur, facilius inueniuntur, & per exercitationem, & multiplicacionem magistrorum dubia in iure clarescant. Abb. cap. de multa. in prin. de praeb. Et mihi nunquam placuit vllmaledicere, maxime vero principi, propter eorum prohibitionem. C. si quis Princ. maledix. modo propter. l. diuinam, dicentem qui maledixerit Principi morte moriatur, & praecipue Principi de iuris prudentia tantum benemerito, nec eius consulti-ssimos consilia os eius deique iuris conditores ta ceceuta negligencia reos habere vt credendum sent. ignorare, quod constat eos deseruisse inseruerunt. n. in digitorum compilatione. l. 2. de orig. iur. vbi ponunt quod non possit consistere ius nisi sit aliquis iuris scriptus per quem quotidianie dubia in iudicijs elucidari possunt.

Sed pro solutione satisfacit vnica responsio, quod Iustinianus ad arcendam multitudinem interpretum, & (vt notari dicunt) ad terrorem tam seuerè contra interpretes locutus iuerit, arg. c. si quis episcopum. 2. q. 6. 3. & eorum quae dicit Host. in sum. de poe. & remis. vt dicit Bal. de banis per potestates terrarum laici, quae potius ad terrorem quam ad valorem feri dicuntur. relinquens tamen peritioribus alias rationabiliores solutiones. Vltimo ex supra dicta resolutione quod leges humanae ob infinitatem emergentium negotiorum, temporumque instabilitatem, aliasque ob causas naturae, lites, & necessario subiaceant perpetuae variationi, videlicet quo ad particularis constitutiones non quo ad finem & substantiam legis, ac etiam quod ipsae diuinae leges, varia pro temporum aut personarum conditione praepcepta contineant, vt supra dictum est.

Euertitur funditus modernorum haeticorum impiissima opinio. Inquiunt ipsi. constitutiones ecclesiae + & concilia sunt superuacanea, nec illis modo aliquo parendum est pro consequenda salute: alias sequeretur quod nouum testamentum esset imperfectum, & quod fideles, qui ante huiusmodi ecclesiasticas sanctiones obissent, tanquam non habentes perfectam legem, damnati essent. Nam respondetur quod, vt supra dictum est, leges sunt super emergentibus casibus, iuxta illud Apostol. lex propter transgress. posita est. &

40 sicut + omnes casus non eueniunt vno eodēq; tempore, sed successibus temporibus, sic leges non possunt oēs poni vno tempore, sed hodie vna, cras alia emanat, vnde traditiones 41 patrum emanauerunt + non quia testamentum nouum esset imperfectum, sed quod apparet ex eo quia huiusmodi constitutiones nihil addiderunt euangelicae perfectioni, consistenti in cognitione veri Dei, & iusque vnigeniti filij D. nostri, & sanctissimi: ac indiuidue trinitatis, & in articulis fidei, diuinisque sacramentis. sed ideo factae sunt huiusmodi leges post promulgatum euangelium, quia effrenata cupiditas sui prodiga, pacis amula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia, & scandala generauit, vt nisi iustitia conatus eius sua virtute represisset, & quaestiones ipsius implicatas explicasset, ius humani foederis litigatorum & delinquentium abusus extinxisset, ac etiam factae sunt, vt earum metu

42 humana coerceatur audacia, iutaque sit inter improbos innocetia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenet audacia, & nocedi facultas. c. 1. 4. distinctio. Item factae sunt propter nouas rerum formas, quas natura ac humana malicia in dies nititur edere & machinari, ac propter insolitos inopinabilesque euentus, propter continuas mutationes instabilitatesque temporum, ac varietates emergentium negotiorum tempore euangelij penitus incognitorum, & quia etiam vt inquit Seneca quotidie aliquid subtilius, aliquando

39 ma opinio. Inquiunt ipsi. constitutiones ecclesiae + & concilia sunt superuacanea, nec illis modo aliquo parendum est pro consequenda salute: alias sequeretur quod nouum testamentum esset imperfectum, & quod fideles, qui ante huiusmodi ecclesiasticas sanctiones obissent, tanquam non habentes perfectam legem, damnati essent. Nam respondetur quod, vt supra dictum est, leges sunt super emergentibus casibus, iuxta illud Apostol. lex propter transgress. posita est. & sicut + omnes casus non eueniunt vno eodēq; tempore, sed successibus temporibus, sic leges non possunt oēs poni vno tempore, sed hodie vna, cras alia emanat, vnde traditiones 41 patrum emanauerunt + non quia testamentum nouum esset imperfectum, sed quod apparet ex eo quia huiusmodi constitutiones nihil addiderunt euangelicae perfectioni, consistenti in cognitione veri Dei, & iusque vnigeniti filij D. nostri, & sanctissimi: ac indiuidue trinitatis, & in articulis fidei, diuinisque sacramentis. sed ideo factae sunt huiusmodi leges post promulgatum euangelium, quia effrenata cupiditas sui prodiga, pacis amula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia, & scandala generauit, vt nisi iustitia conatus eius sua virtute represisset, & quaestiones ipsius implicatas explicasset, ius humani foederis litigatorum & delinquentium abusus extinxisset, ac etiam factae sunt, vt earum metu

42 humana coerceatur audacia, iutaque sit inter improbos innocetia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenet audacia, & nocedi facultas. c. 1. 4. distinctio. Item factae sunt propter nouas rerum formas, quas natura ac humana malicia in dies nititur edere & machinari, ac propter insolitos inopinabilesque euentus, propter continuas mutationes instabilitatesque temporum, ac varietates emergentium negotiorum tempore euangelij penitus incognitorum, & quia etiam vt inquit Seneca quotidie aliquid subtilius, aliquando

39 ma opinio. Inquiunt ipsi. constitutiones ecclesiae + & concilia sunt superuacanea, nec illis modo aliquo parendum est pro consequenda salute: alias sequeretur quod nouum testamentum esset imperfectum, & quod fideles, qui ante huiusmodi ecclesiasticas sanctiones obissent, tanquam non habentes perfectam legem, damnati essent. Nam respondetur quod, vt supra dictum est, leges sunt super emergentibus casibus, iuxta illud Apostol. lex propter transgress. posita est. & sicut + omnes casus non eueniunt vno eodēq; tempore, sed successibus temporibus, sic leges non possunt oēs poni vno tempore, sed hodie vna, cras alia emanat, vnde traditiones 41 patrum emanauerunt + non quia testamentum nouum esset imperfectum, sed quod apparet ex eo quia huiusmodi constitutiones nihil addiderunt euangelicae perfectioni, consistenti in cognitione veri Dei, & iusque vnigeniti filij D. nostri, & sanctissimi: ac indiuidue trinitatis, & in articulis fidei, diuinisque sacramentis. sed ideo factae sunt huiusmodi leges post promulgatum euangelium, quia effrenata cupiditas sui prodiga, pacis amula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia, & scandala generauit, vt nisi iustitia conatus eius sua virtute represisset, & quaestiones ipsius implicatas explicasset, ius humani foederis litigatorum & delinquentium abusus extinxisset, ac etiam factae sunt, vt earum metu

42 humana coerceatur audacia, iutaque sit inter improbos innocetia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenet audacia, & nocedi facultas. c. 1. 4. distinctio. Item factae sunt propter nouas rerum formas, quas natura ac humana malicia in dies nititur edere & machinari, ac propter insolitos inopinabilesque euentus, propter continuas mutationes instabilitatesque temporum, ac varietates emergentium negotiorum tempore euangelij penitus incognitorum, & quia etiam vt inquit Seneca quotidie aliquid subtilius, aliquando

39 ma opinio. Inquiunt ipsi. constitutiones ecclesiae + & concilia sunt superuacanea, nec illis modo aliquo parendum est pro consequenda salute: alias sequeretur quod nouum testamentum esset imperfectum, & quod fideles, qui ante huiusmodi ecclesiasticas sanctiones obissent, tanquam non habentes perfectam legem, damnati essent. Nam respondetur quod, vt supra dictum est, leges sunt super emergentibus casibus, iuxta illud Apostol. lex propter transgress. posita est. & sicut + omnes casus non eueniunt vno eodēq; tempore, sed successibus temporibus, sic leges non possunt oēs poni vno tempore, sed hodie vna, cras alia emanat, vnde traditiones 41 patrum emanauerunt + non quia testamentum nouum esset imperfectum, sed quod apparet ex eo quia huiusmodi constitutiones nihil addiderunt euangelicae perfectioni, consistenti in cognitione veri Dei, & iusque vnigeniti filij D. nostri, & sanctissimi: ac indiuidue trinitatis, & in articulis fidei, diuinisque sacramentis. sed ideo factae sunt huiusmodi leges post promulgatum euangelium, quia effrenata cupiditas sui prodiga, pacis amula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia, & scandala generauit, vt nisi iustitia conatus eius sua virtute represisset, & quaestiones ipsius implicatas explicasset, ius humani foederis litigatorum & delinquentium abusus extinxisset, ac etiam factae sunt, vt earum metu

42 humana coerceatur audacia, iutaque sit inter improbos innocetia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenet audacia, & nocedi facultas. c. 1. 4. distinctio. Item factae sunt propter nouas rerum formas, quas natura ac humana malicia in dies nititur edere & machinari, ac propter insolitos inopinabilesque euentus, propter continuas mutationes instabilitatesque temporum, ac varietates emergentium negotiorum tempore euangelij penitus incognitorum, & quia etiam vt inquit Seneca quotidie aliquid subtilius, aliquando

elegantius

elegantius excogitat luxurie furor. Itē ne ob prædicta incōmoda dato libello repudij cōcordia extra mundi terminos exulasset, & denique vt appetit noxius sub iuris regula terminetur, & homines honeste uiuant, alterum non lædant, ius suum vniciuque tribuant, vt dicitur in proem. Gregoriano, quibus particularibus nouitatibus noui testamenti veritas ideo prouidere nō debeat, q̄a aliqua ex existēte tēporis non acciderat. Quare licet constitutiones ꝑ ecclesie nō sint necessariæ pro perficiendo nouo testamento quo ad illius finem & substantiam, circa quæ est perfectissimum vt dixi, dici possunt nihilominus necessariæ etiam ad salutem, ex eo, quia nos necessitamur ad eas tenendum, eisq̄ credendum si salutem consequi volumus. Quia editæ sunt ab habentibus potestatem clauium, quæ potestas semper fuit, & semper erit in ecclesia Dei catholica Apostolis. s. & eorū successoribus Episcopis concessa. Ita ergo nos necessitant ad eas parendū, sicut necessitati fuere patres ad eas promulgandum, & hæc quo ad primam partem oppositionis aduersariorum. Quo ad secundam dicimus, quod testamento nouo seruato, ij qui decesserunt, salui credendi sunt, (nec. n. legem imperfectam, sed perfectissimam habuerunt) tametsi ecclesiasticas leges ipsi non seruauerunt. ideo. n. non seruauerunt, quia eis datæ non fuerunt. datæ autem non fuerunt, quia eorum tempora talibus legibus non indigebant.

44 nec procedit absolute ꝑ consequentia si editur lex noua, ergo antiqua erat imperfecta. si. n. intelligas imperfectionē quoad ipsam legem, non est vera consequentia. quælibet

45 n. lex quo ad se ipsam ꝑ est perfecta: quo vero ad necessitatem temporis non est inconueniens, vt quæ vno tempore fuit perfecta, succedente alio tempore efficiatur imperfecta, et in legibus diuinis multis ex causis sapius dictis, qd̄ accidentaliter. Tollitur etiam de medio prædicta consequentia aduersariorum alia euidentissima ratione.

Nam indubitatum est, quod patres, qui sub legem naturæ fuerunt credentes in Christum dominum venturum, & sanctū Deū ambulantes beatitud. cōsequi poterūt, nūquid ꝑ ergo dicemus legem Mosaicā fuisse superfluum, eo quia lex naturæ sufficiebat ad salutem, modo supradicto: nequaquā cum habuerit authorem Deum, qui nihil agit frustra. sed si non fuit superflua, reputāda ne ideo lex naturæ imperfecta? non quidem ex quo potens erat ad saluandum, eo modo quo diximus, & cum Deus illius quo author, opus imperfe-


ctionis nō nouerit. c. maiores. de baptif. ver. ad hæc. vnaque que ergo lex ꝑ natura, & scripta fuit suo tempore, & perfecta, & necessaria. Sed, bone Deus, si illæ antiquæ, & adumbratæ, & figuratæ leges dici non merentur defectiue, nec otiosæ pro temporibus earum, quis erit tam impius, qui hoc audeat affirmare de sacrosanctis ecclesiasticis dogmatib. tēpore gratiæ reuelatæ publicatis: alioquin sequeretur quod summus Deus ecclesiæ suæ vnigeniti eius filij sanguine cōsecratæ prætulisset antiquam synagogam, si illa secundum temporum exigentiam successiuis legibus nunquam imperfectis, nec superfluis abundasset hæc sponsa sua dilectissima, aut imperfectas, aut nō necessarias habuisset. Sit ergo resolutio, quod concilia, & statuta ecclesiastica, & canonica sunt necessaria, non autem superuacanea. necessaria inquam ad politicum regimē populi Christiani in ordine ad cultum Dei, ac beatitudinem ad conseruandas in moribus, & ritibus Patrum traditiones, quæ per temporum longitudinē abijissent, nisi pastorū sollicitudo addidisset ad depellendos Hæreticorum errores, q̄ scripturas deprauātes hæreses suscitārit ad explicandā ī multis veritatē, q̄ nō ita clare, & aperte inscripturis apparebat, & ꝑ obseruatione legis euangelicæ, cōstituedo pœnas tēporarias transgressorib. Itē, qd̄ qui ante illa obierunt parēdo euangelio tanquam legi perfectissimæ gloriam æternam possidebunt.

48 Non tamen est permittendum, quod verus ꝑ & catholicus Christianus æstimare debet præcepta maiorum, ordinationes, & canones ecclesiasticos non tanquam humanas, sed diuinas, vt pote per manus ab Apostolicis tēporibus ad nos deriuatas. c. vtinam. 3. 6. dist. c. illa. 1. 2. dist. facti. n. sunt in

48 sanctu Spiritu sancti, vnde & violatores ꝑ peccant in Spiritū sanctū. quare præsumptuosum est asserere, quod statutis sacrorum canonum in sua firmitate manentibus per solā Bibliā regi possit ecclesia sancta Dei, put cōsueuerūt asserere ius canonicum ignorantes, vt est doctrina Hostien. in sum. de pœn. & remiss. verbo, cui Episcopus. num. 30. Item firmiter credimus nobis imminere necessitatem ad vnguē eas obseruandi, vt pote nobis conscriptas. non. n. qui post huiusmodi sanctionum publicationem nascimur sub illarū etiam potestate constituti reperimur. id autem non est dicendum de illis, qui tales antecesserunt leges, cum natura legis

49 ꝑ sit non prouidere præteritis, sed futuris. c. cognoscentes, & c. si. de constit. cum simil.

FINIS PRIMI LIBRI.



DE COMMUNI

OPINIONE

Auctore MACAGNANO Azoguido

Bonomiensi, J. V. D.

LIBER SECVNDVS.

SVMARIA.

- 1 **C**OMMUNE quid dicatur, & quot modis.
- 2 Acquitatis vis duplex.
- 3 Omne commune est in medio.
- 4 Commune quid dicatur secundum Cic.
- 5 Commune, quod est meum, dici non debet.
- 6 Proprium quod est, commune an quid dici possit.
- 7 Iustitiæ quid proprium dicatur.
- 8 Commune id dicitur, in quo habeo aliquam partem dominiij.

Commune quid sit.

CAPVT I.

COMMUNE, seu commune dicitur, ꝑ quod non vni soli, sed pluribus conuenit, quod non est singulorum, quod non est proprium alicuius. cap. sicut. 47. dist. ibi, proprium nemo dicat, quod est commune. Item, quod cum esset singulorum ex eorum voluntate communicatum est. s. si duorum. instit. de rerum diuis. & ibi de metallis, liquoribus, frumento, & grege communicato. Item, quod est quodammodo oppositum ipsi proprio, vt in l. 2. §. his legibus. de orig. iur. ibi. Hoc ius, quod sine scripto venit, propria parte aliqua non appellatur, vt cætera partes suis nominibus designantur, sed communi nomine appellatur ius ciuile. & Cic. 1. de Orat. sub persona Scauolæ aduersus Crassum. Hoc amplius si quid poteris, non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria non communi oratorum facultate posse. idem & in Bruto, loquens de arte oratoria. Hoc autem studium non erat cōmune Græcis, sed propriū Athenarum. & in Partitionibus loquens de iure diuino, humano, ac de æquitate inquit. Acquitatis autem ꝑ vis est duplex, cuius altera directi, & veri, & iusti, & vt dicitur æqui, & boni ratione defenditur, altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet, quod in beneficio gratia, in iniuria vitio nominatur. atque hæc cōmunia sunt naturæ, atque legis, sed propria legis, & ea quæ scripta sunt, & ea quæ sine literis aut gentium iure, aut malorum more retinentur. Et compilatores Iustiniani Codicis, & Pandectarū, in eo hanc nobis cōmunis à proprio diuersitatem indicauerūt, dum ipsi de eisdem rebus, & proprios, & communes tractatus separatim dicarunt. exempli causa. Manumissionum, plura sunt genera, de vnoquoque genere singulares titulos posuerunt, in quibus pertractarunt ea, quæ vniciuque manumissionū generi propriè competunt, deinde quia remanebāt aliqua omnibus manumissionibus cōmunia, de illis quoque particulares titulos subiunxerunt, vt videre est in vscapionibus, successiōibus, & quamplurimis aliis: extant. n. rubrica, cōmunia de leg. & fideicom. cōmunia de vscapionibus, cōmunia de manumissionibus, cōmunia præd. tam vrb. quàm rustic. cōmunia de success. Item cōmunia diuid. cōmuni seru. manumiss. si in cōmuni, eadēque causa in integ. rest. per. cōmunia vtriusq̄ iud. cōmuniū rerum aliena. si cōmunis res pign. dat. sit. vend. rerū. cum fideicom. Item gloss. in l. quid tamen. de arb. exponit commune. i. connexum. Item secundum D. August. in præfat. psalm. 75 quæcūq̄ ꝑ omnibus commune est, in medio est, quare ī medio dicit, vt tñ dicit ab omnibus, & tñ ꝑ que totinibus, qd̄ nō in medio est, quasi priuatū sit, quod

publicum est, in medio ponitur, vt omnes qui veniunt percipiant, ne modicam meam est, ne in parte sua velit facere, quod in medio est omnibus, & glo. in cap. 1. de sum. trin. in verbo, cōmune naturam hominis, exponit. i. mediam inter angelicam, & mundanam, vel cōmune. i. conformem vtri que, quia in pluribus conformat se cum Angelis scz. in ratione, & in multis cum inferioribus creatur, quia sentit cum illis Cic. 1. de inuentione. commune est, quod ꝑ nihilominus in hanc, quàm in contrariam partem causæ potest conuenire. & s. Tusc. nam & obsecnas voluptates, de quibus multa ab eis. s. epicureis, habetur oratio faciles communes, & immediositas esse dicit. Ex his ꝑ ergo facile apparet cōmunia, non vni soli conuenire, nō esse propria, vel singularia vnus, immo tanquam propriis opposita, & contraria censeri, vt merito dictum fuerit ab illo in arte Poetica. Difficile est propriè cōmunia dicere, quod si acciderit aliquid, quandoque simul dici proprium & commune, id erit diuersis ꝑ respectibus. ius. n. ciuile vocatur cōmune, & proprium. propriū respectu iuris naturalis, & gentium. commune respectu iuris municipalis, vel singulariū partium iuris ciuilis. §. ius autem ciuile. inst. de iur. nat. gentium & ciuile. l. ius ciuile. & l. omnes populi. de iust. & iure. l. 2. §. his legibus. de orig. iur. ibi cōmuni nomine appellatur ius ciuile. & Cic. lib. 5. de finib. pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas, ita iustitia propria ꝑ sunt, vt sint reliquarum virtutum cōmunia, pietas. n. & alia ibi dicuntur simul propria, & cōmunia, quia respectu iustitiæ consideratur proprietatis. respectu aliarum virtutum cōmunitas.

8 Intelligendum tamen erit, quod etiam illud ꝑ recte, & propriè dicitur commune alicui, quando in eo habet aliquā partem dominiij, vt est elegans tex. in l. rectè. de verb. sig. R. c. & dicimus cum fundum totum nostrum esse, etiam cuius vscus fructus alienus est, qui vscus fructus non dominiij pars, sed seruitus sit, vt via, & iter. & ponit Soc. consi. 107. vol. 3. Sed videamus de aliis multis, quæ vocantur cōmunia plurium, eo quia non sunt propria vnus.

SVMARIA.

- 1 Pater communis quis dicatur.
- 2 Filius communis, quis dicatur.
- 3 Communia, quæ non sunt vnus, quæ alia sint.
- 4 Stipulationum, quot sunt species.
- 5 Scripturæ exhibet in iudicio ab actore, & reo efficiuntur communes vtrique.
- 6 Paries communis, quomodo dicatur communis pro diuiso, & pro indiuiso.
- 7 Nomen commune vtrunque sexum significat.
- 8 Seruis legatis, an ancillæ debeantur.
- 9 Commune, & vulgare, an differant.
- 10 Spiritus sanctus dicitur communis inter patrem, & filium.
- 11 Homo dicitur creatura communis, consistens ex corpore, & spiritu.

De his, quæ dicuntur cōmunia, quia non sunt vnus.

CAPVT II.

VIS dicitur pater ꝑ communis filiorum, quia nō est vnus, quin sit alterius. Pau. de Cast. consi. 283. de vtroque. vol. 2. Contra quis dicitur filius ꝑ cōmunis, quia & patris, & matris non alterius tantum. Com. opi. Tom. 4. DDDd

turn. I. Sulpitius. de donat. inter vir. liure nostro. de testa. tur. Paul. de Cast. conf. 34. v. fo. vol. 2. Idque etiam in filio militico. & spiritali locum sibi vdicat. c. communis filius. 23. dit. illo n. Diaconus erat spiritalis filius, & proprii Episcopi. & summi Pontificis merito appellatur à Papa cõmunis filius. Fortuna communis plurium. qui pariter damnificatur ab ea. l. filiusfam. §. diu. de lega. 1. Lucrum commune, & damnus commune. in l. cum duobus. §. damna. pro foc. Detrimentum cõmune. in l. laborante. ad l. Rhod. de lac. 3 Stipulationum alia iudiciales sunt. alia pratoria. alia cõventionales. alia communes pratoria. & iudiciales. præmittit iurif. conf. tria genera stipulationum. postea subiungit communes. quæ tamen respiciunt tantum duo genera. l. §. de verb. oblig. licet Alc. præceptor me. s. lib. 1. parad. ca. 1. interpretando. l. illam ponat tres tantum species stipulationum. omittit enim conuentionales. Scripturæ exhibite in iudicio ab actore, & reo efficiuntur communes vtriq; Spectu. de refc. pra. sen. §. dicto. Partes communis. in l. inter quos. de dam. in fect. vbi Barto. declarat. quomodo dicitur cõmunis pro diuiso. & pro indiuiso. & Paul. de Cast. conf. 134. incipiendo volum. 2. & idem confil. 21. declarat quomodo quis dicatur habere murum communem. Negotia commune gerere. in l. cum duobus. in prin. pro foc. Instrumenta communia in l. procur. C. de eden. Arbor communis. in §. si Titius. in l. de rerum diuis. l. adeo. in fin. de acquir. dom. Lapis communis. l. arbor. communi diuid. A qua communis in l. qui aliena. §. fin. de neg. est. Bona communis. in l. duo fratres. de acquir. her. Nomen commune quod vtrunque sexum significat. in l. inter stupr. de verb. signifi. vbi Modestinus ait. si uis legatis etiam ancillas debere quidam putant. quasi commune nomen vtrunque sexum contineat. Verum commune. Aug. 2. de lib. arb. c. 10. quod ergo vnum verum videmus ambo singulis. nonne vtrunque nostrum commune est. Veritas communis est omnibus. Aug. in Praef. Psal. 73. Actio communis plurium. in l. si idem. de iurif. omn. iudic. Aedes communes. in l. si communes. cõmuni diuid. Seruus cõis in l. si fundu. §. si seruo. de leg. 1. vbi dicitur communis seruus. quasi duo sunt. Vassalus communis. de vasa. qui consil. loth. in prin. Libertas communis. l. illud. de rit. nup. Causa communis duorum. puta Episcopi. & capituli. vt per spec. in titu. de Acto. versi. nem. nunquid prelato. genti. Platea communis. in Clem. dudum. §. nos autem. de Sepul. Prædium commune tã pro diuiso. quam pro indiuiso. in l. magis puro. §. si. de reb. cõis. Vineæ communis. in l. 2. C. communi diuid. Arca communis in l. 1. quod cuiusque vniuersi. nomine. Pactum commune. in l. si socius pro filio. pro focio. Argumentum commune. quod nihil magis ab aduersario. quam à nobis stat. Argumentum vulgare. quod in aliam quoque rem non probabilem. si nunc concessum sit. transferri potest. Hic vides commune non differre à vulgari. vide in 1. de oratore. & in 2. in loco de exordio. dicitur enim. nam si quando id primum inuenire volui. nullum mihi occurrit. nisi aut exile. aut nugatorium. aut vulgare. atque commune. 9 sunt. n. tria verbalia. seu synonyma. Spiritus sanctus dicitur communis patri. & filio. ab Augustin. de ciuit. Dei. lib. 1. c. 24. intellige ratione processionis. quia ab vtroque procedit. Verba Aug. vtrum autem boni patris. & boni filii. Spiritus sanctus. quia communis ambobus est. rectè bonitas dici possit amborum. non audeo temerariam præcipitare sententiam. Homo dicitur Creatura communis ex corpore. & iu. spiritu constituta. in c. 1. de sum. trin. vbi vide gl. Poeta quoque loquens de Heiena dixit Troia. & patria communis erunt. Vfus communis pro vtilitate cõmuni duorum. in c. peruenit. de emp. & vend. Ne aut ob superius dicta quipiam existimet communionẽ cadere solũ inter duos vel paulo plures. & eos vt singulos apponemus nonnulla. quæ vniuersitati. generalitati. collegio. corpori. populo. hu mandque generi toto communia dicuntur. & communiter cõpetunt. idque vt corpori. & vt pluribus. & vt vniuersis. & vt vniuersis dicunt. iuxta gl. in c. quod nostru. de reg. iur. in vj. & glo. in cap. in re communi. de reg. iur. in 6.

SVMARIA

- 1 Communia vniuersis. qualia sunt.
- 2 Ius piscandi commune est.
- 3 Coniuges communes quales.
- 4 Bona. & facultates Ecclesie non proprie dicuntur. sed omnia ius communicanda.

- 5 Ius commune pro naturali aliquando interpretatur.
- 6 Ius commune opponitur iuri proprio tanquam ius generale iuri non generali.
- 7 Ius commune in terris Ecclesie dicitur ius canonum: in terris autem Imperij ius ciuile.
- 8 Lex omnibus est communis.
- 9 Lex communis pluribus nominibus vocatur.
- 10 Roma est communis patria.
- 11 Oratio communis. & publica. qualis dicitur.
- 12 Iustitia communis. virtus vocatur.
- 13 Appellatio nuncupatur remedium commune.
- 14 Infirmas communis hominum dicitur ignorantia.
- 15 Benedictio communis. qualis sit.
- 16 Mors filij ante patrem. dicitur contra cursum naturæ.
- 17 Mundus. quasi vrbs communis vocatur.
- 18 Commune exponitur in quotidianum.
- 19 Vfus artis cõmunis. & vulgaris promiscuè vocatur à Cic.
- 20 Vfus communis loquendi. in omnibus attendi debet.

Caput III

De his. quæ sunt communia vniuersis.

I T quidem communia sunt omnium. Aer. & Aqua profluens. mare. & littora maris. & quidem. in situ. de rerum diuis. l. quedam. de rerum diuis. intelligendo tamen quo ad vsum. non quo ad proprietatem. vnde non poterit agi communi diuid. nisi postquam facta fuerint occupantium. glof. in ver. communia. d. §. & quidem.

2 Ius piscandi omnibus commune est. §. flumina. in l. de rerum diuis. Vniuersitatum sunt non singulorũ. quæ in ciuitatibus sunt Theatra. stadia. & his similia. & si qua alia communia sunt ciuitatum. §. vniuersitatis. eo. tit.

Vfus omnium quæ sunt in hoc mundo communis omnibus esse hominibus debuit facultatum. l. & possessionũ in statu innocentiæ. non tamen vxorum. & filiorum. id est absurdum fuisse secundum S. Thom. 1. q. 98. art. ad tertium. licet Britanni tempore Cæsaris Dict. vxores haberet denique duo denique inter se communes. vt ipse refert lib. 5. de bel. Gal. sed per iniquitatem alius hoc dixit esse suum. & alius istud. & sic inter mortales facta est diuisio. Denique quidã græcorum sapientissimus. hæc ita sciens esse cõmunia omnia debere. ait. Amicorum esse communia. in omnibus autem sunt sine dubio. & coniuges. & sicut inquit non potest diuidi aer. & splendor solis. ita nec reliqua. quæ communiter omnibus data sunt ad habendum diuidi debere. sed habenda esse communia. c. dilectissimis. 12. q. 1. vbi glo. in ver. coniugibus. interpretatur coniuges communes. non quo ad vsum carnis. sed quo ad vsum obsequij. vel quo ad dilectionem. Græcorum autem illum sapientissimum siue eius sententiam. refert quoque Aristot. 2. Polit. c. 3. vbi ait. oportet enim omnino. vt res sint propria. sed quodammodo communes. & paulo infra. at vero ob virtutem erunt ad vsum. vt est in prouerbio. amicorum communia. facultates ecclesie non sunt propria. sed communes. c. expedit. 12. q. 1. hoc est omnibus communicanda. maxime in necessitatibus fm Pau. de Ca. conf. 4. 1. 4. vol. 1. Ius commune de quo in c. quæ à iure. de reg. iur. in 6. ponitur p naturali. ad differentiam iuris proprii. id est ciuilis. Ius aut ciuile. cum gl. de iur. & iur. quæ dicit esse commune omnibus animantibus.

6 Ius commune quoque opponitur iuri proprio tanquam ius generale iuri non generali. gl. l. omnes populi. de iustit. & iur. & ibi non solum dicitur ius commune. sed ius commune omnium hominum sub his verbis. omnes populi. partim suo proprio. partim cõi omnium hominum iure vtuntur secundum Pau. de Cast. conf. 42. 1. vol. 1. quod ista mulier. in terris ecclesie. ius commune est ius canonum in terris Imperij est ius ciuile. Item ius commune ad differentiam iuris specialis in corpore iuris clauso. l. Centurio. de vulg. & pupil. ibi iure communi capiet. post eam autem ætatem ex priuilegio militum.

Iurifictio communis pro iure communi. in ca. cum venissent. de iudic.

8 Lex communis in Auth. de nup. in prin. hoc aut quod à nobis sit lex quidem cõis est omnibus. Et in Auth. vt nullus mutuan. agri. lex cõmunis prouincialibus. & militibus. & in Auth. de depol. communi. & generali lege definire.

Et in

Et in Authen. nullum creden. agric. lege saluberrima sancire. & commune omnibus deponere medicinam. Et in Authen. de exhib. reis. §. si vero simul. optimum quoque est etiam hoc propter dubitationum quæstionem lege communi determinare.

Et secundum communem vsum loquendi vocamus ius commune id quod non est ius municipale. licet quandoque ius commune. & lex communis appelletur statutum vt in lib. feud. c. primo. de statut. con. libert. eccles. refert. Fel. in c. 1. de const. col. 1.

Vocatur etiam lex commune aliis nominibus. in l. 1. & 2. de leg. videlicet. Præceptum commune virorum prudentum. vbi Barto. per illum text. dicit non admitti mulieres in legum compositione.

Sponsio communis Reip.

Compositio communis ciuitatis secundum quam omnes decet viuere qui sunt in ciuitate. Quæ verba manifestant communem legem esse legem generalem. & vniuersalem. prout etiam superius adducta aperiuunt. Considerabis aut ius commune. & lex communis sint idem vel ne. ex infra scriptis. quæ habentur in lib. secundo ad Heren. deinde contrariam sententiam. aut nullam esse. aut stultam. aut iniustam. aut non posse fieri. aut non constare cum superioribus. & inferioribus sententiis. aut cum iure communi. aut cum aliis legibus communibus. aut cum rebus iudicatis dissentire. Idem Cic. lib. 2. de inuen. vocat legem commune commune præscriptum ciuitatis dicēs. nam & iudices neque quid sequantur habituros si ab eo quod scriptum sit recedant. neque quo pacto alios improbare possint. quod contra legem iudicant. & ceteros ciues quid agant ignoraturos si ex suo quisque consilio. & ex ea ratione. q̄ in mentem aut in libidinem venerit non ex communi præscripto ciuitatis vnamquamque rem administrabit. extrauagantes communes diuersorum Pontificum. & singulares alicuius pontificis. vt Ioan. 2. de quibus alio loco. Vox cõmunis pro lingua communi. in §. alienationis. in auth. de nup. forum commune omnibus est curia Papæ. ad cap. fin. de for. compe. & secundum Mart. laud. in tract. de princip.

conclu. 80. Roma. & communis patria l. Roma. ad munic. & commune forum. & tribunal. cap. fin. de for. comp. vide omnino D. Ale. lib. 2. dispunc. cap. 2. 1. & hic intellige de vniuersalissima communione. Mars communis belli. & cõmunes casus belli multoties apud Au. hores probatos. Exercitatio communis. Cic. 3. de Orat. hic noster vulgaris orator si minus erit doctus. attamen in dicendo exercitatus hac ipsa exercitatione communi. istos quidem nostros verberabit. Prudẽtia communis. quam omnes qui cuique artificio præfunt. debent habere. Cic. 3. de fin.

Tempus dicitur esse commune omnibus. per Ioannem Andr. in Reg. peccatum. in Mercur. Natura est communis omnium. §. de finib. Oratio cõmunis. vel publica dicitur illa quæ fit à ministris Dei pro vniuerso populo. alia est priuata. quæ debet fieri secreto saltem quo ad animum. & de hac loquitur dominus in euangelio. tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum. & clauso ostio ora patrem in abscondito.

Iustitia vocatur communis virtus a D. Ambrosio. & exponentes verbum illud Domini. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. intelligunt pro iustitia virtutes omnes. Arist. 5. etic. dixit illam Reginam omnium virtutum. & Cic. in partitionibus loquens de ea. in communione autem. quæ posita pars est iustitia dicitur. Consilium commune in cap. olim. 9. 5. distinct. Vbi quod olim ecclesie. communi consilio clericorum regebantur. Cultus vitæ communis. & vfitatus in 3. Tuscul. vbi loquitur de furoris stultitiæ quæ differentia. Vbi etiam quod communis. & vfitatus sunt idem.

Nomen commune id est generale. in l. 2. §. his legibus. de orig. iur. vbi pars illa iuris quæ carebat specifico nomine assumpsit nomen commune. quod ibi exponendum est generale. quia omnibus iuris partibus nomine carētibus cõuenire potest.

Appellatio nuncupatur remedium commune à Ioan. Andrea in reg. nullus ex consilio. in Marc. Vtilitas communis. in cap. Abbate. in fin. de reiud. in 6. præfertim cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris asperitatem ex æquitatis mansuetudine tolerari noscuntur. Mensura communis. in cap. ex parte. de censu. Honor communis. i. sepultura seu pompa funeralis mortuis debita. Cic. lib. pri.

mo de Orat. in fin. inimicorum in manibus mortuus est hostili. in terra turpiter iacuit insepultus à feris diu vexatus. communique honore in morte caruit. Laus communis. Cic. in Brut. loquens de Cæsare. hanc cum habeant præcipuum laudem in communibus. Infirmas communis hominum. id est. ignorantia. Cic. secundo de inuen. nō enim parum cognosse. sed in parum cognito stulte. & diu peruecrasse turpe est. propterea quod alterum communi hominum infirmari. alterum singulari vniu. scuiusque vitio est attributum. Materia communis. & propria. communis dicitur quæ tenet rationem generis. sicut aqua dicitur communis materia omnium liquidorum.

Propria quæ consideratur secundum speciem specialissimam. sicut stannum fit ex ære tanquam ex materia. Card. 5 in proem. Decret. versi. quoniam. q. 4. Benedictio communis quæ fit cum simplici signo crucis à presbyteris omnibus. & abbatibus celebrantibus ad differentiam benedictionis solennis quæ fit cum verbis. sit nomen domini. quæ conceditur solis episcopis prohibetur aliis. cap. ministrare. 26. q. 6. ea venialia peccata expiat Decima communis est. quæ debetur de iure diuino ad differentiam eius. quæ debetur ex pacto per Ioan. And. in Clem. dispensatio. ver. decimis. de iud. Conditio communis omnium. id est status. Cic. 3. Tuscul. itaque dicuntur nonnulli in mœore. cum de hac communi omnium conditione audissent. ea lege nos esse natos. vt nemo in perpetuum esse possit expertus mali. Votum commune quo leti necessitatis hinc quo quis non saluatur diuersum à singulari. & voluntario. Silues. in versi. totum primo. §. 7. Stylus communis notariorum. Paul. de Cast. conf. 279 super ver. 3. vol. 1. Curfus communis naturæ magis quam artis. attendi debet. Paul. de Cast. conf. 277.

Curfus communis naturæ nō habet filium mori ante patrem. nec hoc est appetibile. vnde illud. ordine turbaro succedens Bulgare nato. Curfus communis causamur per Barto. in l. fundum titianum. de præscript. Eruditio cõmunis in c. relatum. 3. distinct. absurdum nō erit si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis. quæ forte etiam in pueritia attingit ad assertionem veri dogmatis conferat. omnes enim scientiæ profana vocantur communes. hoc est immunda. & viles in comparatione sacræ scripturæ diuinarumque disciplinarum. prout veræ sunt. quia iuxta illud Pau. scientia inflat. Tacitus vero in alio sensu intellexit commune. eruditionem de Apro loquens. At Aper communi eruditione imbutus. magis contemnebatur. quàm nesciebatur. de eruditione enim vulgari intellexit. Locus communis seu locus communis oratorum omnibus patent in lib. ad Heren. de inuentione. de oratore. & aliis. qui de arte illa tractant. Hec ergo argumenta inquit Cic. quæ transferri in multas causas possent. locos commune nos nominamus. nos quoque habemus authores. qui de locis communibus legalibus pertractant. Literæ communes quæ idem quod eruditio cõmunis. Cic. 2. de Orat. omnium. n. ceterarum rerum oratio mihi crede ludus est homini non hebeti. neque in exercitatio. neque communium literarum. & politio. is humanitatis experti. Mensa cõmunis canonicorum in c. cum M. Ferrar. de const. Interesse commune. singulari. & conuentum. in l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod int. Forma cõmunis id est generalis. consuetudo. & ordinaria. qua vitur curia in eius literis. ad differentiam formæ pauperum. ac aliarum formarum. in c. quia diuersitatem. de concess. præbend. vbi de confirmatione à sed. ap. obrenta sub forma cõmuni. Ordinatio commnis ecclesie per vnum cuius non interest non debet impediri. ca. ex ore. de his quæ fi. à mai. par. Gaudium commune. & cõmunis letitia. l. vniuersalis. in l. 3. C. de epis. audient. vita cõmunis. Apostoli. corumque discipuli. vnam nobiscum. & vobiscum commune vitam duxerunt. capi. dilectis. 12. quæst. prima. & habetur sermo D. Augustini de vita communi ad fratres in Heremo. Cicer. lib. 2. Academic. quæst. Socrates mihi videtur primus à rebus occultis auocasse philosophiam. & ad vitam communem adduxisse. ibi perpende quam intelligat vitam communem. si enim philosophia significabat contemplatiuam vitam. ergo communis actiuam. Idem primo de Orat. Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis. aliud in communi vita. & vulgari hominum consuetudine non hebetem. nec rudem. Item. cumque multa colligeres. & ex legibus & ex Senatusconsultis. & ex vita. ac sermone communi. Commendatio communis inter homines. Cicero lib. 3. de fin. ex hoc nascitur. vt etiam communis hominum inter

homines naturalis sit commendatio, vt oporteat hominem ab homine ob id ipsum quod homo sit, non alienum 17 videri: & in eodem libro appellat Mundum quasi vrbem communem. Mundum autem regi censent numine Deorum, eumque esse quasi communem vrbem, & ciuitatem hominum, & Deorum, & primo de legi. Vnde etiam vnuerfus hic mundus vna ciuitas communis Deorum, atque hominum existimanda. Vtus communis loque di. l. labeo. §. neque enim. de supel. leg. neque enim ex opinionibus singulorum, sed ex comuni vtu nomina exaudiri debent. vbi 18 aliqui exponunt commune pro quotidiano. alibi vocatur communis modus. in c. 2. §. sicut iuxta de tras. epif. & alibi communis intelligentia. in c. ex literis. de spon. infra scripta vero verba Cic. in partitionibus alia nomina imponunt comuni verborum, intelligentia ait ille, & vter ad commune verbi vim propius accesserit, his vincat necesse est, & paulo inferius, ad commune sensum, vimque verbi suam definitionem, sententiamque confirmet. Itē, sit ergo hæc contentio prima verborum, in qua etiam si propius accedat ad consuetudinem mentemque sermone, defensoris definitio, tamen accusator sententia legis nititur.

19 Vsum artis & commune, & vulgarem promiscue vocat Cic. lib. 3. de fin. in prin. Stoicorum autem, inquit, nō ignorasquam sit subtile vel spinosum potius differendi genus, idque tum Græcis, tum magis nobis, quibus etiā verba parienda sunt, imponēdaque noua nouis reb? nomina, quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius vsus vulgaris, communisque non sit, multā nouitatē nominū esse, cū constituantur earum rerum vocabula, quæ in quaq; arte versentur. Fely. post alios in poem.

20 Gregor. tradit pro regula, quod communis & vsus loquendi semper, & in quibuscunq; dispositionibus attendi debet, nisi esset nimium insensatum, vel contra honestatem, vel iustitiā, vel vocabulum, quod interpretatur, non haberet vocabulum in vulgari, quia tunc statim communi vsui loquendi peritorū, puta si tractaretur de hoc verba liberi, quod non habet vulgare.

Aetruscus Poeta vocauit comunem dolorē, vnuerfalē, quo affecti fueret credentes in die dominicæ passionis.

Unde imiei quæ, nel con nune dolor s'incominciaro.

Sermo communis. Cic. primo de Orat. cumque multa colligeres, & ex legibus, & ex Senatibus consultis, & ex vita ac sermone communi. Mens & communis Cic. 3. de Orat. definitionis autem quatuor sunt disceptationes, aut cum queritur, quid in communi mente quasi impressum sit. Substitutio communis idem quod vulgaris substitutio: vt quod Accur. inquit. de vulg. & pupil. subst. dicit enim ibi quod vulgaris est magis communis, quia cuiuslibet, & a quolibet fieri potest. Purgatio & vulgaris de qua in titulo de purg. vulg. poterit dici communis, idest vnuerfalis: cum gl. in rub. ibi dicat quod fuit inuenta à vulgo, & sic ab vnuerfitate, & communitate hominum. supra enim ostendimus ex sententia Cic. commune, & vulgare æqualiter sumi. Cic. lib. 3. de fin. vt vero conseruetur, omnis hominis circa hominem comitas, coniunctio, charitas, & emolumenta, & detrimenta communia esse voluerunt, quorum altera profunt, nocent altera, non solum ea communia, verum etiam paria esse dixerunt, incommoda autem, & commoda communia esse voluerunt, paria noluerunt, illa enim quæ profunt aut quæ nocent, aut bona sunt, aut mala, quæ sunt paria necesse est, commoda autem, aut incommoda in eo genere sunt quæ proposita, & reiecta dicimus, ea possunt paria non esse, sed emolumenta communia esse dicuntur, recte autem facta, & peccata non habentur communia: vbi videmus aliqua non solum esse communia, sed etiam paria, vt pote bona & mala, quæ non solum participanda sunt cum amicis, id enim reor esse habere ea communia, sed etiam omnia habenda vt propria, & id est ea esse paria nec meminere alibi legisse differentiam hanc inter par, & commune.

Vide quid dicat Rebus. circa crimen commune in pract. beneficii. in forma vicariatus numero 1 §. 8. Bona hæc tēporalia & communia sunt bonis & malis vt deprehenditur ex aureis verbis D. Augustini libro. 1. de Ciuitate Dei cap. 8. ista vero temporalia inquit, bona & mala vtrisque voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter euntur, quibus & boni plerumque afficiuntur. Bonum com

mune idest vnuerfale de quo per Feli in c. cum omnes de confit. col. 3. post Bal. in Auth. habita. C. ne fil. pro pat. vbi quot modis dicatur ordinari aliquid ad bonum commune. Augustinus autem alibi dicit, quod in omnibus sanctis est vnum commune donum gratuitū, quod est charitas. Item quod in singulis membris corporis est vnus communis sensus: idest tactus, in capite vero sunt omnes. & in commendatione libri Psal. appellat illum commune quendam bonæ doctrinæ Thesaurum. Et lib. 12. de ciuit. Dei. c. 1. loquens de angelis bonis appellat Deum ipsum commune bonum, dū alij, scilicet boni, consistentes in communi omnium bono, 24 quod ipse illis Deus est & c. Iugum & cōmune philosophorum seu sapientum quid sibi velit indicant illa Cic. verba. 3. de Orat. Hæc autem vt ex Apenino fluminum, sic ex communi sapientum iugo sunt doctrinarum facta diuortia, & philosophi tanquam in superum mare Ionium defluerent græcum quidem & portuosum: oratores autem inferunt hoc Tuscum, & barbarum scopulosum atque infestum laberentur.

25 Legatio communis Cæf. lib. 3. de bel. gal. de coniuratione quadam Populorum eorum loquens, omni ora maritima celeriter ad suam sententiā perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt.

Item opinio communis de qua libr. sequenti. Habet autē hoc nomen varios apud Iuris consultos & doctores vsus de quibus videamus.

S V M M A R I A.

- 1 Verba aliquando ponuntur figuratē metaphoricē, traslatiue siue improprie.
- 2 Stylus communis obseruari debet.
- 3 Commune interpretatur pro immundo: & quot modis commune quid dicatur.

Casus aliqui in quibus quid dicitur commune improprie, & figuratē.

Caput IIII.

PONITVR vox nostra nonnunquam figuratē, arg. glo. in l. non solum versiculo, neque enim de lib. leg. videlicet metaphoricē seu traslatiue ac improprie in l. quid tamen. de arb. ibi si de pluribus controuersijs nihil sibi communibus, idest nihil se cōtingentibus.

2 Et communis & forma seu stylus curiæ, idest consuetus & generalis de quo supra prox. c. & Bar. in l. Quintus. de an. leg. dicit quod communiter significat idem quod æqualiter. Et apud Paul. de Cast. consi. 1. factum equū & equale inter duos vocatur pactum commune. Et Bar. in l. 2. C. de rescind. vend. vbi habetur de pretio communi, exponit de pretio iusto. Horat. lib. 2. carm. ode. xij. Priuatis illis census erat breuis, cōmune magnum, sūme vtlibet. vel pro publica vel pro publico bono, vel provt nos Itali patim vocamus commune ciuitatis vel oppidi, quod mihi videtur reincidere in primā expositionem, de quo in sequenti capit. & Imper. in Auth. hæc constitutio. in prin. vocat conuersationem mundanam conuersationem communem. Cic. primo de Orat. nā principio illud quod est homine ingenuo liberaliterque educato dignum, non negabo me ista omnium communia, & cōtrita præcepta didicisse. ponitur, & improprie sumē in secūda consi. C. glo. enim in verbo, communibus interpretatur proprijs. i. singulorum. Paul. R. om. 14. loquens de cibis, scio & confido in domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, idest per se ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse illi commune est, vbi commune pro immundo & ab omnibus exponitur, quam expositionem habuerunt ab Aug. lib. 2. de errorib. Manich. vbi ait, cui autem dubium est commune illum immundum, & inquinatum vocasse, idem in libr. quæst. ver. & not. test. q. ix. aliquādo commune dicimus quod indiuisum est, aliquādo quod immudum est: duobus enim modis appellatur cōmune. Denique Petrus Apostolus ad. x. cōmune, & immundū non intrauit in os meū. Et alia huiusmodi multa inuenire licet, quæ ex industria omittuntur.

S V M M A R I A.

- 1 Communitas quas habeat interpretationes.
- 2 Communio quid sit.
- 3 Socius nemo cōpellitur in societate, & cōione permanere. Ciuitas

- 4 Ciuitas vocatur cōmunio quadam ab Arist.
- 5 Communio Ecclesiastica, quæ sit.
- 6 Communio laica, quæ dicatur, & quæ peregrina.
- 7 Communicatio quid sit.
- 8 Communicare. i. consentire.
- 9 Pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi.
- 10 Monachi communiter comedere debent.
- 11 Socius an possit communiter agere citra societatem.
- 12 Verbum communiter qualiter interpretetur.
- 13 Vota in communi publicari debent.
- 14 Proprietas nihil commune dicitur habere cum possessōe.
- 15 Nomen commune quale sit.

Alia quæ à verbo communi formantur.

CAPVT V.

ACTENVS quid sit cōmune, & de illius significationibus. Nunc videndum de multis quæ ex illo verbo descendunt, & quo iam modo formari videntur vt communitas, cōmunio, cōmunicatio, cōmunicare, communicator, cōmuniter, de cōmuni, in cōmuni, habere cōmune, esse commune. Cōmunitas & Cic. in Lucul. & curid potius contendis, quod rerum natura nō patitur, vt non suo quidē genere sit tale quale est, nec sit in duabus aut pluribus nulla re differentibus vlla cōmunitas? Idem v. de finibus. nam cum sic hominis natura generata sit, vt habeat quiddā innatum, quasi ciuile atque populare, quicquid agat quæque virtus id cōmunitate, & ea quæ expostui charitate, & societate humana non abhorret. Idem latius intellexit lib. 3. de finib. ex hac animorum affectione testamenta commendationēque morientium natæ sunt, quōdque nemo in solitudine vitæ agere velit, ne cum infinita quidem voluptatum abundantia facile intelligatur, nos ad coniunctionem, congregationēque hominum & ad naturalem cōmunitatem esse natos. Iura etiam Imperialia, & Pontificia vocauerunt cōmunitatem, populum siue vnuerfitatē vniuersitatis vel prouinciæ. I. si duas. §. est autem. de excu. tur. ibi, manifestum est ex epistola Antonini Pij, quæ scripta est cōmunitati Asiæ, & in Authen. Item nulla cōmunitas. C. de epif. & cler. in cap. fi. de proc. & apud Doct. passim legitur cōmune, & cōmunitas Genuæ, Florentiæ, Persij, & Baro. l. 1. C. de Metropolit. Berit. lib. 10. in l. 1. nequid in loco pub. in l. fin. C. de exact. tribut. lib. 10.

2 Communio & in l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. inquit Papinianus, cum discordiis propinquo rum sedandis prospexerit, quos natura communis soler excitare. & in l. qui neque. de reb. eorum in fin. dicitur, nā quod excipit oratio ad hoc tantum pertinet vt perimatur cōmunio, non vt augeatur difficultas cōmunionis. in l. quæ autem pro Soc. Delictorum turpis atque foeda cōmunio est. in l. cum duobus, in fin. pro Soc. quod quisque tamen socius non ex argentaria causa quæsiuit, id ad cōmunionē non pertinere explorati iuris est. in l. in hoc iudicium, communi diuid. manente rei cōmunionē in l. 1. famul. hercis. nāque cohæredibus volentibus à cōmunionē discedere necessarium videbatur aliquam actionem constitui, quia inter eos res hereditaria distribuere. In cōmunionē ne vel societate & nemo compellitur inuitus detineri. l. fin. C. cōmuni diuid. in l. sancimus. §. ne autem. C. de donat. Ne autem cōmunionē adiecta donatori, & ei qui liberalitatem suscepit aliqua oriatur contentio & c. Generalis vsurpatur cōmunio à Cic. in partitionibus sub his verbis, in cōmunionē autem, quæ posita pars est iustitia dicitur, & c. Et Arist. primo politic. ait, ciuitas est cōmunio quædam, & c. Communione quoque sanctorum vnum ex nostræ fidei articulis legitur in symbolo Apostolico, quod sic interpretatur Augustin. de temp. in vigil. pentecostes serm. primo, Sanctorum cōmunionē, id est cum illis sanctis qui in hac quam suscepimus fide defuncti sunt societate, & spes cōmunionē teneantur. siigitur cum sanctis in æterna vita cōmunionem habere volumus, de imitatione eorū cogitemus. debent enim in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignetur domino supplicare, ecce vt id obiter dicā quæ hic sanctissimus Doctor sentiat de intercessionibus sanctorū, tā impudenter ab aduersarijs

ecclesiæ catholicæ repudiatis. Iustin. Imperator statuens contra Apollinaristas, & Eutycharistas hæreticos in l. quicunque. C. de heret. ait, militari cingulo solui, honestorū hominum, & palatij cōmunionē priuentur, & in cap. de cōmune. 24. q. 2. dicitur, quibus viucentibus non communicamus, mortuis, communicare non possumus. Reddere cōmunionem, restituere cōmunionem in c. cum desideres. de senten. ex com. Communio ecclesiastica & id est participatio corporis, & sanguinis Christi. ca. 1. de concess. præb. cum glo.

6 Communio laica & in ca. Osius. de elect. & in ca. quisquis. §. 4. distinct. quæ est communis laicis, & clericis. Communio peregrina. c. hæc huius placiti. 12. q. 2. Et Hieronymus scribens ad Aug. vsurpauit hanc vocem, ni fallor, pro religione, & fide, epist. xv. vbi ait. Non enim conuenit vt ab adulescentia vsque ad hanc ætatem in monasterio cum sanctis fratribus labore desidans aliquid contra Episcopum cōmunionis meæ scribere audeam & c. Communicatio & in l. 1. de rit. nup. Nuptiæ sunt coniunctio maris, & femina, & consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris cōmunicatio. Cic. 3. de Orat. cōmunicatio in oratore est quasi cum ipsis apud quos dicas deliberatio, morum ac vitæ imitatio. D Paulus. 1. Corin. c. 10. calix benedictionis cuius beedicimus, nonne cōmunicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? vbi participatio, & cōmunicatio idem.

Communicare. in l. cum duobus. in si. princ. pro Soc. hoc solum actum sit, vt fundum Lucij Titij vicinus emeret, & mecum communicaret. in l. 1. si in cōmuni eademque cau. ibi. Vobis tamen ad communicandū edicti perpetui beneficiū. & in c. cum desideres. de senten. ex com. vbi cōmunicare alicui, & cōmunicare cum aliquo, & in c. a nobis. eod. tit. ibi, nec obitat quod legitur non cōmunicatur mortuo, cui non communicatum est, & viuo, cum, & si cōmunicatū non fuerit, cōmunicandum illi fuisset. Paul. 1. ad Timot. c. vltim. diuitibus huius seculi præcipue, facile tribuere, cōmunicare. Idem in exquisitorij sensu assumptis cōmunicatiōnem scribens ad eundem. c. p. 5. dum ait, nemini cito manū imponas, neque communicaueris peccatis alienis, & ad Ephes. v. & nolite cōmunicare operibus in fructuosis tenebrarum. sancti. n. Interpretes exponunt communicare & p. consentire, & omnes habuerunt ab August. lib. 2. con. epil. Prama. c. 20. & 21.

Cōmuniter, in Auth. iusur. quod præstatur, & communicator sum sanctissimæ Dei catholicæ, & Apostolicæ ecclesiæ. Cōmuniter. Pædus ait & præia rerū non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed cōmuniter fungi. l. si seruū meum. ad l. aquil. pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur. l. pretia rerum, ad l. fal. Cōmuniter definire in capit. cōmuniter definitus. 33. distinct. Et filius eius nominatus cōmuniter fuit, & habitus ab ambobus. c. per tuas. de proba. Tractatum communiter habere in c. ex parte. de his que si à maio par. Arbitros cōmuniter eligere, in cap. pastoralis. de Rescrip. Communiter comedere & præcipitur monachis, in Auth. de monach. §. 1. sancimus. Communiter & autē res agi potest citra societate. l. vt sit. pro Soc. & in si. aut si hæreditas vel donatio cōmuniter nobis obueniat. Cōmuniter & id est vt plurimū. in cle. causam. de elect. ibi, in domo quam habitare communiter consuevit. Cōmuniter agere. Cic. 3. de fin. sic equidem diligentius sapiūque ista loquemur inter nos, agemusque cōmuniter. Collationem beneficij fieri per duos communiter. in c. collatione. de appel. lib. vi. Oportet enim ea quæ cōmuniter, & generaliter in omnium vtilitatem faciuntur potius valere, quàm ea quæ circa aliquos studentur agi ad corruptionem cōmunionem legum. in Authen. de non alien. §. quia vero. l. vltima. De loco à communiter accidentibus, alibi opportunius. De cōmuni reddere, Saufeus vni ex his frumentū reddiderat de cōmuni. leg. in naue Saufeij. loc. vbi glo. exponit dictum verbum de cōmuni.

Si forte conuenisset inter socios, vt de cōmuni dos constitueretur. l. si socius pro filia. pro soc. In cōmune conferre. in l. 2. §. cum in cad. in si. ad l. rhod. de iac. & in l. si. §. lucius. de leg. 2. ibi, si modo vxor parata sit in commune bona sua conferre. In cōmuni vota & publicari debent. c. quia ppter de elect. quod Ab. ibi in nono substantiali exponit, id est in capitulo. Nouerint episcopi debere cum alijs presbyteris in communi ecclesiam regere. cap. olim. 9. distinct. Veluti cum in commune pascendum aut agrum pollicitorū damus in cōmune querendis fructibus. l. cum duobus. §. si

in coeunda pro soc. In communi redigere. in l. si fratres pro soc. In comuni dormire. in § cogitandū. in Auth. de mo nach. Habere comūne. nihil comūne habet proprietate...

S V M M A R I A

- 1 Statuta sunt intelligenda secundum ius commune.
2 Acquisitum iure communi, fortius est, quam acquisitum iure speciali.
3 Redire ad ius commune quando exiit per viam specialem, quando quis possit.
4 Verba communia in legibus, qualia sunt.
5 Lex loquens per verba comūnia, non obligat cōtrahentē.
6 Verba comūnia, qualia dicantur in substitutionibus.
7 Lex secundum eius naturā, & proprietatem debet esse cōscripta ad communem vtilitatem.
8 Lex, seu decretum Principis sunt interpretanda secundum communem sensum, non particularem legislatoris, vel Principis.
9 Extravagantes quales in iure dicantur.
10 Iniuria vni de agnatione facta omnibus facta censetur.
11 Victualia communia dicuntur.
12 Appellatio vnus partis communis est alteri.
13 Vita actiua magis fructifera dicitur, quam contēplatiua.
14 Communiora dicuntur meliora.
15 Commune quod est, proprie meum non est.
16 Et quomodo hoc procedat.
17 Iurans aliquid suū non esse debet addere, neque comūne.
18 Iurans suum non esse, si probetur commune, an sit puniendus.
19 Commune meum dicitur in indiuiduis.
20 Legatum si sit factum de re sua, quā postea est reperta comūnis, an tota debeatur, vel pars.
21 Obligatus reddere rationem Titio, si potest reddere de negociis particularibus, & communibus, de quibus intelligatur obligatus.
22 Legatum de re communi cum hærede, an tota, vel pars legata dicatur.
23 Comūnis cursus, quando actu, & habitu attendatur.
24 Regnum, an commune esse possit.
25 Bona communia capituli non possunt distingui per præbendas absque Episcopo, vel vicario, habente ad hoc speciale mandatum.
26 Princeps habens rem communem cum priuato, an totam possit vendere etiam sine causa, & quomodo intelligat.
27 Aditio hereditatis, an intelligatur per habitationem comūnem.
28 Statutum loquens de delicto facto ad domum, an intelligi debeat, loqui etiam de facto in domo communi.
29 Vassallus diuidens emphyteusim cum aliis vassallis, irrequirit domino, an cadat à iure suo.
30 Valor fructuum beneficiorum est exprimendus in sup.

- plicationibus secundum communem estimationem.
31 Communia, & publica, an inter se differant.
32 Socius, an possit filiam dotare de bonis cōibus cum alio.
33 Frater quibus casibus præsumatur dotare filiam de communi.
34 Frater habens territorium commune cum alio fratre, an inuito fratre possit castrum ædificare.
35 Pater faciens expensas pro filio in studio, vel pro nuptiis, an præsumatur facere de communi fratrum.
36 Socius negocians nomine proprio de pecunia communi post societatem finitam, non tamen diuisum lucrum, an si acquisierit aliquid, commune dicatur.
37 Fructus pendentes post societate verbotenus finitam, an communes dicantur.
38 Socius expēdens in causa rei communis, quomodo recuperet expensas à socio.
39 Socius vendens rem communem ob iustam, & necessariā causam socio, an dicatur facta diuisio.
40 Empta per socium de re communi, an propria sint, vel comūnia.
41 Res communis ab vno socio possessa, ab omnibus possessa censetur.
42 Empta per tutorem, quando cum pupillo sunt communicanda.
43 Testator si disponat vt simul habitet, an præsumatur societas omnium bonorum.
44 Testator potest ordinare, quod bona propria hæredum communicentur.
45 Vestes quotidianæ repertæ in hereditate, an sint communicandæ, & quid de festiuis, & preciosis.
46 Socius iubens fieri per hæredem ecclesiam, vel hospitale in re communi, socius alter cogitur vendere partem suam, ne impediatur constructio Ecclesiæ.
47 Socius quid si faciat in re comūni plurtquam exigat ratio.
48 Communicatio omnium bonorū, tam respectu fructuū, & lucrorum, quam proprietatis, quando præsumatur.

Conclusiones aliqua de communibus verbis, rebus, & aliis.

Caput VI.



CET hætenus dicta, circa vocem ipsam tantū, lectoribus ingrata penitus esse non debeant, sequuntur tamen aliqua conclusiones pro illis, qui ex vnaquaque re nihil præter compendium querunt. Statuta & intelliguntur secundum ius cōe. l. vt gradatim. §. & si lege. de mun. & hon. Fortius & acquisitum est illud, quod competit iure communi, quam quod competit iure speciali. l. eius militis. §. militia missus de milit. test. §. quia vero verisimile in Authen. de non alien. Ad hoc vt aliquid & redeat ad ius cōe, à quo per specialem viam exierat, potest per inferiorem iri contra dispositionem superioris, quod alias non liceret, vt refert Fel. in c. cum omnes. de cōstit. col. 4. & in c. cum accessissent. eo. titu. per illum textum. vbi cumulat alios casus quibus redit ad ius commune, quos dicit aliquem etiam modernissimum antecum non potuisse. Verba communia & in legibus sunt statuo, decerno & eiusmodi. Abb. ca. nam concupiscentiam. de constit. Lex loquens & per similia verba communia non obligat contrauentem saltem quo ad mortale, vt per Fel. in d. c. nam concupiscentiam. vbi allegat. S. Thomam. Verba & cōia in substitutionibus dicuntur illa quæ possunt habere vtranque significationem directam scilicet & obliquam, vt quis vel de manu sua accipiat vel alterius, & sunt huiusmodi, perueniat, pertineat, habeat, remaneat, succedat, reuertatur, idest deuoluatur & similia. directæ enim vnam tantū habent significationem. vt ille scilicet cui relinquitur de sua manu accipiat nō alterius, vt est verbū, hæres esto. simili modo verba obliqua vnicam habent significationem, vt quis capiat de manu alterius nō sua. illa sunt, detur, restitatur, reddatur, de quibus omnibus per Bart. in l. Centurio. de vulg. & pupil. De proprietate legis est vt pro cōi vtilitate conscripta sit. capit. erit. 4. distinct. Ideo lex quæ non est ad communem vtilitatem dicitur iniusta. per docto. in ca. 1. de constit. vbi Felin. nu. 20. Lex & constitutio principis est dictanda non secundum linguam propriam, sed communem secundum Mar. Laudem. in tract. de princ. conclu. 2. §. 1. allegat. §. alienationis. in Authen. de non alien. vbi dicitur...

vbi dicitur propterea hanc proposuimus & protulimus, & non paterna voce legem conscripsimus, sed hac communi græca vt omnibus sit nota propter facilem interpretationem. vbi glosa quærit quare lingua græca dicatur communis, cogita. Constitutiones & particulares Romanorum pontificum non incluse in corpore iuris. i. non promulgatæ in generali compilatione iuris, sed quæ extra illud vagantur dictæ sunt extravagantes. c. pastoralis. de fi. instr. Harum duo leguntur libri. primus extravagantium communium, quod constitutiones plurimorum pontificū contineat. secundus extravagantium Papæ Ioannis vigesimisecondi, quod ex illius pontificis tantum propriis constitutionibus constat, & in dicto capit. pastoralis, huiusmodi constitutio extravagans opponitur iuri communi. Iniuria & facta vni de agnatione dicitur communis omnibus de illa agnatione. Bald. in l. prim. C. de rap. virg. Omnia victualia & sunt communia tempore necessitatis, & caritatis. Abb. capi. 1. de emp. & vend. numero 6. Appellatio vnus partis est communis alteri & ampliore. C. de appell. in princ. vbi Bald. ideo licet quis non possit tertio appellare, poterit tamen post quibus appellauerit adherere appellationi aduersarij. Fran. ca. 13. directe. de appel. numer. 7. Vita & communis, seu actiua est magis fructifera, & magis vtilis, quam contēplatiua. licet illa magis suavis, & secura. cap. nisi. in fi. de renunc. Ioan. And. in reg. quæ à iure in Mercur. & vita communis plus valet, quam heremitica glo. ca. si clericatus. xv. quæ si vide Boer. in tracta. mag. confi. nume. 14. Communiora & sunt meliora, quia Deus plus laetatur in bono populi, quam in bono sacerdotis, ita dicit Chryso. exponens parabolam vineæ. multitudo. n. facilius exauditur à Deo, quia amat quod multi pro vno rogant. capit. fleant. de penit. distin. 1. Quod & commune est non est nostrum, proprie loquendo. glo. lid. quod nostrum. de reg. iur. glo. l. pupillus. in fi. de verb. sig. l. serui electione. §. labeo. de leg. 1. videtur tamen negari non posse quin sit nostrum. l. illud. de rit. nup. dicitur autem nostrum proprie quoad dispositionem & partis non quoad dispositionem totius. Alex. confi. 86. ponderatis. volu. 6. post Bart. in l. 1. de leg. 1. ideo qui iurat & suum non esse, debet adicere, neque sibi commune. l. pupillus. in fi. de verb. sig. & hoc dicitur fieri gratia tollendæ dubitationis, vt ibi exponit gl. in versis. commune. vide Ioan. An. in cap. si de verb. sig. in nouel. & Pau. de cast. confi. 22. 1. in hoc passu. & tradit Dec. confi. 282. lib. 2. numero 4. & plenus post omnes in l. quod nostrum. de reg. iur. & in c. ratio nulla. de præb. An autem, qui iurauit & quid suum non esse, & deinde illud probetur commune, puniendus sit tanquam perituros videtur dicendum, quod sic, vt refert D. Alc. in d. l. pupillus. post Doc. in l. 1. §. si stipulanti de verb. oblig. Arct. tamen, & Soc. aduersantur huic sententiæ, & volunt commune esse proprie meum. vt refert plene idem Soc. confi. 240. volumi. 2. materia examinatur à Doct. in d. §. labeo. ga Barto. ibi posuit Theori. vide ergo ibi præcipue Iaso. post alios & signa quod in indiuiduis & commune dicitur nostrum proprie, puta in his, quæ ad honorem, & salutem domini pertinent. l. communis. de in ius vocando. l. illud. de rit. nup. quæ l. ita intelligitur, vt per Iason. in d. §. labeo. col. 4. ver. sexta. & vlt. conc. & per Barto. & D. Alc. in d. l. pupillus. de verb. sig. Item si quis legat & seruum, qui suus erit, & reperiatr habere eum communem cum alio debetur pars non totus. d. l. serui electione. §. labeo. de lega. 1. Et dixit Pau. de cast. confi. 148. viso. quod si Bindus & conuenit reddere rationem Guidoni de gestis per eum de quibuscunq; negotiis d. Guidonis, & duplex fuerit gestio facta per dictum Bindum vna de negotiis communibus Guidonis, & Nicolai, altera de negotiis solius Guidonis, quod tenebitur solum de gestione facta nomine Guidonis tantum, non de facta nomine Guidonis, & alterius communiter, per illam rationem, quod nostrum non est id, quod est nobis cum alio commune, idem tamen Paul. con. 22. fil. 4. 13. præmittendum, vult quod legans & rem quam habet communem cum hærede suo, videtur totam legare. Prædictis autem videntur conuenire verba Cic. 3. de fin. sed quemadmodum Theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest eius esse eum locum, quem quisque occupauerit, sic in vrbe, Mundoue communionem nō aduersatur ius quominus suum quidque commune sit. Quan do commune cursus & verum attendatur actu, & habitu ponit Bertach. in tracta. de episcopo in quinta parte quart. libri. q. 47. nume. tertio fallit, vbi refert alios. Commune plurium vt corpus neutri prodest, vel nocet contra al.

terum, quia cum illi plures sint vnum quis videretur sibi ipsi nocere, si autem sit comūne plurium non vt corpus, sed vt singulorum, erit secus propter diuersam rationem. Io. And. in reg. in iudicijs. in Merc. ibi vide iura, & rationes. Regnum non potest esse comūne pluribus. iuxta illud Philof. non capit Regnum duos, & ob hoc fraterno primi maduerunt sanguine muri. l. fi. de rerum diu. intellige quo ad dominiū, secus quoad administrationem, & exercitium, vt per Felin. ca. quæ in ecclesiis. col. ante pe. de const. post Bart. in l. tres tutores. de administ. tut. & in d. l. fi. de rerum diu. Bona communia capituli & non possunt distingui per præbendas absque episcopo, vel eius vicario habente ad hoc speciale mandatum, vt per Fel. post Io. de Lign. & Anch. in c. cum omnes. 26. de consti. col. 4. Princeps & habens rem communem cū priuato, sic ut potest partem suam pro libito vendere, ita, & cum illa parte consortis etiā sine causa, soluto tamē ei pretio suæ partis etiam quo ad principem, vel eius fiscum minima portio pertinere in dicta re. est tamē æquum: quod princeps venditurus dictam rem communem prius requirat consortem quam alium, si tamen consors vult dare quantum daret alius. Fel. in c. quæ in ecclesiis. de consti. col. 2. 1. versis. sextodecim. & ibi etiam quod si princeps destrueret rem communem ob delictum alterius ex consortibus, tenetur reddere pretium partis suæ consorti insoniti. Sola habitatio domus & communis nō inducit aditionem hæred. l. duo fratres. de acquirend. hæredit. Paul. de Cast. confi. 114. procedendo. 28. statutum & puniens magis in sultum factum ad domum aliquis, an habeat locum si insultatus habet domum communem cum alio. ponunt Ang. & Aug. in Trac. Malef. verb. in platea communi. §. an autem si domus sit communis, & dicitur ex mente Bal. quod sic quando est communis cum alio quam cū insultante. Vnus ex emphyteutis & seu vassallis diuidens cum alio conuassallo vel comphyteuta feudū vel rem emphyteuticā irrequirit domino non cadit à iure suo, quia dicitur potius quædam renuntiatio, quam alienatio, vt refert Felin. in cap. quæ in ecclesiis. de consti. col. 1. antepenult. versis. octaua de declaratio. & tradit Bartol. in l. & ideo. in fi. de cond. furt. per l. imperialem. §. præterea ducatus. de proh. feud. alien. per Fed. Valor fructuum & beneficiorum est exprimendus in supplicationibus secundum communem estimationem, vt iubet Reg. cancel. 6. 1. & ita videmus obseruari. Communis & publica in quo differant, ponit glossa in l. 2. §. si quis. in ver. vile. ne quid in loc. pub. & glossa in §. litorum. instit. de rerum diuisione. & in l. item lapilli. ff. de rerum diuisione. vbi habes quod communia cum sint in communi omnium vsu occupanti conceduntur, publica vero cum itidem sint in communi omnium vsu occupanti tamē non conceduntur, & hanc glossam Bartoli ibi summopere cōmendat Paul. de Castro confi. 369. consuluit quod so. 32. ius non potest dotare & filiam de bonis communibus. per l. si socius pro filia. pro socio, immo quod plus est Soc. confi. 46. volumine. 1. dixit hoc concedere in socio omnium bonorum. & ibi attestatur de communi opinione, sed in suo consilio 29. 1. volumine. 2. videtur terminasse contrariū & latius in consilio. 4. volumine 5. vbi facit quatuordecim fundamenta pro 1. parte, postea concludit, quod de comūni videtur dotata. & nullibi facit mentionem de consi. Pauli. Quibus casibus frater & vel patruus præsumatur dotare filiam de communi ponit Paulus de Castro, consilio. 2. 1. 1. ad primum. volumine. 2. & 3. 58. ad primum, & 366. omnipotentis. numero. 2. in fine, & melius in consilio. 304. super 1. volumine secundo, vbi & de expensis factis pro nuptijs & quando alter ex fratribus habet plures filias quam alius, & an debeant conferri in communi dotes nuruum, & an priuigni & alij huiusmodi sint alendi de communi. Si duo fratres habent & territorium comūne, alter potest inuito castrum ædificare. l. sed si inter te, & me. §. si in communi. de seruitu. vrbano. prædio. Roman. consilio 52. vide Boer. Dec. 3. 20. Licet pater faciat expensas & nuptiarum vel studij pro vno ex filijs, nō tamen per hoc videtur voluisse, quod pro alio post eius mortem fiant de communi, secundum Paul. de Cast. consilio 2. 1. 1. ad primum. vol. 2. Si vnus ex socijs negotiatur nomine proprio de pecunia communis post societatem finitam & non tamen diuisam lucrum erit illius tantū, & sic hoc casu acquisitum ex re communi, non erit commune. Paul. de Cast. confi. 4. 1. c. ista fuit. Fructus pendentes post societatem verbotenus & finitam non sunt communes, sed vnus. Angel. filius Paul. de Cast. in quodā suo consi. inserto inter cōsilia patris. nu. 266. & dicitur. volu. 2. So. DDDDA 4

3 eius expendens in causa rei communis quo modo recipere et expensas socio habetur in l. qui aliena. §. fin. vbi Barto. de neg. gest. Et expendens in refectione domus nomine communi ad sumptus pro rata agere potest. l. si vt proponis. C. de aedif. priuat. scilicet si expenderit scienter nomine proprio in re communi, quia edificatum solo cedit. l. si is contra que. de aedif. priuat. Quando alter ex sociis habetibus rem communem pro indiuiso non prouocat ad diuisionem, sed ad iudicium vel vendit eam socio ex causa necessaria, censetur facta diuisio, vt consiluit Paul. de Cast. con. 40. fil. 144. dubium. An empti de bonis communibus per socium sint eius propria, an communicanda cum socio. videtur de per Alexand. con. 37. lib. 4. Res communis ab vno ex sociis possessa ab omnibus possideri censetur. l. communis. de acq. posses. vbi Bart. infert ad vnum ex heredibus administrantem hereditatem, & percipiendum fructus, quod per hoc dicitur alij heredes possidere, & Roch. in tract. de iur. pat. infert ad vnum ex patronis presentantem, quod per illum actum conseruetur quasi possessio aliorum. vid. illud in ver. 42. copetens. quast. 17. fo. 40. in paruis. Empta per tutorem quando sint communicanda cum pupillo, & que requirantur, vt pecunia dicatur communis. ponit Paul. de Cast. con. 43. fil. 18. in causa volu. 2. Si ad iustum testatoris filij habitant & viuunt in communione, an censentur inire societatem omnium bonorum, decidit Alexan. con. 76. & 77. volu. 4. Testator potest ordinare quod bona propria heredum communicentur. Paul. de Cast. con. 396. promittenda. vbi alia de comunione, & videatur omnino hoc. con. 4. vol. 4. Vestes quotidiana & reperta in hereditate non sunt communicanda, preciosa vero & festiua sic. Pau. de Cast. con. 46. 358. ad primu. & 366. omnipotentis volu. 2. Si socius iussit fieri per heredem ecclesiam vel hospitale in domo communi, cogitur alter socius vendere partem suam, ne impediat constructio ecclesie, vel hospitalis secundum Bal. in l. si. C. de communi ser. manumif. & Berrach. in tract. de epif. quarta parte quarti libri. nu. 61. vers. addo hoc aliud fauore pia causa. refert Ias. in l. 5. §. labco. de lega. 1. & est vna fal. 47. lentia ad l. nec emere. C. de iure delib. Quando socius in re communi facit vltra, quam facere ei licet iure communitatis, & si se interponit vltra quam exigit ratio partis sue, non presumitur facere pro iure suo, sed iure comunione, nec potest vti re communi ad alium vsum Alex. con. 104. 48. voi. 1. Quando intelligitur facta communicatio omnium bonorum tam respectu fructuum & lucrorum, quam proprietatis. videatur per Alexan. con. 4. diligenter. vol. 2. & con. 37. consideratis. vol. 4. vbi de pupillo fratre coherede, & socio quando dicantur communicasse omnia bona. Licet onera imposta habentibus bona in communi non extendantur ad Mendicantes, quia ea non habent, tamen si de facto ea tenent, extenduntur ad eos, nec possunt prerogatiuam Mendicantium allegare, cui per abusum renunciauerunt, dicit Fel. in c. cum accessissent. col. 1. 3. in fi. de consi. alleg. con. Ancha. quod est nu. 109. contra fratres.

S V M M A R I A

- 1 Nemo cogitur in communione stare, & an testator id iubere possit.
- 2 Ignorans propriam possessionem dicitur in vitio naturali.
- 3 Conuentio seu pactum, de semper stando in communione an valeat.
- 4 Communio quomodo super aquis, pascuis, herbis, & lignis inter duo castra contrahatur.
- 5 Spoliatus communione bonorum quo adiuuari possit.
- 6 Communio bonorum, quos pariat effectus.
- 7 Frater habens domum communem cum fratre, si se absentauerit, & reuersus petat pensionem fratri, quid iuris.
- 8 Verberans seruum communem an dicatur id facere causa iniurie.

Nemo cogitur stare in communione.

Caput VII.

REGVLA est, quod nemo cogitur stare in comunione. l. si. C. com. diu. cum siml. & per Marfil. sing. 9. etiam quod testator id iusserit, puta prohibendo diuisionem saltem ad tempus, quod potest. Bar. in l. Quintus. de an. leg. Bald. l. si quis ira.

que est. l. 2. per illud tex. de cond. in si. Pau. de Cast. in l. si non fortenti §. si centum. de cond. in deb. etiam si iurasset stare secundum. C. de con. 2. 1. factum tale est, paterfa. vel quis ita conuenit. l. in hoc iudicium. §. si conuenit. communi diuid. immo etiam infra tempus prohibitum a testatore licet a comunione ex causa recedere, vt consiluit Dec. con. 349. & consiluit Gram. deci. 7. ratione illa, quia coio solet excitare discordias inter propinquos. l. cu pater. §. dulcissimi. de le. 2. Et quia naturale vitium est negligi quod coiter possidetur, vt se nihil habere arbitretur qui totum non habet, denique suam partem quis corrumpi patiatur dum inuidet aliena. l. secunda. C. quando, & quib. quar. pars debetur. lib. 10. segnius enim expeditur commissis negotia plures. gl. si plures in prin. ver. facilius. de admini. tut. & voluit Pau. de Cast. con. 108. videtur dicendum, quod conuentio de semper stando in coione non valeat. per. d. §. si conuenit. l. in hoc iudicium. communi diuid. ex quo etiam infert non valere iudicium quod precipit aliquos manere semper in comunione, etiam quod statutum atctet ad parendum laudo, quia potestas arbitrorum restringitur ad id quod licet de iure communi. sed contrarium scilicet quod possint conuenire partes de stando in perpetua comunione, tenuit Dec. in suo con. 266. in instrumento. vol. 2. vbi respondet ad §. si conuenit. Rationes aut quare coio sit damnanda vltra iam dictas videtur copiosus expendisse Aristo. lib. 2. polit. qui improbens soc. rempubl. in qua omnia constituebantur communia inquit, ca. 2. Quod enim multorum commune est, in eo minima adhibetur diligentia. nam de propriis maxime curant homines, de communibus autem minus, quia de eo, quod sua guli, competit. tanquam enim alio curante ab aliis negliguntur, quemadmodum in seruilibus ministeriis famulantes. multi interdum deterius inferunt quam pauci. & ca. 3. omnino autem conuictus, & comunitas reum humanarum difficilis est. Probant autem eorum, qui vna peregrinantur societates, quorum plerique fere inter se dissident de paruis vilibusque rebus offensis, non quoque ministris illis plurimum aduersamur, quibus maxime vtimur ad circulem famulatum. coes igitur habere res has, & alias huiusmodi constituit difficultates. & paulo inferius. oportet enim omnino, vt res sint propriae, sed quodammodo coes cure enim diuerse incusationes ad inuicem non parient, immo proficiant, vt pote ad propriu vnoquoque sedulo incumbente. At vero ob virtute erunt ad vsum, vt est in prouerbio amicorum communia, & postea est sane incnarrabile quantum intersit ad voluptatem considerare aliquid esse propriu sui. non enim frustra quicquid ad se ipsum amicitiam habet, est vero id naturale. & infra etenim, & largiri, & opē ferre amicis, vt hospitibus, aut sodalibus dulcissimum est, quod sit si propriae sint facultates. hoc autem non contingit illis, qui nimis vnam efficiunt ciuitatem, & prater huc duarum virtutum opera manifeste tollunt. temperantia erga mulieres alienas (ab ea enim quae aliena est honestatis opus est ob temperantiam se abstinere) & liberalitatis circa res possessas, neque enim discerni potest liberalis, neque liberalem operationem faciet vllam, nam in vfu earum rerum, quas ipsi possidemus liberalitatis est opus. & concludit ipse Aristo eos errare, qui arbitrantur incommoda rerum publicarum, seu litigia ex contractibus, falorum testium iudicationes, diuitum adulationes, prouenire eo, quia non sunt communes omnium facultates. horum enim inquit, nihil fit propter proprietatem, sed propter improbitatem, cum etiam res in communi habentes, vtentesque comunione, multo magis inter se diffidere videamus, quam eos, qui separatim possident. hec ille. Exciipiuntur autem a Reg. praedicta casus multi, quorum quindecim ponit Iacob. de Belu. in sua pract. titu. de iure iur. nu. 47. vers. & sic regulariter. alios vide in locis communibus. Et quando contrahitur comunio super aquis, pascuis, herbis, & lignis inter duo castra, vel duas ciuitates, quibus casibus tenentur perseverare in coione etiam altero recusante, refert Afflict. decis. 254. saepe fuit. Communione bonorum spoliato datur possessorium recuperanda, vt reintegretur ad statum personae, & vsum milit. in ver. possessorium recuperanda. vbi alleg. Butr. vide eum. Communio bonorum parit plures effectus, nam vnus ex sociis faciens non presumitur velle interuere ius alterius, sed simpliciter vti iure suo, & propterea contra talem non potest agi furti act. l. merio. pro soc. Alciat. 3. regul. praesumpt. praesumptio. 1. Item non iudicatur inferre violentiam alteri, vel illum spoliare, si illis bonis communibus vtatur ad

libitum suum, etiam contradicente altero socio. Paul. de cast. con. 195. in causa, vol. 2. Item si sunt duo fratres habentes domum communem, & vnus se absentat, alter inhabitat totam domum, si postea reuertitur alter, & petit pensionem a fratre pro parte sua, quod non tenetur ille, qui inhabitauit. Cepol. con. 4. vbi etiam de superioribus casibus. & Ias. in l. 5. §. labco. col. 4. de leg. 1. vbi ponit alios casus pulcherrimos. Et verberans seruum communem, non presumitur id facere causa iniuria. litem apud Labeonem §. si comunem. de iniur. sed iure dominij, & glo. ibi dicit, quod hec est notabilis praesumptio. ponit D. Alc. i. reg. 3. praesumpt. praesumpt. 24. Et si placet videre alios notabiles effectus comuniois, eos refert Marfil. in sing. 180. & 301. illud quoque non omitterendum cenfeo, de quo per Soc. con. 4. vol. 4. num. 2. quod stare in comunione, & diuisionem non petere, sunt diuersa.

S V M M A R I A.

- 1 Communitas an & quando possit reuocare immunitatem coecliam certis ciuibus quando est facta per contractum cum promissione de non reuocando, & habet confirmationes requisitas & conuersas.
- 2 Communitas quibus casibus possit concedere immunitatem.
- 3 Communitas si dat pecuniam ad vsuram intelligendi sunt vsurarij, illi de communitate, quorum auctoritate & consensu id fit.
- 4 Communitas quae propter iustum metum commisit rebellionem contra Dominum an incidat in poenam.
- 5 Commune Mediolani, & homines Mediolani differunt.

De communitate, prout est vniuersitas, seu populus.

CAPVT VIII.

VIA vero superius visum fuit communitatem & commune sumi a nostris pro vniuersitate, seu populo ciuitatis, nolui omittere pauca quaedam circa huiusmodi communitatem & commune. Communitas non potest reuocare immunitatem coecliam certis ciuibus quando est facta per contractum cum promissione de non reuocando, & habet confirmationes requisitas, & coeuentas. Alex. con. 40. poderatis. vo. 4. n. 7. Communitas quibus casibus possit concedere immunitatem. vide per Alex. con. 101. visis. vol. 1. Si comunitas vendat Gabellam falis alicui priuato, & postea ipsamet emat fal, non tenetur soluere gabellam, quia ipsa comunitas non censetur transfuisse in emptore ius exigendi gabellam ab ipsamet vendente, vt per Alex. con. 149. visis. vol. 2. nu. 7. cu nemo censetur cedere actiones contra seipsum. Si comunitas dat pecuniam ad vsuram intelligendi sunt vsurarij illi de comunione, quorum auctoritate, & consensu id fit. Car. in cle. pri. de vsu. nu. 7. Communitas, quae propter iustum metum commisit rebellionem contra dominum suum, non

incidit in poenam, vt voluit Imol. con. 34. visis, & ponderatis, & latius Deci. con. 690. visis, & ponderatis. confusens pro Illustr. Duce Grauanensium. Vt commune possit aliqua vendere vtatur caurela tradita per Bartol. in l. pri. ne quid in loc. pub. Vide etiam Alex. con. 27. in causa. volu. 6. dicentem quod aliud est dicere commune Mediolani, aliud homines Mediolani.

S V M M A R I A.


- 1 Communio & societas an inter se differant.
- 2 Actio pro socio non habet locum quando nulla adest societas, licet in communi sint bona.
- 3 Communio an absque societate esse possit.

An societas, & comunio sint idem.

Caput IX.

QVAERO pro complemento huius libri, an societas & comunio sint idem, & videretur dicendum, quod sic per superius dicta, vbi promissioe de vtraque habetur, maxime per l. fin. C. comuni diuid. in qua dicitur in comunione, vel societate nemo compellitur inuitus detineri, & Cic. 3. de fin. probare enim Christippus caetera nata esse hominum causa, & Deorum. eos autem comuninitatis, & societatis suae. videntur enim nomina verba, hoc est nomine tantum differentia, non autem re ipsa, vt caetera synonyma, tamē veritas est in contrarium. nam si idem essent, cur diuersis nominibus nuncuparentur? argu. l. si idem. C. de codi. Praterea in illa l. si societas, stat pro comunione, quod dignoscitur ex situatione titu. arg. l. Imperatores. de in diem adiec. sicut econtra comunio appellari potest societas incidet. gl. l. vt sit. ver. societate. ff. pro soc. accedit ad praedicta, quod quilibet actionem propriam producit, societas actionem pro soc. comunio act. communi diuid. quae omnia elegantissime aperuit nobis Vlp. in l. vt sit. & in l. seq. pro soc. cuius eruditissima verba non te pigeat hic legere. Vlp. lib. 30. ad Sabin. Vt sit pro soc. act. & societatem intercedere oportet. nec enim sufficit rem esse communem, nisi societas intercedat. comuniter autem res agi potest etiam citra societatem, puta cum non affectione societatis incidimus in comunione, vt euenit in re duobus legata, sed & si a duobus simul empta res sit, aut si hereditas, vel donatio comuniter nobis obuenerit, aut si a duobus separatim emimus partem eorum non socij futuri. Idem lib. 2. ad edic. Nam cum tractatu habito societas coira est, pro soc. actio est, cum sine tractatu in re ipsa negotium comuniter gestum videtur. & pro hoc dicit Romanus in consil. 168. circa praedic. quod comunio sine societate esse potest, vnde probata comunione societas non censetur inducta, nisi manifestetur illa coniectura, aut praesumptiones, quae ponuntur per Bar. in l. Titium, & Mauui. §. altero. de admin. tut. & Bal. in l. si patruus. C. comunio vtriusque iud.

FINIS LIBRI SECVNDI.



DE COMMUNI OPINIONE

Auctore *MACAGNANO Azoguido*

Bonomiensi, J. V. D.

LIBER TERTIVS.

SVMARIA.

- 1 **O**mines ob varias opiniones eorum faciliores sunt ad dissentendum, quam consentendum.
- 2 Vniuersitas consentire non potest vbiunque singuli semper volunt propriam opinionem prauallere.
- 3 Decisiones causarum quomodo fieri soleant ob varias opiniones.
- 4 Conformitas consiliorum parit salutem.
- 5 Iudicium integrum quale dicatur.
- 6 Quæsitum à pluribus facilius inuenitur.
- 7 Præsumitur facilius pro consilio collegij, quam consilij particularibus.

Communis opinio, quare inuenta.

Caput I.

POSTQVAM ergo veritas rerum multarum longe abest à nobis, vt priore libro visum est, & ea de causa satis constat (sicut nostram sanctissimam semper excipio) omnia fere opinionibus teneri, quodque ob nimium ergo opiniones & nostras studium naturaliumque hominum ad dissentendum facilitatem. l. item si vnus §. principaliter de arb. propter quam dicitur per hyperbolen quidem in l. i. in fi. de acq. pos. vniuersitatem consentire non posse, & dum singuli semper vellent propriam opinionem prauallere, nunquam conuenire possent omnes ad decidendum, statuendumve quid in vnaquaque re sequendum esset, & id quidem quasi in omnibus scientiis, & artibus, præsertim vero in iuris prudentia, quæ in decidendis casibus particularibus, qui infiniti sunt, consistit. Idcirco fuit huic malo adhibitum remedium, vt. non ex opinionibus & singulorum, sed ex communi vsu (ea est communis opin.) nomina exaudirentur, & cuncta terminarentur. l. labeo de suppe. leg. hoc est, vt in hac controuersia, in hoc consilio opinionum, saltem quod à multis, & pluribus, seu maiori parte fieret, ab omnibus factum diceretur, iuxta illud Salomonis in prouerbiis, ibi salus & vbi multa consilia, scilicet conformia, & est tex. in l. aliud §. refertur de reg. iur. & in l. quod maior ad municip. in l. vbi de tut. & curat. dat. ab his, ibi dum modo maior pars conueniat. in l. Pomponius de re iud. ibi, sententia plurium obtinebit. Hinc dictum est in ca. prudentiam de off. dele. integrum & esse iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur. facilius enim inuenitur & quod à pluribus queritur. c. si. 20. dist. & dixit Abb. in d. c. prudentiam. num. 4. quod magis præsumendum & est, pro consilio alicuius collegij Docto. quam pro consiliis particularibus. facit lex prima, C. de profess. qui in vrbe Constantinopoli. lib. 12. ibi. & coetu amplissimo digni fuerint existimati, & in l. diui. de iur. patr. ibi plurium etiam iuris authorum, & in d. hæredi. in sit. in princip. dicitur proprios autem seruos secundum plurium sententiam non aliter, quam cum libertate instituere licebat. & videatur capitu. 1. 2. 3. & 4. 54. dist. dist. dist.

SVMARIA.

- 1 Opinio communis, an in lege naturæ nota esset.
- 2 Deus optim. maxi. sicut perse omnia fecit, ita & per multos annos rexit.
- 3 Cœpit postea tempore Noe per ministros, & creaturas regere.
- 4 Iudex in ambiguis, quid in lege veteri facere tenebatur.
- 5 Dissensus vt plurimum præcedit consensum.
- 6 Iason fuit primus relator opinionum diuersorum, secundum Alciat.

*An hæc communis opinio nota esset
in lege Natura, &
Mosaica.*

Caput II.

SVB lege tamen naturæ, & Mosaica quatum scriptura sacra indicat, habita non fuit ratio huius nostræ communis opinionis. Circa legem naturæ potest esse causa, quia lex & illa scripta naturæ, & cum non adesset scriptura, per consequens nec interpretatio, nec interpretes, nec eorum contrariæ opiniones, quibus haberent prius discordare, postea conuenire omnes vel maior pars ad constandam communem opinionem. argumen. legis secundæ. §. his legibus. de orig. iur. & eorum quæ posuimus supra libro primo, capit. decimo. in princip. sed Deus benedictus creator celi, & terræ, & omnium quæ in eis sunt angelicæ humanæque naturæ, spiritualium, & temporalium sicut ipsa per se ipsum fecit, ita & rexit & per multos annos, & in iudicium exercuit, sicut factor solet suam rem gubernare, & homini dedit præcepta, & prohibitiones, & ipsi transgredientibus, & peccantibus poenam imposuit per se ipsum, scilicet Adæ & Eua, Cayn, & Lamech, & quibusdam alijs vsque ad tempus Noe. per illi & enim cœpit creaturas suas regere per ministros, dicunt Innocen. Hostien. & Ioan. Andr. in cap. licet. de for. compet. & sunt verba Old. in consi. suo 69. cōsuevit dubitari. Ideo cessabant ambiguitates, & contrariæ sententiæ quæ ducunt ad communem opinionem, vt sup. dictum est. Circa legem Mosaicam potest esse ratio, quia licet ea esset scripta, & ideo verosimiliter eam statim consecuti sint interpretatio, & iudices ex quibus oriri solent opiniones, vt de iudicibus habetur Deute. 16. ibi. iudices, & magistratos constitues in omnibus portis tuis. tamen placuit ipsi D. Deo benedicto sedare discordantium opinionum consilium per alium modum, & quo mediante non fuerit adhuc tunc necessarium fabricare communem opi. dicitur enim, c. 17. Deuter. si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinē & sanguinem, & causam, & cam, & iudicium intra portas tua videris verba variare, surge & ascende ad locum, quem elegerit dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotem Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quare & ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritate, ecce quod in discordia iudicium populus Dei alio, quæ ad communem opinio. iuxta l. Pompon. de re iud. reicitur. Volumus tamen certiore facere, quod per hæc non negamus tem-

mus temporibus vtriusque legis naturæ & Mosaicæ, fuisse in homine opinionem, & cuique suam propriam. iux. tradita in l. lib. cap. 8. non. n. dubitamus illis quoque tempestatibus viguisse naturalem illam facilitatem hominum ad dissentendum, de qua sepius à nobis dictum est, in. mo. arbitramur tempore legum predictarum fuisse sectas, & diuisiones. Versimileque esse & illarum fautores super vnaquaque re prius dissentisse, postea conuenisse vel omnes, vel maiorem partem, & sic opinionem communem confecisse, idque per traducem, & per manus descendisse vsque ad ea tempora, quibus huiusmodi non scriptæ sententiæ (ab authoribus noui testamenti traditiones nuncupatæ) fuere à sanctis patribus in scriptis redactæ, illudque ius non scriptum (vt ita dicam) effectum fuit scriptum, quo & circa mores, & circa dogmata, augmentumque, ac perfectionem religionis semper libenter vsa fuit, & vietur sancta ecclesia Dei, hodieque nobis licet patrum scriptas sententiæ, & numerando, & ponderando communem inuenire opinionem. In nostris vero legibus nihil æque notum habemus, quam hanc communem opin. nedum apud cuiusvis ætatis doctores, sed & apud iurisconsultos, legumque, & canonum authores, & recentiores interpretes temper laborant inuenire, ac nobis in suis chartis præsentare in quavis conclusione hæc communem opin. Hinc D. Alc. lib. 5. Parerg. c. 26. dixit & Iasonem temporibus nostris præstitisse nobis hoc commodum, videlicet quod veterum sententiæ in vnum secundum ordinem congestas communem opin. mira facilitate explicauit. Sed profecto dubitarem (si tamen de tanto præceptore mihi id permittitur) an omnes conuenirent in hoc, quod Iason, & non potius alij summi viri, præsertim Alex. id nobis præstiterint. Cum etiam ipse idem D. Alc. videatur hoc tribuere Alex. li. 2. eiusdem operis. c. 42. in carmine de iudicio interpretum legum, vbi ait: opinionum totius symplegadas superabis Alex. duce. quid. n. aliud est superare difficultates, & ambiguitates opinionum, & vt ipse appellat cōfusiones interpretum, quam inuenire veritatem, aut eius loco communem opin. quod quidem Alex. ipsum & affectasse, & consecutum fuisse eius scripta testantur, simulque cōmunis omnium cōsensus, qui eum veritatem interpretem appellat, vt cogamur, ni fallor, credere tantum præceptorem nostræ ætatis decus ita sensisse ob præceptoris charitatem, quam tamen in iudicando se posthabere protestatur. & si quis respondeat, quod Alex. inuentor, Iason ordinator fuerit, videat quoniam modo vnum magis, quam alterum Alex. concedat. nisi forte vellet intelligere D. Alciat. sensisse, quod Iason præstitit hoc nostris temporibus, non excludendo, quod Alex. & alij id præstare potuerint eorum temporibus.

SVMARIA.

- 1 Ratio eorum rerum, quæ à maioribus nostris tradita sunt, reddi non potest.
- 2 Opinio cōmunis vocatur crebrior, & pluribus alijs modis.

Quare sit dicta communis opinio ea, in quam maior pars consentit.

Caput III.

VARE autem à doctoribus nostris dicta sit communis opinio, omnis resolutio, in quâ multi, & plures, & maior pars eorum, in quavis iuris parte interpretando, inclinatur, alia mihi ad præsens ratio non adest, nisi quod omnium & quæ à maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi non potest. Certum est. n. illam non communem opin. sed crebriorem & opi. dictam fuisse in l. 1. de off. quæst. ibi, & sane crebrior apud veteres opinio est, Tullium Hostilium primum in R. ep. induxisse quæstos, & in c. per tuas, qui fil. sint legi. dicitur opinio maioris partis. ibi, quam mulierem secundum opin. maioris partis viciniam in concubinam habebat. & in ca. nouim. de verb. sig. Vocatur opinio à pluribus approbata. in ca. de inducis. 3. q. 3. dicitur id, in quo plurimum concordant. & in l. Athletas. in prin. de his qui not. inf. dicitur id, quod generaliter omnes opinantur. in cle. 1. in §. nos igitur authorum, & instit. de her. inst. in prin. dicitur, proprios autem seruos secundum plurium sententiæ non aliter, quam cum libertate instituere licebat. & videatur ca. 1. 2. 3. & 4. 5. dist. SVMARIA.

- 1 Verum quid in iure dicatur.

- 2 Quando leges non habemus recurrimus ad communes opiniones.
- 3 Opiniones varias doctorum indicant maximas dubitationes illius rei, de qua agitur.

Quando sequi debeamus communem opin.

Caput IIII.

N primis ergo, & ante oia inspicere debemus, & sequi veritatem, si adest, & in iure illud dicitur esse verum super quo habentur casus legis, aut canonis. l. Ancille. cum glo. ff. de furtis. si vero non habemus legem, nec canonem, nec rationem, nec authenticam scripturam, tunc recurrimus ad dicta, & opiniones doctorum. cap. 1. de decim. ibi, traditionem quoque accipimus hæbreorum non lege præceptam, sed arbitrio magistrorum inolitam. & in c. sunt nonnulli. 16. q. 1. ibi, tantorum igitur patrum instituti exemplis, quibus periculosissimum est refragari. & in c. 2. de presby. non baptiz. ibi, suppositis igitur questionibus doctorum, tantorum patrum sententiæ teneas, & facit pulcher tex. in l. si idem cum cod. de iurisd. om. iud. vbi recitantur dicta maiorum pro vtraque parte, & simili modo in l. diui. de iur. pat. vt refert post alios Felin. in c. 1. col. pen. de constit. & est pulcher tex. in clem. 1. in fi. de sum. trin. ibi opi. secundam dictis sanctorum, & doctorum modernorum theologia magis consonam, & cōcordem. Huiusmodi autem sententiæ, & opiniones necessarii trahunt secum dubitationem, & formidinem, præsertim quado sunt discrepantes ad inuicem, & cōtrariæ. quod quidem sepiissime accidit, & eo casu illa opi. elegimus, pro qua plures doctores existunt, hoc est illam, quæ à maiori parte approbatur communem, vt dicit vocatam, intelligendo tamen iuxta infra dicenda, vt tradit Sylu. nuptia. libro 5. numero, 24.

SVMARIA.

- 1 Communis opi. an absolute illa dicatur, quæ pro se plures Doctores habet, & ponuntur quatuor opiniones.
- 2 Appellatio interposita coram maiori parte iudicum, valet.
- 3 Mortua maiori parte aliquorum, an remaneat in officio iudicis.
- 4 Factum à maiori parte, ab alijs seruari debet.
- 5 Auctoritas sola Doctorum, an faciat communem opinionem.
- 6 Et quomodo procedat.
- 7 Dignior, seu sanior pars dicitur respectu subiectæ materiæ.
- 8 Electio capituli generalis, quomodo intelligatur facta.
- 9 Personæ non sunt solum numerandæ, sed potius sententiæ ad videndum communem opin.
- 10 Opinio communis illa dicitur, quæ melioribus fundamentis, & rationibus est fundata.
- 11 Vnus de vniuersitate potest contradicere toti vniuersitati, si iustam causam habeat.

An melioris, saniorisve partis, aut quæ meliori nititur rationi, dicatur communis opinio.

Caput V.

ED quæro, an absolute dicatur communis opinio, & illa, quæ solum habet pro se plures doctores, an vero aliæ requirantur, hoc est, an attendi debeat numerus auctorum tantummodo, an etiam simul eorum zelus, & sanioritas, & auctoritas, & grauitas, & dignitas, & simili modo melioritas rationum, vt monet gl. in l. si vni ex pluribus. aias, Pomp. de re iud. & glo. si in c. ecclesia. 2. de elec. Et circa hoc recitabo quatuor opi. prima est, quæ videtur dicere sufficere numerum solum authorum ad faciendum cōmunem opi. adeo quod illa, quæ est maior num. dicatur etiam sanior, vt de clarat iura superius alleg. & habetur et in d. ecclesia. 2. de elec. ibi, maioris capituli parte habebat, per hoc debebat pars sanior reputari: cum vbi maior nu. est, zelus melior præsumatur. & in l. si. C. qui bo. ced. pos. ibi, pari autem quantitate debiti inuenta, dispari vero creditum numero, tunc amplior pars creditorum obtineat, ita vt quod pluribus placet, hoc statuatur, & in l. & summa de pac.

pac ibi. & sequatur maioris partis voluntatem, & in l. non distinguemus § cum in plur. de arb. facit tex. in l. 2. de decre. ab ordi. fac. ibi, non legitimo nu. decurionū coacto, & § ex testament. in l. tit. de fatid. tur. ibi, quæ maior pars elegerit. & tex. in ca. Romana. § ex quorum. de cen. lib. 6. ibi, vel de omnium, aut maioris partis episcoporum eiusdem provincie processerit consilio, & assensu. Hinc est, quod corā maiori parte iudicium appellari potest. clem. 1. de appel. Hinc querit Pau. de Ca. q. 2. 18. ad primū. vol. 2. an mortua f. maiori parte aliorum remaneat in officio superflites. Hinc & Hora. Nimirū infans paucis videatur, eo quod maxima pars hominum morbo iactatur eodem, & D. Hiero. in c. legitimus. 93. dist. Quid mihi profers vnus vrbis consuetudinem, quid paucitatem, de qua natum est supercilium in ecclesiam iudicas? illa enim auctoritas probat a contrario, & dicit gl. in c. ex parte. ver. 1. dicens. Quod maior pars facit, alij seruare tenentur, facit c. scriptum. de cle. ibi, nisi forsitan omnes, aut maior pars postulatum, & in c. ea enim. § hoc ius. 10. q. 2. dicitur maiori parte ibidem seruientū consentiente, & in c. per tuas, qui fil. sint legi. secundum communē opi. maioris partis vicinā. & in c. nec episcopi. de temp. ordi. maiori numero metropolitanus assentiat, & in ca. dudū. de elec. est casus, vbi attenditur nu. exclusa expressa sanioritate, sed dicit, q. nu. habebat adiunctum zelum. & per gl. j. l. 3. § ciuidem. de test. Bart. d. l. de minore. § tormenta. de quest. Soc. conf. 59. volu. 1. & est pulcher tex. in cle. exiui. § demū. de ver. sig. ibi illa, quæ a maiori parte capituli nu. (nulla zeli, vel meriti cōsideratione habita) fuerit celebrata, exceptione, seu contradictione alterius partis non obstante confirmetur, tandem hoc traditum habemus pro reg. in d. l. quod maior. ad munic. in d. l. aliud. § refertur. de reg. iur. Secunda opinio est quod videtur contra sufficere solam dignitatē f. auctoritatem & sanioritatem ad constituendum opi. communem. l. maiorem. de pac. d. c. ecclesia. 2. iunct. gl. de elect. vbi aperte dicitur quod illa est maior pars, quæ non numero, sed zelo & pietate nititur, quam conclusionem volunt procedere quādo ab vna parte est auctoritas, ab alia numerus par, quod tamen vix accedere posse, dicit Augu. in ca. in canonicis. 19. distinc. & nota f. quod sanior & dignior pars dicitur respectu subiectæ materiæ. Abb. ca. 1. de his quæ fi. a ma. par. Tertia opinio est quod nec num. solus, nec sanioritas sola sufficit, sed quod vtrunque requiratur copulatiuē, vt probatur expresse in d. c. ecclesia. 2. ibi eū ex Lateran. concil. in ordinationibus ecclesiarum maior, & sanior pars capituli exigatur, & statutum concilij generalis continet inter cetera vt is eligatur f. in quem omnes, vel maior, & sanior pars capituli consentit. & facit tex. in cap. j. de his quæ fi. a maiori parte capituli. ibi præualeat semper, & suam sortiat effectum quod a maiori, & saniori parte capituli fuerit constitutum. vbi Abb. nu. 8. & in c. ex ore. co. ti. ibi, intelligētes etiam te a maiori parte tam dignitate, quam numero eorum, quos eligendi ius constabat habere, electū fuisse, & in c. quia propter de elec. ibi, in quem omnes vel maior, & sanior pars consenserit, & in c. ea. de his quæ fi. a præl. ibi, si consenserit conuētus, vel melioris, & sanioris partis affuisse cōsensum. & vide ibi gl. Et hinc recte opinioni ad stipulat. sententia illa Pliniana, non debent solū numerari f. personæ, sed ponderari sententiæ. nil enim est ita inæquale, quā vbi impar est prudentia, sit par ius. & Thom. Ferrat. cau. 3. 1. dicit quod Communis dicitur illa quæ plures & grauiores complectuntur, & Alex. consil. 202. vol. 7. dicit quod communis opinio est illa pro qua sunt doc. maioris ponderis, & auctoritatis, & quod non attenditur numerus.

Quarta est opinio, quod nec numerus, nec dignitas attendatur, sed illa maior pars dicatur, & seu communis opinio f. quæ meliori nititur ratione. verba formalia glo. in c. si testis. ver. multitudo. l. 4. quæst. 3. elegantiss. in l. j. C. de vere. iur. enuclea. ibi, sed neque ex multitudine auctorum, quid melius, & æquius iudicator, cum possit vnus forsitan, & de terrioris sententiæ multos, & maiores aliquam in parte superare. & tex. in c. 1. de his, quæ fi. a maio. par. c. ibi, nisi a paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter obiectū fuerit, & ostentum, & lob. carmen. in fin. de testib. ibi, non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorū fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis affluit, quæ verba reperiuntur registrata in ca. si testis. 4. quæst. 3. & c. nicen. 3. 1. distinc. vbi quod tota synodus laudauit sententiā vnus Paphnutij, vbi gl. dicit, quod vnus potest contradicere toti vniuersitati, si habet rationabilem causam, & glo. in verū. rationabiliter. in c. 1. de his, quæ fi. a maio. par. c.


dicit, quod melior pars est illa, quæ maiori rationi, & pietati nititur, quæ omnia videtur concludere illam dici debere maiorem partem, & illam esse opinionem communē, quæ fultur maiori ratione.

S V M M A R I A.

- 1 Communis opinio secundum auctorem quomodo intelligi debeat.
- 2 Dignitas non consideratur in rebus prophanis ad dicendum Communem Opinionem, sed numerus non attenditur.
- 3 Maior pars quæ proprie dicitur.
- 4 Vniuersitas seu capitulum in dirimendis suis actibus quomodo voces dare debent.
- 5 Summus Pontifex an eligatur ab Illustriſſimis Cardinalibus per lupinos.
- 6 Suffragia in vniuersitatibus an melius sit dare palam, vel clam.
- 7 Electiones antiquitus solebāt fieri per voces, scedulas, bullas, palcas, & cartellas.
- 8 Communis opinio, an constet ex solo numero.
- 9 Sententia lata per eos de collegio singulariter non valet, sed oportet quod collegialiter consentiant.
- 10 Voces non ponderantur, sed numerantur.
- 11 Præsumitur minus pro toto populo, quā pro aliquibus prudentibus de populo.
- 12 Doctores grauiores an sint illi, quorum frequentiores sunt lecturæ, & approbationes in scholis.
- 13 Intellectus ad c. in canonicis. 19. dist.
- 14 Iuris consil. an differant inter se auctoritate, & grauitate.

Solutio precedentis questionis.

Caput VI.



ANTE QVAM declarem, quæ sit verior opinio ex prædictis quatuor, scias, quod communis opinio intelligitur eorum qui scire debent, & ad quos pertinet id, de quo agitur, & sic secundum materiam subiectam. nam cum loquimur de aliquo artificio, requirimus opinionem illorum artificum, si de aliquo articulo iuris statumus communi opinioni iuriconsultorum. Si de statu, dignitate, & prudentia alicuius viri, vel de approbatione alicuius, vel negotij, recurrimus ad communem opinionem vniuersitatis, & populi: ideo lectoris erit accommodare casus per nos adductos ad materiam subiectam, secundum eorum diuersitatem: non enim semper de communi sententia doctorum, noster est sermo, sed de communi opinio. cōiudicium, priuatorum, vniuersitatum, & ipsius etiam populi, ac vulgi. ideo nec mirandum erit si ex huiusmodi diuersitate diuersi resultabunt effectus, sique communē opinionem, quandoque etiam cum saniori iura coniungant. Hoc præmissis, & intellecto dicas pro solutione, quod numerus solus non sufficit, sed requiruntur simul, & copulatiuē dignitas, auctoritas, & sanioritas in collegiis, & capitulis ecclesiasticis, & etiam in vniuersitatibus secularibus, per gl. & Bart. & alios in l. Pomponius. de re iud. vt refert Abb. in d. c. ecclesia vestra. 2. qui dicit hanc rem esse communem opinionem, licet text. iuris civilis loquantur de solo numero. vnde forte propter id Fel. in c. cum omnes. col. 14. ver. modo ad intellectū. de const. dicit quod in actibus f. mere prophanis, attendatur numerus solus, quare cogitabis. Quando vero legitur aliquando illam censeri maiorem partem, quæ habet pro se numerum solum, vel sanioritatem solam, vel meliorem rationem, sunt casus particulares, vt suo loco videbimus. & idem Abb. in d. c. 1. de his, quæ fi. reprehendit gl. ibi. in ver. rationabiliter, quæ dixit, quod illa est maior pars, quæ sanior est, vide eū ibi, & in effectu dici potius debet contrarium, q. maior pars vtiq. est, & sanior. vt affirmat Doct. in supra citatis locis. Ex hac communi conclusionem, quod requiratur copulatiuē maior pars, & sanior, sequitur, quod in disponendis per vniuersitatem, seu capitulum, non debent dari voces per lupinos, quia tunc non potest apparere, quæ pars sit sanior, sed solū quæ maior respectu numeri, vt animaduertit Abb. in d. ca. ecclesia. 2. vlti. not. & tamen habetur in quadam Apostil. ad Abb. in loco præalle. quod per totum mādum practicatur, quod duntaxat

voce

voce siue per fabas, siue per lupinos. ita patet ad sensum & sic cum per huiusmodi vniuersalem practicam non possit apparere de aliqua sanioritate, sequitur attendendū numerum solum, immo in electione summi f. pontificis, quæ est tantæ importantiæ, amplissimus ordo Cardinalium, nō dat voces per lupinos, tamen nunquam auditum quod de alio eureretur, quā de numero ipso. cum etiam in effectu nihil aliud requiratur. c. licet. de elect. C. tamen 3. de leg. non omnino subscribit huic consuetudini, dum differit, an melius sit ferre suffragia f. clam aut palam in voce, ait enim: Nam ego in ista sum sententiā, quæ te fuisse scio, nihil vt fuerit in suffragiis voce melius, & deinde sub persona Quint. bona tua venia dixerim ista tua sententiā maxime & fallit imperitos, & obest sapissime Republic. cum aliquid verū, & rectum esse dicitur. & paulo post, Quis autē non sentit auctoritatem omnem optimatū tabellariam legem abstulisse quā populus liber nunquam desiderat idem oppressus, dominatu, de potestate principum flagitauerit? Itaque grauiora iudicia de potentissimis extant voce, quā ob rē suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit perentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quod quisque sentiret tabella vitiorum occurreret suffragium. Si vis videre f. quod etiā in electionibus prælatorum, & officialium secularium processum fuerit per voces, scedulas, bullas, palcas, & cartellas. lege Boer. in sua 1. deci. Videtur ergo concludendum q. f. cōmunis opi. & maior pars constet ex numero solo inspectis generali consuetudine. & dum videtur, quod doct. vtriusque censuræ communiter concludat requiri numerū, & sanioritatem copulatiuē, id debet intelligi habuisse locum ante introductionē generalis consuetudinis de dando voces per lupinos, fabas & calculos, vel quando recederet ab aula vniuersalis consuetudo prædicta. Siue autem dicamus requiri numerum solū, siue sanioritatem quoque, scire debes quod neutro casu sufficeret sententiam eorum de collegio singulariter f. prælati, puta, quod quilibet consentiret in camera sua, sed oportet quod collegialiter consentiret. Abb. d. cap. quia propter. col. v. ver. vlt. etiam queritur. Sed quicquid sit in superioribus casibus, videtur posse indubitate statui, quod in conficienda communi opinioe doc. de qua principaliter noster hic tractatus loquitur, numerus solus, vt supra dictū est, attendatur, quia illi non congregantur collegialiter ad huiusmodi eorum sententias, & opiniones dicendas, nec tanquam collegium. nec tanquam singuli, quibus casibus iura requirunt etiam sanioritatem, sed eas proferunt singulariter, & seorsum quilibet in sua camera, & in sua cathedra, & in suis scriptis successiuis quoque temporibus. Item, & alia ratione numerus solus considerandus est in cōmuni opinioe doctorum, quia si in gestis per collegium vt a singulis intelligitur solus numerus, saltem secundum legistas. d. l. pōponius. de re iud. quanto magis in casu nostro, vbi doctores quidem tanquam singuli, absque vlla tamen forma collegij vel vniuersitatis, vel miscice, ac representati corporis in eorum opinionibus considerantur, similiter videtur habere minorē difficultatem quod solus numerus attendatur, quando statumus in communi opinioe populi, & vulgi, vbi voces nō ponderantur, sed numerantur, vnde remanebit firma resolutio communem opinionem, & maiorem partem generaliter dici illam, pro qua maior sit numerus licet non maius pondus. & D. Ale. in reg. prim. præsumptionum. præsumpt. 5. non dissentit ab hoc, dum ait, vbi maior est numerus eligentium, ibi etiam præsumitur maior zelus. postea subiungit quod est verum, maxime in electione facta per viros prudentes, quia naturaliter in eis melior opinio præualeat, alias in electione in qua interueniūt vulgares, videtur secus, per id quod notat Abb. in c. 2. de elec. vbi dicit quod præsumitur minus pro toto populo q. pro aliquibus prudentibus de populo: quia in toto populo reperiuntur multi viles nō habentes certum iudicium rationis, sed corruptibiles, & propterea præsumitur in toto populo aliquis qui non habeat sinceram fidem. Hæc illic. sed tenendo quod reddantur suffragia per calculos, videtur cessare hæc differētia eo magis, quod ipse D. præceptor libro. 4. pareg. cap. 17. dixit, apud nostrates doctores semper sacrosancta fuit communis opinio, & in consiliis publicis necesse fuit numerare potius quā ponderare sententias. nec illud dictum Ab. multum obstat, quia statim simul, quod minus præsumatur pro toto populo, propter illos qui non habent sinceram fidem, & tamen q. eius sententiæ sit sequenda, quia magis communis, cum maior pars

populi representat totum populum, etiam q. erret, non illi aliqui, q. præsumunt non habere sincerā fidem. concludendo tamen postea ipse D. Ale. in d. loco subiungit, & intellige cōmunem opinionem illam esse, nō quæ plures habeat auctoritates simpliciter, sed quæ plures grauiores habeat auctores. allegat capit. in cano. 19. distinc. l. diui. de iur. patr. l. penul. C. de cond. indeb. & sunt verba Fel. in c. 1. de consti. in vltima colūna, & sic in his verbis videtur subscribere tertiæ opinioni, maxime quoad opi. doctorum. declarat etiam ibi requiri, vt communis opinio sit approbata a doct. non incidenter, & vide ibi reliqua per eum, & alij etiam voluerunt illam esse communem, quæ constat etiam ex grauioribus doct. allegat Tom. Ferrat. caute. 3. 1. Alex. consil. 202. volu. 7. Ias. l. 2. C. de inst. & sublit. & alios de quibus supra in tertia opinioe. sed tenendo, quod cōmunis opinio doc. constitui debeat ex solo num. Responde breuiter omnibus cōtrariis. primo ad l. diui. dicas quod illi, quorum opinio fuit approbata ibi non erant grauiores alij habentibus diuersam opin. sed consideratus fuit numerus, vbi ait pluriū etiā iuris authorū & c. ad l. penul. C. de cōd. indeb. responde quod Imperator non sequitur ibi cōmunem, & sic numerū non respicit, sed forte veriorē, vel habentem pro se meliorē rationem. approbat. n. sententiā duorū, Pap. scilicet & Iuliani, reicit sententiā trium. Vlp. f. Marcelli, & Celsi. Item dū præcipit, quod dicantur grauiores f. illi doctores quorum frequentiores sunt lecturæ, & approbationes in scholis. arg. d. cap. in canon. 19. distinc. & eorū quæ ponit Barto. in l. 1. si 13 certū petatur, est aduertendum f. quod c. in canonicis. 19. distinc. loquitur in negotio fidei, in quo casu cōmunis error non facit ius, prout facit in interpretatione iuris civilis & canouici, nimirū si ibi non attenditur solus numerus. Itē approbatio ibi a pluribus, & grauioribus facienda intelligitur a pluribus, & grauioribus ecclesiis nō a personis singularibus, & sic illud. c. loquitur in casu diuerso a nostro, & probat contrariū. Ad Barto. in l. j. si cer. pet. responde quod si inducitur in illa parte, vbi loquitur de iuris cōf. certū est quod illi habebant auctoritatē, & grauitatē parem a principe, vt est notissimū, & approbavit infra statim, si adducitur vbi loquitur de doct. nostris, quorū scripta vocat magistrales probationes, dico quod in illis nullā requirit grauitatē. ad id autē quod frequentiores lecturæ, & approbationes reddant doct. grauiores, dico quod innumerabiles sunt doct. lecturæ quorū sunt æqualiter approbatæ, & frequentes in scholis. quoniam modo ergo inueniemus inter nos communem opinionem, si ex auctoritate, & grauitate p. debet quod auctorem iuriconsul. f. non differant auctoritate, nec grauitate, probat text. in l. ranta. §. has itaque leges. in fin. C. de vt. iur. enuc. ibi, legislatores autem vel commentatores elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos anteriores pijsissimi principes admittere nō sunt dedignati, omnibus vno dignitate apice impartito, nec sibi quoque aliquam prærogatiuā vendicante. & paulo infra. Quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur, cum vna dignitas, vna potestas omnibus est indulta? & si dicatur ille tex. loquitur de iuris consil. æqualiter approbat ab Imperatore, sed inter doct. nostros vnus est grauior altero, concedam quidem in alijs, non autem in formando communem opinionem, quia iura & cōsuetudo contentantur de numero. finge reperiri duas opiniones contrarias habentes parem numerum doc. pro quolibet de his, scilicet grauioribus. vna tamen superet alteram vno tantum doctore, quis negabit illam dici debere cōmunem, quæ excedit in numero, quamuis contraria haberet se cum etiam ipsum Bartolum? vnde sub correctione tantorū patrum & præceptorum crederem opin. com. Doctorem & maiorem partem ex nume. simpliciter constare, vt experientia docet. Ferrat. in d. caut. 3. 1. & Alex. d. consil. 202. loquētes de grauitate nihil allegat. Imola & Ias. in l. 2. C. de inst. & sublit. de num. solo loquuntur.

S V M M A R I A.

- 1 Maior pars attendi debet. Extenditur pluribus modis.
- 2 Maior pars si est feudalitatis, omnia præsumuntur feudalia.
- 3 Fideicommissum ibi petendum, vbi maior pars hæreditatis adest.
- 4 Tutor quomodo possit se excusare a tutela, dicens, quod habet litem cum pupillo.
- 5 Tutor si non fuerit electus a testatore, is gerat, cui maior Com.opi. Tom. 4. EEEE

- 6 pars tutorum tutelam decreuerit.
- 7 Exceptio spolijs facti a tertio quando admittatur.
- 8 Fideicommissarius in quo loco sit conueniendus.
- 9 Socij debent habere vnum sigillum societatis, & penes maiorem partem extare debet.
- 10 Alienans maiorem partem rerum præsuntur facere in fraudem, ac si omnia alienasset.
- 11 Inimicitia quando dicitur capitalis.
- 12 Domini duo in solidum vnius castri, an ambo debeant ponere officiales, vel qualis.
- 13 Donans duobus pro indiuiso, ille qui habet maiorem partem potest offerre astimationem ei qui habet minorem partem.
- 14 Vniuersitas scholarium, quomodo dicatur Ecclesiastica.
- 15 Accidens quomodo denominet subiectum.
- 16 Possidens maiorem partem bonorum beneficij dicitur pacificus possessor.
- 17 Domicilium, in quo loco dicatur.
- 18 Ecclesia consecrata non debet amplius consecrari, nisi pro maiori parte fuerit combusta.
- 19 Ieiunus quo ad celebrandam missam, quomodo quis dicatur.
- 20 Vniuersitas si promiserit soluere, quando alia vniuersitates soluerent, quomodo intelligatur.
- 21 Decretum factum a maiori parte confœderatorum Principis valet, non obitante contradictione minoris partis.
- 22 Deliberatio in exercitu a maiori parte valet.
- 23 Error ex parte maiori plus attenditur, quam benedictio ex parte pauciori.
- 24 Error communis, quando facit ius.
- 25 Adducens communem opinionem pro se, debet scire veritatem esse contra se, & quomodo procedat.
- 26 Gestia secundum communem opinionem, non firmat officium, quia detecta veritate, est amouendus.
- 27 Opinio, & credulitas iniusta non firmat gestia.
- 28 Lex non fingit iniuste erratum validum.
- 29 Beatum id non dicitur, in quo quid mali reperitur.
- 30 Medici interrogati de vulnere mortali, & sint discordes, statim maiori parti.
- 31 Senatores in quo loco respondere debeant.
- 32 Habens plures habitationes, vbi citari debeat.
- 33 Iustitiam Imperator noster, quo tempore fuerit in humanis Titulis. C. de sum. trin. & fid. cath. & omnia iura sub illo contenta, quas contineant decisiones & casus, & numero, seq.
- 34 Apostolica disciplina, quænam dicatur.
- 35 Mandata a maioribus nostris tradita a nobis obseruanda.
- 36 Sedes Romana est caput omnium ecclesiarum.
- 37 Episcopi omnes beatissimi vocantur.
- 38 Reliquiæ, & corpora Sanctorum, quomodo sint custodienda.
- 39 Tit. de Episcopis & Clericis, cum omnibus iuribus declarantur.
- 40 Solemnitates martyrum quales sint.
- 41 Episcopi sub nomine beatitudinis, & gloriositatis nuncupantur.
- 42 Muri ciuitatum, sancti dicuntur.
- 43 Caput Ecclesiæ a Petro Apostolo sumpsit originem.
- 44 Pontifex semper præsente debet Ecclesiæ in remedium schismatum.
- 45 Homines nisi cogentur parere vni, se continuè in diuersas sectas diuident.
- 46 Gentiles Barbari fuerunt prudētiores istis euāgelistis nouis.
- 47 Hæretici nō negant Ecclesiam vocari corpus Christi, & significari per Arcam Noe.
- 48 Christus dicitur caput vniuersale, & militatis, & triumphantis Ecclesiæ.
- 49 Et secundum interiorem in fluxum gratiæ.
- 50 Caput orbis dicitur vbi est Ecclesia.
- 51 Pontifex dicitur caput Ecclesiæ eo modo, quo Princeps terrenus ieiunat dominum.
- 52 Christus parabolice, & similitudinariè, quomodo caput Ecclesiæ vocetur.
- 53 Christus, vt homo dicitur caput Ecclesiæ, & quomodo.
- 54 Anima quomodo insita sit in corpore humano.
- 55 Sensus omnes in capite sunt.
- 56 Pontifices successores Petri quomodo dicantur caput Ecclesiæ.
- 57 Christus quomodo plures nos per parabolas varijs nominibus nuncupauit.

- 57 In Pontifice tria sunt verba idem significantia, videlicet, summus Pontificatus, apex pontificatus, & fons sacerdotij.
- 58 Summum, id est, quo nihil est superius.
- 59 Apex quid sit.
- 60 Factum ex æqui-pollentibus, vti verè factum dicitur.
- 61 Pontifex (vt probatur) dicitur caput Ecclesiæ.
- 62 Petrus Apostolus, ex quibus verbis fuerit rector generalis constitutus, & Dux suorum fidelium.
- 63 Petrus an dicatur pastor omnium Christianorum, an gubernator, & caput, nihil refert.
- 64 Christus vocauit se pastorem, & caput Ecclesiæ.
- 65 Petrus fuit deputatus pastor necessaria causa.
- 66 Ecclesia semper fuit, & erit exposita insidijs Satanæ vsque ad consummationem seculi.
- 67 Auctoritas cælestis nō fuit data soli Petro, sed omnibus successoribus.
- 68 Oves Christi quales sint.
- 69 Quilibet quamuis vilis prouidet non tantum filijs natis, sed & nascituris.
- 70 Caput Ecclesiæ, tam dicitur Petrus, quam Christus.
- 71 Vicarius, & successor Christi dicitur caput mysticū visibile, assistens, & gubernans visibilem Ecclesiam.
- 72 Ecclesia habens duos pastores, non propterea dicitur monstrofa.
- 73 Duo capita diuersa in vna, eademque re admittuntur.
- 74 Vasallus an quis esse possit duorum dominorum.
- 75 Vasallus iurans fidelitatem domino, excipere debet Imperatorem.
- 76 Christianus subiiciendo se Pontifici, semper excipit subiectionem, & fidem in Christum.
- 77 Res emphyteutica duos dominos habet, alterum directū, alterum vtilem.
- 78 Subiectus alterius potest pluribus rationibus dici.
- 79 Ecclesiasticæ persone, quomodo fuerunt Imperatori subiectæ.
- 80 Palatium Imperiale factum dicitur voluntate diuina.
- 81 Statuta laicorum, & leges Imperiales, licet comprehendant clericos, & Ecclesias, non tamen id procedit in legibus specificè disponentibus super Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis.
- 82 Statuta facta a iudice incompetenti, non sunt seruanda.
- 83 Observantia legum denotat superioritatem erga constituentem.
- 84 Non subditus potest priuilegiari.
- 85 Leges, vel statuta cōcernētia peccatū non sunt obseruanda.

Ampliationes.

Caput VII.

CONCLUSIO siue regula prædicta quod attendi debeat communis opinio, & maior pars, & pluralitas, ampliat multis modis, extenditurque ad plures alios casus quam ad numerum. Primo in casu, i. quæritur de stat. hom. vbi Hermaphroditus estimatur eius sexus qui in eo præualeat. Secundò in traditis à doct. in c. & si perfocti s. de homicid. vbi iudicatur esse dies, vel nox, vel delictum commissum de die vel de nocte, secundum quod hora inclinatur magis ad vnum quam ad alterum. Tertio in c. si. de controuer. inter mas. & fem. ibi cum maior pars est feudalis, omnia præsumuntur feudalia. Quarto in l. fideicommissum. in prin. de iudi. ibi, vt ibi petatur fideicommissum, vbi maior pars hæreditatis est. Quintò propter litem quam quis cū pupillo habet excusare se à tutela non potest, nisi forte de omnibus bonis, aut plurima parte eorum controuerfia sit. Sextò si non erit à testatore electus tutor, aut tutelā gerere nolit, tunc is gerat, cui maior pars tutoriū tutelā decreuerit. l. 3. §. fina. de admin. tur. Septimò in casu. c. 1. de rest. spol. lib. 6. vbi exceptio spolijs facti a tertio admittitur quando criminaliter agit, & expoliatio fuit secuta de tota substantia, vel maiori parte. Octauò erit maior numerus hominum qui damnabitur, quā qui saluabitur: vt videtur concludere Card. in clem. 1. de sum. trinit. q. 12. per illa verba euāgelij, multi sunt vocati, pauci vero electi. & memini vidisse Ros. aur. super illis verb. in mixta cuidam dicto D. Thomæ in 4. differentē, quod erit maior numerus christianorum, qui saluabitur, quā qui dānabuntur. eo quia illud verbū pauci, nō est intelligendū cōparatiuè ad christianos dānandos, sed ad totū mundū qui vocatur ad fidē, nō tamē ad gloriā nec ad gratiam. Nonò oportet ibi fideicommissum.

- 7 rium conueniri, vbi vel domicilium habet, vel maior pars restituta hæreditatis habetur. l. qui ita. §. si. ad Trebel.
- 8 Decimò vt sigillum quo vsi sunt plures socij remaneat penes maiorem partem eorum. Bal. in rub. C. pro foc.
- 9 Vndecimò alienans maiorem partem rerum, præsumitur facere in fraudem ac si omnia alienasset. Bartol. l. nomen. §. filio. in fin. de leg. 3. post gloss. ibi in ver. omnia, & ibi Alex. in 10 apostill. Duodecimò, in inimicitia dicitur capitalis quando est causata à lite vertente super omnibus bonis vel maiore parte eorum. glossa in Authen. si testis productus. in ver. pecuniaria. de test. Alexand. consilio. 99. primo volumine. Ab. c. 1. de iud. Tertio decimò quando duo domini possident iurisdictionem certi castri pro indiuiso, & vnus habet maiorem partem alio, qui habebit maiorem partem, habebit ponere officarios. l. sancimus. §. ne autem communiōe includi, & ibi Bald. versicul. si habeamus commune hospicium, tu & ego. C. de donat.
- 12 Quartodecimò si donatur tres duobus pro indiuiso, ille qui habet in ea maiorem partem, potestatem habet offerendi astimationem ei, qui habet minorem partem. dict. l. sancimus. §. ne aut. C. de don. Quintodecimò, quoniam vniuersitas scholarium dicitur Ecclesiastica si maior pars sunt Clerici videtur tenere Fel. in ca. ex literis. de const. post alios quem videtur. Sextodecimò ad hoc vt accedens ad nomen subiectū, oportet quod ipsi subiecto cōueniat in totum, vel pro maiori parte, secundum Ioan. And. in c. sic. de verb. sig. in Nouel. per. l. legatis. §. si vnus. de leg. 3. vbi legatis seruis diuersorum artificiorum ille qui sciebat plura artificia cedit legato eius artificij, in quo plurimum versabatur. Decimoseptimò 15 qui maiorem partem bonorum beneficij possidet, dicitur pacificus possessor. glo. in Reg. Cancell. 33 & ponit Cassiad. 16 in suis Decis. Decimò octauò domicilium fortitur quis in loco, in quo maiorem partem rerum suarum possidet. Fel. c. dilectus. 2. de refer. in ver. domicilium. vbi de alijs requisitis ad fortiendū domicilium. Decimonoñ, vt ecclesiæ seō sacra iterum nō consecrerent nisi tota, vel pro maiori parte cōbusta fuerit. c. ecclesiis. cum glo. de consecr. dist. 1. Viginti simò quod ieiunus dicitur, quoad celebrandam missam, qui maior e parte noctis fuerit ieiunus. l. qui comedit ante mediam noctem, ita dicit Bertach. in suo trac. de episcopo. 2. parte quarti lib. nu. 68. allegat glo. in c. nihil. vij. q. 1. Viginti simoprimum quod communitas promittens soluere in terminis in quibus alie communitates soluerent, intelligitur quando omnes communitates vel maior pars solueret, & si maior pars non soluit totum, tenetur promittens ad illam ratam, quam soluit maior pars. per Paul. de Cast. consil. 153. vbi vide quādo aduenit tempus quo maior pars soluere debebat, an promissor teneatur, seu expectetur tempus solutionis. Vigintisecondum quod facit maior pars cōfœderatorum Principum, vel communitatum debet haberi ratum, licet minor pars cōfœderatorum contradicat, quia reguntur ad instar vnius corporis. Mart. Laud. in tract. de cōfœderat. Princip. 4. conclusu.
- 21 Vigintitertio etiam in exercitu, & in castris statuer sententiæ maioris partis. Casar. lib. 3. de bel. gal. loquens de Galba legato obfesso ab Heluetijs, dicit quod concilio celeriter conuocato sententiæ exquirere cepit, & recitatis aliquibus sententijs postea subiungit, maiori tamen parti placuit. Vigintiquarto in casu legis, domum. de contrahē. empr. ibi, vt si quidem amplior domus pars exusta sit non compellatur emptor perficere emptionem. Vigintiquinto ampliat etiam regulam, vt procedat in his que maior pars facit, & credit etiam errando. iuxta illud tritum, melius est errare cum multis, quam benedicere cum paucis. vnde etiam dictum est errorem communem ius facere. l. 3. in fi. de supel. le. leg. glo. l. Barbarius. per illū tex. de off. prat. & vide omnino Bart. per totā illam legem. c. inferius. in fi. cum sua glo. 3. q. 7. quæ glo. dicit, ecce quantum operatur communis opinio, & glo. in §. cum aliquis. inst. de testam. que dicit not. errorem probare, & communis error facit ius, vt patet de his 23 versibus. Error communis ius efficit, vt manifestat. Testificans seruus, qui liber credit esse, intelligit tamen semper prædicta in his que sunt iuris publici, & in publica persona, puta in indice ordinario, secus in Delegato, quia non sufficit probatio communis reputationis, vt per Nicol. Millis. in verb. error communis. intellige etiam quādo ille iudex, circa quem erratur est in possessione iuris, quod putatur habere. c. cōsultationib. vbi Abb. nu. 7. de iur. pat. vide deci. 14. de iur. patr. in ant. & glo. in c. ad probandum. de re iud. quæ di-

- cit, vnde cum communi opinione liber, & absolutus habeatur, & credatur quicquid interim facit, valet, & dixit Bal. in l. non mutat. de lib. cau. quod communis error, de quo in l. Barbarius. operatur tantum in temporaliter factis, non autem in spiritualiter factis. allegat Inn. in c. nihil. ext. de elect. Non habet tamen locum præfens ampliatio, quādo ille qui vult se contra communem opinionem iurare, debet scire veritatem esse contra communem opinionem. Nicol. Mil. in verbo, error communis. Itē non habet locum præfens ampliatio in tutoribus, & alijs administratoribus. Bal. in l. non omnis. §. si pupillus. si cert. per. Item non habet locum in eo, qui sciebat illum cōmunem errorem, & tacuit. Marf. plene in pract. crim. §. aggredior. nu. 33. & Baldus in l. 2. C. de feruitu & aqu. dicit quod in d. l. Barbarius. concurrunt tria, videlicet superioris auctoritas, communis error, & publica vtilitas. alleg. not. in auth. de Tabellion. §. penul. subdit tamē quod licet cōmunis opinio firmet gesta, non tamen firmat officium, quia detecta veritate est amouendus. alleg. not. per Inn. in d. c. nihil. & ad hoc, vt cōmunis error faciat ius, necesse est quod cōcurrat cōmunis opinio saltē maioris partis, vt tenet Specula. in tit. de testa. §. i. versiculo, itē quod est seruus. ver. qui se à ma. 26 iori. Et opinio, & credulitas non validat gesta, quando nō esset iusta, sed supina, quia lex non fingit errorum huiusmodi pro vero, sed pro errato vult haberi, cū supina ignorantia noceat. l. nec supina. de iur. & fac. ignor. & pro hoc videtur tex. secundum vnā lect. in l. Actuarios. C. de actuar. lib. xij. & quod voluit Saly in l. Zenodorus. C. ad Maced. & hæc omnia ponit Soc. in consil. 60. nume. 8. vers. circa quartum. vol. 1. Vigintiseptimò ampliatio in his, que perit Cic. in 5. Tuscul. vbi dicit, non enim licet his, qui laudē cū dolore petendā esse dicunt, negare eos esse beatos, qui illi adepti sunt. quamquam enim sint in quibusdā malis, tamen hoc nomen beati, longe, & late patet. nam vt quætuosa mercatura, fructuosa oratio dicitur, non si altera semper omni dāno, altera omni tempestatis calamitate semper vacet, sed si multo maiore ex parte extet in vtroque felicitas. sic vita non solum si vndique referta bonis est, sed si multo maiore, & grauiore ex parte bona pendens, bona recte dici potest.
- Vigintioctimò, & in alijs quæ idē libro, v. de finibus. 23 attenditur si qua in vita est aliquid mali, ea esse beata non potest, ne fege quidē igitur spicis vberibus, & crebris, si aueniā vspia videris, nec mercatura quætuosa si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. An vsquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de rota iudicabit? an dubium est, quin virtus ita maximam partem obtineat in rebus humanis, vt reliqua obtinet? & infra. semper enim ex eo, quod maximas partes continent, latissimeque funditur tota res appellatur, dicimus aliquē hilarē viuere, igitur si semel tristior effectus est, hilaris vita amissa est? Vigintioctauo, & ea etiam que Horatius in arte poetica, Verum vbi plura nitent in camine non ego paucis Offendar maculis, quos aut incuria fudit, Aut humana parum cauit natura, & infra. quandoque bonus dormitat Homerus. Verum opere in longo fas est obrepere somnum. Vigintinono ampliatio quod ea videntur esse in fundo quæ maiore parte anni ibi sunt. l. cum de Ianionis. §. fabinus. de fundo instructo. ibi quæque ibi maiore parte anni morari &c.
- Trigintio si eligantur Medici qui videant, & referant an vultus sit morrale vel cicatrix sit remanens, & sint discordes, statim dicitur maioris partis. vt referunt post alios Angelus & Arim. in tractat. maleficiorum in versiculo, vna aia percussione, per discidium totius illius capitis, & idem debet posse dici de alijs artibus, & artificibus.
- 30 Trigintio primò quod tenatores in pecuniariis causis, & prouincijs vbi larem fouent, aut vbi maiorem bonorum partem possident, & aliquid versantur, respondebunt. l. tenatores. vbi tenat. vel clarif.
- Trigintio secundo in casu. l. maiorem. de verb. signi. vbi de maiori parte temporis.
- Trigintio tertio item ampliatio ad maiorem partem temporis non solum quoad tempus ipsum, puta quo ad annum, sed etiam quo ad alia loca, vt vult Ioan. An. in clem. causam vero communem de elec.
- 31 Trigintio quarto quod qui habet plures habitationes debet citari ad eam, in qua pro maiori parte anni habitat. argument. eorum quæ tra. sit Bar. in dict. l. cum de Ianionis. §. fabinus. de fund. instruct. & in l. 2. §. prator. de no. oper. nuncia. in ij. colum. Ex his vltimis ampliacionibus satis constare videtur attendenda, & sequenda esse ea quæ pro maiori parte.

te temporis obseruata fieri. Quo stante non parum est mirandum, unde sit quod moderni hostes Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ nolunt acquiescere his, quæ circa religionem pro maiori parte temporis, quo Christus natus colitur, credita, & abique vlla temporis interruptione vsque in præsentem diem ab vniuersis Christianis intacta illibata, que custodita fuerit. Id certè repugnat cõmuni sensui hominum, repugnat naturali rationi, repugnat sacris literis, quemadmodum innumerabiles nostra tempestate Theologi in eruditissimis piissimisque eorum scriptis docuerunt, vt mihi non sit opus rem tam arduam, & iam actam agere, ac nequaquam mea profel. ne uice propofiti. Illud tantum modo ad me pertinere arbitror ex Iustini Sacratissimi Principis sanctione probare ipsam Pontificis ecclesiæ que Romanæ potestatem, dignitatem, illiusque dogmata, traditiones, instituta, que hostes nostri in sensum reprobum traditi dum pro nihilo habent, ac penitus tollunt, ecclesiasticam uero ordinem omnem conturbant & subuertunt, & quidem nostra hæc machinatio (aut ego fallor) tanto magis eos confundet cum nõ diuinarum scripturarum oraculis, non Theologorum testimoniis, non conciliorum inuincibili auctoritate, que omnia ipsi inuerecunde negare solent, sed solis Imperianibus prophanisque vt ita dicam, legibus (neque enim alia arma nobis subministrat armamentariu) debellatos, sed videbunt. Non alii igitur armis quam Imperatoris legis uoce ab vniuerso Christiano orbe, & ab ipsismet aduersariis eorumque maioribus plusquam per mille annos, & sic pro maiori temporis parte christianæ ueritatis obseruata, bellum nobis parandum est de uictoria non dubij nisi forte ipsam quoque sacrarum legum uenerandam potestatem & locum à maiori parte temporis, penè ex natura fontibus hauitum negare sint ausuri. Prohibet Iustinianus princeps, qui fuit circa annum Christi nati quingentesimum, nequis priuatus publicè audeat de summa Trinitate, fideque catholica contendere Rubr. C. de sum. Trinit. & fid. cat. quo ergo ausu isti per plateas, & Tonstrinas ab indoctissimis quotidie legi tam Sanctæ contraueniri permittunt? In l. i. ubet omnes populos uersari in ea religione & fide, quam Petrus Apostolus tradidit, & vsque ad sua tempora credebatur & docebatur, & appellat ibi Apostolicam disciplinam id quod suo tempore credebatur, cum tamen Apostoli per quadringentos annos ante mortui essent, ad ostendendum, vt id obiter dicam, apostolicam disciplinam esse quoque illam, quæ non in libro Euangeliorum tantum, sed & quæ in sanctis quoque patrum institutis obseruatur, traditur iuxta. capitulum illud. 3. quæ sit. 7. ubi sunt uerba Augustini in l. secunda, mandat obseruari tradita à maioribus. In epistola, nos reddentes, scribens ad Papam dicit. Nos reddentes honorem Apostolicæ sedis, & uelut sanctitatis. & paulo infra dicit, honorantes uestram beatitudinem, appellatque ipsum Papam patrem, seque subicit sedi Apostolicæ, dicitque eide subiecisse Sacerdotes & ecclesias orientis. ibi quoque habetur quod Sedes Romana nã est caput omnium ecclesiarum, acceptat quatuor cõcilia: Hipotium, & Demetrium Episcopos uocat beatissimos, Patriarcham Constantinopolitanum sanctissimum, & aperte dicit quod sequitur sedem Apostolicam. Quare inferior ei dici debet, vt not. ibi glo. & tandem omnes episcopos vocat beatissimos. in uiltimâque parte eius epistolæ ubi quæque incidit sermo Apostolicæ doctrinæ, fit quoque mentio Sanctorum Patrum, & tandem ibi dicit: in hac ueneratione Apostolicæ sedis cuius principatum conseruatis in omnibus, uocat ecclesias sacrosanctas. in Rubr. de sacr. sanct. eccle. magnôque cum zelo, pertractat tam anxie de rebus priuilegiisque earum. in l. 2. & 3. tam piam gerit curam de reliquis corporibusque sanctorum martyrum. isti autem quomodo illa conculcant? In l. placet, tractat de immunitate ecclesiarum, quo colore isti eas spoliant? In l. omni, mandat seruari canones ecclesiasticos antiquorum. in l. priuilegia. abrogat leges Imperiales factas contra canones. In lege generali, tam curiosa habetur cura Sactimonialium, & in l. si quis tit. sequentis iniungitur capitalis pœna eas, nedum uolanti, sed tantummodo attentanti. idem in l. raptores Titul. sequentis. isti autem eas protituere presumunt. In l. iubemus, prohibetur alienatio rerum ecclesiasticarum, & in l. sancimus, prohibetur etiam earum pignoratatio, illa uero isti in priuatos usus manu sacrilega conuertere. In lege sancimus. 2. habetur immunitas ecclesiarum, vt sit diuersitas inter diuinas res, & humanas, isti nullo habito discrimine, omnia confundunt. Tractat deinde par-

ticulariter de episcopis & clericis, eorumque priuilegiis. In lege prima, eximuntur à muneribus extraordinariis, & ab hospitandis militibus. In l. 2. eximuntur à fordidis muneribus. In l. sed neque, detestantur clerici, & monachi, qui uxores ducunt, & in l. cum qui. eis interdicitur etiam cohabitatio mulierum affinium. qua fronte ergo dicunt christianos omnes esse sacerdotes, quæ impudentia sacerdotibus uxores adiungunt? in l. presbyteros, describuntur singuli ordines ecclesiastici, quos Sancta Ecclesia semper habuit, & hodie habet: presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, exorcistatus, lektoratus, hostiarius, & Acolitatus, quid est quod illos isti nihil faciunt? In lege si quis in hoc genus, cū Auth. supposita, mandat uindicari sententia capitali iniurias importatas ecclesiis, sacerdotibus, & cultui, & turbatoribus sacrorum mysteriorum, & celebrare prohibentibus. Dij boni nonne isti omnes rei capitis sunt? In lege, decernimus, maxima habetur cura de cruce, & reliquiis sanctorum. Item in l. secunda, C. de fer. habetur de solemnitatibus martyrum. Adest rubrica prohibitiua nemini licere signum Saluatoris humi scribere, uel pingere, in ceteris ergo locis licebat, vt exceptio firmet regu. in contrarium. l. nam quod liquida. de pen. leg. sed quis istos docuit sanctorum imagines, præcipuè autem ipsius sancti sanctorum passim abradere? In authenticis tractat de monachis, ubi, & de Monasteriis, & quod monachi abstineant à nuptiis etiam in minoribus constituti: illi uero dissipauerunt monasteria. In Authen. de non elig. 2. nub. arcentur Bigami ab altari. Item de ordinatione clericorum, in titulo quomodo oporteat episcopos, & ceteros clericos ordinari, illi reiciunt ordinationem uolentes omnes esse sacerdotes. Prohibet alienationem & permutationem rerum ecclesiasticarum. In Authen. iusiurandum quod præst. ab his qui admini. accip. ponitur forma iuramenti iudicis, in qua non solum per Deum, sed etiam per Virginem Beatiſsimam Mariam, per Sancta Euangelia, & per Archangelos iuratur. quid ergo ipsam virginem cum aliis beatis in honorarunt, cultumque debitum illis subtraxerunt? Item in Rubr. ut ecclesia Romana centenaria gaudeat præscriptione, concessum uideamus Roman. ecclesiæ amplius priuilegium quam aliis ecclesiis. quod quidem non fecisset Impera. si illa non esset eminentior & excellentior, sed æqualis ceteris ecclesiis, vt falso prædicant aduersarij. Et in nigro ita exorditur, vt legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. quid ad hæc dicunt? Si inspicimus interesse, cuius magis interest apud Romam non esse summi Pontificatus apicem, quam Imperatoris? Si dignitatem testis, quis Cæsare dignior? Si possessionis longitudo, iam & ante per mille annos hæc de summo Pontificatu tradita reperiuntur. In authen. vt nullus fabricet oratorij domos sine episcopo, tractat de cultu ecclesiæ & de luminariis, & ibi eruditissima episcoporum præminentia. In authen. hæc constitutio interpretatur. piissimè de monasteriis disponit, & moniales appellat mulieres Reueren. In Authen. de Monachis appellat Abbates reuerendissimos. Quid ergo est, quod tâ delicatas aduersarij habeant aures, vt audire non queant sanctæ Romanæ Ecclesiæ summos prælatos à nobis uocari reuerendissimos, cum idem Iustinianus sacratiss. Imperator, ipsos etiam Archimandritas, immo, & synodum, Abbates, & Monachos, & Monachas, ac inferiores clericos tali nomine honoret, vt per discursum supra allegatarum legum, & constitutionum facile est inuenire. præsertim in epistola inter claras, & in lege, cum clericis. C. de episcop. & clericis. quos tandem se ipsos faciunt, nunquid maiores ipsi sunt Imperatore? Sed magis mirandum est quomodo isti scandalizentur audiendo nos uocare pontificem Romanum sanctissimum, & beatissimum, cum idem met Iustinianus eundem his encomiis exornet in Authen. vt Eccle. Roman. cen. an. gaud. præscript. quin, & his, & dignioribus, nedum Pontificem ipsum, sed, & episcopos particularium ecclesiarum uocet nominibus, vt iam dixi. nunquam enim eorum quemquam alloquitur uel salutat, nisi sub nomine Beatitudinis & uel sanctitatis, immo etiam gloriosissimos episcopos dicit. l. nemo. C. de episcop. aud. Vel dicant isti quæso, quare etiam non offenduntur quod huiusmodi epitheta attribuantur rebus inanimatis: nam in lege tertia. C. de sum. trinita. & uerbs Constantinopolitana uocatur sacratissima, & sacrosancta, & legati, & Muri ciuitatum sancti dicuntur. in l. sanctum. cum sequen. de rer. diuis. & statua principis uocatur sacra. tor. titulo. C. de his qui ad

qui ad stat. confug. & Vlpi. ff. de obseq. à liber. præst. dicit liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris ac patroni uideri debet. Sed ultra Iustinianum nonne Hieronymus scribens ad Augustinum episcopum appellat eum Papam sanctum, & beatissimum? & scriptura dicit, ego dixi quia Dixeris, & filij excelsi omnes. Item quo ad primatum Petri & eius successorum ab eis tam audenter negatum quando nullam ex prædictis auctoritatibus habemus. præcipuè in l. 1. & in epist. Nos reddentes. C. de sum. Trinit. & in Authen. vt eccl. Rom. cent. gaud. in princ. nobis quasi sufficeret ratio præsentis ampliationis, quod scilicet pro maiore parte temporis, immo pro toto tempore ex quo fundata est ecclesia à Christo in humanis agente Romanus pontifex eiusdem ecclesiæ caput prædicatur, nec aduersarij probare ualent cõtrarium. facit item & alia ratio, Romanum pontificem præfuisse semper, & præ esse debere ecclesiæ in remedium, uidelicet Schismatum, capite. n. constituto schismatis tollitur occasio, ait Hier. lib. primo con. Iouin. quæ schismata propter naturalem facilitatem hominum ad dissentiendum quotidie pullularent. dicit. l. si vnus. §. principaliter. de arb. nisi enim cogeretur homines subesse, & parere vni, se continue in diuersas sectas diuiderent, & sic ad se vnusquisque trahens ecclesiam Christi rumperet. cap. legitimus. 93. distinct. de quo supra lib. primo. cap. 8. in fin. & experientia hoc manifestat, quia ecclesia etiam cum capite non est immunis à scissuris, non tamen etiam caret remedijs: sed nonne etiam gentiles Barbari habuerunt inter sacerdotes suos Principem? certe sic, unde fuerunt prudentiores istis euangelistis nouis, lege Cæsarem lib. 6. de bel. gal. ubi loquens de Druidibus. i. sacerdotibus qui rebus diuinis intererant, qui sacrificia publica ac priuata procurabant religiones interperabantur. His aut (inquit) omnibus Druidibus præest vnus qui summam inter eos habet auctoritatem. hoc mortuo si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit, at si sunt plures pares suffragio Druidum eligitur. apud Romanos quoque erat Rex sacrificulorum, & in collegio Pontificum, Pontifex maximus. Item facit & alia ratio, quia nullus quantumuis hereticus negat (neque enim potest) ecclesiam uocari corpus Christi, significari per arcam Noe, & per nauim, sed quomodo stare potest corpus illud sine capite? sine principe Noe? nauis sine gubernatore? Nec dicatur quod ecclesia habet quidem caput, sed solum Christum, ne alias appareat biceps, si asseramus Petrum, Petrique successores esse caput eiusdem, quia respondetur quod Christus est caput, & Papa est caput, exclusa omni absurditate, & monstruositate, vt ex infra dicendis. Sciendum est igitur quod Christus dicitur caput vniuersale, & militatis, & triumphantis ecclesiæ, iuxta illud, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, & ipse est ante omnes, & est principium, & primum tenens. Colof. 1. & Dominus, fundator, & fundamentum eiusdem ecclesiæ, dicitur etiam caput ecclesiæ secundum interiorem influxum gratiæ, in quantum Deus quidem per auctoritatem, in quantum homo uero instrumentaliter, si quidem eius humanitas est instrumentum deitati coniunctum. Item quia est caput & orbis in quo continetur ecclesia, & quia ex uiuorum & mortuorum, quia est principium & finis portans omnia uerbo uirtutis suæ, per quem omnia facta sunt. utique & ecclesia ex quo omnia, in quo omnia, qui est omnia in omnibus cui data est omnibus potestas in cælo & in terra, item est caput ecclesiæ eo modo (si tamen licet cælestia cõponere terrenis) quo princeps terrenus uocat se mundi dominum in l. de precatio. ad l. rhod. de iac. illud enim intelligitur quoad generale protectionem & principaliter, non tamen destruens dominia particularia. Et in hoc sensu satis constat Christum dici caput ecclesiæ parabolice & similitudinarie (vt dicit scriptura de libro quod habet caput: psal. 39. in capite libri scriptu est de me. sicut ecclesia eadem ratione uocatur corpus. Magis autem apposite Christus ut est homo & secundum formam serui dicitur caput ecclesiæ, & ecclesia dicitur esse illius corpus, quàm secundum naturam diuinam ratione conformitatis nature (oportebat enim illum prr omnia assimilari fratribus) ut sic uis naturæ sint caput & corpus. sicut enim anima totum corpus nostrorum animat, & uinificat, sed in capite sentit, & uident, & audiendo, & odorando, & gustando, & tangendo, in ceteris autem membris tangendo tantum, & ideo capiti cuncta subsunt ad operandum, caput autem supra collocatu est ad cõsulendum, sic vniuerso populo sanctorum, tanquam vni

corpore caput est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus ipse igitur est caput, ceteri uero membra, quia in ipso est omnis gratiarum plenitudo sicut in capite omnes sensus, in ceteris uero quædam partes gratiarum distributæ sunt iuxta mēsuram vniuscuiusque membri, & ipsa vniuersa regit, omnia uero membra illi adhærent. Sed successor Petri non est hoc modo caput, sed membrum ecclesiæ sub capite Christo, est tamen caput ecclesiæ militatis alio quodammodo, hoc est dux, rector, & gubernator illius. ea enim ratione qua ecclesia, & vniuersitas fidelium uocatur mystice corpus, cõueniens uidetur illum, qui huic præest corpori, uocari quoque caput, vt sermo habeat cõsonantiam & decorem. huiusmodi enim concinnitatem ipse quoque D. Iesus seruare solitus est in parabolis, nam dum uocat suos fideles sub nomine ouium, uocat & se pastorem, si dicit illos palmites, dicit se uitem. Sed aduersarij negant vsquam probari Petrum & eius successores esse caput ecclesiæ, nos uero profitemur id maxime probari ultra iam dicta infra scriptis auctoritatibus, rationibus, & exemplis. Primo in Authen. vt eccl. Roma. cen. an. gaud. præscript. in princip. sic enim ibi exorditur Iustinianus, vt legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet, unde & nos necessarium duximus patriam legem, fontem sacerdotij spirituali nostri muniminis lege illustrare. Animaduertenda enim sunt hæc tria uerba & summum Pontificatum, apicem Pontificatus, fontem sacerdotij, quæ quidem æquiualent & æquipollent uerbo caput, & idem omnino metaphorice significat. summum enim ut inquit Cic. id dicitur quo nihil est superius. quod etiam declarat eius antithetõ quod est infimum. sic Iupiter summus dicitur. similiter apex & designat cuiusque rei summam & excellentiorem partem. Cic. apex senectutis est auctoritas. fons etiam per metaphoram denotat cãm, originem & principium rei alicuius, sed cū hæc uerba ut dixi, æquiualeant & æquipollent uerbo illi caput, succedit regula trita quod non refert quid ex æquipollentibus fiat uel dicatur. l. si sub vna. cum gl. de uerb. obli. si sub vna, inquit ibi Pau. significatione diuersis nominibus ea res quæ in stipulatione deducitur, appellatur, non infirmat obligationem si alter altero uerbo utatur. & glo. exemplificat ibi in eo qui stipulabatur ab aliquo tres solidos, & ille respondit se daturum denarios triginta sex, quod non uitiatur stipulatio, & Florentinus in l. quæ extrinsecus. eo. tit. stipulanti denarios, eiusdem quantitatis aureos spondendo obligaberis. uide quæso de qua magna relitigamus, nempe an Roma sit urbs à Romulo condita, uel scœnũ sit herba sicca, ex quo in controuersiam ponitur, an ille sit caput ecclesiæ, qui est summus pontifex, qui habet apicem pontificatus, qui est fons sacerdotij. Secundo probatur Pontificem Romanum esse caput ecclesiæ in Epist. nos reddentes. C. de sum. trinit. ubi Imperator scribit ad Papam ibi, vt uestra inuereat sanctitati, quæ (referendo secundum gloss. ibi, ad Roman. ecclesiam) caput est omnium sanctorum ecclesiarum, certè si nihil aliud uerunt aduersarij quàm locum facientem mentionē de capite in specie, uicimus. Tertio probatur Io. 20. cum dominus Iesus dixit ter Petro, pasc oves & agnos meos, negari enim non potest quin tuus constituerit Petrum gnalem rectorem & ducem suorum fidelium. (nūquid enim Deo est cura de bobus, & pari rōne de ouibus, ut ait Paulus) sicut ergo oves ibi sumuntur pro ecclesia, ita cogimur dicere quod pascere stet pro gubernare, & is ad quem dicitur pascere, constituitur rector. Nil ergo diit ad dicas Petrum cõstitutum pastorem ouium Christi, a gubernatorem & caput fidelium, nisi quantum distat sermo figuratus à sermone proprio per Regulam equipol. de qua supra. Quarto probatur sic, in lege euāgelica ille qui est pastor omnium, est etiam caput ecclesiæ, exemplum habetur de Christo. Petrus ergo qui ordinatus fuit pastor ouium, est etiã dicendus caput ecclesiæ, est tamen notandum quod sicut Christus est alio modo caput quam sit Petrus ut uisum est, ita & nullo modo pastor, ipse enim est pastor qui ponit animam suam pro ouibus, & illis uitam donat æternam, Petrus uero est pastor qui tantummodo pascit. Et quando hæc inficiari non queant, nemo tamen audeat dicere quod Petrus fuit quidem caput & pastor, sed ipse solus & non eius successores, quia respondebo quod hoc dictum est nimis periculosum, cum Iustinianus in supra citatis locis testimonium reddat, Petri successores fuisse paris potestatis, & à Iustiniano vsque in præsentem hodie. Com. opin. Tom. 4. EEEEc 3

ram id verissimum videamus. Præterea non est dubitandū
 65 quin D. Iesus deputauerit Petrum pastorem ex magna &
 necessaria causa, vt. I. eius oues protegerentur à lupis, incu-
 beret ergo necessitas aduersarij probandi, quod post obitu-
 tum Petri huiusmodi causa cessasset si uellent obtinere po-
 testatem finitā cum Petro, vt sic cessante causa institutionis
 66 pastoris, cessaret quoque institutio. sed cum ecclesia sem-
 per futura sit exposita infidijs satana vsq; ad consummatio-
 nem seculi, (aduersarij enim ille noster diabolus semper
 circuit quarens quem deuoret) non possumus dicere eam
 vnquam vacare pastore, qui licet hodie sit Pius, cras Grego-
 rius, vnus tamen pontificatus est. arg. l. meminisse. de offic.
 procon. vbi ait Vlpia. Meminisse oportebit vsque in aduē-
 tum successoris, omnia debere proconsulē agere cum sit
 vnus proconsulatus, & utilitas prouinciæ exigat esse ali-
 quem negotia sua prouinciales explicent, sed si prouin-
 cia vna terrena exigit aliquem per quem prouinciales nego-
 cia sua expediant, iudicent infantes & anicula, an vni-
 uersalis ecclesia Christi id exigat. Corroboratur etiam a-
 67 lia ratione, non solum Petro, sed successoribus quoque
 tributam potestatem. Certum est, quod Christus commenda-
 uit Petro oues suas. i. fideles in illis verbis: pascere, &c. vt
 68 sapius dixi. Sed oues Christi non intelliguntur esse illi so-
 li fideles quibus ipse coram loquebatur, sed omnes qui cre-
 dituri erant vsque ad diem iudicij, vt probatur Ioan. 10. vbi
 Dominus loquens de ouibus suis dicit, animam meam po-
 no pro ouibus meis, vitam æternā do illis. clarum est. n. D.
 Iesum non posuisse vitam pro illis solis credentibus: qui eū
 audierunt, nec illis solis dare vitam æternā, sed omnibus
 fidelibus qui futuri erant vsque ad consummationem secu-
 li quantum est ex parte sua, & quo ad sufficiētiā, & valo-
 rem meriti, & satisfactionis suæ, ergo commendando oues
 suas Petro instituit officium perpetui pastoratus & vniuer-
 salis, & ordinarij quemdam pastorem, adeo vt per totum
 labentis seculi spacium aliquis semper esset, qui fideles cō-
 mendatos haberet, &c. Sed quia Petrus non poterat sem-
 per viuere, & quia commendatio non fiebat intuitu Petri,
 & non erat personalis, sed fiebat intuitu rei cōmendatæ ec-
 clesiæ, scilicet quæ est perpetua in hoc seculo, necesse est fa-
 tura illam commendationem non præsentia tantum, sed
 futura quoque respexisse, & consequenter transiisse ad
 69 Petri successores. Vterius cum quilibet faber & rusticus,
 & negotiando & testando prouideat nedum filiis iam na-
 tis, sed etiā descendētib; & nascituris in infinitum cū tu-
 toribus cum fidei cōmissis, & substitutionibus, & alijs huius-
 modi: quis audebit credere quod D. Iesus non gesserit curā
 de credentibus suis, qui successuri erant illis quibus præfe-
 rat Petrus cum in horas pro illis etiam oraret: iuxta illud,
 non solum oro pro eis, sed pro illis etiā qui credituri sunt.
 70 Vterque ergo est caput ecclesiæ militantis & Christus, &
 Petri successor sicut dictum est in initio, nec tamen ipsa de-
 formitate vlla afficitur ob hæc duo capita: quia Christus est
 caput nedum ecclesiæ, sed & visibilium, & inuisibilium. ca-
 inquam spiritualem vitā, ac sensum interne influens, con-
 seruans, & informans terrenam, & celestem Hierusalem
 secundum omnem locum tempus, & statum, toti ecclesiæ
 71 propria virtute præfidens, eius vero vicarius & successor
 est caput mysticum, visibile asistens, & gubernans solā vi-
 sibilem ecclesiam secundum determinatum tempus sui pō-
 tificatus, vti Christi vices in terris gerens sub ipso pastorem
 pastore D. Iesu Christo. Quemadmodum eadem ecclesia
 72 non est monstruosa & duos habens pastores, Christum qui
 dixit, ego sum pastor bonus, & Petrum cui dictum est, pascere
auditu. deponens. *audiu* à viro bonæ opinionis. & fama non potest puniri de falso. Nec D. Paulus tacuit de hac hominum opin. non parificanda à Christianis ad Rom. 13. dixit. prouidens bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. & 2. Corin. 10. prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus & c. xliii. loquens de ieiunio: qm̄ in hoc seruit Christus probatus est Deo. & pharus est hominibus. Dicit quoque Lucas. c. 2. quod Christus proficiebat ætate sapientia & gratia coram Deo & hominibus. Itē ipse d. Iesus monuit discipulos dicens, sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum & c. Sed & idem D. Iesus potius vt nos instrueret quàm vt instrueretur, & extra omnem inanis gloriæ cupiditatem, (dixit enim alibi, ego gloriam propriam non quero) percunctatus est discipulos suos quàm opinionem haberet mundus de eo dicens Matth. xvi. Quem dicunt homines esse filium hominis? & quidem inuenit varias de hoc opiniones. alij enim Io. Baptistā, alij Heliam, alij Hieremiam, alij vnum ex prophetis, alij Iesum Dei filium, is fuit Petrus diuinitus inspiratus, esse dixerūt. Super omnes Iulius Cæsar animo illo suo elato & ambitioso huius opinionis tam circa res aliorum, quàm sui ipsius fuit nedum studiosus, sed valde curiosus & sedulo memor, vt eius cōmentaria passim indicant, loquens de Sabino eius legato, vt eum cōmentaria passim indicant, loquens de Sabino eius legato, qui protocōcibus eum hostibus ad pugnam, nihilominus castris se tenebat, hæc subiungit, tantamque opinionem timoris præbuit, vt iam ad Vallum Castrorum hostes accedere audent. & alibi. Hac re perfecta Crassus cum sua cunctatione atque opinione timidiore hostes, nostros milites alacriores ad pugnandum effecisset: & oratores Vbiorum ad ipsam Cæsarem in eorū oratione: Tantū esse nomē atque opi. exercitus Romani, vt etiā ad vltimas Germanorū nationes opinone, & amicitia Po. Ro. tuti esse possint: & in princ. Cōmentarij sexti reddēs rationem de non delectu ab eo habito, dicit: magni interesse etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliarū existi mans & c. loquens de Gētibz circa Siluam hærciniam: Quæ gens ad hoc tempus his sedibus se cōtinet summamque habet, & bellicæ laudis opinionem. Item alibi. Namq; altera ex parte Bellouaci, quæ Ciuitas in Gallia maximam habet opinionem Virtutis, inslabant. Item alio loco: Duces hostium sexaginta millia ex omni numero deligunt earū Ciuitatum quæ maximam virtutis opinionem habebant, & lib. 3. de bel. ci. Nunciatum est adesse Scipionem cum legione magna, & opinione & fama. Item. Pompeius autem vt famam & opinionem hominum teneret, sic pro castris exercitum constituerat vt tertia acies vallum contingeret. Solus inuentus est tamen Cato Vicensis huius communis opinionis contemptor, qui esse quam videri bonus malebat, vt habes apud Salustium. de quo etiam dixit ille, Victrix causa Dijs placuit, sed victa Catoni.

Item dico de maiori Catone, de quo li. 3. de si. inquit Cic. ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans in ipsa curia solebat legere sæpe dum Senatus cogeret. ij tamē conferendi non sunt cum Christianis, qui pro regno caelorum nedum mundanam gloriam, sed omnia arbitrati sunt tāquā stercorea. Nec prædictis obstant nonnullæ auctoritates Pauli & Euangelij, quæ habentur ad Galat. pri. & Matt. 5. Inquit Paulus, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. & Matth.

Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. vbi iustitia nō est speciale nomen virtutis, sed significat omnia bona opera. & de Phariseis ca. 6. Exterminant enim facies suas, vt videantur hominibus ieiunantes. Item, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum & c. ne videaris hominibus ieiunans.

Item, cum facis elemosynam, noli tuba canere, sicut faciunt hypocritæ, vt honorificetur ab hominibus. vbi tuba 13. ponitur pro iactantia, inaniq; gloria. Item, cū oratis, nō eritis sicut hypocritæ, qui amant in plateis orare, vt videatur ab hominibus. Ad auctoritatem enim Pauli dicitur, gloriatur de doctrina suæ prædicationis, quæ debet solū tendere ad gloriam Dei, non autem ad hominum adulationem. Ad auctoritates euangelij dicit primo Chriostomus, quod prædicta sunt dicta per exaggerationem, & vt inane 14. nem gloriam fugiamus, & bona opera quæ sunt de pecepto debent palam fieri, nec curandum quod quis scandalizetur, quia erit scandalum acceptum, alioquin tolleretur bonum exemplum. bona vero opera, quæ non sunt de 15. pecepto sed sunt votiu, debent ab imperfectis celari, qd

imminet periculum inanis gloriæ, à perfectis æquæquam, vt clarificetur in eis Deus, & luceat eorum bona opera, vel dic prohiberi bona opera ad laudem humanam, non autem prohibentur fieri coram hominibus ad laudem Dei. q enim operatur publicè propter Deum, operatur solum coram Deo, quem solum habet præ oculis, nec talis operatur vt ipse videatur, sed vt opus suum videatur, quod enim propter homines fit in ventos fessunditur. Et dum dixit Christus, sic luceat lux vestra, locutus est prælati, qui sunt in statu perfectionis, quibus ita de facili non imminet periculum inanis gloriæ. Et cum reprehendit hypocritas orantes in publico, nō intellexit de oratione publica & communi, que fit in præsentia omnium, sed de priuata, vt apparet in tex. quæ hypocritæ faciunt in pub. ob gloriam inanem, & nō. quod oratio est quoddā spirituale tributū, quod anima offert Deo de visceribus suis. Quo ad auctoritates Cic. intellige eas habere locum in actionibus publicis exterioribus popularibusque, puta concionibus, persuasionibus, communiquæ conuersione. extra autem illa est secus videlicet in artibus liberalibus, scientijs, & virtute, vbi sola veritas rerum attenditur, vt ex eiusdem Cic. auctoritatibus infra scriptis 20. apparet. ait. n. 2. de si. sed tamen nō grauissimū est testimonium multitudinis. in omni enim arte, vel studio, vel quauis scientia, vel in ipsa virtute optimū quodque rarissimū est, & primo Tuscul. philosophia est paucis contenta iudicibus multitudinem consulto ipsa fugiens. & in 2. qui in oculis multitudinis cum illius iudicio stare nolit, nec quod illa putat idem pulcherrimum. Itē primo parad. plus apud nos ratio valeat quam vulgi opinio. Itē pro Plāco, Grauior 21. & validior est decē virorū bonorū sentētia q̄ totius multitudinis imperita. Item, nō comitijs iudicat semper populus sed mouetur plerumque gratia, cedit precibus, facit eos à quibus est maxime ambitus. denique si iudicat, non delectu aliquo, aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate. non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen. non diligētia, semperque sapientes ea quæ populus fecisset ferēda, non semper laudanda duxerunt. facit illud, populus est docendus, non sequendus. Item pro Muren. nullum fretū, nullus euripus, tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes & quantos aestus habet ratio comitorū, dies intermissus vnus aut nox interposita sepe perturbat omnia, & solum opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. sepe etiam sine vlla aperta causa fit aliud atque existimamus, vt nonnunquā ita factum esse etiam populus admiretur, quasi vero ipse fecerit.

Et pro domo sua, in imperita multitudine est varietas, & inconstantia & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio. Et 2. de fin. differens consil. Epic. philosophus nobilis à quo non solum Græcia & Italia, sed etiam omnis Barbaria commota est, honestum quid sit, si id non est in voluptate, negat se intelligere, nisi forte illud quod multitudinis rumore laudatur. ego autem hoc etiam turpe esse sepe iudico, & si quando turpe non sit, tamen non esset turpe, cum id à multitudine laudatur, quod si sit ipsum perfectum atque laudabile, non ob eam causam tamen dicendum honestum esse, quia laudetur à multis, sed quia tale sit vt vel si ignoraret id homines, vel si obmutuissent pulchritudine sua, tum esset specie laudabile. & paulo infra. Quid 24. turpius quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? & infra, quæ est ista laus quæ possit è macello peti? & eodem libro, sed tamen non grauissimum est testimonium multitudinis. in omni enim arte vel studio, vel in ipsa virtute optimum quodque rarissimum est, & in v. videne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expectitur gloria molestie habeat quam voluptatis. Item intelligendū est igitur ne gloriam popularem ipsam per se expectendam. Item, antebicines, ijque qui fidibus vtuntur suo non multitudinis arbitrio cantus numerosque moderantur? vir sapientes multo arte maiore præditus, non quid verissimum sit, sed quid velit vulgus exquiret? an quicquā stultius, quam quos singulos sicut operarios barbarosque cōtemnas, eos aliquid putare esse vniuersos?

Nunc subiungemus nonnullas pauca breuesque quæ stitunculas, & cum illis nostrum hoc opusculum terminabimus.

S V M M A R I A.

- 1 Fama, & communis opinio quid sit.
- 2 Opinio

Opinio communiter oritur ex suspitione, & ignorantia.

dicatur iniquè iudicasse.

Quid sit communis opinio.

Quid agendum cum non adest communis opinio, nec lex expressa.

Caput XII.

Caput XIII.

QVAERO quid sit communis opinio. Respondet quod potest dignosci ex definitionibus opinionis singularis positis supra in prima parte, tamen vt nihil emittamus, vide Bar. in l. de minore. §. plurium. de quæst. qui dicit definiendo famam quod ea est communis opinio ex suspitione proueniens, & id quidem conuenire etiam videtur singulari opinioni, opinio enim communiter oritur ex suspitione & ignorantia, vt pluries dictum fuit, sed in proposito nostro dici potest id quod sequitur maior pars doctorum. Vel id quod deciditur, sed nō à Canone vel à lege, iux. tradita per Fel. in c. 1. de cōst. fal. 9. vel est de iure non aperto ab omnibus probata sententia, vt dicit Syl. nupt. lib. 5. vide Paris. consil. 73. volum. 1.

S V M M A R I A.

- 1 Vltima opinio ex pluribus relatis tam à Doctoribus, quàm à glo. flet nō cōfirmata aliqua ex illis, cōfertur approbata. Et de veritate discutitur.
- 2 Loquens alternatiuè qualis sermo ex illis duobus censetur approbatus.
- 3 Limitatur regula supra posita. nu. 1.

An vltima opinio glossæ, & Doct. sit sequenda.

Caput XIII.

QVAERO retento eodem Themate quid si gl. vel vnus doct. ponit plures opiniones, & nullā approbat, & quam sequi debeamus, iux. l. quid de creditore. de dā. in fec. l. qui filium. §. Sabinus. ad Trebel. cum gloss. l. bona fides. cum glo. de positi. absolute loquendo interpretari debemus vltimam approbatam videri. hæc est enim communis opinio fundata super gloss. in d. §. Sabinus. l. qui filium. ad Trebel. de qua per Barto. in l. bona fides. de positi. cum Apost. lib. copiosissima. Dominus tamē Alciat. in d. l. bona fides, videtur habuisse opinionem contrariam communem. dixit enim non vltimā sequendam, sed illam quæ pluribus rationibus defenditur, allegat. d. l. qui filium. §. Sabinus. Item illam quæ maiori aequitate nititur alleg. gl. in l. si cū exceptione. §. sed, & si quis. de eo quod met. caus. & Arctinus consilio 163. Item, quæ ex verbo aliquo electiuo, vel similitudine sequentium exemplorum, confirmatur, vt ibi dicit fecisse Trifoninum, tamē cōmunis est ea quam dixi, vt nouissime etiam attestatur Marsil. noster in l. §. cum quadam. de quæst. necesse tamen est fateri quod gl. in d. §. Sabinus, nō dicit absolute vltimam esse sequendam, sed requirit alias qualitates vt in ea, & vt D. Al. considerat vt de omnino apostil. ad Bartol. in d. l. bona fides. Item subiungit idem præceptor, quod qui solute vel alternatiuè loquitur, non vnam magis quam alteram partem approbasse cōfertur alleg. l. alienationis. in fin. & l. sepe. de verb. sign. in si. l. mita dictam conclusionem, nisi præcedens opinio esset melioribus opinionibus fundata. Itē nisi prima, sciret equitatem secunda rigorem. Sylua nuptial. libro 5. numero, 32. Pari modo quando Innocentius refert plures opiniones, & nullam firmat censetur vltimam approbare, vt vult Ioann. Andr. in ca. 1. de pen. lib. 6. & in c. 1. de senten. ex com. mul. libro 6. & Bald. in authenti. ex testamento. in vltima columna C. de collationib. cum concord. de quibus per Iason. in l. si idem cum eodem. §. fina. de iurisdictione omnium iudicum. Felinus in ca. cum ex officij. de præscr. columna 14. Alexan. consilio, 100. primo volumine super pri. casu causæ verioris. colum. pen. consilio, 175. 2. volumine, punctus talis est, & ibi quod quando Innoc. non attribuit alicui vltimam opinionem censenda est sua.

S V M M A R I A.

- 1 Casus oriens extra legum dispositionem, & communem opinionem in quomodo decidatur.
- 2 Iudex proferens sententiam contra communem opinio. an

QVAERO quid agendū si oriator dubitatio super aliquo nouo facto, de quo nō reperitur lex expressa, nec adest communis opinio, quia interpreses sunt discordantes: dic quod prodita sunt remedia, vt ad auctoritatem glossæ, ad eam opinionem, quæ opinionem doctorum reducit ad concordiam, ad consuetudinem, significationem verborum, ad benigniorem partē, ad tutiorem, ad humaniorem, ad illam quæ facit pro religione, ad legem similem casui occurrenti, ad eam quæ minus lædit ius commune, ad eam per quam redimus ad ius antiquum, ad principē recurramus, prout docet nos Matthesil. in tractat. de elec. opi. & Iacob. de Bellouisi in sua practi. iudiciaria, titulo quotuplic. sint caus. crimi. & habetur per Doctores in toto titulo de legib. ff. & C. vbi Bart. Bald. & alij. & si iudex protulisset sententiam iniquam vel nullam, te remitto ad Syluam nuptialem, libro. 5. nume. 71.

S V M M A R I A.

- 1 Opinio Doctoris approbata legendo, cōtraria opinioni approbata cōsulendo, an valeat, & qualis earū præualeat.

Si doctor tenet vnam opinionem legendo, contrariam consulendo, cui standum.

Caput XV.

QVAERO si doct. sequatur vnam opinionem legendo, contrariam consulendo, cui magis sit inhaerendum, & dic quod illi quam tenet legendo. ¶ Paris. consilio 110. vol. 1. Soci. consilio 25. vol. 3. qui ponit de præceptore suo. D. Alexan. qui tenuit vnam opinionem consulendo contrarium legendo per illam rationem vltra alias, quia non potuit induci ad ita consulendum in lectura, amicitia, vel lucro.

S V M M A R I A.

- 1 Opinio communis pluribus nominibus nuncupatur.

Quomodo vocetur communis opinio.

Caput XVI.

QVAERO quomodo vocetur communis opinio? dic quod vocatur communis æstimatio à Barto. in l. de minore. §. plurium. de quæst. in definitione fama. & communis reputatio & cōmunis tenus. iux. l. labeco. de supel. lega. ibi non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi sensu nomina exaudiri debent. & sententia plurium. in st. de hære. in st. in prin. & crebrior opinio. l. 1. de senat. & communis consensus. l. 1. C. de testam. & ei accommodari possunt plurima nomina opinio nis singularis quæ supra recensuimus, & Cic. 2. de leg. vocat eam multitudinis consensus, vbi ait. Nam sensus nostros, non parens, non nutrix, non magister, non poeta, non Scena deprauat, nō multitudinis consensus abducit à vero, & c.

S V M M A R I A.

- 1 Communis opinio an mutari possit.
 - 2 Et quod mutetur temporis cursu, et quāto tempore duret.
 - 3 Et quibus modis mutetur.
 - 4 Cogitationes posteris non possunt auferri.
 - 5 Iudicium an possit esse vno tempore iustum, alio tempore iniustum.
 - 6 Opiniones hominū quod senescant, est in pœnā mortaliū.
 - 7 Opiniones hominum eorum tempora sequuntur.
 - 8 Opinio antiquorum, an præualeat opinioni modernorū.
- Com. opin. Tom. 4. FFFF

QVAERO an communis opinio sit subiecta mutationi sicut opinio singularis, ita quod eadem opinio sit communis vno tempore, alio non. & certe videtur habere dubitationem cum non sit diuersa ratio in vna magis quā in alia. & Ab. in c. vt debitus. de appell. nu. 2. recitat quidam opiniones, quæ olim erāt communes. suo autem tempore non erant. & dicit Marian. Socin. iunior præceptor meus in consi. 1. 58. numero 70. & non est dubium communem opinio. posse mutari tempore cursu, vt est notoriū. saepe enim cōtingit vt aliqua opinio, quæ à quinquaginta vel sexaginta annis supra communiter tenebatur, deinat esse communis si plurimi ex sequentibus contrarium teneant. exemplum in particulari habes per lasin. i. venditores. de verbo. obl. vbi disputatur quando venditor teneatur ad expensas emptori in causa emptionis. ibi enim apparet quod vsque ad Bart. fuit communiter teneatur quod teneatur si succubuerit: à Bar. citra quod teneatur siue succubuerit, siue obtinuerit, nisi tamen dictas expensas recuperasset ab eo qui succubisset. & de hac varietate communis opinionis successiuis temporibus est indubitabile, adeo quod recensere particulariter opiniones communes mutatas esset magis laboriosum quā ingeniosum. & hæc varietas & mutatio reperitur contigisse etiam in summis cōsilijs & Neapolitano, & Tholosano, & Delinatus, & alijs, vt in decisionibus eorum apparet. Sed multo magis in Decis. Romanæ rotæ hæc varietas deprehenditur, quarū variationū magnam partem refert Gomes, in reg. de Tricn. quæst. 5. & 3. qui etiā dicit vt ante eum dixerunt Lap. Host. & Stafil. quod stylus Roma. curiæ modo est albus, modo niger. vide Boer. in tract. de auth. mag. cons. nu. 69. & 70. non enim auferri debet posterioribus facultas vt vterius cogitandi, vt vult Bal. in l. 1. C. de his qui an. aper. tab. Vnde non inconuenit vnum iudicium esse vno tempore iustū, alio tempore iniustū, & hoc malum videtur datum mortalibus vt in pœnam, vt eorum opinioniones secundū varietatem temporum senescant, & intermorian, & aliquæ diuersæ vel prioribus cōtrariæ eorū loco nascantur, & deinde pubescant. Opiniones vt n. hominum eorū corpora sequuntur, quæ cū tempore veterascunt, & pereunt tandem sicut rerum omnium, ita quoque est opinionum quædam vicissitudo. & an præualeat opinio antiquorum vt vel modernorum tract. Syl. nupria. lib. 5. per quatuor col. vide ibi: aduerte tamen quod

promisue ponit rationes pro Docto. modernis & antiquis & pro Docto. senibus & iuuenibus: quæ tamen sunt quid diuersum Doc. nam senes, & iuuenes quoad ætatem possunt esse contemporanei & sic vtrique moderni.

S V M M A R I A.

- 1 Scriptura an sit de substantia communis opinionis.
- 2 Memoria hominis labilis.
- 3 Verba verberato aere transcunt.
- 4 Opinio communis continet interpretationem prudentium & magistrorum.

An redigenda sit in scriptis communis opinio.

Caput XVIII.

QVAERO an communis opinio sit redigenda in scriptis. Respondeo quod gloss. in c. 1. de cens. ponit casus in quibus de necessitate requiritur scriptura, inter quos non annumeratur iste, sed possumus dicere quod quamuis ad substantiam opinionis non requiratur scriptura (mea enim opinio ad hoc vt sit opinio, non requirit necessariō scripturam) tamen ad eam conseruandam, & vt possit à posteritate sciri, quis negabit scripturam necessariā? Certū est enim quod memoria hominum est labilis, nec tanta est, vt omnia excogitata seruare possit, quam ob causam scribendū est, vt inquit Aug. lib. 1. soliloqui. Et cum verba verberato aere statim transcant, nec diutius maneat, quā sonent, ideo institutæ sunt litere, & ita voces oculis ostenduntur, non per se ipsas, sed per signa quædam quales sunt literæ, vt habes per Aug. lib. 2. de doct. Christ. c. 4. & diximus alibi. Cū autem cōmunis opinio continet interpretationem prudentium, & magistrorum, quæ tota interpretatio non fuit vno tempore sicut nec interpretes simul in mundum prodierūt, quomodo esset possibile absque literis tot, & tanta memoria retineret? Ideo non in isto hic an cōmunis opinio sit redigenda in scriptis, modo quo querit de lege Ioan. And. in regu. nemo potest ad impossibile. in merc. vbi an sit scriptura necessaria, & de essentia, substantia, & forma legis, & an ea sit in scriptis publicis, seu authenticis redigenda, sed concludo cum Abb. post glo. in c. 1. de postul. præla. numero 23. quod communis opinio potest, & optimum est redigi in scriptis, vt videmus seruatum ab olim in lecturis Doct. & dici etiam potest id esse necessarium, ad scientiam inducendam, & ignorantiam euitandam.

F I N I S.



DE COMMUNI OPINIONE

EX NEVIZANO

IN SYLVA NVPTIALI

Libro quinto

ARGVMENTA.

- 1 Iudex quam opinionem sequi debeat in iudicando.
- 2 Doctores dicenti dictum suum esse opinionem communem, creditur.
- 3 Iudicans contra cōmunem opinionem reputatur ignarus.
- 4 Iudex debet esse non iuris nouator, sed religiosissimus obseruator.
- 5 Opinio quando dicatur communis.
- 6 Aduocatus iuuenis confusus sapissimè est litium.
- 7 Senectus in habilis est ad studium.
- 8 Opinio doctoris lege roborata præponenda est opinioni sine lege.
- 9 Opinio antiquorum sapissimè emendatur à modernis.
- 10 Deus sapissimè reuelauit minoribus quod abscondit maioribus.
- 11 Maritus adhibens iuuenem medicum pro curanda vxore an sit excusatus.
- 12 Doctores iuuenes quare sint in multis senioribus præferendi.
- 13 Papinianus cuius ingenium ab Imperatore extollitur, mortuus est iuuenis.
- 14 Minor an possit doctorari.
- 15 Speculatori adhuc iuueni cōmissa fuit causa arduissima.
- 16 Liber Speculatoris ab omnibus cōmendatur doctoribus.
- 17 Senes licet experientia, iuuenes astutia & ingenij sagacitate.
- 18 Memoria dici potest inordinata & fatua.
- 19 Senes in quo differat à iuuenibus in materia consultationis.
- 20 Opinio communis vt particulari præponatur debet esse lege fultita.
- 21 Legis ratio multum ad eius intellectum operatur.
- 22 Ratio est naturæ munitio.
- 23 Ratio naturalis quid legibus & veritati afferat.
- 24 Doctorum autoritas vim legis habere dicitur.
- 25 papa magistraliter loquens potest communem opinionem confundere, non obstantibus quoruncunque etiam doctissimorum opinionibus.
- 26 Stant doctoris varietate cui illius opinionum stabitur, vsque ad nu. 4. & 35.
- 27 Alexander dicitur lucerna ardens, cathedra iuris ciuilibis, & aureus doctor.
- 28 Miranda canit sed non credenda poëta.
- 29 Doctores sibi in consulendo contrario an sit credendum.
- 30 Notitia totius vix haberi potest, nisi distinctis & cognitis eius partibus.
- 31 Conditions in lege non subintelliguntur sed exprimuntur.
- 32 Doctores distinguenti standum est tanquam magis veritati propinquo.
- 33 Indistincte volens casum aliquem decidere necesse esset vt in confusionem labatur.
- 34 Leges non intelligens non debet eas allegare.
- 35 Regula quod stante doctorum varietate sequatur communis opinio recipit plures ampliationes.
- 36 Doctor legum legere incipiens recipit sibi nomen clarissimi, si 29. ann. legit vocatur illustris, dux, vel comes.
- 37 Consilium principum sunt illustres.
- 38 Magistri persona debet erga suos auditores esse honesta.
- 39 Verba obscura in legendo sunt euitanda.
- 40 Doctor sine scientia est vt comes sine comitatu.
- 41 Argumentum de bonitate scholaris ad bonitatem doctoratus admissibile est.
- 42 Magister nobilitatur per scholares, pater per filios, præses per subditos.
- 43 Docere plus quam doceri fatui est.
- 44 Auiditas in literis multum prodest, & ea deficiente non præsumitur quis in eis emittens.
- 45 Tradita in scholis discutenda sunt in cameris, & practica da in curiis.
- 46 Doctores malus vix faciet bonum scholarem.
- 47 Aer temperatus multum confert ingenio.
- 48 Electus ad distribuendum bona pauperibus an in casu necessitatis possit pro se retinere.
- 49 Necessitas non potest legis doctorem augere.
- 50 Mercator vix potest Deo placere, cum absque mendacijs vix possit negotiatio talis exerceri.
- 51 Scientia non acquiritur nisi cum labore & diligentia.
- 52 Venter pinguis pinguem sensum facit.
- 53 Ignarus præsumitur qui paucis tempore studuit.
- 54 Doctoratus gradum indignè suscipiens peccat.
- 55 Scholaris debet septem habere conditiones.
- 56 Scientia in omni ætate est acquisibilis, nec est ætas ad hoc fera.
- 57 Priuilegijs scholarium gaudere volens qualis esse debeat.
- 58 Sapientum multitudo est orbis rigor & sanitas.
- 59 Ciuitas Venetia illustris dicitur, & paradysus delictiarum.
- 60 Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur.
- 61 Communis opinio est insequenda, non obstante veritate contrariæ opinionis.
- 62 Ampliatur regula quod communis opinio sequatur, etiā si aliquando contra eam fuisset iudicatum.
- 63 Communis opinio excusat iudicem ab omni incommodo.
- 64 Regula quod communis opinio sequenda sit, multas limitationes recipit.
- 65 Consuetudo habet vim decreti iustitiæ.
- 66 Opinio vnius doctoris sancti, sacræ scripturæ autoritatis munita, præferenda est communi.
- 67 Communis opinio conuinci potest per casum legis vel rationem concludentem.
- 68 Communis opinio rigorosa confunditur per aliam mitiorem & æquioram.
- 69 Opinio Imperatorum non potest dici communis.
- 70 Iudex potest ex causa recedere à communi opinione & etiam à lege.
- 71 Sententia contra communem opinionem lata non semper dicitur iniusta.
- 72 Regula quod communis opinio est sequenda limitatur vbi esset in terminis questionis quæ agitur.
- 73 Communi opinioni non statur quando causa contra quæ stat esset valde fauorabilis & priuilegiata.
- 74 Communis opinio non potest dici partialis aut diuisa.
- 75 Lex ciuilibis dicitur cum diuina concordare.
- 76 Iustitia dicitur omnium virtutum præclarissima.
- 77 Iustitia in multo præualeat medicina.
- 78 Medicina ars non est legali æquiparanda.
- 79 Iurisperiti possent dici Philosophi.
- 80 Lex ciuilibis ad nil aliud tendit quā ad minorū præceptorum obseruantiam.
- 81 Verum non potest ex falsis concludi.
- 82 Prudentum & sapientum dicta non carent ratione, & legis vim habere dicuntur.
- 83 Scientia logicalis non est ad iustitiæ obseruationem necessaria.
- 84 Scientia dialectices non est legitæ necessaria.
- 85 Metaphysici an sint legitis præferendi vel æquiparandi.
- 86 Iurisperitus maioris est autoritatis quā metaphysicus.
- 87 Iurisperitus præferendus est medico.
- 88 Casus à iure non expressus aut decisis iudicis relinquitur dispositioni.
- 89 Bonus vir quis dicatur.
- 90 Iudex debet habere falem scientiæ & cōscientiæ, aliàs mēs eius diabolica esset & insipida.
- 91 Requisita in iudice sex sunt.
- 92 Iudex debet æquitatem & veritatem obseruare, & se iudicium.

- 93 Iudex debet auaritiā cauere.
- 94 Auarus non præsumitur fidelis.
- 95 Pecuniam dans pro obtinendo beneficio præsumitur animum habere malè faciendi.
- Iudex an & quando possit licitè salarium recipere pro sua iudicatura.
- 96 Iudex ecclesiasticus an absque simonia possit exigere salarium pro suo iudicio à partibus litigantibus.
- 97 Iudex ordinarius debet esse contentus stipendio principis.
- 98 Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.
- 99 Iudicium an & quādo & à quibus liceat pro iudicatura esculenta & poculenta capere.
- 100 Principibus licet à communi pro pace & repub. tuenda gabelas, & alia pedagia recipere.
- 101 Sententia lata per iudicem pecunia corruptum est ipso iure nulla.
- 102 Iudex malè iudicans quod damnum incurrat.
- 103 Iudicium corruptum damnabilibus est vsura.
- 104 Iustitia quare similitudine stateræ depingatur.
- 105 Consulere habentes de rebus dubiis quid debeant animaduertere.
- 106 Sententia lata breui tempore præsumitur defectuosa.
- 107 Deliberatio in iudiciis quid operetur.
- 108 Celeritas quandoque præualet virtuti in rebus bellicis.
- 109 Iudex debet esse virtute potens.
- 110 Res iudicata habetur pro veritate, & tribuit ius non habenti.
- 111 Iuris peritus debet ante conclusionem integrum possessorem de primo ad vltimum considerare.
- 112 Veritas dicitur in omnibus principatum habere.
- 113 Veritas mater est iustitia.
- 114 Veritatis vis maxima.
- 115 Veritas omnia vincit, nec ab aliquo lædi potest.
- 116 Iudex potius debet scandalum permittere quam veritatem omittere.
- 117 Iram diuinam in se prouocat qui veritatem opprimi perspicies eam pro viribus non tuetur.
- 118 Iudex debet in omnibus suis iudiciis diligenter veritatē inquirere.
- 119 Testes in iudiciis producti cauere debent ne partibus sed veritati faueant.
- 120 Iudex præsumens testem esse suspectum, debet eum cautè ex suis dictis inuoluere.
- 121 Iudex an semper debeat iudicare secundum allegata & probata, an, vt sibi constat, propriam insequi conscientiam.
- 122 Probatio & fides testium tota est in iudicis arbitrio.
- 123 Testi singulari, si nobilis sit, potest fides adhiberi.
- 124 Depositioni verisimili debet iudex adhærere.

I vt melius possit colligi quæ opinio ex precedentibus tenenda sit, videamus quam opinionē debeat iudex sequi in iudicando. hanc quæstionē latè posuit domi. Mathæus de Marhelisanis in suo tracta. de elect. verioris opinionis, cuius doctrinam videtur sequi Angelica, & Pet. de Rauenna in suo alphabeto. in ver. opinio. latè tradunt Stephanus de Federicis in tract. de interpretatione ll. vlt. char. vbi ponit 7. regulas, & Paris de Syndicatu in vers. iudicare tradunt etiam Panor. & Canonista in c. 1. vlt. char. de consti. vbi Barb. Fely. & Decius ponentes regulā & fallētias. pulchrè Salomonius in repet. §. responsa. instit. de iur. natur. gen. & ciuili. nam quam quif. que nouerit attem in ea se exerceat. Euripides. quem refert Aug. Darthus in lib. 1. epist. incip. accepi tuam. Quibus addā plura hinc inde collecta. Sit ergo 1. regula. q. in iudicando iudex debet sequi communem opin. Doct. ca. nouimus. de verb. sig. ibi. & quorūdam sit opinio à pluribus approbata. l. 1. ff. de off. quæst. ibi. & sanè crebrior apud veteres opinio. est bonus tex. in sit. de hered. institu. in rub. de delictis. sententias. & c. Bar. in l. 2. C. de poen. iudic. qui mal. iud. Barba. latè in clem. ne Romani. de elect. Ias. in authen. nouiss. ma. 6. col. C. de inoffic. testam. in l. si is qui pro emptore. co. 68. ff. de vsucap. in l. sciendum. §. fin. col. penult. ff. qui satisf. dat. cogan. vbi dicit. non esse recedendum à communi opi. propter nouas phantasias. & q. iudicans cōtra communem præsumitur per imperitiā. hinc dicit Ias. in l. 1. §. sublata. col. 3. ff. ad Trebellia. quòd quādo doct. dicunt q. quod est communis opi. illud est bonū vbi in practica, & creditur

Doct. sic attestanti. Ferdinandus in repet. §. diu. num. 93. & nume. 442. q. quod contra eam iudicans est nimis ignorans. facit Tremolus in addit. ad practic. Bonacursij. chart. 27. colum. 2. Alexand. lib. 6. consi. 2. §. viso processu. not. 2. in l. 2. colum. 3. & 4. ff. de iureiuran. vbi dicit quòd debemus sequi communes opin. & non adhærere singularibus opin. & in tract. de iur. emph. colum. 20. vbi bona apostilla. & in iudicando non est recedendum à communi per argumenta scholastica. Fely. in cap. ex officij. col. 6. vers. 4. de præscr. Ioan. Francisc. Mirandola lib. de fide & ordine credendi. theoremate 18. Fabianus de Monte S. Sabinæ. in tract. de empt. & vend. char. 1. §. col. 4. Et in §. quæst. col. 7. refert Bal. in l. nemo. C. de sen. & interloc. om. iudi. quòd magnorum virorum exempla sequenda sunt. dixi in 4. & 5. ratione, q. sit vtile nubere. & idem Bal. lib. 1. con. 162. punctus quæstionis. col. 2. dicit. quod non audet damnare quod totus mundus approbat. quia iudicium populi vniuersi non contempseris. vt inquit Sapiens, & Ioan. Fab. in proemio institu. col. 2. facit Platina de optimo ciue. lib. 2. chart. 7. frater Bernardinus de Bussi in Defensorio montis. char. 44. colum. & dicit Bald. lib. 2. vltimæ impressionis consi. 1. 12. quod raro bene loquitur qui cōtra omnes loquitur. plura allegat Curtius consi. 49. quod incipit. memoria co. 3. vbi dicit quòd relinquens communem opin. bene fundatam. præsumitur per imperitiā iudicare. pro quo Igneus in disputa. an rex Franciæ recognoscat imperatorem. colum. 3. & M. Var. dicens. quòd contra omnes sapere. desipere est. sequitur Ferrarius alia adducens cautel. 3. 1. incip. manifestum. latius idē Curtius consilio 56. quod incip. super eodem. colum. 4. De eius consi. 13. 1. ad fin. Et in prædictis locis isti moderniores infinitas præcorum autoritates allegant. Et dicit gloss. in reg. Cancel. 3. 2. chart. fin. quòd Martin. gloss. semper erat solus in opin. suis. Et ita sciendum exemplum Iurisc. consulti. quem refert Montferrat. in tract. de success. regum. char. 1. 1. in fin. Et dicitur communis opin. de iure non aperto ab omnibus probata sententia. secundum Salomonium in rep. §. responsa. instit. de iure natur. char. 10. & chart. fin. vbi paulo infra subiicit. q. quòd iudex debet esse non iuris nouator. sed religiosissimus obseruator. & quod in scholis nascuntur. crecunt. intereunt communes opin. ex scholis in iudicia exeunt. atque probantur. Et sic contingit quandoque quòd vna erit communis vno tempore. & contraria alio tempore. Ias. in l. sciendum. colum. 10. ff. de verborum obl. non tamen propterea debebant destrui gesta illo tempore virtute talis communis opin. secundum Imol. quem refert Salomonius vbi supra. & dicitur communis opin. illa quæ pluriū Doct. illum illud testimonio cōprobata est. Ias. in l. 2. colum. 1. de instit. & substit. Ferrarius d. cautel. 3. 1. Anto. de Prato in tract. de fecun. nupt. chart. 8. colum. 3. & Hadr. Pap. noster in quodlibet. quæst. 1. est chart. 7. col. 1. dicens opin. antiquorum propter autoritatem æquiparari saltem multitudini modernorum. & dicit Alex. lib. 7. consi. 202. viso themate. ante. n. q. quòd dicitur communis. quando Doct. maioris ponderis & autoritatis sunt pro ea. Et faciunt iura superius allegata. nec in hoc placet mihi illa differentia quam aliqui faciunt inter Doctores antiquos & Modernos. prout Paris de Puteo in tract. de Syndicatu in verb. iudicare. c. an si iudex qui dedit. co. 2. Practicus Papi. in for. capitulorum ad aternam rei memoriam. in fin. vbi dicit quòd Moder. ita sunt pospositi vt nihil reputent scire. nisi legem faciant per se. Præpos. in cap. de quibus 21. dist. facit tex. in c. hoc ipsum. circa med. 3. q. 2. quia eam non attēdit Calcan. consi. 37. tota col. pen. & contra ponentes nouas opin. inuchit Io. Fab. in §. 1. instit. de act. bonus tex. in c. relatū. 37. dist. Et pro senibus Ias. in l. cū quid. 2. lect. col. fi. ff. si cert. pet. & Cepol. in tract. de imper. mil. delig. chart. 1. & 2. vbi enumerat 50. priuilegia senectutis. & Dec. con. 52. 1. col. dicit præferri maiores. Scrutinium char. 10. & pluribus seq. Liferita chart. 39. conclus. 9. & conclusionē 5. glo. in cledudū de sepul. in verb. probatas. Ioan. de Ana. in rub. de delict. puer. Socin. lib. 3. consi. 98. aliās consilij quòd non esset multum curandum de modernis. qui se in varias sententias & legēdo & cōsulendo diuidūt. Pet. de Lesnaudiere in tractu de Doct. 3. par. q. vlt. & 4. par. q. 29. vbi in fin. tacito auctore refert illud dictū practici Papi. facit Salomonius in §. responsa. char. 10. q. 3. Barb. in c. 1. co. 1. de iur. cal. Mapheus Veg. de educatione liberorū. circa med. li. 4. Card. Papi. in epistolis. & dicit Ange. in l. senū. C. qui test. fa. pos. plus valet vmbra senis. quā sensus iuuenis. Feli. in c. si qui test. col. pen. de test. lo. Montolon. in Præptua. Iur. in verb. antiquus. & di

9 c. Angel. in l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. q. quòd aduocatus iuuenis est confusor litij. latè Bolog. in repet. auth. habita. C. ne fil. pro pat. col. 26. & Catella. ij. parte Memorial. i. verb. nuptiarum causa. ad h. refert Bart. dicere quòd antiqui Doctores magna veneratione fuerunt præstantiores modernis. pondero. numero. & mensura. pro quo Præpos. in c. literas. col. ij. de sig. & mal. & dicit Bal. in cap. ij. col. iij. de postul. q. quòd nec o. eligit iuuenes duces. facit Hadrian. Papa noster quòd iure. ij. est. char. xx. col. iij. quòd in deliberationibus incipimus à iunioribus. ne formidare recedere à sententia antiquo. n. Codrus semo. xj. incip. nescio vbi est. char. xxij. & in modico tempore non potest quis multa addiscere. gloss. in verb. institutis. in cap. tum ex literis. de in integ. resti. Et experientia est rerum magistra. vt dixi in v. ratione partis affirmatiuæ. ideo in electionibus iuuenes incipiunt loqui. & reseruant diffinitionem antiquioribus. Gaspar Portugalen in l. imperium. colum. iij. vers. vj. limita. ff. de iurisd. om. iud. & iuuenes saepe errant in practica. vt Iason in l. post dotem. col. antepen. ff. sol. mari. est numero. ccij. Alexand. in l. quod meo. col. vj. ff. de acquir. post. prout refert. Bald. in tract. de præscr. in repet. l. Celsus. colum. xxix. circa fin. at senes sunt adeo practici & instructi in regulis iuris & doctrinis. q. eo ipso quòd audiunt casum etiam extraneum. accommodant. se regulis. Et si in casu illo æquitas repugnet. sequitur aequitatem fundamentum iuris. l. j. ff. de iustit. & iur. & que fa. c. silentium ad regulas vbi dixi. & sic de raro errat etiam si n. reuolutione chartarum. q. intellige de senes qui bene fundit in iuuentute. nam si expectet quòd sunt senes. labor est eis nimis grauis. hinc Pich. præceptor meus saepe allegabat illud Catonis. Fac tibi succurrant iuuenes quæ feceris ipse. Ideo dic quòd senex & iuuenes sunt laudandi. Luc. de Penn. in l. j. C. de consili. lib. xij. Rosarium Bussi j. parte. ferm. xxix. litera g. & ferm. xxxj. litera t. vbi dicit. quòd inter antiquos & Modernos. magis adhærere debemus. qui magis habet rationem. & veritatem. facit Guilielmus Rouille de descrip. iudicia. lib. iij. cap. ij. & lib. iij. facit quòd scholasticus iuuenis bene doctus præferatur antiquiori indocto. Bon. in tracta. de nobilitate. ij. par. numero. lxxij. & lxxvj. Modern. in l. cū quid. ff. si cert. petat. Capol. de imper. mil. delig. col. i. penult. dicit tamen Lauren. de P. odulphis in tract. de vsur. part. iij. col. xij. quod in collegio qui prior est in tempore. prior est in se dem. non habita diffinitione. an primus sit secundo deterior. & quòd videmus præcedere eum qui non esset dignus solvere vincula calciam. uti sequentium. & ibi assignant rationem. quia ista non possunt faciliter cognosci. & vt tollatur scandala & inuidia si ad imparia iudicarentur. Et dicit Alberi. in l. sed licet. ff. de offi. p. d. q. plus seruari debet opinio paru. Doct. lege roborata. quā magni sine lege. & dicit Hostien. in summa de test. cog. §. in quibus. circa med. quod ipse recedit ab opin. antiquorum. quia plerumque mentiuntur senex. & iuuenes sunt laudandi. Luc. de Penna l. j. C. de consili. lib. xij. Et ista differentia possit procedere quando antiquiores vidissent omnia fundamenta que faciunt posteriores. attento quòd dicta antiquorum diutius fuerunt ruminata. & steterunt ad supplicium tanquam aurum in fornace. & etiam quia senior bos grauius figit pedem. vt inquit Hier. quem refert Iason in l. si seruum. §. sequitur. vlt. notab. ff. de verbor. oblig. Erasim. Adag. char. xliij. numero. xlvj. 3. parte. Prouerb. xlv. facta iuuenum. cōsilia mediocrium. vota senum. Et propterea ad seniores recurrunt iuuenes aduocati signari tāquam ad expertos negotiorum. gl. in l. j. aduocatos. in verbo. aduocatos. ff. de var. & extraordi. cog. Sed quando Doct. Moder. tenent contra antiquos. moti ex aliqua lege vel ratione ad quam verisimiliter non aduertit antiqui. tunc putare non procedere hanc differentiam. iniquum est enim dicere quempiam voluisse tenere contra eum cuius fundamenta non vidit. dixi supra in quæstione. an vidua perdat propter adulteriū. Sequitur ergo tūc quòd dicit Philosophus. quæ refert frater Isidorus de regim. prin. lib. iij. c. viij. quod omnis doctrina omnisque disciplina à iunioribus in dies perficitur. Idem vult. Pet. de Vbaldis in proem. sui tractatus de quarta canonica. dicens quòd antiqui dederunt nobis principia que successiuis naturæ & ingeniorum beneficiis suscipiunt incrementū. Et Cicer. in prin. Tusulanarum. dum agit de Latinis. quòd habuerūt à Grecis & in j. char. Topicorum ad Trebatium. quòd nulla res à principio in republica videtur sufficienter promulgata. Speculator in proem. sui operis. col. iij. vers. cæterum. pro quo Columel. de agricultura. q. nulla est ars quæ singulari consummata sit ingenio. Afflictus in proemio constitutio-

num regni. col. ij. Et faciūt plura quæ tradit Carolus Borbonensis in processu fidei. parte ij. articul. v. vsque in finem. illius secunde partis. Fit ergo necesse fieri ex quo iuniores viderunt scripta antiquorum. sunt perspicaciores. gloss. in l. Gallus. in princ. in verb. filius. ff. de liberis & posthum. facit quia in dicto debemus tenere opinionem præceptoris. vt infra dicam. & tamen cōmuniter præceptores sunt Moder. facit Philosophus ij. Rhetoric. quòd tam iuuenes quā senes habent quosdam mores laudabiles. quosdā vituperabiles. vt refert Afflictus in constitutionib. regni. char. cxix. col. j. ver. x. requiritur. facit Aug. de Arimino in additis ad Ang. in Maleficiis. gloss. comparent dicti inquisiti & confitentur totum. colum. j. dicit. q. quòd plura habemus etiam singularissima quæ ignorabant antiqui. ideo nunc scientia est longe excellentior. Et videmus quòd vna opin. vno tempore fuit communis. & nunc contraria est communis. Iason in l. venditores. ff. de verb. oblig. facit. quia antiqui non poterūt ita veritatē inuestigare sicut Moderni. patet. in credo. cōdito ab antiquis. qui tenebant Spiritum sanctum solū procedere à patre & Moderni. à patre. & à filio. vt in vlt. Decr. in cap. de spiritu. in gloss. penult. & de veritate conceptionis beate Virginis. in qua antiqui magis communiter vrbēbatur tenere contra id quòd nunc communiter tenemus & tamen dicit Bald. in cap. 1. col. 3. vt lite non contest. quòd se mel verum semper verum. Non tamen facio consequentiā. Talis est vltimus doctor. & vide omnes Doct. antiquos. ergo melius sensit. Ang. in l. j. in princ. ff. de appellat. ad prædicta facit Rota in nouis decisi. 359. incip. circa tertium. col. si dum loquitur de Collectario. dicens quòd fuit vltimus & practicus Curia. faciunt quæ dixi in si. mci inuentarij libro. rum vtriusque iur. in 2. q. an oporteat habere plures libros. dum loquor de interpretatione. & dicit Cur. in rep. l. ad mōnendi. col. 65. vers. 34. quòd quotidie in nobis generantur nouæ intellectiones. & meditationes. & quòd antiqui non videbant originaliter. ideo quandoque errabant vnu post alium. alter dicebat quòd erant sicut grues. & vna sequatur aliam. absque vltiori inuestigatione. nec maiori irrogatur iniuria. si minor veritatē inuestigauerit. quia Deus multa abscondit sapientibus q. paruulis reuelauit. Alb. in proem. C. incip. quoniam. col. 3. dicam statim. Barb. lib. 1. col. 6. col. pen. & consi. 27. scripsit doctissimus. col. 20. Et consi. 28. scripsit bellissime col. 4. Arist. par. 5. §. probe. 45. & in rubr. C. qui admit. col. 8. in si. Bal. in c. significauit. col. fi. de rescri. dū loquitur de Catholicone qui erat tūc vltimus. Scrutinium chart. 78. Bussi in Defensorio montis. char. 22. col. 1. Fel. in c. propositi. col. fin. de probat. Rota in nouis decisi. 459. circa 3. col. fi. q. Sepe enim Deus reuelat minori quòd celat maiori Host. in proce. summ. v. col. 2. Io. Blanchi. in proce. summæ feudal. Alberi. in proce. C. incip. quoniam. col. 3. pulchrè Barb. de Card. in fin. 2. q. in c. propositi. col. 14. de probat. Pich. in rep. §. Titia. col. 64. all. gans illud Ouid. Saepe necat morfo spaciolum vipera taurum. A cane non magno saepe tenetur aper. facit bona gl. in auth. de mona. in §. ordinat. super ver. tēpus. quam sequitur Soc. in l. cū quid. col. 3. ff. si cer. pet. facit Campe. in tract. dotis. §. par. q. 3. dicens q. q. marius excufatur si ad curā vxoris adhibuit medicū iuuenē bene disciplinātū. sicut si adhibuisset senē. pro & contra iuuenes post Philos. in tract. de regim. prin. 1. par. 4. cap. 2. & c. 3. idem de senib. facit Had. Papa noster quolibet. 3. char. pen. propter quod dicit Apost. Et quandoque corrigunt senes. Barb. in rep. rubr. C. qui admit. col. 8. & seq. Ias. in l. si seruū. §. sequitur. vlt. no. ff. de verb. obl. Bolog. in disput. de præcedētia Doct. & mil. col. 9. in fin. vbi dicit. q. iuuenes reperiuntur saepe excellentiores antiquioribus. Pich. in rep. §. Titia. col. 58. vbi inter cætera allegat Onidium dicere. A canenō magno saepe tenetur aper. & iuniores ingeniosiores omnino fatet Bulg. i. proce. suæ disp. incip. Sempronius. latè Rosariū Bussi. 2. par. ferm. 29. litera b. qui incipit. secundū. Et sapientia non numeratur annis. hinc Ouidi. de arte. Parcite nates tumidi. numerare deo tū. Casari virtus contingit ante diē. & 1. ad Corint. 14. si alteri sedenti relatū fuerit. prior taceat. licet aliās dicamus quòd præfente maiore taceat inferior. Baldus in l. qui indignus. ff. de senat. quia plures sunt iuuenes qui habent sapientiam senum. vt Baldus in epist. ad Ducem Sab. in princ. sui tractatus. de præscr. facit Dodus in sua apologia contra fratrem Samuelem. char. 4. dum dicit. q. olim matris non erant ita dilucidatæ sicut nūc. & dicit Spec. in tit. de 12 aduo. §. vtriusque. colum. 2. q. q. antiqui sunt aliquādo desides & pigri. Ripa in tract. de pest. char. 75. nume. 63. Et iuuenes gloria cupid. vtuntur nimia diligentia. facit tex. i. l. præ. Comm. o. i. Tom. 4. FFFFF 3

cupiunt adiles. ff. de edic. edic. & etiam quandoque cōfiden-
tes in scientia & experientia sua, non curant querere allega-
tiones pro eorum dictis, vt de lectura Bal. super Decretalib.
dicit Alexander in l. quod mco. col. 3. ff. de acquir. poss. facit
Petracha epist. 9. feniculum. Erasmus 1. part. prouerb. 5. 16.
Sape est olitor valde opportuna locutus. Et refert Lancel.
Polit. in repetitione l. re conuicti. chart. 6. columna 4. quos-
dam moder. qui didicerunt vnum textum a discipulo suo. &
dicit Befurius in l. capitis rei. ff. de fideiussor. quod ille tex. in
quæstione de facto fuit allegatus per quemdam scholarem
iuuenem. Et antiqui aduocati illum ignorabant. propterea
subiicit quod licet dicatur, Medeg. zouen. noua sepultur.
Preuedo nouello bestia cornuda. tamen dicit post aduoca-
to zouen. quæstio venduda. Caccialup. tractatu de modo
studendi. columna 3. monet iuuenem de hoc gloriari non
debere: quia in hoc latissimo prato Iuris ciuilibus, bos herbæ,
canis leporem, ciconiaque lacertam inuenire potest. nec
etiam propter pauca addita oportet gloriari. Felin. in ca. cau-
sam quæ. col. 3. de rescrip. præsertim cum ea quæ scimus sit
minima pars eorum quæ ignoramus. Barb. in ca. nouit. col.
2. de iudic. Et þ Papinianus cuius ingenium tantum extol-
litur ab imperatore, vt in l. cum acutissimi. C. de fideiõmis.
& alibi sæpe vt Ias. in l. post dotem in primis verbis. ff. solut.
matr. tamen mortuus est iuuenis, scilicet ætatis anorum 37.
vt refert Socinus in repet. l. cum auus. col. 1. ff. de condit. &
demonstrat. & Nerua filius in 17. anno publicè de iure re-
spondit. l. 1. §. pueritiam. ff. de postulando. Doct. in l. quidam
consulebant. ff. de re iudic. bona apostilla ad Benedicm de
Plumbino in l. apud filium. ff. de man. vindic. & Ceruotus fi-
lius Accursij ante 25. annum fuit doctoratus. vt Bolog. in re-
pet. authent. habita. C. ne filius pro patre. columna. 2. 4. vbi
latè. þ An minor 25. annis possit doctorari Ias. in rub. C. de
procuratorib. Felinus in capitulo. cum vigesimum. col. fin.
de offic. deleg. vbi de pluribus ætatibus de quibus Ioan. Mō-
tolonius in promptuario Iuris, in verb. etas. lac. 2. de Beluio,
in titulo. de pace iur. firm. columna. 2. Petrus de Lesnaudiere
in tracta. de Doctor. libr. 1. q. 15. & seq. vbi etiam dicit quod
Bald. in 17. anno repetiit l. centum Capuz. Ananias in rubri-
ca de delict. puerorum. Felinus latè in rubrica de mag. col. 1.
na 1. Et idem videmus quotidie in pluribus alijs. & þ Specu-
latori nondum excedenti triginta quatuor annos fuit com-
missa vna causa cõcepta ante eius natiuitatem, in qua nondum
erat lris cõtestata. Speculator ipse habuit experientiam totius
practicæ vt iudic. juris, & bene nouit scripta antiquorum
secundum Baldum libro. 3. consilio 33. 1. incipiente quærit-
tur. columna 1. Iason in l. properandū. C. de iud. 102. colum.
Paulus de Castro in lante sententiæ. C. quo. app. non recipi-
dicit quod miratur quod Speculator in iuuentute sua com-
posuerit illud opus, qd eod qd miraculosum, & est pater prac-
ticæ Romanæ. in hac cõsultissima. colum. 1. C. qui testa-
menta facere possunt. & magnæ autoritatis. Romanus cõ-
silio 127. postio. & licet more suo recitet opin. & nihil firmet
secundum Cynum in l. 1. columna penult. C. de summa
Trinitate. tamen illud suum opus perutile reputatur. secundum
Gandinum in titulo quomodo cognoscatur in male-
ficiis per inquisitionem. columna 4. verficulo. veruntanẽ.
& audiui quosdam præceptores meos dicere quod audi-
uerunt Alexandrū de Imola dicere quod dempra lectu. Bar-
tol. þ nullus liber est quo non mallet carere, quam Specu-
latore, qui semper adducit bona loca, vbi etiam commẽta-
tores extendunt materias, & quod ille liber solus sufficeret
ad regimen orbis. quod nescio, quia ad hoc non sufficeret
tota Biblia. secundum Hostiensem quem infra referam. Et di-
cit Barbati in rubrica de lris contestatione, numero, 15.
quod ipse semper defert Speculator. quia succos legum &
canonũ gustauit melius quam alius. Et Bartol. in 25. anno
composuit illam subtilissimam repetit. l. si is qui pro emp-
tore. ff. de vsuca. Iason in l. quidam cum filium. colum. 12.
ff. de verborum obligationibus. & repet. l. si constante. ff. sol.
matrim. Ioannes Lup. in c. per vestras. de donatione inter vi-
rum & vxorem. chart. 53. est ante conclusionem. Alia plura
exempla dici possent, vt refert Caccialup. in l. si qua illustris.
C. ad Offic. columna 17. dum loquitur de tract. legitimation-
um. dominus Antonius de Rosel. Andreas Alciatus in Pa-
radoxis Iuris ciuilibus, in proemio libr. 6. Et Daniel adhuc
puer senes iudicauit. Luc. de Penna in proemio trium libr.
C. columna 2. & rubrica de lega. lib. 10. columna 4. verficulo.
& Salomon iuuenis fecit iudicium, de quo in ca. aſſerte.
de præsumpt. & Regum libro 3. capitulo 3. facit Cardina. Pa-
pa chart. cv. epist. 15. epist. 158. quid me pro & contra. Oldr.

cõsi. 52. quæstio est talis, an tutela. Et dicit Maphæus Vigius
de educatione liberorum. lib. 3. quod Valerius Pudens
Romæ certamine sacro Iouis, claritate ingenij coronatus
est inter poetas Latinos omnibus sententijs iudicium, licet
decim tertium annũ non excessisset. Et inquit Liuius & Pe-
trarcha lib. 6. epist. 22. magnã. circa medium: quod Scipionis
non excedenti 24. annum fuit commissum imperium con-
tra Carthaginem. quem & alios refert Claud. in Monarc.
Franciæ. parte 3. c. 7. & de Scipionis laude Gellius lib. 3. capi-
tul. 18. Scipio. Et diebus nostris Guasco de Fuxo, non exce-
dēs annum decimum nonum, quot præclara gessit in Italia
gista nesciunt formam arguendi, quia logica ignorant, & tamen Stoici dicunt, neminem ignarum dialectices futurum sapientem. Summa Tabiena in versiculo Logica in commento Cicero de Officiis libro primo, est charta decimaquinta. Sed vitra Ponzinibium in dicto tractatu de Lamiis, columna octava, versiculo non obit, quod legitur, responderi potest quod logica non ducit ad vitam, capitulo viuo. & capitulo omnia. & capitulo legimus, & sequente trigesima septima distinctione. Lucas de Penna in lege prima. C. de stud. liberal. libro 1. & in lege prima. Codice de profess. qui in vrbe Constantinopolit. libro duodecimo. Speculum in titulo de aduocato. §. nunc de exordiis. columna sexta, versiculo subtilitas enim immoderata, & versiculo sequenti. & Signorolus consilio final. columna secunda, deridet illum qui volebat se ostendere dialecticum. & dicit Baldus in lege prima. Codice de sentent. que pro eo quod interest. columna secunda, quod non est insitendum in dialectice, pro quo Affictus de iure protomifeos. columna secunda post Domin. Augustinum. pulchre Albericus in proemio ad suam lecturam. ff. veteris. columna prima. Et Salomon. in lege, in exercendis. columna prima. Codice de fide instrumento. ponit stultitiam illius scholaris qui volebat probare patri quod tria oua essent quinque, quia duo & tria sunt quinque. Bartol. Sen. & Texera in lege si is qui ducenta. in principio de rebus dubiis. Iason in lege manumissiones, in fin. ff. de iustitia & iure, & Codrus dialecticam etiam deridet, sermo. primo, charta vigesima, & Seneca in proemio, declamationum. & epistola quadragesima quinta, libro quarto, impugnat schismata. facit Apuleius de philosophia, charta tertia. Et dicitur in proemio Augustini Dathi, de laudibus eloquentie. circa fin. charta secunda, argutie sunt sophistarum captiuncule, dialecticorum laquei, calculatorum & mathematicorum inuolucra, recessus latebrarum nominalium. sic enim iuuenes philosophi nuncupantur, qui ad terminos & orationes referre omnia voluerunt minutae interrogatiuncule quasi puncta atque contorta quadam: quibus effici commodius singula sunt opinati: & ibi esset de philosophis realibus. facit Baldus in lege Acemilius. columna decima, digestis de minoribus, quod in realitate rationis, non in ambagibus debet fundari intellectus practicus & substantialis. facit, Morus in republica Vtopia. charta quinquagesima octava, & dicitur Ecclesiast. trigesimo septimo, quod qui philosophice loquitur, odibilis est. late Rosarium Bussi. secunda parte. sermone vigesimo nono, litera m. columna secunda, facit Linquo coaxantis, era coruis, vanaque vanis: Ad logicam pergo que mortis non timet ergo. facit Petrarca in triumpho Fama. capitulo quarto, dicens, quod non per saper, ma per contender chiari. vbi postea subiicit de Cornede. & ibi in commento respondetur ad illud quod logica sit ars artium & scientia scientiarum. facit Laet. diuinarum institutionum, libro tertio, capitulo decimotertio. facit Zacharias in sermone conciliabuli Pisani. columna secunda dicens, quod sic facere est semper sperare discere, & nunquam ad scientiam veritatis deuenire. pulchre frater Thomas Illyricus in tractatu de potestate pont. charta centesima quadragesima quarta, & sequente. Laurentius Valla in sua dialectica. in proemio libro secundo & tertio. Et propterea Ioannes Iacobus de Canibus, in tracta. de modo studendi. columna sexta dicit, quod non est necessaria Legista. Secundo responderi potest, quod vbi est opus dialectica, ipsi Iurista ea videntur. Albericus in proem. ff. Noui. columna tertia, vt patet ex dictis Iuriconsulti: an eam caleret, in lege si is qui ducenta. maximè in §. sed vtrum. ff. de rebus dubiis. Et si sciuit arguere enthymematicè in lege prima, vbi Iason quarto not. ff. si certu petatur, & quam lo-gici fatentur esse pulchriorem formam arguendi & breuiorem: quia consistat solum ex antecedenti & conclusione. Item videant si glossa sciuit tylogizare. in lege prima, §. primo, ff. si quis ius dicenti non obtemperauit. & alibi sepe. & syllogismum soluere. glossa prima. in lege tertia. §. incertam. ff. de acquiritenda possessione, & si ipsi sciunt discurre per decem predicamenta vbi opus est, de quibus meminit Codrus sermone tertio. charta prima, vt patet per Azonem in summa. C. charta j. & Baldus in l. data opera. se- prima columna. C. qui accusat. in lege de quibus. columna final. ff. de legibus. in capitulo cum causam. clementina prima. de testibus. columna quinta, & Brunus in tracta. de forma. charta vigesima prima, columna quarta. Ioannes Montolonius in promptuario Iuris. in ver. fingere. & alij quos

refert Ias. in repetitione legis si is qui pro emptore. de vsti. cap. & qui sint. Baldus in capitulo canonum statuta. col. final. de constituto. Et si doctores in practica quando faciunt libellos, sciunt facere syllogismum in forma, vt Iason in lege prima, columna tertia. ff. de edend. Lanfrancus de Oratio in repetitione capitulo quoniam contra in ver. peritiones de probatio. Oldradus consilio centesimo octauo, Titius ad fin. Et tot modos arguendi glomerant Octauo, in tractatu de argumētis. & Baldus in lege conuentulam. Codice de episcopis & clericis. Albericus in dictionario in versiculo argumentum. quos non possunt nisi scirent arguere. Est verum quod vbi non expedit, legista non curat de tali forma. quia frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Purpuratus in lege edita. nota. ducentesimo sexagesimo primo. Salomonius in repetitione legis Gallus, charta vigesima quinta. in fin. nec curamus de forma, dum modo habeamus effectum. capitulo tertio. de verborum significatione. in lege si mater. Codice de institutionibus. & substitutionibus. nam cum obiectum intellectus sit veritas, quanto citius eam habemus melius est. Salomon. in repetitione legis Gallus. §. & quid sit tantum. char. j. Et quado Logici seu philosophi disputant cum Legista, solent & bene Legiste negare eorum principia, quia plura sunt falsa, vt statim diceba: ideo licet neganti non incumbat probatio. l. 2. ff. de prob. tamen si recte considerabimus, inuenimus semper aliquam instatiam per quam tollitur eorum consequentia. gl. & doct. in l. creditor. ff. de noui. ope. non. Codrus pulchre sic facit, vt per eum serm. 6. chart. 4. presertim si achareamus sacre scripture, quam negare non audent: & antequam probauerint talia principia, & assignauerint & probauerint rationem specialitatis ad instatiam datam per Iuristam, erit hora dimittendi disputationem. hinc dicunt contra negantes principia non est disputandum. Philosophus, quem refert comment. Cicero. de Offic. lib. 3. est chart. 107. Sed replicat Codrus vbi supra. hoc est quod cupio ne mecum disputes. & sic principia tua probare non poteris. Et quia ipsi incedunt per terminos ignotos, petas vt declarer terminos: vel tu pariter procede per terminos eius ignotos: vt per l. g. s. loquentes de seruitutibus vrbanis, vel de prescriptionibus, honoru possessionibus, & alijs penè infinitis. 85. Duodecimo non ob. dum dicitur quod sint Metaphysici: et proferendi, quia Metaphysica est dignior scientia, quam extollit frater Iudorus vbi supra. frater Lud. Viualdis in Opere regali. tract. de cogit. electoru à reprobis. 2. no. Aegid. de reg. prin. lib. 2. par. 2. c. 8. vbi de omnibus scientiis, licet de legibus notitiam non haberet, vt probat Bolo. in Theodosiana in vers. philosophorum & poetaru. tractat enim Metaphysicis de ente tanquam primo motore, fm fratrem Iudorum vbi supra. facit Eusebius de euangelica preparatione. lib. 1. c. 6. qui dicit, quod eius subiectum est ens tanquam ens. & Io. Picus Mirandula fecit vnum tractatum de ente & vno: quia respondetur fatendo quod Metaphysica est laudanda, sed etiam ipsa non caret errore, quia vult quod ex nihilo nihil fit. Rosarium Bussi 2. par. serm. 22. litera m. col. 3. quod est falsum, quia Deus de nihilo creauit coelum & terram. Gen. j. preterea adhuc metaphysica non est dignior. nam Metaphysicus non considerat illud ens explicitè & clarè, vt Had. Papa noster in Quodlibetis. q. 3. col. 3. sed solum vnum Deum primum motorem, quem Auerois vult agere necessario. Legista aut in tit. de summa Trini. & si l. catho. considerat explicitè & clarè. Et precepit metaphysico credere Deum trinum & vnum. vt Ponzinib. in tract. de lamiis col. 3. & seq. Purpuratus in rubr. & in l. j. C. de sum. Trinit. col. j. qui omnia regit pro libito: & qui dixit, & facta sunt, & cui data est ois potestas in celo & in terra Matth. xi. vlt. Barb. in c. nouit. col. 28. de iudic. Syluester contra Lutherum libro 1. cap. 2. chart. 1. Merito Iurista ergo sacerdotes appellatur. l. 1. in princip. & in §. publicum. ff. de iustit. & iur. facit Valerius de institutis antiquis. cap. 1. numer. 3. j. incip. ius civile per multa, & c. Si ergo magis clarè & certitudinarie quam metaphysicus: ergo scientia legita verior & dignior secundum Philosophum, quem supra retuli, & Bart. in tractatu testimonioru. chart. 5. prudentia est, vt ait Aristot. Et propterea cum philosophus cognouisset se in metaphysica nesciuisse in claro procedere, dixit librum illum editum & non editum, refert Ioan. Picus Mirandula in oratione in coetu Romanorum chart. 9. & Gellius lib. 2. o. c. 4. incip. commentationum. ad fin. Scire enim in nube non est scire. Bald. in l. Acemilius. col. 2. de minor. Imò nec in moralibus clarè processit Philosophus, sed in confuso, secundum Panor. in proem. Gregoriano.

tiano. & hæc etiam videntur esse de mente Alexand. de Hales. Scoti, & Rosarii in locis antedictis. Item in hoc iurista contra metaphysicum procedit imperiose, & inobedientem punit. Barb. in Ioannina, chart. antepenul. est columna 182. Vdal. in dict. oratione, non possunt. Et propterea dicit ibi Barb. column. 149. quod à studio artium ad leges conuolauit: nam qui imperant, digniores sunt. Esaias quem refert Barba. in cap. mandatum. col. 3. de refcrip. Syluester contra Lutherum, chart. 4. allegando ad Roma. 13. facit Bald. libro 4. consilio 429. dicta particula. Et licet Papa & Imperator appellent quadam præcepta philosophia moralis & naturalis religiosa, tamen non dant philosophis potestatem authoritandi seu iudicandi, qui est maximus honor quo Christus Apostolos recompenlat. Matth. 19. & Cyprianus Venetus in tract. de autoritate Ecclesie. char. 6. Et tamen iuristis eam tribuunt, qui tēpora naturæ & gratiæ, exteriorē & interiorē hominem complectuntur, diuinæ Theologiæ adherentes animæ & corpori spiritualibus, qui & temporalibus vinculum imponunt: ius diuinū etiam in præceptis Decalogi moderantur, ac diuina autoritate coarctant. prophana sacra, e contra vbi expedit, totam ecclesiam militantem cum tota republica gubernant, errores philosophorum & metaphysicorum extirpant. Imò tanta doctoribus reuerentia exhibetur, vt iuriconsultus audeat constitutioni principis derogare. Luc. de Penna in l. medicos. col. 1. C. de profes. & med. libro 10. col. 1. & vide Alber. in proem. ff. Noui, sicut scientia legalis omnes scientias. & vide Bald. in consilio schismatis. col. 1. & penul. ac fin. Item de sacramentis, consilio, de Pontifice. & Theologus super istis debet cum consilia conferre: quia non valeret sine. dixi in limitatione de peritis in arte quod communis opin. sit tenenda. Item legita conseruat pacem sine qua Deus non colitur. clem. dudum. de sepul. dixi supra contra partialitates. Præterea medici non vacent vel admodum parum metaphysicæ, ergo sine exercitio perdit nomen. Fel. in rubric. de fid. instr. columna 7. Bonif. in tract. de nobilitate. 3. part. numero 88. & si re priueris nec nomen habere mereris. Iason in l. id quod apud hostes. ff. deleg. j. col. fin. iudicator enim quis esse de illa arte cui magis adheret. Alexand. li. 4. consilio 108. viso themare. facit Philosophus in 3. de Anima. tex. comment. 39. pulchre Petrar. epist. 64. incip. sic est. dicens inter cætera quod perseverantia requiritur. Et sic patet iuristam præferend. medico. vt casus in capi. clerici de iudic. vbi late Barbat. Decius & posteriores. Idem Barb. in capit. ceterum. columna 6. de iur. calum. Gilbertus post capit. 3. secundi Oeconomicorum in quaestione. char. 2. Taurinenfes post alios in l. cum quid. ff. de cer. pet. Ioan. Montaigne in tract. de regio. consistorio. char. 2. 1. Petrus de Lesnaudiere in tract. de Doct. parte 3. quaest. prima gloss. Pragmatica in titulo de collationibus. §. videlicet in versiculo medicina. est chart. 74. Luc. de Penna in rubrica de profes. & med. libro 10. aliquid Panormit. in capit. nouit. de iudic. columna 3. vbi Moder. addunt. & adeo res clara est vt Iuristiones dare sciat hoc iudicium, vt dixi supra respondendo ad 6. de fatuitate, loquendo de testamento fatui. mihi placet conclusio quam in hac q. ponit Archid. Flor. 3. parte summe. tit. 5. c. 2. §. 4. Io. Montaigne in d. tract. char. fin. in fin. Rosarium Bussi. 2. parte serm. 29. litera c. in fin. & Lisoperita col. fin. scilicet vt seruetur dictum Apostoli, per eos relatum, charitate frater na inuicem diligentes, honore inuicem prauentientes, & c. quia honor est honorantis secundum Philosophum, quæ refert Aegid. de regim. princip. lib. 6. capit. 8. frater Gregor. Britannicus serm. funeb. 3. 1. melior. col. 4. facit illud Lucæ vigesimo secundo, quaestione tertia, capitulo nullus. Qui maior est in vobis fiat sicut minor: & qui præcessor, sicut ministrator. & illud Cicero. qd refert Guilichius Mara Oratioe septima incipiente, reuerende. & c. & alia plura Io doc. in tracta. de vera nobilitate capitulo duodecimo, char. secunda & tertia. Instructio clericorum, & charta tertia decima dicens, quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus. nam qui se exultat, humiliabitur, & contra, Mathæus vigesimo primo & vigesimo tertio, & si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. Marci, nono. sed si humiliatus fuerit, erit in gloria. Luc. de Penna in lege humilioribus. C. de ponder. & aurillatione libro decimo, vbi plura, quia præcedentia quæstio est vana. Cardina. Pap. in epistolis charta centesima nonagesima octava, epistola incipien. subscriperam & ducentum posttridie. ducetima quinta dubitare. & quis non potest nisi commendari de hono-

rando socium. nam aut socius est dignior, & sanctum est honorare maiores: aut est equalis, vel inferior, & humilitas semper solet commendari. Et inquit Ptolemæus, quod inter sapientes qui humilior est sapientior existit. Quia post longam digressionem ad arbitrium iudicis redeundum. Dicit propterea Baldus in capitulo, quia nonnulli. de refcript. in fin. secunda col. in lege prima, columna duodecima. Codice qui accu. & libro tertio, consilio centesimo trigesimo quarto. incipien. proponitur. columna secunda, referendo Philosophum, quod oportet leges esse bene positas, & omnia determinare, & quam paucissima relinquere arbitrio iudicantis. facit Salomon. in lege, in exercendis. tertia quaestione. Codice de fide instrumento. vbi dicit quod doctrina quanto melius fieri potest, debet tradi, ne iudicum affectio vel non bona consideratio alteri partium sit nocua. & pro philosopho late Aegidius Roman. in tractat. de regim. princ. libro tertio. parte secunda. capitulo vigesimo, & Philosophorum refert etiam Florian. in rubric. ff. fin. reg. in fi. prime columnæ. Hadrian. Papa noster quod libet. quarto columna decima. Latus & plene illud dictum examinat in sexta quaestione principali videlicet in illius prima quaestio. siue argumen. est charta quinquagesima octava, col. 85. finali. Et ita pro veritate est consideratis considerandis. nam licet vbi casus non est iure decisis, lex illum relinquat in arbitrio iudicis. lege prima. in fin. ff. de iure delib. capitulo de causis. de offic. delegat. capitulo finali. de tranfact. plures enumerat Decius in capitulo sedes. in glossa tertia. de refcript. Rochus de consuet. charta vndecima, columna secunda. Iustus Barbatias libro quarto, consilio sexagesimo quinto. illud. columna penultima, & si latissime Hippolyt. in lege quaestione modum. columna prima, & sequent. & in lege de minore. col. octava. de quaestione. in l. in lege. col. secunda. ff. de fide. Intelligo quemdam doctorem Taurinensem alios plurimos aggregauisse. Lex tamē illum non relinquit in libera voluntate iudicantis: vt exinde possit iudex esse nimis fauorabilis vni parti. Bald. in lege finali. C. de poena iudicis, qui mal. i. lic. pen. not. sed quod debeat regulare arbitrium suum prout quilibet bonus vir secundum negotij qualitatem & personarum, & temporis, & alias circumstantias. Bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit. capitulo iudicet. tertia, quaestio. septima. Lucas de Penna lege medicos. tertia columna. C. de profes. & med. libro decim. & arbitrium semper significat bonum & æquum. Bald. in capitulo nisi cum pridem. columna finali. de renan. & dicit Baldus quem refert Cepol. in lege si fugitiui. C. de ser. fugit. columna sexta, quod iudex debet arbitrari secundum mentem legis, sine iuris & arbitrii sui intellectu seu rationis facit capitulū, iudicantem. trigesima quaestio. quinta. Curtius Senior in repetitio. legis admonendi. col. antepenultima. ff. de iure iuran. Bartolus in lege si qua poena. in fin. ff. de verborum significatione. Decius in capitulo ex literis. tertio no. de probatio. Pich. in repetitio. legis in quart. columna quinquagesima sexta, & sequenti, ad legem Falcidiam, & dicam in fradum ponam quod probationes sunt in arbitrio iudicis. dicitur enim bonus vir, conscientia quæ intrate loquitur. & propterea qui non habet conscientiam, non potest dici bonus vir: prout nec ille frater qui habet diabolium sub capa. Iason in dicto §. sed iste. columna vigesima sexta, numero centesimo decimo, vbi postula in situ. de actio. Et si non regulet arbitrium, vt bonus vir potest appellari. Alexand. in lege, & si seuerior. columna final. C. de infami. & libro tertio, consilio centesimo septimo, incipien. viso themate. columna secunda. Narra in clementina sepe. columna trigesima secunda. Curtius in d. lege admonendi. col. antepenultima. Quoniam esset difficile legem de talibus condere, propter diuersitatem personarum, rerum, & qualitatum: prout etiam dicunt Physici, quod plura relinquuntur in iudicio æstimatione medici. Nam si iudex non habet statum, consuetudinem, nec legem, nec dicta doctorum determinantia casum coram eo vertentem, debet recurrere ad similia statui vel legis. lege non possunt. vbi Claudius. ff. de legibus & senat. Fel. in & Decius late in capitulo translat. de constituto. Iason in lege inter stipulantem. §. sacram. sermo nota. ff. de verborum obligationibus. Socin. fallen. vigesima nona. Curtius consilio vndecimo, statuto. col. final. Gammarus in tracta. de extensione. charta septima, col. 2. vbi dicunt quod sufficit quod sint similia in eo de quo arguitur: licet in omnibus non sit omnimoda similitudo. Etenim simile legis vel statuti habetur pro expresso. Ias. in l. final. col. pen. vers. secundò

cū dō aduertere. ff. de in us vocand. Et ex officio iudex debet
 tale simile sequi, etiā si pars non petat. Bald. in l. j. circa me-
 dium. C. vt q. x. def. aduoc. iud. suppl. Stante igitur tali du-
 bio, iudex in primis aduertat ad vires ingenij sui, quia magi-
 stratus virum ostendit. 5. Ethicorum. tex. comment. 9 & 3.
 Erasmus prima parte proverbiorum 984. Lisoperita chart.
 24. colum. 2. est in princip. 9. distinct. Aegidius de regim.
 princip. lib. 3. parte j. cap. 13. Et fuit originale dictum Pita-
 ci, vt refert Mar. garita poteram in dictis Laertij, vt si ido-
 neus ad dubij decisionem, saltem secundum humanam fra-
 gilitatem. Ibi quid venditor. ff. de a. d. l. edict. Felin. in capit.
 per tuas. el. j. de simon. nam in puncto subtili grossolanus
 recusari potest Iason in l. aperuisti. C. de iudiciis. Et si du-
 bitet, conferat cum peritioribus. Dixi supra in v. limitatio-
 ne de peritis allegando Panorm. in cap. j. vltimo not. de cō-
 90 sanguinitate & affinitate. † Debet enim iudex habere salē
 sciētiæ & conscientia, aliā mens eius est diabolica & in-
 spida. Barbat. in capit. quoniam. §. in aliis. vt lit. non conte-
 fia. facit j. ad Corinth. 8. quia melius erat eis non cogno-
 scere viam iustitiæ quam post agnitionem retrorsum con-
 uerti. Petrus 2. canonica. capit. 2. quem sequitur Dodus in
 Apologia contra fratrem Samuelem. charta 25. facit Vdal-
 ricus Zafius oratione 12. incipien. apud literatos. vbi pul-
 chrē & fuccinētē quomodo debet se continere iudex in
 iudicando. Gulielmus Rouille in tract. de descriptione iu-
 stitiæ. lib. 3. capit. 3. Bald. pulchrē in l. 2. C. de sentent. ex peti-
 re. Felin. in capit. per tuas. el. 2. colum. j. de simon. bonus
 text. in capit. cum non solum de reg. libro 6. Ioan. Pyrrhus
 91 in l. imperitia. ff. de regul. iur. † vbi enumerat etiam sex re-
 quisita in iudice, scilicet peritiā, bonitatem, diligentiam,
 eloquentiam, constantiam, prudentiam, & sex pœnas quas
 incurrit iudex corruptus. facit Aegidius de regim. prin. lib.
 3. parte 2. capit. 2. 1. & tribus seq. habeatque semper iusti-
 tiam naturalem ante oculos. Bald. in disputatione incip. ac-
 culatus de vi turbatiua. colum. pen. plura. Cuius Senior in
 repetit. l. adit. orendi. ff. de iur. iurand. colum. final. & quæ
 de Gallo tradit Cicero, quem refert Solomon. in repetitio-
 92 ne. l. Gallus. ff. de liberis & posthumis. charta 7. † Et veritas
 & aequitas iunt duolapides angulares, quos debet seruare
 iudex. Bald. in capit. quoniam contra. de probat. per illum
 text. Et debet iudex esse velut pater. gloss. in authen. de de-
 fens. ciuit. in princip. in vers. iudex. & se conformare iudi-
 cio diuino. e. pit. Deus omnipotens. 2. quæst. j. Barbat. in ca.
 in presentia de probato. colum. 5. 1. Et habeat semper in
 mente illud quod dicit text. in l. properandum. §. in autem
 reus. in fin. C. de iudiciis. quid aliud nisi pro omnibus Deum
 in omnibus causis iudicem esse credendum est, & quod si
 non facit quod debet, hic & in futuro seculo recipiet in ter-
 ribili iudicio magno Dei, & habebit partem eū iuda, & le-
 pra Giezi, & tremore Cain. in authen. iurand. quod pre-
 staturab his. in fin. De quo Ioan. Montolonius in Promptua-
 rio Iuris in vers. Giezi, & insuper curret auaritiā quæ
 potissimē adfessit iudicibus. Aristot. chart. 18. probk m. 4.
 hinc pictores dum pingunt quinque, videlicet Papam, iu-
 dicem. militem. agr. colam & tœminam, & subser. bunt Pa-
 pap. quod orat pro illis quatuor: militi quod defendit illos
 quatuor, agricolæ quod alit illos quatuor, mulieri quod de-
 cipit illos quatuor, iudici autē quod furatur illis quatuor.
 93 † Test. enm. auaritia emmum malenm mater. §. cogitatio.
 in authen. vt iud. vt ne quoquo s. ff. de Hippol. not. 190.
 incipien. iudices. l. f. n. i. col. 2. ff. de condit. ob. iurp. caus.
 Barbat. in capit. ex parte. colum. 3. de rescript. vbi postilla. &
 Paul. de Cast. in l. si quis. §. legis. C. de inoffi. testamen. Car-
 pol. in tracta. de imperatore milit. deligendo. charta 13. ver-
 94 sic. † item p. r. sumi potest in delictis ex auaritia. Ange. in
 l. nolimus. C. cum mad. od. t. stan. en. ordin. Merusa inter
 consilia Barbat. libro 1. consil. penult. incipien. multos. col-
 lum. final. dicit quod Hesiodus appellat tales iudices doro-
 phagos, id est munera comedentes, quorum auarum an-
 mū & iniqua iudicia Deo vlciscenda reliquit. facit Nauis
 Stultifera chart. 13. de auaritia. Amedeus in dialogo de A-
 micitia, chart. 30. vbi docet qualis debet esse magistratus.
 & char. 33. de nummi potestate. Lucas de Penna in l. ad splē-
 didioris. C. de diuer. off. lib. 10. vbi dicit quod aurum rumpit
 fores adamantinas, & plura Paris de Puteo in tract. de Syn-
 dicatu in vers. barataria. & in vers. corruptio. barata-
 riam enim committit iudex corruptus, & quid sit, declarat
 Iac. Niger in l. diem functo. columna 39. ff. de offic. ass. vbi
 subiungit etiam alias causas propter quas potest quis pri-
 uari officio. facit text. in cap. j. quæst. j. vbi Card. col. 9. dicit

quod vendentes officia iustitiæ etiam de licentia principis,
 grauius peccant, licet ibi in cap. quos confiteri. col. 2. di-
 cat fecus in episcopo vendente banchum notariæ. bene fa-
 cit Laudensis in tracta. de officialibus dominorum. quæst.
 58. † dicens, ibi probari quod quidat pecuniam pro habē-
 do officium, presumitur habere animum male faciendi. l. 2.
 C. de murilegulis. latē Gulielmus Rouille in tract. de descri-
 96 ptione iustitiæ. lib. 3. cap. 3. col. fin. † Amplia hæc maximē
 procedere in ecclesiasticis iudicibus, quia dicuntur comit-
 tere simoniam. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. charta
 34. in fin. col. 3. Biblia Aurea. cap. 2. de acceptione munerū,
 97 cap. 17. † Amplia secundo etiam in iudice ordinario laico
 capiente sportulas, quia debet esse contentus stipendio prin-
 cipis. Hadrianus Papa noster in Quodlibet. q. 9. est charta
 93. litera g. vbi in 10. q. in primo per totū. Ias. in §. tripli. in-
 fit. de act. Corset. singul. 298. sub versiculo sportula. Et sic
 male dicit Barto. si est sualectura in authen. de iudicib. §. ne
 autem. Amplia tertio etiam si iste ordinarius iudicaret in
 causa sibi a principe delegata. in qua tamen sine delegatio-
 ne omnino habuisset iudicare, quia sportulas capere nō po-
 test. Felin. in ea. de hoc. 2. col. de simon. Et de hoc habemus
 decretum expressum in ciuitate Astensi. Amplia quarto e-
 tiam si quis sponte daret tales sportulas Felin. in rub. & in c.
 j. ad fin. de simon. in capit. tua nos. de homicid. Bustus in De-
 fenforio montis chart. 4. columna 3. Iason in l. j. columna
 2. ff. de condit. ob. caus. in l. penultima. columna quinta. C.
 de pact. Hippol. in l. vnus. §. seruus nec si. ff. de quæstio. Cor-
 setus dicit. singul. 298. latē Maria. in tractatu de visitatione
 libro vndecimo. quæstione 6. est charta 10. columna 4. li-
 cet non dicatur sponte, quando præcedit taxatio vel peti-
 tio. secundum Felinum in cap. dilecti. columna j. de simon.
 fecus tamen in aduocato & medico, qui potest capere a sa-
 gacibus sponte dantibus pinguius salarium, & iustē relin-
 quere hæredibus suis. Pantaleo in repetitio. l. 2. C. de rescin.
 vendit. colum. 4. qui bene sciuit illud, dum dolor est acci-
 pe. Ioa. Franc. Ripa in tract. de Peste charta 8. in fin. 2. col.
 quia dum causa ventilatur & infirmus agrotat, tunc cures
 accipere. nam agrotato restaurato, & causa cōcordata nihil
 curant soluere. Et ille dicebat, Pota & penna nō vol erena.
 Et Gallicus, De con. & de sententia on ne doit faire creance.
 Et in eis procedere posset quod dicit Hippol. sing. 190. in-
 cipi. iudices circa fin. non autem in iudicibus, quia effertur
 pē. & quod dicit Afflictus de iure protomisicos. in verb. pro-
 hibemus. 9. norab. quos supra retuli loquendo de prouiso-
 nibus viroorum erga amicos. Et de salario aduocati. Ias. in §.
 tripli. columna penultima inlitut. de actio. potest. capere
 tamen pro laboribus præteritis: quia calzolariū tantum ca-
 pit pro fotularibus factis quantum pro fiendis. Barbat. in c.
 ex literis. colum. 9. de constitut. Amplia quinto etiam si ef-
 fer consuetudo de hoc. Felin. in capit. ad apostolicam. de si-
 mo. Decius in capit. cum M. col. 13. & seq. de constit. dum
 loquitur de consuetudine, quod nouus canonicus debeat
 aliquid soluere. & in c. nam concupiscentiam. in fin. 2. col.
 vbi Roch. eod. titu. de quo Angelica in verbo, iudex. §. 15.
 vtrum consuetudo. Amplia 6. etiam si capiat post senten-
 tiam quando potest præsumi fraus ex qualitatibus & circū-
 stantiis: imō & in dubio tali casu præsumitur, de tempore
 ante sententiam, ad tempus post sententiam. argum. l. iurif-
 gentium. §. prætor ait. cum glo. & ibi Angel. ff. de pact. sunt
 verba Laudēsis in tract. de officia. dominorum. q. 8. 1. incip.
 si iudex. ergo multo minus quando ante sententiā præces-
 sit promissio, licet non recipiat nisi post sententiam. Felin.
 in cap. tua nos. de simon. facit Sallust. circa princip. Catilin.
 & tenetur iudex etiam quod contra eum nō militet aliqua
 suspicio. auth. sed nouo iure. C. de poen. iud. qui malē iud.
 Curt. in l. qui accusare. charta. 2. C. de eden. Amplia 7. etiā
 in xenis, esculentis, & poculentis. Maria. vbi supra. glo. in
 Pragmatica chart. 39. in fi. 2. col. Practicus Papiensis in for-
 ma rescindendi sententiam latam prætextu falsi instrumen-
 ti. glo. 1. & xenia & dona excecant oculos iudicium. Eccle-
 siast. 20. & Deuter. 16. Hadr. Papa noster in Quodlibetis. q.
 10. colum. 4. & per totum. & in quodlib. 4. colum. antep. al-
 leg. Hierony. dicere quod in tantum Doctoum rabies pro-
 cessit vt accipiat pretiū in iudicio. & omnia pro muneris
 faciant. facit Bolo. in l. si pars. ff. de inoff. test. in inter-
 preat. 1. parte. est char. 28. & Card. in 1. quæst. 3. qui rectē
 in vendentes ad fi. 1. q. 3. vbi de auditoribus Rota procurā-
 tibus sibi fieri propian. sunt enim aliqui qui nō anginam,
 sed argentāginam patiuntur, vt Demosthenes. id est q. pro-
 pter pecuniam differunt vel nolunt ferre sententias. Gel. li.
 9. ca.

9. cap. 9. Cristolans. & capit. seq. Et dicit Angel. in l. non du-
 98 bium. C. de testam. † quod munera excecant oculos sapien-
 tū & mutant verba iustorum. Alber. in l. plebiscito. ff. de off.
 præf. quia pro iustitia faciendā non licet aliquid capere. ca.
 qui rectē iudicat 1. q. 3. latē Matthæus Bosius de gerendo
 magistratu. c. 13. vbi inter cetera alleg. illud Amos ca. 5. pro
 eo quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tolle-
 batis ab eo. domum quadro lapide adificabitis, & non bibe-
 ritis vinum earum. facit Petrus Iacobi. in rubric. de statu Cu-
 riarum vbi dicit, quod si rotus mundus veniret, non posset
 credere quod tū vna pars der, & alia non, certe iudex erit dā-
 ti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur aliquali o-
 dio: & si aliud non faciat iudex, saltem aliquandiu stabit &
 instruet dantem, & ei dabit gratiosas dilaciones, & parti nō
 danti nociuas: quo casu tenetur nihilominus ad restitutio-
 nem damnorum & intercess. præsertim si quis fastidiosus li-
 tigi propterea cogatur aliquid remittere de iure suo. Ho-
 stien. in summa de poenit. & remiss. §. cui confitendum co-
 lumna 2. vers. cui marchio. in fine. Imō fortius dicendum
 erit, quod iste iudex quando debet proferre diffinitiuam,
 adē inclinabitur ex affectuone pro parte dātē, quod omnes
 opinioniones quæ dicent pro ea videbuntur sibi concludentes
 & verę, contrariæ sibi videbuntur inique: quia homines facili-
 ter credunt id quod vellēt, vt dixi supra de Guelphis & Gye-
 bellinis. propterea dicit Paris de puteo de Syndicatu, in ver-
 bo esculenta. est chart. 60. quod litigans dat iudici vnam
 gallinam, vt recipiat bouem: & quod xenium intrat per por-
 tam, & diabolus exit per fenestram. facit Ludouicus in tract.
 de Veritate contrit. in 7. præcepto diuinæ legis, in octaua
 specie furum. Est verum quod aliqui iudices faciunt, vt
 Ecclesiastici in elemosyna meretricum qui spernunt par-
 ua, sed non magna. Fulgo. post Cyn. in l. 1. §. quod si meretri-
 ci. in fin. ff. de condit. ob. turpem causam. faciunt quæ dixi
 supra de aquila. quia de minimis non curat prætor. l. scio.
 ff. de in integr. restit. Iason in l. sciendum. columna 4. ff. qui
 fatidita. cogant. Corset. de potestate regia. in tractat. de mi-
 nimis. propterea dicitur quod malva per li sigli, quando el
 nidio caza à li grilli. Alij sunt qui nō ipsi sed per vxores vel fi-
 lium faciunt capi xenia. contra quos Ang. in l. 2. §. familia. ff.
 vibon. rapr. Afflictus in constitutione, apud iusticiarios. co-
 lumna 2. Dicent modō iudices, quod si ita facerent, zonas
 quas argento plenas deferunt ad officia, vacuas reportarēt
 vt Gracchus, quem refert Gell. lib. 1. §. capitulo, 13. Et conse-
 quenter quod cum labor est damno, mortalis crescit egestas.
 Azo in summa. C. de sportul. columna 1. gloss. in authen. de
 99 iud. §. si quis autem. in verb. ne autem. † Limita istam am-
 pliationem in esculentis & poculentis minimis: quia pos-
 sunt capi in defectum sui salarij, secundum gloss. in l. plebi-
 scito. ff. de off. præf. vbi dicit Alber. quem refert Ioan.
 Montolonius in Promptuario Iuris. in verb. xenia, vt proce-
 dat dummodo non capiat à calumniatoribus. Item nec ab
 iniuriæ vexatis, item nec ab infamibus. Item nec passim. acci-
 piat: quia est signum auaritiæ. Adde tū item dummodo in
 toto anno non capiat quod excedat centum aureos. 1. q. 3.
 fin. cap. non licet. vbi gloss. Item dummodo à principio ipse
 iudex nesciret quod cum tam modico stipendio non posset
 se intertinere in officio: quia non potest dicere quod sit in
 defectum sui salarij, ex quo à principio hoc debuit cogitare.
 vt in simili Barbatia in cap. cum sit generale. columna 18.
 de foro comper. dicens, quod ferens sententiam iniquam
 per metum tyranni, licet excusetur à dolo, non tamen excu-
 satur quando à principio quo acceptauit officium hoc ve-
 risimiliter potuit cogitare. facit Hadrianus Papa noster in
 quolibetis. q. 10. columna antepenultima, & seque. vsque
 in fin. & quod dixi supra de eo qui vadit pro iudice, & scit
 quod propter parititates non poterit facere iusticiam. Me-
 rito ergo inuehit Caccialupus in l. diem functo. ff. de officio
 ass. §. q. 20. vbi Iacob. Niger. columna 9. & 10. dicens, quod
 sunt quidam qui detrahentes ordini doctoreo, pro salario
 exiguo suas operas locant tanquam moeroreo ad vestru-
 ram, & postea litigantes non solum rodere, sed deuorare
 volent. Adde etiam quod quando videatur tolerandum ali-
 quid capere de permisso principis, qui omnino non solum
 stipendia sufficientia officialibus ministrare, sed mutilare:
 quia illud pauculum est calcar expediendi causam, & par-
 tes minus fatigantur perditione temporis, & expensis ho-
 spitij: vt de xenis dicitur in l. solent. ff. de officio proconf.
 & leg. sic enim legendū, nō en xenijs vt dicunt ibi Bologni-
 us, Ant. Pius & Budeus post Politianum. Est verum quod

Erasmus illud proverbum Græcum, de quo ibi in §. quantū.
 quod Latine vult dicere, nec omnia, nec passim, nec ab om-
 nibus, dicit praticari à iudicibus modernis: aliter & conuer-
 ti, scilicet capienda omnia passim, & ab omnibus, melius ta-
 men fraus cuitatur in consilijs principum, quando caput
 consilij processus distribuit clam. & relatori salariunculū
 taxat: quia isto modo quia pars ignorat relatores, auferitur
 occasio illum corrumpendi, & relatori nimis extorquendi.
 & audio quod in Rota Curia Romanæ relator non dat vo-
 tum.
 Amplia 7. in secretariis, seu notariis, quia & ipsi tenentur:
 quia sunt proxenera, imō & lenones extorsionum & bara-
 tatarum quas iudices committunt, & iudices plerunque
 petere non audent: at secretarius quod esse oculus iudicis, nō
 timet petere & minari parti quod succumbet in causa, quā
 passus est valde ambiguo, vel consistens in iudicis arbitrio.
 & quod aduersarius voluit tantum dare, & sic quodammo-
 do arbitrium iudicis offerret plus offerēri. & eademmet ver-
 ba eius aduersario dicit, vt postea dicit iudex, etsi iustū pro-
 ferat iudicium, erit tamen certus ab vtraque parte habendi
 xenia à victore: & excusat notarius se cum conscientia sua
 quod ipse emit banchū notariæ. & idē eius interest quod
 causę expediantur, & plurimæ sententiæ proferantur ppter
 emolumētū, quod nisi sic laboraret, fortassis amitteret ex-
 concordia litigantium, vel quod causa differretur anno se-
 curo quo alius talem notarium emet, sed nihil valet. facit
 Angelic. in verb. proxeneta. & in verb. leno. item propter ta-
 lia iudices eis postea tolerat eorum extorsiones & rapinas,
 quas faciūt partibus: quia vt plurimum in exigendo salario
 metas rationis excedunt. capit. statutum. §. notarium. de re-
 scrip. lib. vj. præsertim quando emunt tales notarias. quia
 tunc dicuntur publicani. Bald. lib. 3. consil. xxvij. casus talis
 in fin. vbi quætae audacia, temeritatis sint & auaritiæ. Cum.
 consil. v. nauta quidam. circa medium. Luc. de Penna in l. j.
 C. de liro. cust. lib. xij. vbi dicit, quod sunt furibus deteriores.
 Ias. in l. j. col. penul. C. de edēdo. æquiparat eos nautis, caup.
 & stabulariis. & in dubio iudicandum contra eos. Corn. lib.
 1. consilio cxcix. circa primum. litera g. ideo Petrus Iacobi
 dicit quod nullo modo deberēt vendi tales notariæ. vt per
 eum in sua practica. in tit. de statu curiarum. col. 2. vbi late in
 silit. vide Platnam in vita Nico. 3. circa medium. dicit tanē
 Card. 1. q. 1. col. ix. per illum tex. quod episcopus licitē ven-
 100 dit banchū notariæ, de quo cogita ppter prædicta. † Am-
 plia ix. in principibus negligentibus seu scientibus & hæc
 tolerantibus. nam ex quo constituti sunt ad iustitiam con-
 seruandam, & liberandū oppressos de manibus calumniā-
 tium, vt boni inter malos qui longē excedunt numerū bo-
 norum, viuere possint. vt dixi inter feudalia Bruni consilio
 xij. partes. chart. 1. Et ob hanc causam datur taxat subditi eis
 obediant, vestigalia & census tribuant & gabellas. vnde di-
 cuntur socij furum, nisi prouideant, & tenentur ad restituo-
 tionem. Eia. cap. 1. & li. refert frater Lud. in tract. de verita-
 te contritionis. chart. cxxxvj. de prima circumstantia perso-
 næ: quia criminum patientia consentui proxima est. Petrar-
 cha epistola xcj. heu. & error cui non restituit, approbatur.
 latē Rosarium Bussi lib. 1. r. l. itera N. & dicit Hippol. in l. nihil
 interest. ff. de sicar. quod princeps tenetur parti ad interestē
 de iniustitia facta per iudicem. Nec exculantur dicentes qd
 credūt elegisse viros idoneos: quanto ergo minus quādo
 iudices deputant per pecuniam vel ad requisitionem mul-
 lierum, Claud. in Monatchia Francia. par. secunda capi. xvj.
 & parte v. cap. ix. imō tales recip. præficiunt, quibus nemo
 rē suam familiarem crederet. vt inquit Socrates in oratio-
 ne de bello fugiendo. inci. omnes in opere. col. xxvij. & tūc
 dicit Simia Salernitani. chart. 3. quod hoc nihil aliud est
 quā ponere gladium in manu furiosi. Quales autem sint
 eligendi, ponit Hadrianus Papa noster in quolibetis qd.
 x. colum. antepen. Quid ergo dicemus de illis qui iubent iu-
 dices facere contra ius? glossa in regula Cancellariæ. xxvij.
 circa medium. quia nec deberent causam alicuius recom-
 mendare iudici in suo bono iure: nam iudices semper sunt
 postea timidiore in iudicando contra illum. Recom menda-
 tum. etiam quod iniquissimam foueat causam. Et deberent
 principes se rigidos ostendere contra iniquos iudices, &
 munera capientes, illosq; sæpius mutare: quia, vt Aegidius
 de regim. princ. lib. 3. par. 1. c. xij. post Philosophum, muta-
 re aliquando magistratus facit ad pacificum statum reip. p
 quo Vdalr. Zafius in l. 2. ff. de orig. iur. col. xxxij. vbi etiā al-
 legat Philosophū dicere, quod magistratus qui longo tē-
 pore durant, incidunt in tyrānidē. est verum qd Guil. Rouil-
 le in

lein tract. de descriptione iustitię & iniustitię lib. 1. cap. 6. circa medium, est alterius opinio. vide Luc. de Pen. in l. neminem. col. 3. C. de suscept. lib. 10. Ripam in tract. de Peite. char. 50. col. 3. Quinimo debent principes de talibus iniquis iudicibus & daratoribus facere, vt refert Valerius in 6. de Cambyse, qui fecit excoriari iudicem pecunia corruptum. refert Rosarium Bult libro secundo, ser. 8. litera a. Guilielmus Rouille in tract. de descriptione iustitię. lib. 3. c. 3. col. pen. Mancinellus in sermon. lib. 3. titul. 1. Et Gagui. in Chronica Francię in vita Philippi Valesii, refert Hugonem Trufiacum Parisiensis Parliamenti presidem ob corruptum a sede iudicium patibulo suspensum. Amplia decimo fortius & indubitare procedere in parte iudicem corruptente: licet plures ex istis ampliationibus congruentius possent appellari illationes. pro nunc non curo de nomine, sed de ordine. fortius vide in quo periculo ponat se

101 pars iudicem corruptumpens quia est iustitię foucat, & sententię lata per iudicem pecunia corruptum est ipso iure nulla. l. venales. C. quando prouoc. non est necesse. cap. cum ab omni. de vita & honest. cler. Archid. in c. rest. 1. 1. q. 3. facit Hadr. Papa noster pulchrę in Quodl. q. 10. pręfertim. col. 2. Hipp. in rubr. de probat. col. 1. 2. vbi dicit quod querens corrumperet iudicem, testem, vel notarium, debet puniri in amissione causę: & hoc procedit etiam si detur vt faciat iustitię. facit Ang. in l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. vbi etiā ponit de instigante iudicem: vt eximat quem a carceribus, & quod eum releuabit in syndicatu: & nullus posteriorum ibi mentionem facit. & idem vult Cad. in cap. qui recte. 1. 1. q. 3. in l. 1. q. 3. ca. vendentes. ad fin. vide Hadr. Papam nostrum in Quodlibetis. q. 9. col. 9. & 18. & 2. siue detur pecunia, siue alia res. Bolog. in suis nouis interpret. in prima editione. in l. si pars ff. de inoff. test. est chart. 27. vbi limitat dictam l. venales. non procedere quando esset data modica pecunia. Dnas alias limitationes ponit Socin. in fallent. 3. 56. limitans in arbitrio. Item quando inter plures iudices vnus solus fuisse corruptus. & fallent. 3. 7. limitat quando datur iudici pecunia pro debito salario. Item quando datur palam. de quo etiam Lancel. in l. fin. col. fin. ff. de iustit. & iure. Item limita quando daretur post latam sententię. Hipp. in l. lex Cornelia. ff. de fals. & not. 190. inci. iudices, dummodo tamen non pręcesserit promissio ante sententię, vt per

102 eum. & dixi supra prox. in 6. ampliat. §. cogitęrque iudex quod si male iudicet plus perdit, quā pars quam iniquę condemnat. quia solum aliquid de facultatibus suis, sed iudex honorem perdit & animam: quia tenetur ad damna & interesse vtrique parti: vt per docto. prędictos. Albericus in dictionario in versu. iudex. Rosarium in j. parte. serm. 2. 5. litera S. incip. tertio. Et parte 2. sermo. 19. litera E. sub titu. de

103 cõsiliis datis iudicibus. in 4. documento, & duobus seq. Et sic est deterius quā foenera: i. nam foenerator restituēdo quod accepit. potest sperare misericordiam a Deo. Sed iudex corruptus pro 10 ducatis nō poterit absolui, nisi restituat damna & interest: quę ascendunt fortę ad mille. Et propterea dicitur in c. cum aterni. de re iud. lib. 6. quod caueat iudices maxime in sententiis, quod nulla sit acceptio personarum, siue sit cuius sit, siue peregrinus, nulla erit distantia personarum. Ita paruum audictis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personā: quia Dei iudicium est. Deuter. ca. 1. Felin. in c. cum quidam. col. 3. de iure iur. frater Luc. in tracta. de Veritate contrit. in 8. pręcepto diuinę legis. cit. chart. 60. in fin. & seq. magister Renauld. in Speculo iudic. chart. 2. & 4. Et dicit Rora in antiquis decif. 820. ne quod quidlibet. quod iudex debet firmiter habere animū ad iustitię. non obstantibus precibus magnatum: quia illa magis ei famam dabunt. Hostien. in summa. de offic. ord. col. 3. & aduena non sunt ideo spernendi. Guiliel. Monferat. in proce. titu. de success. regum. & dicit Apostolus quod Gracis, & Latinis & Barbaris debitor est. refert Barb. libr. 1. conf. 4. 3. pręclat. de col. in ca. nouit. in fin. princip. per illum text. de iud. nil vendicit. odiū vel fauor vsurpet. timor exu-

104 ler. pramium aut eius expectatio iustitię non cuertat. Et statēra gerat in manibus, & lances appendat equo libramine. prę oculis habeat solum Deum. de quo Bald. in l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & Boetius lib. 1. de consol. metro. 7. incip. nubibus atris. inquit: Tu quoque si vis lumine claro cernere verum, Stamine recto carpere cœlum: gaudia pelle. Pelle timorem, spēmque fugato. Nec dolor adit, nubila mens est. vindictę frenis, hæc vbi regnant. refert Maria. in tract. de visitatione. lib. 1. 1. q. 6. latius Afflictus in constitutione, vt vniuersi. col. 1. antepen. amor & odium cor-

rumpunt iudicium. Arist. parte 27. problem. 13. Biblia Aurea c. 73. de iudiciis hominum falsis. Petrarca in pręfatio. ne epistolarum. chart. j. Alexand. de Neuo in consil. contra Iudęos foenerantes. col. 27. Are. consilio 165. Bultus in defensorio montis, chart. 26. col. quarta, pulchrę in suo Rosario. li. 2. serm. 29. litera i. & seq. Dantes in Paradiso c. 14. ante fin. e poi lassero l'intelletto legat pulchrę Hadria. Papa noster in suo Quodlib. quæstion. secunda, col. 1. & chart. 18. col. 1. & quæst. 3. col. 6. allegando. 2. Rhetor. & quæstione 4. col. 7. vers. ad quartum. & ibi in fin. col. 9. & quæst. 6. pen. chart. Allegat Philosophum 3. Polit. c. 2. 4. dicere, quod sicut mens sine affectu seu passione est lex, ita cum affectu est fauulima bellua. vbi col. pen. Anto. de Prat. in 1. vol. consiliorum Barba. consil. pen. incip. si contra vastallum. col. fin. facit Papa Pius contra ducem Austria. epistola 3. chart. 5. Matthæus Bosius de regendo magistratu. capit. 13. & tribus sequent. Polyauthea verb. iudex etiam. in ver. iudicium. Guil. Rouille in tract. de descrip. iustitię & iniustitię lib. 3. cap. 3. columna quinta. Catilina in prin. suę

105 responsionis contra Cice. dicebat. Omnes qui de rebus dubiis consultant, debere in primis animaduertere, ne cuiquam voluptati temerę assentiant: neve liberum ingenium fauore aut iracundia pessudent, imò eniti debent vt durēt inuitis animis, vt omnium rationes æquę concupiscant nec in alterutram partem inclinent, donec luce clariore in apertum deductę & satis perorate causę videantur. Difficile est enim commotis animis & concitatis ingenijs verum cuique persuadere. de ira latę Lucas de Penna in l. 2. C. de exact. trib. lib. 10. col. 2. & Diodorus apud Thucydidem. lib. 3. dicit quod duo sunt præcipuē ad bene consulendum contraria celeritas & ira. cap. ponderet. l. distinet. capit. Deus omnipotens. 2. q. j. Specul. in tit. de req. consil. col. 6. versu. item not. Felin. in c. ecclesia sanctę Marię. col. 13. de consil. Albertanus lib. j. de syllaba quis. & lib. 2. de consiliis dandis. col. 7. Et rubr. ne petas consilium ab irato. est in rub. de Amicitia iracundi hominis vitanda. Bolog. in Theodosiana in versu. vnde est. char. 10. Luc. de Penna in l. his tatummodo. C. de cursu public. lib. 12. Decius in proce. sermonis. post suum consilium 151. Et dicit Imol. in clem. 106 pastoralis. columna septima, vbi ampla apostilla, quod sententię lata tam breui tempore quod verisimiliter apparet defectus causę cognitionis, est nulla. latę Brunus in tract. de forma. chart. 8. 4. col. j. Hippol. in l. qui eadem. col. 4. ff. de fidei. Et dicit Bald. in lab eo. 3. oppos. C. quomodo & quando iud. quod quando pars est præsens, debet iudex admittere probationes, hinc inde audire, ventilare, discutere & trutinare in magno consilio. quoniam, vt inquit Rora

107 in Antiquis, decif. 774. dic. quod aliquotiens deliberatio sape trahit hominē, & facit videri bonum quod antea malum apparebat. & Apuleius de Deo Socratis. char. j. nulla res potest esse eadem festinata simul & examinata. facit prouerbiū Gallicorum, De fol iuge breue sententia, & qd dicunt antiqui, quod tempus est pater veritatis. refert Gellius lib. 12. c. 1. philosophum. in fin. & veritas est mater iustitię. Bald. in l. libertini. ff. de stat. hom. pulchrę facit Aretin. consil. 65. in præsenti. dicens, quod est magna mentis opus, licet ad pauca respicientes de facili enuntiant. secundum eum in prin. post philosophum. & dicebant Bias philosophus & Socrates, quod consilio maxime contraria sunt fe-

108 stinãtia & ira. licet fecus in rebus bellicis, in quibus plerunque plus valet celeritas, quā virtus. Erasmus j. par. pro uer. 835. tenenda bipennis. & 2. parte prouerb. j. festina lente. & 3. parte prouerb. 52. ne de lite pronunties. & si non audiat allegationes, iudex tenetur de dolo. Angel. in l. ex maleficiis. §. si iudex. ff. de act. & oblig. & propterea Ias. in prætatione j. ff. veteris & j. C. laudat eum qui sic cognoscit, vt is qui iudicatur, ita prius rationibus conuincatur, vt sese meritò iudicatum fateatur. Richardus 4. distin. artic. j. q. j. dum loquitur de causā iudicij vniuersalis. temerarium ergo putō victorię causę cuiquam promittere. vt quidam aduocati nimium audentes faciunt, attentis tor contrariis quibus iustum iudicium peruertitur. Spec. in tit. de aduoc. Rip. in tract. de Peite. char. 79. nu. 189. Imò laudandus est qui in quæstionis casu quamuis claro vbi per vnā sententiam succubuit, adhibet socium in aduocatione, vt boni medici in cura ægroti: imò quandoque aduocatus ob affectionem qua profectitur clientulum non bene cognoscet verum, vt dixi de iudice: propterea aduocando aduocatum finge te arbitrum, & propone sibi casum iudicandum, non consulendum pro aduocato, & cessabit affectio & non decipieris. Pur-

gato itaque animo & mundatis manibus. Paris de Syndicatu. in veri. iudices puras debent habere manus. est char. 4. 5. & char. 6. co. 2. vers. per syndicatores. Recordetur quod onus iudicandi est graue. Lucas de Penn. in l. si. col. penul. C. de ven. re. ciuit. lib. 1. 1. Aret. in consilio 155. periculosum in princ. Nauis Stultifera chart. 12. de offi. iudic. pulchrę Hadrian? Papa noster in Quodlibetis q. 10. co. antepenult. vbi

109 allegat Ecclesiast. 7. Noli querere sicri iudex, nisi virtute potens sis, & c. Alber. in proce. C. col. 4. nec debere reputari tale onus leue, quod Iosaphat tam graue existimauit. & ibi pulchrę, & quod in eo iudicio quo iudicabit iudicabitur. Alber. vbi supra. & ca. Deus omnipotēs. 2. q. j. facit Zachar. in sermon. conf. Pisani. col. j. Albertianus de vindicta faciendi & officio iudic. lib. vlt. Lucas de Penna in l. omnes. col. 2. C. de decur. lib. 10. faciunt pulchri versus Senecę, quos refert Iodocus in tract. de nobilitate. cap. 13. vos quibus, & c. Quicquid a vobis minor extimefcit, maior hoc vobis Dominus minatur. vbi alia adducit. facit Ang. in §. curare. col. ante penul. inf. de act. versu. restat. & fuit dictum Xyfti Pythagorici. Iudicans homines, scito quod iudicaberis a Deo: & propterea maius est periculum iudicantis, quā iudicati. Nam iudicabit iudices iudex generalis: ibi nihil proderit dignitas Papalis, siue sit episcopus, siue cardinalis, reus condemnabitur, nec dicetur qualis. Ibi nihil proderit quicquam allegare, neque excipere, neque replicare, neque ad sanctam sedem appellare. Reus cōdemnabitur, nec dicetur quare. Cogitate miseri qui vel quakes estis, quid in hoc iudicio dicere potestis ibi non erit locus Codicis, nec Digest.

reo penes scelas per quas ascenditur palatiū Broleti Medio. Jani, quod in controuersis causarum corporales inimicitie oriuntur, sit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur: multa & inhonesta crimina deinde consequuntur, bona & vtilia opera postponuntur & quisepe credunt obrinere frequentius succumbunt: & si otinent computatis laboribus & expen. nihil acquirunt. Item & memorare illud quod dicit Saluator Matth. 5. capitulo, si quis voluerit tunicam tuam tollere, & iudicio confedere, dimitte ei & pallium. 14. q. 1. cap. 1. vt refert Flor. in l. si. in fi. ff. fam. l. circ. dicens. ff. quod propterea quis non debet esse nimis promptus in litigando. & est ratio: quia sine quis habeat iustā causam, siue non, nō potest litigare sine sumptibus. Bal. in cap. cum dilecti col. pen. de dolo & cõtu. Pragmatica de causis. in glo. in ver. litium. est chart. 109. facit diuus Hieron. in tertia parte tract. octauo epistol. 3. 6. incip. cuncti mei sensus. & dicit Ang. in l. nemo ad fin. C. de acquir. pos. quod ille cui mouetur controuersia, licet ipse non dubitet, tamen presumitur de iure suo vacillare: quia dubius est euentus belli, hinc Erasmus 3. parte prouerbio. 398. cum licet fugere, ne quare lites. Ioann. Motolonius in Promptuario iuris, in ver. 10 bo, tunicam. ff. hinc qui desistit à lite, non dicitur dissidere de iure suo: sed lites excrari. Felin. in capi. illud. columna 5. de præscrip. Cuilibet ergo consulimus bona fide quod prior sit ad componendum, quam ad contendendum, 90. distin. per totum. Marianus in capitulo secundo, columna 61. versiculo decimoquarto principal. artic. in 1. conclusione de libel. oblatione. vbi subiicit: hoc ego in primis ex charitate vobis consulo, ff. potissimè cum eritis doctores, vt cū dicit auctoritatibus non solum persuadeatis, verum etiā impellatis & astringatis partes ad compositionem & concordiam: & à causis propriis omnino abstineatis propter prædicta: & etiam quia dubius sit euentus litis, si propriam causam amittetis, esset vobis magnum dedecus & sic perderetis causam & honorem: & propria affectio ledet in ducere intellectum vestrum ad perniciem. Et ibi allegat Marianus Thomam Doctum dicere quod post cõtingere quod doctor non haberet soluentem sibi mercedem, propter quod causa de facili perderetur. Et si non bene fatissit aduocato: non potest bene studere. Cardinalis in clementina 1. de reliqu. & vener. sanct. columna decima, versiculo, excellentissimū: Fugendas ergo esse causas proprias tãquam rem perniciosam: exemplo pistoris qui panem ponit in furnum, & nō se. Et si necessitatis litigare in causa propria, aduocatum quære. Et Decius in capitulo, cum venissent columna 4. de iudic. 12. cūs, ff. vnde boni viri lites excratur. Iason in l. filio pater. 1. not. ff. de lega. 1. Nauti Stultifera, charta 81. de litigatiōibus in iudicio, propterea dicit Felinus in dict. capitulo illud. col. 3. & in cap. nihil. in primis verbis de præscr. q. plures ob execrationem litium dimitunt ius suum in discussum. Nec mirum quia est difficile obtinere sententias, sed difficultus obtinere executionem. l. quod debetur. ff. de pecul. quam si non obtineas, frustratorium fuit tuum iudicium, cuius executio tendit in vanum. Baldus in capit. ecclesia columna 1. vt lit. pendente, & quia in executione stat vis. Alexander & Ias. procmio rubricæ. ff. de re iudic. dicit quod ille titulus est piens auro. propterea dicit Felin. in capitulo nihil. in primis verbis de præscript. quod plures propter execrationem litium dimitunt ius suum in discussum: & isti perpetuò litigantes presumuntur calumniōsi, & sunt ex ois legibus. Barbat. in clem. vt calumniis. de re iudicata libro 2. consilio septimo, incip. sapienter columna 11. & consilio 31. omnia quæcunque. columna secunda, libro 4. & in dicta clemen. vt calumniis. columna 2. dicit quod hoc in tantum procedit, vt ille qui de leui litigat non sit admittendus in reitem, nec in accusatore. idem Barbat. libro 4. consilio 32. omnis columna 2. Est bene verum quod dicit concordia possit suaderi, non tamè potest imperari: nec quis cogi potest ad transigendum regulatiter. Iason in authen. si verò contigerit. columna fin. C. de iudic. Lanfranc. in tract. de arbitris. quest. decima quinta, Caccialupus in tract. de tranfact. quest. 20. Felinus in capitulo quæ in ecclesiarum. columna 14. de constitut. latius in rub. de treu. & pac. Dec. consil. 12. col. 2. Galiaula in l. 1. §. ex his igitur. ff. de verb. oblig. col. 5. Iason in l. si conuenerit. col. 2. ff. de re iud. in l. quidam existimauerunt. 2. col. in vltimo not. ff. si certum petat. & ibi Socin. & dicunt Felin. in dicta rub. ad fin. & Lanfranc. quod non solum partes non possunt cogi: imò si iudex videt alterā partē litigantiū fouere iusticiā non modò cogendo sed persuadendo facere compromissum: facit contra conscientiam si propterea pars fouens iusticiā ali-

quid

quid relaxet de suo. & de hoc contra Socin. inuehit Lancc. Politus in trac. de substitut. viij. quest. in materia pupillar. col. 3. quod tamen limitat ibi Felin. nisi alia pars relaxet sibi scienter, quia videtur donare: vel secundum Caccialup. vbi supra. & Barbat. lib. 3. consil. j. col. penul. nisi forte videat ex pedire parti iusticiam fouenti ex aliqua causa: puta quia lis possit multum protelari per appellaciones: nam posset tūc persuadere actori, & etiam reo quod velint potius transigere: quia melior est certa pax, quam sperata victoria. Aeneas Syluius epistola cccxlvi. sumus, & epist. lxxvij. questus. dicit quod melius est de iure suo aliquid tradere cum pace. quam totum litigando consequi. p. quo Cicero in Officijs chart. xxi. quod est nō modò liberaie paululū nōnūquā de suo iure decidere, sed iterdū fructuosum. Idē Aeneas. postea Papa Pij epistola vi. fati? cēfuit dubia pacis bona, quam certa belli mala subire. est verum quod à rustico nunquam consequeris quod velit de suo iure aliquid detrudere. Cardin. Papien. dixi supra de capiente velum propter diuitias. Et potius dietim ex municipio ad urbem cum asino lignis onusto: & fortè furatis statim pretium aduocato, vel procuratori deferet, & sæpius reprehendi eos quod faciant: eo quod eos pigeat agriculturā, & tamen infamiam otij litigio excusant. Sed eis euenit vt furi, qui si tempus & impensam quam cum tot periculis consumit in furando, exponeret in aliquo honesto exercitio, ditior & quietior esset. idem vult Felin. vbi supra, quando esset vnus pauper qui litigaret cum vno diuite: nam licet foueat iusticiam, non poterit eam consequi contra illum potentem: nam contra maiorem nemo præsumat honorem gloss. 2. in l. quia etiam. ff. de alien. iud. mut. causa fact. faciunt quæ dixi respondendo ad vj. ampliationem de diuite: & quod lex est araneæ tela, vt dixi in materia partialitatis: licet fieri deberet oppositum, vt infra dicam. quod in dubio iudex debet sequi viam benigniorem. Tunc enim iudex partes concordando si aliquid detrahat de iure illius pauperis, non peccat, secundum Corset. in tractatu de potest. regia in xxij. priuilegio pacis. Roch. in capitulo nouit. viij. not. ff. de iudic. plures alias fallentias & casus in quibus quis possit cogi facere compromissum seu cõcordare, ponunt Iaso. in dicta l. quidam existimauerunt. Felin. in dicta rubric. & Caccialupus in dicta quest. xx. vbi in fi. dicit q. inter alia pericula aduocatorum illud est primum, quando scit partem suam fouere iniusticiam. & illam inducit ad tranfectionem: & sic consulit quod alicuius capiat: & allegat beatum Thomam dicere, quod si in pgressu litis videt causam clientuli sui iniustam, debet eum inducere ad cedendum, vel ad componendum sine damno aduersarij. In talibus ergo iudex semper debet advertere & insequi mentem disponentis. Socinus in l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. Iaso. in l. iuris gētū. §. prator ait. col. secūda. ff. de pactis. Ang. 251. cclxxj. visis & examinatis. col. final. Barb. libro j. cõsilio xiiij. clementissimū. col. secunda, etiam verba improprio, vt Barbat. consilio lxj. col. i. incipien. scribitur libro j. & libro ij. consil. x. sapienter. col. vi. nam mens, ratio, & cā idem sunt. Bald. in consilio schismatis, columna xi. vbi subijcit, quod iustificat suū causatum: licet in sua constitutione principis spiritualis possit de minima ratione magnā facere. ex quo placet Hostien. i. summa de rescrip. §. quas vires. col. secunda ideo non in folijs sed in radice rationis consistit euangelium. j. quest. j. Marcion Hadrian? Florētinus de Traiecto Cancellarius Bononiensis, nunc Papa nosser, in suis Quodlibetis. quest. 2. col. ante penultima. facit Marasco tus in capit. j. de constitut. libro vj. col. secunda, & q. tantum verba scatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, est custos prudentiæ: Prouerbio xix. & Felin. in capi. ad audientiam. el primo. columna 3. de rescriptis. dicit: q. virtus humanorum actuum non stat in modico attamen to, id est in verbis, sed in eo quod maximum est, scilicet in mente hominis, latè Barbat. in c. j. col. x. de iur. calum. Paul. de Castr. libro primo consilio cccxxx. incip. iudex est minister Dei. i. prin. & dicit Seneca, quæ refert Barbat. in repe. rub. C. q. admit. col. xliiij. philosophia nō est populare artificij, neque ostentatione parta: non in verbis, sed in rebus consistit Philosophia: sicut anima regit corpus, ita mens regit dispositionem. Curtius consil. xliiij. statuto. col. vj. Calcane? consil. j. col. xvij. & ibi col. xv. dicit, q. ratio & mens idem sunt. l. cum mulier. ff. solut. matr. prout Barbat. in d. consilio x. vnde in legibus & statutis debemus attendere rationem & mentem: vt per eum, & Barb. lib. 4. consilio lxxxj. præclare. columna pen. Lancel. Politus in tract. de offic. aduoc.

rubr. de scientia, chart. j. Natta in repe. c. quamuis, de pact. li. 6. col. pe. dixi in meis claufulis generalibus instrumentorū in verbo, & hæredes. vbi latè de ratione legis. Et hoc etiam procedit in diuinis scripturis. Roch. in tractatu de consuetudine chart. x. columna secunda Et non solum ex cõiecturis elicitis ex dispositione, sed extra dispositionem. Ang. in l. hoc iure. ff. de euic. Bald. in l. voluntatis. C. de fideicom. quas tamen secundum aliquos oporteret probari per septem testes, si sint in materia testamenti. Bart. in l. cum proponeretur. ff. de leg. ij. distinguentem vt per eum, quem sequitur Curtius Senior in rep. l. admonendi. de iure iur. col. lviij. Iaso. in l. errore. col. m. fi. C. de testam. Felin. in c. ex literis. col. m. 3. de fid. instr. Ale. in rub. ff. de acquir. pos. Et non solum attenditur expressa, sed etiam præsumpta, videlicet illa de qua verisimiliter statuentes seu disponentes interrogati respondissent gl. in l. tale pactum. ff. de pact. vbi Iason dicit hoc procedere in legibus, statutis, conuentionibus, & rescriptis, vt illud habeatur p. disposito, quod verisimiliter fuisset statutum, si de hoc fuisset interrogatus. Idem vult Felin. in c. cum ecclesiastica de excep. formaliter Curtius consil. xliiij. statuto. col. v. Ias. in l. cum res. per illum tex. col. 3. ff. de leg. primo, text. melior de iure secundum Claud. ibi in l. mulier. in princip. ff. ad Treb. qui de hoc remissiones allegat in l. ex facto. col. m. ante fin. ff. de vulg. & pup. Ang. de Maleficijs. glo. facit in ultimum 4. col. m. Campezius de dote. vlt. parte. q. xxiiij. Decius cõsilio lxxxix. col. v. in c. suggestū. col. 2. de appel. Hipp. in l. si quis viduam. col. 3. ff. de quest. & licet Ias. in d. l. tale pactum. ad fin. impugnet vnā limitationē d. Ant. de Butr. ad hoc dictum, tamen ego vidi vnum consilium eius, vbi in chart. suam sequitur. Aliter limitat Lâcel. in l. Gallus. col. pen. ff. de lib. & posth. vt pcedat quando talis casus erat in potestate disponentis alijs. ff. vnde licet solus Deus sit feruator. cordium. xxxij. dist. c. erubescat. ga nec damo potest scire cogitationes hominū. Panor. in c. nouit. primo not. de iudic. vbi Decius. Marfilus Ficinus lib. vj. epist. mitto varicinium. chart. cxvj. potest tamen mens & intentio alicuius esse nota prudentibus per indicia & coniecturas, sicut vultus respicientiū respiciunt in aquis. Ang. in l. inter stipulantem. §. j. co. 3. ff. de verb. oblig. ad quem locum se remittit ipse in l. ab executore. ad fin. princ. ff. de appe. Idem Ang. consil. xxxix. visis & inspectis. col. m. 3. circa medium. & cccxiiij. viso d. testamento. ante fin. Quæ mens non solum declaratur ex verbis, ex quibus iusta mens ipsa probatur. Fortunius de fine iuris columna. 56. Felin. in rubr. de fid. instrument. in primis verbis vt Barb. lib. 4. cõsilio lxxvj. magnus columna 2. & lxxxij. ad fin. eodem & etiam ex factis. Quia magis realitatem actus, quam verba. Bald. in capitul. j. de postul. præla. columna. j. ideo facta sunt fortiora ad declarandum mentē quam verba, quæ sæpe proferuntur contra intentionem proferentis l. de quibus. vbi Ias. col. ix. in 4. nota. ff. de legib. Socin. consil. cxxxij. profectō. in fi. col. 3. & cxcij. capio. col. 3. per l. Paulus non tantum verbis. ff. re ratam habe. Lancel. in l. cum filio. col. ix in fin. ff. de leg. primo. Nico. Boerij in tract. de seditio. charta xxvij. Ale. lib. vj. consil. cxxxv. redemptoris num. v. & consil. 3. num. 4. 3. repli cato consil. cxix. idem Lancel. in l. reprehendenda C. de inst. & substit. Paris de duello & remilit. charta xl. sub rub. quando vnus pugnantium dixit Ioann. Mirand. col. fin. vbi al legat ludæos dicentes Aue rex. Iudæorum. & tamen dabat cialapas. facit Mosferra. in repe. l. si constan. ff. sol. mat. col. xxxv. allegat c. ex ore. de his quæ sunt à mai. par. capit. facit Decius in serm. consil. Pisani. post suum consilium clj. col. m. si. Igneus in repet. l. dudum. C. de contrahen. empt. col. m. 4. Socin. consil. cix. in præfenti. col. m. Petr. de Vbaldis in tractatu de societate. 3. parte ca. cum isti fratres est. consilij Roma. Bald. in proce. rex pacificus. col. m. 3. & in fi. allegando Iob. Animam meam in manibus porto. id est cor meum in operibus meis. & in capitu. ne in iuribus de constit. dicit. ff. quod tenor vitæ ostendit conscientiam. bene fateor q. illud quod venit ex mente & verbis censetur fortius quam illud quod venit ex mente solum. Signor. consil. clxxv. factū. col. m. v. in fin. versiculo 3. sic vt Barbat. lib. 4. consil. xxxvj. magnus. col. m. secunda. & lxxxij. ad fin. in eod. fed etiam ex factis. ff. Et propterea dicimus, quod voluntas testatoris in vltimis voluntatibus semper est inspicienda. l. in conditionibus primum locum. ff. de cõdi. & demonst. l. 3. vbi Iason aggregauit concor. C. de lib. p. grt. Decius consilio xv. & lxxx. col. iij. lxxxix. col. m. 2. & in cap. in præfenti. col. xxxiiij. de probat. vbi dicit quod est illa quæ facit totum & hoc procedere etiam si faciat contra religionē. Ange. consil. cxcxiiij.

quoniam vbi in primis verbis hoc dicit procedere etiam si verba repugnent. Galiulain repet. l. centurio. ff. de vulg. & pup. chart. 1. s. nume. 244. pulchrè Fortunius in repet. l. Gallus §. & quid si tantum. columna 39. num. 99. ff. de liber. & posthu. & columna 38. numero 94. dicit quòd est metru & mensura iuris testamentorum. & dicit Iaf. in l. si res obligata. 1. not. ff. de leg. 1. quòd omnis regula contraria fallit in hoc: quia in vltimis voluntatibus prater l. nemo potest. de leg. 1. voluntas testatoris tanquam regina est illa quæ domi natur & attenditur: & sola mens testatoris attendi debet, etiam quòd sit tacita, & ex coniecturis colligatur. l. penu. ff. de leg. 1. cum proponeretur. in si. ff. de leg. 2. cum sim. vt Decius consilio 122. columna 2. Panor. consil. 78. punctus in 1. columna lib. 2. Bol. consilio 43. columna 7. pulchrè Angel. consilio 294. incip. quoniam. in princip. Alexand. lib. 4. consilio 52. col. 1. & 2. Et dicit Claud. in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posthu. col. 2. quòd verba impropriantur ad hoc vt mens defuncti seruetur in forma specifica. l. Proculus. ff. de usufruct. & dicit hoc esse singulare: pro quo Curtius consil. 75. dominus Lud. columna 5. & 51. super columna 1. Et dicit Aret. in l. verbis ciuilibus. 3. no. ff. de vul. & pup. per illu. tex. quòd debet seruari voluntas defuncti, etiam si dispositio redderetur inutilis. dicit semper menti tenendum. Et post multa alia dicit Baldus Nouellus in tractatu. de dote. in prin. 5. partis. quòd veniens contra voluntatem testatoris dicitur iura pietatis violare, etiã si huiusmodi voluntas tendat contra fauorem liberatis. l. contra voluntatem. C. de test. manu. Et dicit Igneus in sua subtili repet. auth. ex causa. C. de lib. prate. col. 22. quòd voluntas testatoris debet impleri in forma specifica: praterim vbi lex non inuenitur resistere tali voluntati, licet non asistat. Et ibidem col. 33. quòd opinio testantis prafertur significationi terminorū l. seruo manumisso, cum glo. ff. de condit. indeb. facit Iafon in l. quotiens in stipulationibus. §. col. ff. de verb. oblig. Calc. consil. 68. magister Tomius. col. 3.

20 Item mens contrahentium semper est inspicienda l. fin. C. que res pig. oblig. poss. l. in cōtentionibus. ff. de verb. sig. et eni ipsa quæ dat esse contractui in genere. Igneus in l. contractus. col. 6. ff. de reg. iur. Socin. consilio 43. in presententi col. 4. & consil. 213. in presententi col. fin. Decius cōsil. 48. columna 1. & 43. col. pen. 190. col. 2. Iafon in l. 3. C. de liber. pter. vel exhered. Et adde q̄ regula Pau. de Cast. l. 1. §. 1. 18. viso & examinato. col. 1. vbi etiam ponit quomodo cognoscitur talis mens contrahentium. facit Corn. lib. 1. cōsil. 16. repet. lib. 3. consil. 12. in presententi col. 2. in si. Alex. in l. si tibi. ff. si cert. pct. Iafon & Socin. 3. nota. dicit & si oporteat impropriare verba. Riminal. in l. si de certa. C. de tranfact. dicens quòd verba generalia contrahentium restringuntur secundum eorum mentem. facit Bon. in tracta. de nobilitate. 3. parte. numero 181. Pauinus in tract. de auth. capituli se de vacante. in 3. preludio. vbi dicit idē in rescriptis. latē Hippoly. in l. sed sciendum. columna 2. ff. de parric. Panor. in ca. pastoralis de deci. in fin. Calca. consilio 13. viso instrumento. columna 8. vbi dicit, quòd ad mentem contrahentium & non ad verba inspiciere debemus. prout & fit in legibus: quæ autem sint de mente contractus, dixi in meis clausulis generalibus. in versicu. contenta. Intelligit semper prædicta procedere quando disponēs processisset ad dispositionem: aliàs enim non sufficeret ita voluisse. nisi disposuisset. ita Iafon in d. l. 3. C. de liber. prate. in 1. fallen. in l. quicquid astringendæ. columna 3. versic. adde in 1. membro. de verborum oblig. in l. si res obligata. columna 5. versic. circa secundam partem ff. de verborum obligationibus. Pich. in rep. §. Titia. columna 57. Ruynus in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 18. post med. vbi Monfer. in fin. columna 14. de lib. & posthu. Soc. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. vbi facit 10. cōclusiones circa hoc. quamquam Igneus in d. authen. ex causa. col. 8. dicat quòd vbi expressa morientis voluntas apparer licet non sit testatus: tamen seruetur illa voluntas ex quadam æquitate legis. per §. quamobrem. in authen. de nupt. l. ab in testato ff. de iur. codicil. per rationem l. quædam. ff. de acqui rend. hered. Et quia Iafon in dicta l. 3. C. de lib. prate. ponit quatuor fallen. adde aliam quam ipse ponit in d. l. si res obligata. 1. not. vt non procedat quando talis dispositio esset contra legem.

21 Itē in dubio in princip. caufæ, & sic in his que respiciunt ordinationem litis, magis fauetur actori quam reo in medio caufæ. & sic circa processum & probationes pariter fauetur vtrique. In decisione, & sic sine caufæ plus fauemus reo. Bart. Iaf. & alij in l. inter stipulantes. §. 1. ff. de verb. oblig.

gat. fuit doctrina Azon. quam latē examinat Moder. in l. de die. vbi Iafon. col. 2. & 3. ff. qui fatid. cog. & dū dicitur fauendum reo, limita nisi in causa testamenti, doris vel aliàs fauorabili: quia ille fauor præpondet. Decius in c. 1. col. 3. de proba. versic. 6. limita. facit Philosophus, part. 29. probl. 13. & sequenti.

Item in dubio adhaerendum est regulæ & pro ea pronuntandum. l. ab ea parte. ff. de probat. c. 2. de coniug. leprof. Et citenaciter inhaerendum. Bart. in l. si tutor. in si. C. de ser. pig. da. man. Iafon in l. ex quacunque. columna 6. ff. si quis in ius voc. non ierit. in l. si. columna 5. C. de edic. diui Hadria. tol. in l. qui se patris. col. 1. §. C. vnde lib. in l. ab antiquis. C. de testam. col. 3. Felin. in cap. 1. col. 3. & seq. de re iudic. Alexand. in l. ex diuerso. §. in iudicio. co. 3. ff. solut. matrim. Rom. consil. 208. incip. hac impetratio. Barbat. lib. 1. consil. 2. columna. 1. Et ei inhaerere debemus, vt Bononiensis carrocio. Iafon in l. diuo Pio. nu. 8. ff. de re iudic. in l. si constate. n. 15. ff. sol. matr. Roch. in tractatu de iure patronatus. in verb. honorificum. col. pen. Et quando à regula receditur, debet exprimi causa Decius in c. consulu. el. 1. de appel. & qui habet regulam pro se, dicitur habere rem certā. Decius in ca. cum adeo 3. not. de rescript. Et dicit Iafon in l. cætera. 3. not. ff. de lega. 1. quòd semper est pro regula pronuntiandum, & pro regula plura ponit Decius in c. trāsilito. 4. not. de constit. & in 2. lect. & in ca. cum adeo. in fin. 2. not. de rescript. & in capit. sicur. col. 2. & in cap. in presententi. columna 6. de probat. & in cap. ad nostram. in fin. & in consilio 142. columna 4. in rubric. ff. de regulis iuris. numero 7. & dicit Curtius Junior consil. 7. columna 8. quòd in dubio tenendus est intellectus per quē minus leduntur regulæ iuris communis. Et est lata culpa ignorare regulas: secus de fallentis. Iafon in l. quod te. col. 4. ff. si cert. pct. vbi Socin. columna 1. Ioannes Pyrrus in rubric. ff. de regul. iur. in l. qui cum alio circa medium eod. titulo, dixi supra 8. limitatione de decis. in terminis. vbi q̄ est nihilominus ineptum, regulam non fallere, vbi æquitas suadeat. & quod exceptio est fundata in æquitate, dic vtibi. Et dicit Salicetus, quem refert. Cacciaiup. in tracta. de modo studendi. columna vnde cima quòd debemus stare regulis, nō ponere caput ad casus singulares & peregrinos: quia est doctrina periculosa. Salomon. in §. responsa. instit. de iure naturali. chart. 5. Afflictus de iure protomiscos, col. 2. Nec mirum, quia dicit Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. nu. 187. quòd quando Doct. aliquid iniustum eliciunt ab aliquo text. illud notandum dicunt singulariter, & menti tenendum. est tamen temerarium dicere tex. vel gloss. singularem, vt supra dixi loquendo de autoritate glossa.

23 Item in dubio amplectimur eam opin. quæ minus lædit ius commune. Galiulain repet. l. centurio. charta. 10. numero, 152.

Item in dubio amplectenda est opin. per quam redimus ad ius antiquius. Codrus ferm. 11. nescio. vbi chart. 1. dicit, Legibus quidē antiquis vtire: in cibus vero recentibus. quotiens tractamus de redeundo ad ius primæuum, siue commune etiam si sumus in materia correctoria, semper dicitur fauorabilis & extendenda. glof. not. in capitulo statutum. in verbo. numerandum, de præbend. lib. 6. quam ad hoc reputat notabilem dom. Alexand. in l. si constante. in princip. in 3. columna. ff. solut. matrim. quam per plura comprobat Iafon in l. nemo potest. 2. lectura columna octaua de legat. 1. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. col. 3. ff. de pact. & in l. omnium. in prin. 3. col. C. de testa. in l. properandū. in prin. col. pen. C. de iud. Monfer. in d. l. nemo potest. col. 10. So. cōf. vlt. 2. vol. ad fin. Brun. de statutis. 7. art. q. 2. Felin. in c. cum omnes co. 3. in c. cum accessissent. col. 3. de constit. in c. veniens. col. 3. de prescrip. Guilermus Monferat. in trac. de successione regū. chart. 8. numero 10. in quibus omnibus locis inter cætera dicunt per illā gl. quòd si populus fecit aliqua statuta contra ius cōmune, q̄ postea fecit confirmari à principe, si idē populus voluerit postea tale statutum destrucere, poterit hoc facere sine licentia principis. Hinc est quòd Curt. Jun. consil. 2. in fin. per illam glo. dicit quod in diuersis consuetudinibus 24. statum illi pro qua est ius commune. Hinc est quòd statibus paribus probationibus statum illi quæ cōcordat cum iure communi. Bald. in authen. omnes peregrini. C. com. de success. cū sim. vt tradit Fran. de Curte in trac. testium. cōcluf. 9 & consil. 24. col. 2. Decius in cap. in presententi. col. 28. de probat. Corset. singu. 358. incip. statut. Hinc dicit Aegidius Bellamera decisio 507. conclusio. quòd in casu quòd si ius cōmune concedit aliquid specialiter in aliquibus casibus, si obineatur

obineatur postea aliquod priuilegium, reducēs nos ad ius regulare, dicitur fauorabile. idem tenet Aret. in c. fin. in fin. columna antepenult. de rescript. Campezius inter feudalia Brun. consil. secundo, col. x. Et dicit Hieronymus. Zanetinus in disputat. incip. in sacro. col. cviii. quòd vbi possumus aliquid interpretari secundum ius commune & secundum ius speciale, semper debemus interpretari secundum ius cōmune. Et dicit Decius consilio cxliij. col. 4. quòd factum superioris debet semper intelligi secundum ius commune quantum fieri potest. & consil. cxvii. dicit, quòd pactum cōsonans iuri communi nunquam potest dici simoniacum. Et dicit Curtius Junior consil. v. col. xvij. & consil. ix. col. fin. & consil. seq. col. 3. in l. qui se patris. chart. xx. quarta. C. vnde liberi. quòd statuta excludentia foeminas à successione propter masculos, quia reducunt nos ad ius primæuum xij. Tabularum, sunt fauorabilia. Et dicit idem Curtius cōf. vi. col. xij. post Philip. Corneum per eum relatum quod l. fin. C. de indict. vid. tol. quæ corrigi. l. Viscelliam, est fauorabilis & extendēda, licet sit correctoria, ex quo reducitur nos ad ius primæuum, quo etiam reiciebatur conditio viduitatis. Et dicit Ioannes de Monteferrato in rub. de rescrip. lib. 6. 25 col. penult. quòd sicut omnis recessus à iure communi est odiosus: ita omnis reditus ad ius commune est fauorabilis. Et dicit Brunus in tract. de forma. chart. lviii. ver. decimo octauo. inuenio limitari quòd regula, quòd actus fir nullus non seruata forma, non procedit quando per talem actum redimus ad ius commune, & plures decis. allegat ad hoc. Et debemus redire ad ius commune quantum possumus etiam per impropriatē verborum. Rom. consil. cccxxviii. col. fin. Et dicit dom. Fabianus de morte sancti Saui in tractatu de enptione & vendit. in 3. q. 7. quæstionis principalis. quòd ideo priuilegia contra ius facilius tolluntur: quia vnaqueque res de facili redit ad ius commune, quod vocatur natura. & ibidem in fine subdit, quòd propterea tenenda est opinio illa quòd non prescribatur pacto quòd quis possit perpetuo recitare rem venditam, quia res facilius reuertitur ad priorem Dominum: ideo interpretatione iuuandū. Et dicit Igneus in authen. ex causa. col. lxxij. in si. q̄ voluntas testatoris potius debet interpretari secundum ius commune, quam secundum consuetudinem. Et dicit Rochus de Curte in d. cap. cum accessissent. de constit. chart. x. quòd talis materia bene est fauorabilis, nisi quis priuaret iure suo. Et dicit Rom. consilio cccxxviii. incip. quæritur etiam, quòd verba nouæ constitutionis per quam reditur ad ius commune primæuum, sunt latissimè intelligenda. Et dicit Corn. lib. secundo consil. xliij. ad huius. col. 2. quòd statutum derogans iuri communi reducens ad ius antiquū dicitur fauorabile & extendēdū. Et liij. v. l. itera p. q̄ in interpretatione cuiusque legis nouæ debemus min⁹ recedere à iure antiquo, quam sit possibile. Et dicit Socin. consil. 4. in Bononiensibus. col. v. & seq. incipien. super quæstione. quòd exemptus potest se sub mittere ordinario sine licentia: quia res facili reuertitur ad naturam suam, & ideo Castrum quòd ab antiquo non erat de demaiano, licet postea factū de demaiano potest alienari: quia de facili redit ad naturam suam. Et dicit Cacciaiupus in repet. l. omnes populi. col. 1. quòd statutum disponens quòd idem ius reddatur clericis in foro seculari quod redditur laicis in foro ecclesiastico, valet, quia reducitur clericos ad ius commune.

27 In dubio etiam iudicandum pro pupillo, vidua, paupere vel infirmo, intellige quando dubitatio habuit originem in propria persona talium personarum fauorabilem, vel saltem postquam ius deuenit ad personam fauorabilem. aliàs secus. Mathesi in tract. de elect. verioris opi. col. 1. Isti enim tales sunt miserabiles personæ, vt dicit Alber. in suo dictionario in vers. miserabilis. Barb. Felin. post Canonistas in c. significantibus. de offic. delegat. Bar. & alij in l. j. C. quando imper. inter pupil. & vidu. Non tamen propterea illis tantum fauere debemus quòd cæteris iniultitiam faciamus. ca. ex tenore. de foro competen. facit l. fin. §. fed si quis. in si. C. com. de legat. Decius in c. 1. col. si de cōstit. in c. in presententi. col. xxxv. de probat. frater Ludouicus Viuald⁹ in Opere regali, de laudibus trium libiorū. circa fin. 3. q. allegat illud Deuter. xxij. pauperis non misereberis in iudicio.

29 Et dicuntur miserabiles etiam mercatores, dum sunt in mercimoniis & peregrinat. Alexand. lib. vij. consil. cxxxj. omnipotentis ad fin. Demum dicuntur miserabiles, secundum Alber. vbi §. omnes ad quorum commiserationem natura nos inclinat. Afflictus in constitutione, lege presententi. 3. no. licet ipse sentiat contrarium in constitutione, omnes no-

stri. 2. not. quia meretrix esset miserabilis, & tamen nō est digna legum laqueis innodari. idem tamen quod Albericus tenet & Ioan. Lup. in tract. de don. inter virum vxor. charta 3066. columna 3. est in repet. cap. per vestras. vbi dicit quòd quantum ad hoc dicitur vidua illa quæ caret marito, licet nunquam fuerit nupta: vel quæ habet maritum inutilem puta bannitum, vel absentem, vel damnatum ad perpetuū carcerem. l. fin. C. ad leg. Fla. de plag. vbi gloss. & Bald. Alex. 4. volumine cōsilio 126. incip. in hac hesitatione. & intelligere debemus de vidua honestè viuente. Fel. in d. cap. signifi-

31 cantibus. Item orphanus dicitur miserabilis. Formularium prouinciale. chart. 24. Item pauper est miserabilis. hinc dicimus quòd in dubio pro pauperiore, in authen. de ecclesiast. titul. §. si quis in nomine magni Dei, & causa pauperis debet citius expediri, quam causa diuitis. gloss. in c. in primis 2. q. 1. Et pauper litiganti debet aduocatus patrocinari sine salario. Iafon in l. 1. in si. r. col. ff. de officio proconsul. & leg. in §. tripli. columna penultima. instit. de actio. vbi subiūgit quòd notarius conficiens instrumentum inter pauperes nihil debet ab eis petere pro salario. idem vult Decius in ca. 1. column. 54. de probationibus. & Rota in Antiquis decis.

32 804. incipiente, nota. idem dicit de aliis scripturis. Et si diues litigat cum paupere, diues cogitur sibi ministrare expensas ad litigandū l. si instituta §. de inofficioso. el. secūdo. ff. de inofficioso testamento, vbi Paul. de Castro in si. mil. vt Paris de Putco in tract. de Syndicatu. in versic. expensæ. columna 2. est charta 24. Baldus Nouellus in tracta. de dote. 9. parte 7. speciali. in capit. si qui test. columna penultima. de testib. Et hoc facit Rex Francorum pauperibus secum litigantibus, dixi inter feudalia. Bruni consilio 12. col. 3. intellige quādo pauper habet pro se præsumptionē iustitiæ. Ioan. Lup. de donat. inter vir. & vxor. chart. 6. i. col. 3. versic. ampliabitur. 8.

33 & 20. Et rationem quare fit fauēdum debilibus, ponit Ifoocrates in oratione panegyrica, incip. illos. char. 6. ad rem redeo, ad istam misericordiam quæ est in instinctu naturæ secundū Fabia. in auth. nouissima. C. de inoff. testam. 2. quæstioe moueri possumus pluribus de causis: ideo lex remittit in arbitrio iudicis quæ dicitur persona miserabilis: vt per omnes Doct. in dictis locis. Iaf. in l. Titia. textores. col. 4. de legatis 1. quia refert Alexand. consilio 121. lib. 1. ad fin. dice

35 re quòd vidua seu pupillus non dicerentur miserabiles, nisi concurrat etiam paupertas. & fuit originale dictum Spec. in tit. de instrumen. edit. §. nunc aliqua. vers. 63. pro quo Petrus de Vba. in sua canonica episcopali. 10. capitulo principali. Sed illud dictum resoluit Decius in cap. cæterum. columna 10. de iudic. versic. aut si agatur, dicens quòd etiã vna Regina inspecta qualitate eius personæ potest dici miserabilis. arg. l. sed si susceperit. cum gloss. in versic. modica. ff. de iudic. Et quod etiam si sit diues, est sub protectione ecclesiæ. licet d. Roch. ibidem pro Alexan. allegat Panorm. in capitulo ex parte B. columna penultima, per generalitatem illius tex. & capit. ex tenore. de foro com. Illud dictum Alex. & Spe. Secundo resoluit Bulg. in l. 1. ff. soluto matrimonio, col. 7. vers. tertius casus. post Bald. Nouellum in tractatu dotium. nona parte. in 16. speciali, dicens quod opinio Specula. procedit quantum ad effectum, de quo ibi, scilicet an relictum eis factum dicatur relictum ad pias causas. Sed quantum ad effectum competentia iudicis, omnis vidua dicetur indistinctè miserabilis. facit, quia per se non potest stare in iudicio. Card. quem refert Afflictus in constitutione, presententi lege 3. not. licet dicat quòd opin. quòd requiratur etiam paupertas, est verior, quòd videtur casus in d. cap. significantibus Ad rubricam quam ponderat Alexan. C. quādo impera. inter pup. & vid. responder. Pappalia in l. r. C. de sacrosanct. eccles. quòd ibi subicitur verbum, aliàs, q̄ non obstante distinctiua importat similitudinem & æquiparationem. Felinus in cap. sedes columna fin. de rescript. vnde se queretur quòd illa rubrica non loqueretur nisi in dimitibus propter distinctiuam, vel, & sic oporteret incurere i alterū de duobus inconuenientibus: nā si tenemus quod in princ. illa rubrica loquatur de nō miserabilibus propter distinctiuam sequitur cōtra Alex. & Spec. quod etiam diuites gaudebūt illo priuilegio: quia ibi textus æquiparat. Si vero tenemus quòd loquatur de pauperibus, oportet cōcludere quòd siue diuites siue pauperes semper sunt miserabiles. & propterea dicit Pappal. melius esse tenere q̄ relinquantur arbitrio iudicis. Afflictus d. cōstitutione, omnes nostris. 2. not. subiiciens,

37 quòd impetrans priuilegiū à principe propter miserabilitatem debet exprimere qualitatē miserabilitatis. Et illud priuilegiū illius tit. C. quando imper. inter pup. & vid. quòd habet

habet vt non possint cogilitigare extra prouinciam. Item & vt possint quandoquē petere se remitti coram supremo principe omisso medio: in tantum procedit quod non potest illi renuntiare, secundum glossam in d.l. prima. in ver. excedere. quam ibidem sing. reputat Bolo. post alios ibidem. & in l. penult. C. de pact. Rom. consil. 269. incip. non est dubium. Felin. in cap. si diligenti. de foro compet. in 4. fallen. in 2. correlatio. Bertach. in tract. de gabellis. 7. parte. quæst. 27. Bald. in cap. de causis. colum. antepen. de offic. delega. Et propterea d. meus Thom. Parpalia in d.l. penult. dicebat se vidisse in causa cuiusdam viduę quę coram ordinario iam erat apunctuata ad ius, & quę petiit se remitti coram principe, quod ipsa ibi temissa fuit: quia per cōsensum præstitum in litigando coram ordinario, non potuit renuntiare priuilegio dicti l. 1. Idem tenet Afflictus constitutione, statuimus. col. 10. quæst. 13. limita tamen nisi cum miserabili esset admixta persona non miserabilis: quia ratione cōnexitatis debeat remanere coram priori iudice. Aret. consil. 83. quia multa. colum. 4. versu. vltim. dicebam. quod videtur durum, quia magis priuilegiatus deberet trahere minus priuilegiatum. Iason in l. Imperium. ff. de iurisd. omni. iudic. col. 3. vbi infert quod vbi cūque in eodem negotio interueniunt clericus & laicus, semper iudex ecclesiasticus tanquam iudex clericus, qui est dignior, de eo cognosceret: quia magis iudex trahit minus. Bartol. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de appel. Barb. lib. 2. consil. 1. in fi. col. 6. & consil. 3. clementissimi. col. 2. Roman. consil. 27. §. in casu proposito. Monferat. in tract. de successione regum. chart. 10. nu. 22. facit Panor. in cap. super quæstionum. in §. si vero. de offic. deleg. vbi in causa commissa inquisitori & ordinario appellabitur ad Papam superiorem inquisitoris: & sic ad digniorem, nõ autem ad Metropolitanum. Hinc infertur quod si plures laici inquiruntur à iudice seculari, si inter eos reperitur vnus solus qui sit clericus, debent omnes remitti coram iudice ecclesiastico tam laici quàm clerici. Ita in terminis Anto. de Prato, quem refert & sequitur Marian. Socin. relatus per Hipp. suo not. 180. incipit. plura. vbi valde extollit istud dictum vltra omnia eius dicta singularia. poterat dicere vt in simili Barb. in cap. 1. col. 1. de proba. nec est de plebe Deo, vt inquit Quid. & Cicer. in Paradox. quæ Stoici vix in otio, in gymnasiis probant. & Hipp. etiam hoc dictum extollit in l. de incestu ff. de quæstion. Socin. in l. est senatus. ad fin. ff. de reb. dud. & Fel. quem latè refert Thom. Ferr. caut. 10. incip. si contingat. Roch. de Cur. in c. ex literis. 3. not. de constit. facit etiam quia de connexis idem est iudicium. Iason in l. C. de transf. Decius in cap. transfato. 4. not. de constit. vbi Roch. col. 2. post Felin. dicit, quod connexionum dicitur quando vno & eodem tempore quid factū fuit, per illum text. ibi, sub eadem sponcione. vnde continētia causę diuidi non debet. Ias. in l. nulli. C. de iudic. Felin. in cap. ex tenore. columna. fin. versu. extra dictos casus. de re script. facit, quia ratione adiuncti quis cōsequitur ex persona alterius quod ex persona sua consequi non posset. Alex. lib. 4. consil. 122. viso puncto. columna 3. Barbat. libro 2. consil. 36. Sapienter. col. 9. & tribus sequentib. Hip. in l. de minore. §. tormenta. columna 3. de quæst. latè Natta in repet. cap. quamuis. col. 3. de pact. lib. 6. & in locis relatis per Bonif. in tract. de nobilitate. 3. parte. nu. 186. Stephan. Malereti in tractatu de electione. char. 20. & seq. Est fortis decisio & vtilis, quia lōgè mitius agitur cum delinquentibus in foro ecclesiastico, quàm in foro seculari. Et licet non inueniam illam decisionem hæctenus ab aliquo impugnata: Tamen contrarium facit quod vult Spec. in tit. de cleric. coniug. col. 3. versu. qui si clericus habens, vbi si clericus & laicus fratres habent patrimonium indiuisum: tamen laicus propter hoc non consequetur exculationem à muneribus, quia publica vtilitas non debet vacillare obtentu priuilegij clericalis.

40 ¶ Secundo facit quod vult Bart. in l. fin. col. 3. versu. coram qbus. ff. de colle. illic. vbi si in vniuersitate sint tot laici quot clerici, bene procedit illa regula, quod magis dignum trahit minus. secus autem quando laici essent plures, & licet allegetur Bart. contrarius, vt per Nicel. conor. 204. incip. notum est. post Mathefi. no. 144. incip. no. quod si in causa indiuidua, tamen ipsi eum concordant.

Tertio adduco quod vult Bal. in l. si. vlt. char. in 6. quæst. principali. C. de edict. diui. Hadr. tollen. vbi dicit qd forus delicti tanquam principalior debet attendi: & quia maior pars patrimonij spectat laico: id punitio spectabit iudici laico.

Quarto facit quod vult Nico. de Neap. & Bal. in l. iurispe-

ritos. §. i. ff. de excus. tu. vbi dicunt, quod si vnus arbitrator sit clericus, alter laicus, ambo iudices superiores arbitrorum debebunt adiri. in delictis autem, quia de eis non conuenit sapius quæri, is procedet coram quo prius sit fuerit contestata.

41 ¶ Quinto facit quod vult domi. Alexand. in l. sæpe. ff. de re iudicata. col. 11. vbi etiam in connexis delictis absolutoria siue condemnatoria lata de vno ex delinquentibus, non nocet, nec prodest alteri.

42 ¶ Sexto facit quod vult Panor. lib. 2. consil. 33. incip. præsidio. col. fin. vbi lata sententia per arbitros contra duos socios, quorum vnus erat clericus, poterit iudex secularis adiri pro executione contra alium socium qui erat laicus, non obstante connexitate causę.

Septimo facit quod vult Felin. in rubr. de appel. col. pen. vbi vult quod quando qualitas clericatus non concurrat necessario ad actum qui tunc fit, puta ad exercitium iurisdictionis, tunc nihil repugnat quominus possit adiri superior laicus.

Octauo facit Felin. in c. quàm sit. de Iudais. 1. nota quem pro contrario allegat Hippol. in dicto singulari, in fine. vbi laicus ita demum gaudet priuilegio clerici consocij, si aliter priuilegium clericus non valeret, sed hic bene valet ergo laicus non gaudebit.

43 ¶ Non obstat quod præmissa procederent vbi causa esset diuidua. Sed Anto. de Prato loquitur vbi est indiuidua, quo casu omnes videntur velle quod ecclesiasticus etiã cognoscat de laico, saltem vbi sunt æquales. Roch. in c. quanto. secundo not. de iudic. Roma. consilio 195. in casu præmissa, ad fi. Bolo. consil. 34. col. 3. Bertachin. in tractatu de episcopo. secunda parte. libro 4. quæstione vigesima septima. est charta 27. Felin. in cap. cum M. §. colum. versu. est tamen. de constit. in cap. fin. colum. 1. versu. fallit quartò. de exceptioni. & in terminis quæstionis nostre, in capite primo. colum. 4. de prescriptionib. vbi semper doctores faciunt istam considerationem, An sit pro causa diuidua, vel indiuidua, vnde cum hæc causa sit indiuidua, ergo cognitio spectabit ecclesiastico. imò si esset diuidua, dummodo tamen cum difficultate fieret diuisio, ex quo deberet tunc integra vni assignari. §. fin. institut. de offic. iud. Modern. in l. si idem cum eodem. §. i. ff. de iurisdictione omnium iudicium. ideo ecclesiastico vt digniori assignabitur. Sed respodet Felin. in dicto cap. ex tenore. col. fin. versu. extra dictos casus. dum dicit inspicendam esse originem facti, vnde cum à principio potuerit diuidi processus, & formari inquisitio contra quemlibet de per se, videtur quod possit adhuc hoc fieri remittendo clericum coram ecclesiastico. Et sic causa erit diuidua. Aliter potest responderi, prout Decius in dicto cap. ex literis. §. notab. Et ibi Roch. allegando Marianum in c. primo, versiculo, decimo quarto declarando. & versiculo sequenti de foro competenti. Et propterea bene cogita: quia disputatè id dictum velim, iuxta illud, Apelles faciebat, vt in simili dicit Ioan. Pyrrhus in l. prima. C. vnde liberi. Tales enim miserabiles personę sunt etiam sub protectione iudicis ecclesiastici: taliter quod ipse de eis licet essent personę laicę possent cognoscere. Barbat. Felin. & alij in dicto capitulo significantibus. pulchrè Imol. in cap. nouit. de iudiciis. columna octaua. Et si ius Ciuile contradicat iuri canonico, stabimus iuri canonico. Felinus in capitu. in causis, columna prima. de testibus. in dicto capitu. significantibus. in ca. ecclesia sancta Maria, de constitutionibus. col. 15. Alex. in Apostilla ad Bartol. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. in Defensorio montis, per Bultum, charta 45. col. 3. Et Afflictus decisione ducentesima quinquagesima septima, incipiente, dicit constituto. ampliat priuilegium hoc procedere in ecclesia quod dicatur miserabilis. & limitat procedere, nisi ille qui aditur pro iudice habeat iurisdictionem in conuentum à miserabili persona.

Item limitat quando reus esset priuilegiatus de iure cōmuni, vt per eum. sed pone qd persona miserabilis petat se remitti coram præside, quia non est comp. regis vel supremi domini, nunquid debeat remitti? credo qd sic, per rationem iurium prædictorum: tñ non inueni in specie decimum. & qd istis pauperibus & miserabilibus sit fauendum, & in dubio pro eis pronuntiandum, tenet Mathefi. in dicto tracta. de elect. verior opin. Ias. in l. inter pares. ff. de re iudica. col. j. vbi dicit etiam qd in omnibus casibus in quibus ius vult alicui fauere in iudicando: pari modo, idẽ fauor debet præstari in probationibus. idem Ias. in l. de die. ad fin. princ. ff. qui satisd. cog. Barba. in tractatu, de Card. quæst. 11. col. 1. & benignior

nignior dicitur illa quę minus obligat. Angel. consil. 337. non reuocando, libro secundo, colum. 2. Et illa quę fauet dote & matrimonio, secumimè vbi agitur de impedimento inducto à canone. Felin. in capitulo licet ex quadam. de testib. col. 2. & quod fauendum sit benigniori, pulchrè text. in cap. fin. de transact. vbi in quibus ius non inuenitur expressum, æquitate seruata procedendum est semper in humaniorem partem declinando, secundum quod personę, causę, loca, & tempora postulant. Signorol. consilio fin. colum. 12. quod tantum procedit, quia licet in dubio probatio sit interpretanda contra probantem. l. non hoc. C. vnde legit. tamen benignior interpretatio solet etiam sumi. Et ideo in concursu istarũ interpretationum hæc vltima præualeat: ita quod in dubio interpretatur probatio pro producente, si hoc sit benignius. Alexand. in l. diuortio. 3. colum. ff. soluto matrimonio. Ruinus in repet. §. Cato. colum. 42. in fin. ff. de verborum oblig. Benignior etiam dicitur quę fauet testamento.

45 Et idem in dubio iudex debet amplecti viam benigniorem. l. benignius. ff. de legi. cap. fin. de re iudic. idem pro miserabilibus personis & aliis de quibus infra. Ias. in l. inter pares. primo notab. ff. de re iudic. vbi limitat, nisi esset euident nullitas seu iniquitas: vel nisi vbi agitur de vtilitate animæ, quæ illa præferatur viæ benigniori. Hip. not. 151. incip. semper.

46 ¶ Item in dubio pro dote, matrimonio, testamento, pro potestate clauium. vt etiam supra dixi in 9. limitatione. Item pro causa studij. Decius consil. 70. in fin. Item in dubio capimus partem tutiorem pro corpore. l. imò. ff. de lib. caus. Ripa in tractatu de Peste. chart. 67. nu. 484.

Item pro ea opi. qua euitatur peccatum: & sic quę fauet animæ. c. ad aud. de homicid. cap. iuuenis. de sponsal. Rosarium Bussi prima parte. serm. 27. litera x. ad fin. Ripa vt supra in cap. auditis. colum. 2. de præscript. versu. 2. limita. Iason in authent. quas actiones. colum. 8. C. de sacrosanct. Ioannes de Anan. in cap. in ciuitate. de vsuris. colum. 3. Anton. de Prato in tractatu de secund. nup. chart. 15. colum. 1. & 2. Angel. in versu. dubium. nu. 1. & 2. dicens ferus in foro contentioso. inferens propterea an in dubio quis debeat iudicari irregularis.

Item in dubio existentes in iure matrimonij melius est dimittere copulas, quàm disiungere coniunctos contra statuta Dei. c. licet ex quadam. de testib. Angelica vbi supra. in fi. ex quo infertur, quod in dubio debemus tenere opi. quę facit seruare iuramentum. Anto. Baurer in tract. de virtute iuramenti. col. fi. versu. item hoc precipuum. Barb. in tract. de Card. 7. q. col. fi. Ferr. cautel. 17. incip. magna. in fin. 2. col. Alex. lib. 4. consil. 49. incip. paucis. in fin. & propterea dicebat Gemin. consil. 112. in fin. quod in dubio iudicandum est contractus vsurarius. Calcaneus consil. 25. col. 12. incip. prima facie. & 73. quod dicitur. in fin. facit Hippol. notab. 102. semper. Marianus in repet. c. ad audientiam. de homic. Cepol. de contractibus simulatis. col. fin. sed contrarium vult Socin. in l. rogasti. in fi. principij. ff. si cer. pet. Burgos in c. ad nostram. de empt. & ven. col. j. facit, quia in dubio quantum ad forum iudiciale iudicamus potius quod quis non sit excommunicatus. Decius in c. præterea. col. fi. de appel. Et sic dicere possumus quod contraria procedunt in foro pœnitentiali. Marianus vbi supra & Corneus vol. 2. consil. 201. in hac. ad fi. dicens quod licet sit fauendum animę, per hoc tamen non debemus à iuris censura recedere.

47 ¶ Item in dubio tutior via est eligenda. cap. nisi. circa fin. de renunt. Et in dubio tenetur, relinquere in certum. c. nullus. de pœnit. distin. 7. Calcaneus consilio 210. spectabilis. colum. 4.

Item in dubio pro causa funeraria seu primipilari. Ias. in l. j. col. 2. ff. solu. matrimo.

Item pro illo qui est in possessione. Ias. vbi supra. facit §. commodum. instit. de interdicitis. hinc dicimus, Beati possidentes. gl. in c. j. §. si tres. in versu. à duobus. de pace tenenda. Alex. lib. j. consil. 129. col. j. Decius in c. ex literis. colum. 2. de probat. Sando. in l. si inter. col. 2. ff. de reb. dub. decem alias vtilitates possessionis ponit Curtius Senior in repe. l. admo nendi. col. 86. & seq. ff. de iure iurando.

Item in dubio iudex debet esse procliuor ad approbādũ donationem factam per maritum vxori. Monfer. in repe. l. si constante. col. 58. in fi. ff. sol. mat. Et quod non sit reuocata, Socin. & Sando. in dicta. l. si inter virum. ff. de rebus dubiis.

Item in dubio quod instrumentum non sit falsum, gl. in l. iurisgentium. §. quod ser. ff. de pact. Alex. lib. j. consil. 74. viso testamento. col. pen. & 70. viso processu. col. j. Cepol. qui

in illo casu consuluit consil. 21. col. 8. & consil. seq. col. 4. Idem vult Barb. in rub. de fid. instr. col. 5. Corset. sing. 217. in versu. probatio. dicens esse gl. singulare, vt Bolo. & Ias. supereca. Alex. lib. 5. consil. 93. in causa & lire. col. penul. Curt. Senior consil. 50. incip. præfens consultatio. in fi. col. 11.

Item in dubio quod actus potius valeat quàm pereat. l. quotiens. & l. vbi est verborũ. & vtrouque Socin. ff. de reb. dub. Hipp. in l. j. §. si feruus. 3. col. ff. de quæst. Dec. consil. 140. col. 2. Ias. in l. verbis ciuilibus. 2. col. ff. de vulg. & pupil. in l. 1. 1. not. ff. de eo quod cer. loc. Latius in l. quotiens in stipulationibus ff. de verb. obli. vbi quod in dubio tenenda est opi. quę fauet substantiæ actus. Et ista præsumptio aliis præfertur. Decius consil. 77. col. 5. quod facit ad multa. Sed Ferdinandus in repetit. §. diui. nu. 26. dicit quod interpretatio vt odium excludatur, præfertur isti. Iason in l. nominatim. ad fi. ff. de libe. & posth.

Item in dubio quod cōtractus sit potius censualis quàm emphyteuticus. Ias. in authent. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. in tract. de iure emphyteu. col. 79. versu. 8. Modern. in apoft. Panorm. in cap. constitutus. colum. fin. de relig. domib. Hippoly. not. 95. incipien. contractus. vide tamen Socin. consil. 167. col. 2. & 3.

Item in dubio debet intelligi vt minus liget, quàm magis. Natta in clem. sæpe. §. fin. col. 4. de verbo. signifi.

Item compromissum non esse sciendum. Soci. consil. 300.

Item actus principis potius adaptetur ad iure factum, quàm ad non iure. Felin. in c. ex literis. col. 9. de constitut.

Item quod quis excusetur à muneribus. Ang. insti. de excusat. tur. in prin. in col. penul.

